
Hæretici Manichei.
Hæretici Albigenses.
Hæretici Crausanique Secta
CONCERTATIO
Prædicatoria. pro Eclesia Catholica,
contra Hæreticos, Gentiles, Iudeos. et
Agarenos.
Per epitomen in Annales distributa.
Accessit Notitia Scriptorum, Præsulum.
Regum Confessariorum etcet.
AD
CATHOLICOS HIS
paniarum Principes, Philippum Dominicũ
Victorem, et Elisabeth Borbonium.
AVCTORE. R.do P. F. AL
phonso Fernandez Placentino Prædica
torie Familiæ alumno.
Gentiles Septentrionales.
Iudei et Agareni.
Hæretici Vualdenses.
Salmanticæ excudebat Didacus Cussius

AVGVSTISSIMIS HISpaniarum Principibus, Philippo Dominico, Victori, & Elisabeth eius sponsa dulcissima.

PRÆSENTEM Contra Hæreticos Concertationem, sub Augusta nominis vestri tutela sertam, tectamque in lucem edimus. Sincera namque Prædicatoriæ Familiæ, erga Celsitudinem vestram obseruantia exigit, quod & ratio postulat, atque commonet argumentum, vt ipsam vobis offeramus. Quibus enim optimo iure consecrari debebat, nisi illis, qui aduersus huius temporis nouatores, pro Ecclesia, & fide orthodoxa, validissima propugnacula esse noscuntur? Agitur in Concertatione, de illustribus muneribus per quadringentos, & amplius annos, contra hæreticos egregie patratis. Ista namque Familia, Ludouici noni Regis Sanctissimi proaui vestri, auxilio, tum in reductione hæreticorum, tum in conuersione Agarenorum, & Gentilium, strenue laborauit. Ipsa, Ferdinandi tertij Sancti protectione, præclaros triumphos de infidelibus reportauit. Ipsa, fouentibus ac fauentibus Catholicis Regibus Ferdinando, & Elisabeth, multa hæreticorum, & apostatarum millia, Sacro sancto Inquisinis Officio etiã, in Hispania renouato, Ecclesiæ conciliauit. Ipsa, Caroli Quinti Augusti, & Philippi II. Prudentis fauore, in Germania, & Anglia, contra Lutheri, & Caluini Sectatores, in

Hiſpania contra aliquot pullulantes errores,& in Orbe nouo, contra Gentium delubra, ampliſsimis Regnis Chriſto Domino indefeſſo labore adquiſitis, Eccleſiam dilatauit. Nouiſsime diebus iſtis, Philippi tertij Religioſiſsimi Regia liberaliq́ue pietate,ſumptus miniſtrante, in Iaponio,inſulis Luzonijs, & in Aſiæ Regnis; magno ſtudio præclaram operam pro fide amplificanda inceſſanter adhibet. Veſtræ igitur Celſitudini,vt tantorum heroum fidei, ac Religionis Prædicatoriæ protegendæ zeli heredibus,merito dicatur: vobis namq́ue authoribus, & protectoribus, vberrimos fructus in Eccleſia, in dies perficiet,duplicique munimine Regio ſepta, nullatenus malignorum morſibus patebit. Non enim ſine numine coniuncti eſtis,vt Hiſpaniarum,& Galliarum FlorentiſsimaRegna, ſtrictiſsimo,ac fraterno fidei,& fœderis vinculo feliciter vnita, contra communes hoſtes,triumphos nobiliſsimos indeſinenter reportent; & ſic Eccleſia Catholica, non ſolũ in Europæis Prouincijs,per veſtram celſitudinem, hæreticorum labe purgandis,ſed in Aſiæ Regnis,Syria ac Palæſtina (quæ proaui veſtri,validiſsima manu expugnarunt & tenuerunt) denuo iterum adquirendis,glorioſis incrementis dilatetur. Hæc & plura alia præclariſsima,ex iſto Auguſtiſsimo coniugio,à cũctis Chriſtiani nominis ſtudioſis auidius inaugurantur. At ne quid tã pio deſit officio,ſit nuptijs ipſis (acclamando precamur cœlites omnes) pro auſpice Chriſtus, loco pronubæ Dei Genitrix, & Angeli ſanctiq́;omnes proparanymphis,qui cœptis faueant,eaſdéq; ſacras nuptias copioſa prole fœcũdent,vt quos nos anguſte exhibemus in chartis,nobis mox reddatis in filijs, Auguſtos, Carolos,Philippos,Ferdinandos,Ludouicos. Viuite vnanimes iugali ſocietate fœlices,feliciores prole,& ſpe æternæ gloriæ feliciſsimi. Quod fauſtum ſit,atque nouis incrementis maius. Noſtrum erit,prout debemus pro veſtra incolumitate vota facere.

F. Alphonſus Fernandez.

SVMMA

5

Summa Priuilegij.

R*EGIA Authoritate cautum, ne quis sine authoris licentia intra decennium imprimat librum præscriptum,* Concertatio Prædicatoria contra hæreticos, &c. & de viris illustribus Prædicatoriæ Familiæ, *alicubi ve impressum, in horũ Regnorum ditiones venalem importet. Qui secus faxit, confiscatione librorum, & alia graui pœna mulctabitur: vti latius patet in Priuilegio Regio, signato per Secretarium Georgium Touar, & Ferdinandum Vallejo Madriti duodecimo Kalendas Februarij. Anno* **M.DC.XIIII.**

TASSA.

YO Hernando Vallejo, escriuano de Camara del Rey nuestro señor, de los que residen en su Consejo, doy fee, que [illegible]ndose visto por los señores del dicho Consejo vn libro intitulado, *Concertatio Prædicatoria contra hæreticos, &c. Et de Viris Illustribus Ordinis Prædicatorium,* impresso con licencia de los dichos señores. Compuesto por Fr. Alonso Fernandez, Prior del Conuento de santa Maria de IESVS, de la Orden de Predicadores, de la villa de Tauara, le tassaron a quatro maranedis cada pliego, y a este precio y no mas, mandaron que se venda, y que esta fè se ponga al principio de cada libro, para que se sepa del precio que esta tassado. Y para que dello conste, di esta fè en Madrid a seys dias del mes de Deziembre de mil y seyscientos y diez y siete. Y en fè dello lo firmé.

Hernando Vallejo.

ERRATA MINVTISSIMA ETIAM, NOTATA SVNT, QVÆ in quolibet propositione nota, vel termino dissonante, consulantur: nam cum non potuerimus in totum editioni assistere, aliquot errata dilapsa, excusaque sunt, quæ hic inuenientur.

PAG 2.col.1. B. linea 15. veræ lege vera — 4. 2. D 48. Sermonario. l. Sernario.
16 2.D.38. appellari. l. appellare — 33 2.B.24 diplomata l alterũ diploma.
42.2.c.34. Episcopi.l. Episcopus. — 65.2.D.45 reiinqueres l.relinquentes.
157. 2. A. 1. diturnam l.diuturnam — 164.1 .D.42. crimium l. crim.num.
167. 1. c.31. obliuioné l.in obliuioné. 171.1.c.35. absoluerent imponerent l.absolueret,&c,
172. 2.D.47 Festiuis l.festinis — 179 2.B.29.Manuse l,Manresa.
223. 1.D 41.anno l.anno nono. — 223.1.D.47.circa l.congregatio circa
227.2.A. 11. præfatum l.præfectum. — 232.1.A.6 Sprengor l.Sprenger.
241.1.C 44.lectores l.lictores — 273.1.C.28.Mauseolo l.Mausoleo.
292.1.C.34 cælibus l.cælitibus. — 293.1 B.19.Glrialanti l.Ghialanti.
293.1.C.35.Goruim l.Gorcuin. 294.2.D.51.*in margine*, hæretici passi l.ab hæreticis passi.
309.2.D.51.vbis l.vrbs. 315.2.A.5.Hispaniarum l. Hispaniarum emerita fuerit.
316.1.C.37.Rauana l.Rauena. — 317.2.A.8 lignis septem l.lignis Setini.
322.2.C.33.Asturiensis l.Astoricensis. — 332.1.A.4.infra l.supra.
333.1.D.40.expectatione l.spectatione. — 336.2.B 25.decem & octo.l.duodecim.
336.2 C.33.libro 8.libro 3. — 337.1.A.8.indicem l.vide indicem,
337.1.D.43.Golbertinus l.Gilbertinus. — 338.2.D.42.Fremus l.Fumus.
341.2.A.6.Episcopi l.Archiepiscopi. — 342.2.A.11.in sacræ l.sacræ.
344.1.A.1.epitomen l.volumen: — 346.2.B.23. Mauseolo l.Mausoleo.
346.2.D.48.Engruna l.Enguerra. — 347.1.B.16.Eroy l. Croy.
347.1.C.36.fortior l.doctior. — 347.2.B.20.sexcentesimo l.sexagesimo.
351.2.D.38.ministeria l.mysterio. — 352.2.C.36.introductos,&c. l.introductis
356.2.B.16.relationes l.relectiones. — 357.2.A.6.Blancus l.Blancas.
358.2.D.43.Pataupio,rofesor l.Pataui professor, — 359.2.C.33 Scalentis l.Scalensis,
360.2.B.25.controuersijs l.controuersis, — 361.1.B.25,Spectantibus l.Spectantes,
361.2.A.8.Calcanus l.Georgius Cascanus, — 361.2.D.47.Bostius l.Bustius,
364.1.A.6.reilijone l.Religione, — 364.2.B.19.Cancus l.Cuneas.
364.2.D.45.libruin l.in librum, — 367.1.D.42.septimum l.septuagesimum,
368.1.A.5.amplius l.& amplius, — 368.1. B.21.Moreto l Moreno,
373.2.D.48 Pontifici Ioanni xxij simul cum S.Thoma oblatus fuit l.Pontifici oblatus fuit,
377.1.A.4.Astoriensis l.Astoricensis, — 377.2.B.25. Confessorius l.Confessarius,
378.2.C.58.prodierit l.prodierint, — 379.2.D.46.Zapore l.Zaporece,
382.1 B.16.sexcentesimum l.sexagesimum, — 383.1.D 46.septuagesimæ l.septuagesima,
392.1.A.12.Herolo l.Herold. — 388.1.D 41.Concilium l.ad Concilium,
392.2.A.3.confluentiam l Confluentiam — 392.1.B.20 scripsit l.scripsisse,
397.1.B.16. Strecla l.Strocia, — 396.2.A.2.Complutensis l.Coymbricensis
400.1.A.1.Michael l.Melchior, — 398.2.D.47. Batauina l.Patauina,
406.1.D 48.Scholasticæ l.Scholastica, — 403.1.c.29.infra l.supra,
425.2.D.51 libro secundo l.supra, 406.2.D.51.Anglegauensibus l.Andegauensibus,
433.1.B.19.Religionis l.Religiosis — 425.2 B.29. anno 1598. l.1398.
439.1.D 51.studij l.studij Bononiensis, — 434.2.C.25.subalhinis l,Subalpinis,
454.2.B.19. Romarum l.Romanorum, — 438 2.D.51, Anodon l.Anadon,
447 1.A.9.libro secundo l inConcertatione, — 441.2.A.9.sexcentesimo l sexagesimo,
457.1.D.49. Oxoniensis l.Oxomensis, 455.2 D.50 quinguagesimo l.sexagesimo sexto
458.1.A.9. Arauione l. Aranione. — 457.2.B.14.Laodiensis l.Laodicensis
460.1.A.8.1603. l.1605. — 458.1.C.36.prouincia l.Prouincia,
461.1.C.31. Primas l.primus, — 461.1.A.3.Philipinus l.Philpipus,
462.2.C.35.Teatus l.Teanus, — 461.1.D.51.Pananensis l.Panamanensis.
469.2.A.5.in Dalmatica l. in Dalmatia, — 4082.1.D.41.moderator l.moderatus.

Con estas erratas, esta impresso conforme a su original este libro. En fè de lo qual lo firme En Salamanca oy 18.de Nouiembre 1617.

El Corrector,&c, — *Manuel Correa de Montenegro.*

Approbatio ac censura perdocti, & grauissimi P. F. Joannetini Niño Ordinis Minorum B. P. S. Francisci, qui nunc Religiosissimæ S. Iacobi Prouinciæ moderator existit, & censor supremi senatus Inquisitionis.

OPVS de Concertatione contra hæreticos, ac de viris illustribus Sacri Ordinis Prædicatorum gloriosissimi Patris nostri S. Dominici à R. P. F. Alphonso Fernandez eiusdem instituti elaboratum, de mandato supremi Senatus vidi, & accurate perlegi: in eo nihil Sacræ Scripturæ, Concilijs, bonis ve moribus, contrarium inueni, singularem quin imo pietatem, & eruditionem in authore obseruaui, dum laudat viros gloriosos, & parentes nostros in generatione sua, eorumq; præclara munera, & res gestas pro Ecclesia decantat, ex eo vtilitatem maximam omnibus affuturam sperandum. Dum enim tot illustrium virorum (quorum memoria in benedictione est) exempla, scripta, virtutes eximiæ, ac illustrissima munera leguntur, animus inardescit, & ad imitationem erigitur. Qua propter dignissimum iudico, vt prælo mandetur. Datis Matriti in Conuentu Seraphici P. N. Francisci, die 30. Nouembris anno 1613.

F. Joanetinus Niñus.

Licentia R. P. Prouincialis Hispaniæ Ordinis Prædicatorum.

FRATER Ioseph Gonçalez Sacræ Theologiæ professor, Principis Hispaniarum à confessionibus, & Prouinciæ Hispaniæ Ordinis Prædicatorum Prior Prouincialis, tenore præsentium concedo facultatem P. F. Alphonso Fernandez, conuentus nostri S. Vincentij Placentini, vt possit in lucem edere librum *de Concertatione Prædicatoria contra hæreticos, &c. & de viris illustribus Ordinis nostri*, dummodo prius ad supremum Regium Senatum, deferat, seruatis decretis Concilij Tridentini, & Regijs pragmaticis circa librorum excusionem, nam à grauibus, & doctis nostri Ordinis professoribus, quibus examinandum commisi, approbatus est. Datis in nostro Conuentu S. Dominici de Lerma, die 5. Octobris anno 1613.

F. Ioseph Gonçalez, Prior Prouincialis.

Confirmatio supra dictæ Licentiæ.

LICENTIAM Supra scriptam illustrissimi, ac Reuerendissimi D. D. Fr. Ioseph Gonçalez, nunc Episcopi Palentini, & Comitis de Pernia, & tunc huius Prouinciæ Hispaniæ meritissimi Prioris Prouincialis, datam P. F. Alphonso Fernādez, nunc Priori nostri Conuentus S. Mariæ Iesu Tauarensis, velut prudentissimam, & nostræ sacræ Prædicatoriæ Familiæ honori prouidentem, confirmandam censeo, & ita illam confirmo, & si opus est nouiter concedo. In nostro Conuentu S. Thomæ Matriti 21. die Iunij anni 1617.

F. Antonius de Soto Maior, Prior Prouincialis.

Approbatio huius operis, per M. F. Balthasarem Nauarrete, quondam Primariæ Sancti Thomæ Cathedræ, Academiæ Vallisoletanæ moderatorem.

REVERENDISSIMI Patris nostri F. Ioseph Gonçalez iussu, vidi opus de Concertatione Prædicatoria, & de viris illustribus Ordinis Prædicatorum à R. P. Fr. Alphonso Fernandez editum, & in eo nihil, quod Doctrinæ sanæ aduersetur, inueni, imo authoris diligentiam, ingenium, & eruditione in laudanda. Opusque ipsum dignum, quod prælo mandetur, vt pote quod cedat in Sacræ nostræ Religionis gloriam censeo. Datum in Conuentu S. Pauli Vallisoletani 24. Septembris anni 1613.

F. Balthasar Nauarrete.

Approbatio & censura M. F. Petri Aluarez Cathedræ Primariæ S. Thomæ, in Schola Vallisoletana præfecti.

DE Mandato Reuerendissimi Patris nostri Prouincialis Fr. Ioseph Gonçalez Principis Hispaniarum à Sacris confessionibus, opus hoc de Concertatione Prædicatoria, & de viris illustribus Ordinis Prædicatorum à P. Fr. Alphonso Fernandez compositum attente perlegi, in quo præterquam, quod recognoui authoris ardentissimum zelum erga nostræ Familiæ gloriam, & honorem, & exquisitam eius curam, & diligentiam detexi, quæ omnia cum singulari historiarum eruditione ex alijs authoris operibus iam antea erant mihi nota, nullatenus reperi aliquid quod Ecclesiæ doctrinæ Sacræ, vel bonis fidelium moribus repugnet. In Conuentu S. Pauli Vallisoletano, die 24. Septembris anni 1613.

F. Petrus Aluarez.

Censura & approbatio M. F. Bernardini Ayala Regentis Collegij Vallisoletani S. Gregorij, & senatus Sanctæ Inquisitionis Censoris.

EX Commissione Reuerendissimi Patris nostri Prouincialis F. Ioseph Gonçalez Hispaniarum Principis à Sacris confessionibus, attente vidi hoc opus de Concertatione Prædicatoria, & de viris illustribus nostræ Prædicatoriæ Familiæ à Reuerendo P. F. Alphonso Fernandez elaboratum. In quo præterquã quod nihil inueni sanæ doctrinæ Ecclesiæ aut bonis moribus dissonum, splendet in eo eximia, & singularis diligentia cum historiarum eruditione mirabili coniuncta, idcirco dignissimum censeo, vt ad nostri decorum, & ornamentum in lucem prodeat, vt omnium manibus euoluatur. Datum in hoc collegio S. Gregorij Vallisoletano 24. Septembris anni 1613.

F. Bernardinus Ayala.

LECTO-

LECTORI.

CONCERTATIONEM Prædicatoriam in publicum damus, quamuis per epitomen, prolixiori comprehensione descriptam, non paruo argumenti magnitudinis detrimento, nulla tamen veritatis iniuria. Curauimus in medium afferre, quæ in obsequium Romanæ Ecclesiæ, ac incrementum fidei, diuino cõsilio afflata Familia nostra operata est: & licet summatim, res maxime nobiles pleniori narratione proponuntur, non secus, ac ex angustis ripis, egressus amnis, in latos campos late diffunditur. Multarum vigiliarum, magnique laboris opus, vtinam tam fœlix, gratumque, quã pium, debitumque Familiæ nostræ officium. Cum prouentu singula, an vano conatu, nostrum dijudicare non est. Non latet, quam periculosum sit ancipitem iudiciorum aleam subire. Studium & labor, in arena non defuit, verborum fucum desiderari, fateri non erubescimus. In singulis annis, & in vno quoque pro Ecclesia munere patrato semper authores adducimus, quibus ducibus in hac Concertatione conficienda vsi sumus, cum in ea nil sine authore reperiatur (erubescimus enim cum sine lege loquimur.) Felicioribus ingenijs velut alter Mercurius viã ostendimus, vbi res Prædicatorias maiori copia illustrantes, eruditionem iactent, & grandia volumina moliantur. Nobis in magnis voluisse, & cœpisse sat: aliorũ erit perficere.

Libuit item notitiam Scriptorum nostræ Familiæ in Lucem edere: sic S. Hieronymus, Cassiodorus, Gennadius, Honorius, Sigibertus, Trithemius de Scriptoribus Catalogos scripsere. Dedimus operã, ipsorum memoriam, per quos profecimus, pie colere, vt ab obliuione, eorum nomina, & lumina vendicentur, qui de nostra Religione, & vniuersa Christiana Republica meriti sunt. De cunctis tamen parcè loquimur, ne videamur nostra laudare. In Catalogis Præsulum, Regum Confessariorum, & Cathedras Theologiæ in Academijs Regentium, solum nomina, nationes, & tempus, quo floruerint designamus. Hos autem virorum illustrium Catalogos Concertationi addidimus, cum omnes hi, vniuersali Ecclesiæ, plurimum vtilitatis attulerint. Cuncta lector iudicio suo circumlustret, si placent, probet, si displicent, abijciat, vtrumque haud magno nostro vel compendio vel dispendio. Neque enim hi sumus, qui si nostra probentur, nimis elato, si respuantur, nimis abiecto feramus animo.

IN HOC VOLVMINE
ſequentia continentur.

CONCERTA-

CONCERTATIO PRAEDICATORIA PRO ECCLESIA CATHOLICA,

CONTRA HÆRETICOS, Gentiles, Iudæos, & Mahometanos,

Per Epitomen, in Annales distributa.

AVTHORE P. F. ALPHONSO FERNANDEZ, Placentino eiusdem Prædicatorij Ordinis.

In qua videre licet validissimos pugiles fidei, fælicissimam manum Prædicatoriam è choris castrorum Ducis D. Dominici progredientem, tela iacientem, ac profligantem numerosam Hæreticorum, Gentilium Iudæorum, & Agarenorum phalangē, necnō Sacrosanctum Inquisitionis officium per cunctas ferme Christiani orbis Prouincias, fuso etiam sanguine sancitum & alia insuper munia pro Ecclesia egregiè patrata.

Anno Christi, 1204.

§. 1.

Innocentij II. anno. 7.

Albigenses hæretici debellati, & reducti.

ANNO Domini millesimo ducentesimo quarto, & septimo Innocentij Tertij Pontificis Romani (qui ad supremus fuerat ad Pontificatum anno millesimo centesimo nonagesimo octauo, sexto Idus Ianuarij, & obijt anno millesimo A ducētesimo decimo sexto, decimo septimo Kalendas Augusti) Diuus Dominicus Guzmanus, Prædicatorum Ordinis institutor eximius, postquam è Roma cum Didaco Azeues Episcopo Oxomensi redierat, confectis iam legationibus Franciæ, & Daniæ, quas nomine Alphonsi noni Castellæ Regis ob B ierat, in Tolosatium Galliæ populorū Prouincia, diuino flagrans charitatis ard re per decennium eo animo apud Albigenses perseuerat, vt hæretico-

Anno Christi. 1204.

Innocentij III. anno 7.

rum impudentiam, & superbiam cōfun
dat, & frangat, & fidem Catholicā, quā
ardenter pro viribus defendebat, nouis
triumphis exornaret, & gloria. Tunc sa
cram Prędicatorum familiam fouente,
& fauēte numine, decreuit erigere. quā
Honorius III. à longe prospiciens fœcū
dā fructibus, & fœtibus spiritu prophe-
tico in suis tabulis Bullatis, his verbis
confirmare decreuit. *Dilecto filio fr. Do*
minico Priori sancti Romani de Tolosa, &
fratribus suis regularem vitam professis,
& professuris, salutem & Apostolicam
benedictionem. Nos attendētes fratres or-
dinis tui futuros pugiles fidei, & vera mū
di lumina, confirmamus ordinē tuum, &c.
Diuina autem prouidentia factum est,
vt eodem anno, quo in Anglia B. Tho-
mas Cantuariensis pręsul pro Ecclesia
gladijs impiorum occubuit, Dei magno
beneficio ex materno vtero editus est
in Hispania Calaroge, ex nobilissima
Guzmanorū familia S. P. Dominicus,
qui secundum pręcedentē prophetiam
matri per quietē ostensam, fax lucis fo-
ret vitę sanctitate illuminaturus orbē,
& canis latratu abacturus feros lupos,
nēpe voce prędicationis debellaturus
Hereticos, ipsam Ecclesiam exaltās, &
magnificās: vt ex sacro Antonino, Car
dinalis Baronius. Venerant autem Epis
copus Oxomēsis, & D. Dominic' Tolo
sam Albigensi Heresi infectā. Ferè om
nes ciues & inter eos hospes, apud quē
diuerterant, eo errore tenebantur. Ibi
B. P. Dominicus spiritu ingemiscens ho
minis calamitatē miseratus statim blā-
dis colloquijs in eius familiaritatē se se
insinuauit, eumq; multa cū affabilitate,
tum ratione cōuictū erroris ad Catho
licę fidei veritatē reduxit. Fuit hic pri
mus manipulus, quē diabolo ereptū ad
aream Domini Dominicus reportauit.
Tam valide igitur Albigensiū error cœ
pit pullulare in Comitatu Tolosano, vt
omne triticū fidei, gentis illius versum
videretur in loliū erroris: tantumque
inualuit, vt breui interuallo temporis
infecerit mille propemodum Galliarū,
frequentissima oppida, & vrbes, adeò
quidē, vt si gladio spiritus verbo Dei,

A & materiali fidelium repressus nō fuis
set, breui temporis interstitio vniuer-
sam Europam corrupisset. Petrus de
Valle Sernarij Monachus Cisterciensis,
qui hoc tempore vixit, & cum Guido-
ne Abbate Monasterij Vallis Sernarij,
prope Parisios auunculo suo postea Car
casonensi Episcopo ad prędicandum
contra Albigenses in partes Tolosanas
venit, & bellis Albigensium plerumque
interfuit in ea quam de rebus Albigen
sium ad Innocentium tertium Summū
B Pontificem scripsit historiam, & Gulliel
mus Nangiacus plures errores Albigen
sium, & nefanda facinora referunt, quę
Annales Ecclesiastici frat. Abrahami,
Bzouij historiā Ecclesiasticam Cardi-
nalis illustrissimi Baronij continuantes
afferunt, anno 1204. Misit igitur Inno
centius Pontifex legatum, & duodecim
Abbates Cistercienses in Gallię Prouin
cias Heresi infectās, qui crucem con
tra Albigenses prędicarent, & plena
riam omnium peccatorum remissio
nem authoritate Apostolica cruce sig
C natis indulgerent. Superuenit tunc D.
Didacus Azeues Episcopus Oxomensis
vna secum ducens D. P. Dominicum
Canonicum ad hæc tempora Oxomen
sem zelo Catholicæ fidei propagandæ
flagrantem. Forte autem apud Mon
tem Pesulanum Abbates, cum legato
qui erat Abbas Cistercij inter se venti
labant quonam potissimum modo Hæ
reticorum impietati obsisterent. Ibi cō
sultore B. P. Dominico Didacus Episco
pus humilitate, modestia, mansuetudi-
D ne, authoritate vitæ, & custodia casti
tatis deprauatos illorum hominum mo
res ad normam sanctioris disciplinæ
reuocandos esse sanxit, & inquit. Quod
me facere videritis, hoc ipsi quoque
facite. Moxque familia, equitatu, &
apparatu splendido abiecto, pedes ip
se in opus Euangelij cucurrit. Secuti
sunt omnes exemplum Didaci, & is
B. P. Dominici; nam is præ omnibus
maximarum virtutum splendore co
ruscabat, & fidei orthodoxę veritatem
miraculis clarissimis illustrabat. Aliquā
do apud Castrum, quod fanum Iouis ap

pella-

Anno Christi. 1104.

pellatur, cum Hęreticis disputatione in longum protracta, cum nec quidquam verbis flecterentur. Age (inquit Dominicus) ad notas verę doctrinę, scilicet, miracula accedamus. Scripto vestra dogmata libello concipite, concipio, & ego. Cuius libellus ignem succensum illęsus euaserit, illius firma sanctaque esto sententia. Assensi sunt Albigenses, cōscripserunt. Ignem copiosum accenderunt, Dominici quoque libellum postularūt. Ardebant ligna flammis conceptis, iudices cognitores deputati præsidebāt: populorum innumerabilis multitudo astabat veritatis probationem expectātes. Proiecerunt primo Albigenses suum tomū, quem statim, atque ignis corripuit exussit. Iniecit & D. Dominicus volumen, quod ipse scripsit, sed illud illęsum ab igne exilijt. Secundo, & tertio coniecit: secundo & tertio flammas euasit, atque scriptoris sui sanctitati, ac fidei Christianę veritati pręclarum testimoniū resultu dedit. Obstupescebant quidem omnes, & pijs lętantibus, aliqui impiorum ad veritatis cognitionē reuertebantur. Assimile est huic aliud eiusdē generis miraculum. Congressurus quandoque in Prouincia Narbonensi cū Hęretico, scripta quędam fidei documēta in charta eidem tradidit, vt de obiectis mature deliberaret. Ea nocte cum reliquis forte ad ignem considens chartulā viri Dei protulit, & alijs discutiendam tradidit. Cōtulerunt illi inter se multa, & alijs alia, atque alia asserentibus, quidā suggesserūt. Mittatur in ignē schedula, vt veritas cōprobetur: mox proiecta in ignē, illęsa inde prosilijt. Inde secūdo & tertio, pari ratione veritatē explorarūt, sed chartulę nullū inferre nocumētū potuerunt. Volebant rem silētio inuoluere, sed miles quidā qui corā interfuit, insigne miraculū ad Catholicorum notitiā reuelauit. De isto tamen miraculo libelli in igne illęsi libet ipsum Fr. Petrū Monachū Cisterciēsem qui tūc in exercitu Catholicorū erat, verbis ipsius referre. Ita enim narrat in historia Albigēsi, cap. 8. Accidit eo tēpore, quod insigne quoddā miraculū fuit factū dignū

Hæretici confusi.

A plane visum, quod hic inseratur. Disputauerunt quadam die quidam Prędicatores nostri, viri Religiosi aduersus Hęreticos. Vnus autē de nostris Dominic' nomine vir totius sanctitatis, qui socius fuerat Episcopi Oxomensis, authoritates, quas in mediū produxerat redegit in scriptū, & cuidam Hęretico tradidit schedulā illā, vt super obiectis deliberaret. Nocte igitur illā erant Hęretici congregati, in vna domo sedentes ad ignē, ille autē, cui vir Dei tradiderat schedulā, produxit eam in medium. B Tunc dixerunt socij sui, vt in mediū ignē illā proijceret, etsi schedula illa cōbureretur, vera esset fides, imò perfidia Hęreticorū, si verò incōbusta maneret, fidē, quā prędicabant nostri veram esse faterētur. Quid plura. In hoc cōsentiūt omnes, schedula in ignē proijcitur: sed cum in medio igne aliquantulū morā fecisset incōbusta penitus ab igne resiliuit. Stupentibus qui aderant, vnus cęteris durior, ait illis. Proijciatur in ignē iterum, & tunc experiemini plenius C veritatem. Proijcitur iterum, iterū resilijt incōbusta. Quod vidēs ille durus, & tardus ad credendum, dixit iterum. Trina vice proijciatur, & tunc sine dubio rei exitum cognoscemus. Proijcitur tertio, nec tunc quidem cōburitur, sed integra ab igne resilijt, & illęsa. Hęretici autē visis tot signis, nec tūc ad fidē voluerunt cōuerti, sed in sua manentes malitia districtissimè sibi inuicē inhibuerūt, ne miraculum istud per narrationē alicuius ad nostrorum notitiā perueniret. D Sed miles quidā, qui erat cum illis, qui aliquantulum cōsentiebat fidei nostrę noluit celare, quod viderat: sed pluribus enarrauit. Factum est autē hoc apud Montem Regalē, sicut ab ore viri Religiosissimi audiui, qui schedulā Hęretico tradidit superscriptam.

Innocentij III. anno 7.

II. ¶ Eo tēpore D. P. Dominico, apud fanū Iouis è suggestu à cōcione descendēti nouē nobiles matronę occurrētes ad pedes accesserunt. Inter eas grauior annis prostrata, Nos (inquit) virorū sapiētū, quos Hęreticos vocas, vestigia cōsequimur. Ab illorum sententia mirum

Anno Christi 1204.

Innocentij III. anno 7.

in modum tu Pater dissentis, Ea propter nobis de sententia, quã sequamur magnus scrupulus, ac dubitatio ingens injicitur. Tu porro animum nostrũ elibera. Tuus iste Deus, de quo tam grãdia prædicas, his, qui præceptis suis fidẽ habendam putabunt, diuinã, ac cœlestẽ domum vltro pollicetur. Tu si ea de re signum edideris, profecto eæ sumus, quæ nunquam de tua sententia discedemus. Audiuit hæc D. P. Dominicus, & paululum se colligens: si (inquit) constantiæ vestræ minime defueritis à Domino edetur signum, quo compulsę falsam istam Religionem vestram sempiterna obliuione delendam censebitis. Cui antehac seruitutẽ pręstiteritis, res ipsa declarabit. Cum hanc orationẽ locutus esset, repente felis (quẽ catum, vel musionem vocant) ingentis magnitudinis ex illarum medio prosilijt. Huic tã deformis vultus erat, vt nemo sustinere posset. Odorem præterea tã tetrum exhalabat, vt prope omnes ab eo refugerent. Semel secundo, & iterũ circum mulieres deambulauit, & tandẽ ad turrim iter intendit, vbi restę nolæ suspensa in summum euasit. Cumq; aliquantulum constitisset ab oculis in caliginosas tenebras euanescens disparuit. Tunc D. P. Dominicus ad mulieres cõuersus Quid (ait) timuistis? cur tantus vos oppressit timor? Vidistis quã vultu horrendus, quã vanus metu, quẽ hactenus coluistis? Abijcite ergo, & ad veritatis fontẽ accedite. Non inanis fuit S. Patris Prædicatio: statim enim matronæ illæ errores eiurarunt, seque Catholicæ Religioni addixerunt.

Hæretica reducta.

III. ¶ Eodem tempore accidit, vt celebris admodum disputatio, cum hæreticis institueretur, ad quam cum Fulco Tolosanus Antistes multa cũ pompa esset iturus B. P. Dominicus prudẽter decernens filios superbiæ, non fastu elationis, & ostentatione sed humilitatis studio expugnandos esse, detractis sibi calceis Episcopum, vt idem faceret hortatus est. Assensit Antistes, cumq; de itinere incerti, obuium quendã hæreticũ haberent, rati Catholicũ esse, eius se du ctui commiserunt, qui eos in syluã quãdam callide pertraxit, vbi spinarum aculeis grauiter sauciati, perfidi hominis malitiã demũ senserũt. Tunc B. P. Dominicus nihil ea iniuria motus. Cõfidite (inquit ad socios) charissimi, quia certa nos de Cœlo manet victoria, & triũphus, cũ peccata nostra sanguine expientur. Cernens autem seductor ille tantã in viro sancto patientiam, illico abiurata hæresi supplicẽ se D. P. Dominico sanandũ tradidit, existimans fieri non posse, vt á tãta vitæ integritate recta in Deum fides abesset. Peruenerunt igitur ad locum designatum, & parta victoria, confusione, atque ignominia hæreticorũ, cum gaudio triumphum reportarunt.

Hæreticus conuersus.

¶ Cum autem B. Pater apud Tolosanos, tum verbis, tum ex ẽplis hæresim viriliter expugnabat, hæretici de nece illi inferenda consilia captabant. Itaque positis certo loco insidijs aduentũ eius præstolabãtur. At ille cognita eorũ malitia cantans, & alacer gradũ intulit eorumq; furorẽ vltro etiam ad cædẽ prouocauit. Qua re stupefacti carnifices; An non (inquiunt) mortis horrore tu afficeris? Quid facturus, si nos te ad mortem arriperemus? Quibus ille, rogarẽ (inquit) ne breui compendio mortem mihi celerem afferretis, sed paulatim singula mẽbra ferro præcisa oculis meis contẽplanda obijceretis; atque ad extremũ euulsis luminibus sineretis ita mutilatum corpus in suo sanguine volutari, vel prorsus pro vestro arbitratu, vita omni priuaretis. Nec minus pro salute proximorũ extrema quæq; subire paratus erat. Cum enim quẽdã hæretica prauitate subuersum ad fidẽ reuocare contẽderet, & ille res vitæ degẽdæ necessarias ab illis se accipere diceret, eaque de causa eis adhærere deberet, vir sanctus toto pectore hominẽ miseratus se ipsum vendere proposuit, vt eius in tanto periculo cõstituti inopiã subleuaret, & sub peccato venũdatũ redimeret. *F. Petrus Monachus de Valle sernonario historia Albigẽsiũ, F. Vincentius Beluacẽsis specula historiali lib. 30. F. Theodoricus de Apoldia Germanus lib. 2. cap. 5. & 6. & 7.*

Anno Christi, 1207.

F. Ioannes Lupus salmantinus de B. P. Dominico li. 2. cap. 5. 6. 7. 9. & 11. S. Antoninus 3. P. historiali tit. 23. cap. 4. §. 1. & 2. F. Leander Albertus lib. 1. fo. 9. F. Antonius Lusitanus in suo Chronico pag. 9. & 10. F. Ferdinandus Castillus 1. P. li. 1. cap. 7. 8. & 9. F. Michael Pius de viris Illustribus Ordinis Prædicatorũ 2. P. pag. 1. & Annales Ecclesiastici F. Abrahami Bzouij, anno 1204.

An. 1207. ANNO Domini millesimo ducẽtesimo septimo, Innocẽtij III decimo, Didac' Episcopus Oxomẽsis, postquã per bienniũ cũ B. P. Dominico, in Tolosana, & Narbonensi Prouincijs nullũ non lapidem mouerat, ad reducendos hæreticos, in Ecclesiam suã redux, fatis defunctus est, post mortẽ miraculis clarus, B. P. Dominicus solus, cũ paucis remansit prædicãs, & euãgelizans de Regno Dei, contra hæreticos, fere per decennium, antequã sui ordinis confirmationẽ impetraret. Hoc ipso tẽpore Monasteriũ Sanctimonialiũ, apud Pruliamũ, ex hac occasione erectũ est. Nobiles plurimi erãt, in illa prouincia, qui inopia adacti filias suas tradebant hæreticis nutriendas, imo vero erroribus pestiferis corrũpendas. Eorũ exitiale opprobrium miseratus Dei seruus B. P. Dominicus, Monasterium, in quo reciperentur, in loco quem Prulianum vocant, vbi ancillæ Christi perpetuo inclusæ admirandas constitutiones, & obseruãtias arctũq; silẽtiũ sectarẽtur, & manibus suis laborãtes in conscientiæ puritate Creatori suo iucundũ exhiberent famulatũ. *F. Theodoricus Appoldia in vita B. P. Dominici li. 2. cap. 6. F. Ioannes Lupus salmantinus li. 2. ca. 7. S. Antoninus 3. P. tit. 23 ca. 4. §. 1. & 2. F. Antonius Lusitanus Chronicon pa. 12. F. Ferdinandus Castillus lib 1 cap. 8. & 9. Annales Ecclesiastici, anno 1207.*

Hæretici reducti.

An. 1209. ANNO Domini 1209. Innocẽtij III. an. XII. B. P. Dominicus, quã plurima, ab hæreticis passus est. Circuibat vir Apostolic' per vicos, Castella

A &vrbes prędicãs Verbũ Dei. Erat enim vitiorũ castigator acerrimus, hæresum oppugnator strenuus, fidei zelator egregius, atq; Catholicorũ exhortator vigilantissimus. Tunc congregata est ad eũ synagoga fortiũ viribus ex Israel omnis voluntarius in lege, & qui fugiebãt ã malis, & in ducẽ verbi, eũ sibi elegerunt cũ post recessum Abbatũ, & Episcopi Oxomensis potissimus cõtra hæreticos certator, & dux mansisset. Similis ergò factus est leoni in operibus suis, & persecutus est iniquos perscrutans eos, & B directa est salus in manu eius. In comprobatione ac testificatione, quæ authoritate Apostolica Gregorij IX. facta est ad B. virũ Sanctorũ catalogo ascribendũ (quã habeo) pluribus testimonijs cõpertũ est plusquã centũ millia hæreticorũ eiusdẽ viri Apostolici prædicatione, cõgressibus, & hortamẽtis ad fidem Catholicam redijsse. Itaq; cũ eius verba instar faculæ arderẽt, inuidia tabescebant hæretici, & fremebant aduersus iustũ, irridentesq; sæpius veritatis Doctorẽ, phlegmata, lutũ, lapides aliaq; vilia C in eum iaciebant. Aliquãdo ex eis vnus pœnitentia ductus in confessione renũciauit se luti iniectione ipsum Beatũ virũ percussisse, eiq; a tergo in derisum paleas alligasse. Quas cõtumelias, & plures alias lętãter, & gaudẽs ferebat, exultans in spiritu vehemẽter, eo quod dignus habitus esset, pro nomine Iesu contumeliã pati. *Theodoricus Appoldia li. 2. ca. 9. S. Antoninus ca. 4. §. 1. Castillus 1. li. 1. c. 9. Annales Ecclesiastici, anno 1209.*

Innocentij. III. anno 1[illegible]

Hæretici reducti.

D ANNO Domini 1211. Innocentij III. an. XIIII B. P. Dominicus suæ prædicationis cursum aduersus hæresim continuans, maximos exãtlabat labores, eo quod illi res esset cũ perfrictissimę frõtis hæreticis, sed infracto animo omnia subibat, si aliqua tãdẽ ratione obstinatissimã gentẽ in viã pacis dirigeret. Et multi Catholicorum beato viro hortante contra Albigenses hæreticos tũc crucesignati fuerũt, & plurima damna ab eisdem perpessi, duobus honestis clericis, per terrã illorũ

I. An. 1211.

 trãn-

Anno Christi, 1213.

transeuntibus Ecclesiam quandã in itinere desolatam circunspicientibus, ait vnus alteri: Sabathum est, intremus Ecclesiam hanc, dicamusque Missam, in honorem B. Virginis Deiparæ (deferebant enim secum librum, calicem & Sacerdotalia indumenta. Antequã Missam explessent proditi sunt hæreticis, qui armati in Ecclesiam intrantes & Sacerdoté foras trahentes linguam, ei radicitus absciderunt. Hunc socius multo cum labore deducens Monachis quibusdam cõmendauit. Illi porro omnem ei humanitatem exhibuerunt. Accidit in nocte Epiphaniæ Dominicæ, cum vigiliæ solemnes decantarentur, vt parietem baculo pulsaret, & ministros aduocaret. Requirentibus, quid optaret, in oratorium se deferri indicauit. Importunitate illius victi, tandé adduxerunt, & ante quoddam altare deposuerunt. Ibi cum matrem misericordiæ tota mentis deuotione inuocasset, illa ei apparens, & carnem, in linguæ formam figuratam in manu tenés respondit oranti. Quia propter fidem filij mei, & honorem mihi exhibitũ lingua tua priuatus es, aperi os tuum, Quod cum ipse fecisset digitis ori eius immissis radici linguæ præcisæ, eandem carnem coniunxit, & viuit, atque disparuit. Ille autem cum Angelo, in vocem exultationis erũpens, salutationem Angelicam, clara voce, ita vt audiretur recitauit, suæq; sospitatrici gratias immensas egit.

Ab hæreticis passi.

II. ¶ Eo tempore B. P. Dominicus sequens miraculum patrauit. Quidã Albigenses hæretici, diabolica vi suffulti, quædam signa, atque portenta ostenderunt, quibus, & easdem hæreses, roborauerunt & multos fideles subuerterunt. Nam inter alia super aquas ambulauerunt, & non sunt submersi. Cernens hoc S. P. Dominicus, & sciens vera signa cum falsa doctrina esse nõ posse, corpus Domini cum pyxide ad flumen, vbi illi populis sins ostensuri erant virtutes deportauit, inque omnium audientia dixit. Adiuro te diabole per eũ, quem in manibus porto, ne in hoc flumine ad huius populi subuersioné, per hos homines tantas exerceas Phantasias. Post hæc verba; illis super vndas fluminis ambulantibus, vt prius B. P. Dominicus turbatus corpus Dominicũ, ab eius manibus exiliuit super flumen. Mira Christi potentia! Mox enim vt elementũ tetigit Sacramentum, phãtasia cessit veritati, & pseudo illi sancti, quasi plũbũ descendentes in profundũ sunt submersi. Pyxis verò cũ Sacramento, ab Angelis sublata est. Videns hæc omnia Sacerdos, qui conijcitur fuisse B. P. Dominicus de miraculo quidé exultauit, sed de iactura Sacramenti indoluit: totam verò nocté, in lachrimis, & gemitu transfigens, mane pyxidem, cum Sacraméto super altare reperit. *Hoc afferunt Annales Ecclesiastici F. Abrahami Bzouij, hoc anno* 1211. *num.* 10.

Hæretici confusi.

Innocentij III. anno. 14.

I. ANNO Domini millesimo ducentesimo decimotertio, Innocentij III. anno XVI. B. P. Dominico, in Prouincia Tolosana Prædicationi cum aliquot socijs sedulò incũbente Albigenses blasphemo ore plurimos errores, euomentes puritatem etiam, & integritaté Sacrosanctæ Virginis Mariæ, fœdũ in modũ lacerabant, cũ per summá impudentiã voce impurissima meretricé, Dei Matré appellarent, eiusq; illibatã Virginitaté infami infamia violarét. B. P. Dominicus, cui nihil post Deũ magis cordi erat, quã Diuæ Deiparentis Virginis amor, & honor (in qua tanquã, in tutissima anchora spes suas quisq; Christianus collocare debet) vehemétissimo animi dolore discruciabatur, cernés hæreticorũ procaciã, & summũ oris propudiũ. Quapropter Sacrã Virginé, assiduis precibus interpellabat, vt honoré dignitatéque suã aduersus blasphemãtiũ furores tueretur, & tantæ malorum inundationi omnia obruéti præsenti remedio occurreret. Haud dubiũ, quod ab inspiratione meliori, nullã vir Apostolicus maioré, aliã cupiebat cõsolationé: nullaq; illi dulcior, ac frequentior occupatio erat, quam corde co-

An. 1213.

Hæretici reducti.

Anno Christi, 1213.

Innocentij III. anno. 16.

gitare, & ore proferre semper Angelicã salutationem. Istud porro vt omnes quibuscum agebat facerent, eos enixissime hortabatur. Ergò cũ in vrbe Albiorum impiam hæresim prædicatione conaretur extinguere, neque sic se multũ quemadmodum optabat, proficere videret, eo quod arte diaboli miserorum hæresi deceptorũ corda valde obstruerentur, ad Sacram Virginem confugiebat, & prouolutus in genua pijs querimonijs, & ex alto pectore ductis suspirijs totum cubile lachrymis inundabat. Quid esset, quod sic dignitatem suam impurissimo hæreticorũ ore labefactari toleraret, & tot animas pretioso sanguine filij sui comparatas in perditionẽ abire sineret, cum ipsa relicta sit in Ecclesia vnicum in rebus aduersis præsidium, vtque in rebus plane deploratis perfugium. Audiuit misericordiæ Regina preces serui sui Dominici, atq; se illi, quodam die feruentissime oranti in manifesta visione conspicuã exhibuit multoque splendore, & gloria circũdata, sic illũ allocuta est. Bono animo esto Dominice. Nosti quanto impendio sanguinis, & vitæ amantissimo Dei Patris, & meo vnigenito salus hominum steterit. Non vult ipse perire, quod saluauit & redemit. Perseuerantia opus est, sine qua res præclaræ non geruntur: itaque optima spe mentem corrobora: fructũ enim laborum vberem reportabis. Quod nunc in tot malis magnũ erit remediũ: Meditationem maiorum Redemptionis humanæ mysteriorum omni studio populis prędica, & vt se gratos tãtis beneficijs ea saltim pia recordatione præstare velint, eos exhortare; Rosariũ institue eamque precandi formulã, quã tibi trado, homines edoce, ac tum filio meo, tum mihi longe esse gratissimã admone. Hoc erit vnicum ad euertẽdas hæreses, vitia extinguenda, virtutes promouendas misericordiam diuinam implorandam, suffragiaque mea impetranda, eximium, & singulare in Ecclesia instrumentum. Volo autem adeòque iubeo, vt tu tuique in Religione, quam excogitas successores huius cœlestis ritus

A sitis perpetuo præcones, & annunciatores. vnde ingentes vtilitates in animis fidelium orientur, neque ipsa ope auxilioque sequentibus signis vnquam defuero. Istud eximium, & singulare donum á me tibi, & surrecturo tuo ordini pacto firmissimo in æternum esto. Et Virginalis maiestatis visione amplissimo Deiparæ munere egregie confirmatus B. P. Dominicus, dici non potest, quanto mentis gaudio fuerit perfusus. Inde actis quantis poterat Beatissimæ Virgini gratijs, summaque veneratione

B exhibita cœpit vir Sanctus incredibili ardore deuotionem Sanctissimi Rosarij, populis prędicare. tantorum audientium fructu, vt quamplurimi relictis erroribus ad Catholicam fidem redierint, & innumerabiles, qui peccatorũ voraginibus immersi hærebant, mira Dei benignitate resipiscerent, & ad præclaram virtutum frugem emergerent. Hoc ipsum asserit Sanctissimus Pontifex Pius V. in diplomate, cuius initium est; *Consueuerunt*, dato Romæ anno 1569. die decima septima Septembris

Rosarij institutio contra hæresim.

C Pontificatus sui anno quarto, tenore sequenti. *B. Dominicus spiritu sancto, vt pie creditur afflatus occasione, qua Albigensium hæresis per partes Galliarum, & Italiæ misere grassabatur, & tam multos excæcauerat seculares, vt in Domini sacerdotes, & clericos sæuissime furerent, leuans in Cælum oculos, & montem illum Gloriosæ Virginis Mariæ, almæ Dei Genitricis respiciens modum facilẽ, & omnibus peruium, ac admodum pium orandi, & precandi Deum, Rosarium, seu Psalteriũ*

D *eiusdem Beatæ Mariæ Virginis nuncupatũ, quo eadem Beatissima Virgo salutatione Angelica centies, & quinquagies ad numerum Dauidici Psalterij repetita, & oratione Dominica, ad quamlibet decimam, cum certis meditationibus, totam Domini nostri Iesu Christi vitam demonstrantibus interposita veneratur excogitauit, & excogitatum, per sanctæ Romanæ Ecclesiæ partes propagauit, &c.* Adfuit Beatissima Dei Mater, exorienti nouo Rosarij instituto, eiusque nascentis primordia clarissimis Miraculis illustrauit,

Anno Christi, 1213.

Innocentij III. anno. 16.

Quindecim decades salutationũ Angelicarum, quindecim orationibus Dominicis adiunctarum, hic orandi ritus complectitur accommodatus ad contemplanda quindecim potissima redemptionis nostræ mysteria, videlicet, Incarnationẽ Verbi, Visitationem Elisabethæ, Natiuitatem Iesu, oblationem ipsius, & doctrinã duodenis. Tum deinde orationem eius in horto, flagra ad columnam, diadema spinosum, crucem impositam, eandemque, & mortem pro salute generis humani ipsi illi illatam. Ad extremum Resurrectionem eius à morte, Ascensionem super cælos, missionem Paracleti, Assumptionem Deiparæ, eiusq; gloriosam fœlicitatem atque potestatem, qua eminet vniuersis. Authores grauissimi, qui de Rosarij instituto scripsere, aiunt Cœlorum Reginam asseruisse, hoc genere orationis, & prædicationis nullum fore efficacius ad animos feroces mansuefaciendos, ad Sathanam conterendum, ad diuinam bonitatem conciliandã, & quod maxime commodaret ad hostes profligandos, ad morbos depellendos, & in primis ad peccatores conuertendos. Exitus fidem dedit. Hoc enim tempore, quod bellum aduersus Albigenses hæreticos gerebatur, vir quidam nobilis Antonius Tolosanus hæretica fraude multis ab annis infamis, qui pro errore sectæ suæ nefandæ, quindecim integros retro annos sine confessione transegerat, nunquam Sacerdoti peccata sua confessus, neque vnquam sacra exomologesi Christiano ritu peracta, expiatus adfuit præsens tum alijs hæreticis, quando libellus B. P. Dominici ter in flãmas proiectus toties illæsus exilierat. Hic viso tanto miraculo præ stupore extra se raptus domum se recepit, vbi cum sæpius rem gestam mente peruolueret, subito, horrendum dictu, à Dæmonibus rapitur, & in infernum defertur. Ibi ostensa fuit illi pœna, qua æternum puniuntur, qui Sacrosanctum confessionis Sacramentum contempserunt. Vidit enim lateribus eorũ affixos hor-

Hæreticus reductus.

A ribiles dracones, qui immani sæuitia infelicium carnes discerpentes corda illis arrodebant, & comminuebant, quod ea (adeò dura, & adamantina aduersus Dei benignitatem antea gestauissent obdurati ad confitendum peccata. Audiebat pariter, quia dolore oppressi horribiles gemitus, & clamores edebant tristissimoque boatu fremebãt, lachrimarum porro loco ex oculis metuendi globi flammarũ profundebãtur: ex ore autem fœtidissimarũ rerum spurcitias, & sordes colluuione quadam abomi-
B nanda vomebant, inque locum reiectarum serpentes, bufones, viperas, & id genus venenatarũ bestiarũ magnã vim resorbebant. Hæc cernens miser ille pauore nimio tremefactus, nihil idem amplius expectabat, quam momento in eã atrocissima supplicia à dæmonibus præcipitari) tantus eum timor, & horror mali præsentis inuaserat. Inter hæc subijt illi in mentem miraculum B. P. Dominici, quod antea aspexerat, simulque viri sanctitas, & doctrina, & cum deuotionem erga Dei Genitricem eiusq; Sã
C ctissimi Rosarij memoriam refricasset, nonnulla suborta fiducia Virginẽ toto pectore in suprema illa necessitatẽ implorauit. Adfuit mater misericordiæ, & illum miserum manu apprehensum è turba dæmoniorum, & illo inferni horrore eripuit, inque cubile suum restituit, serio admonitum, vt eiurata hæresi peccata sua confiteretur: alioquin sciret se in tormenta, quæ viderat, certissime detrudendum. Vbi illuxit B. P. Dominicum adijt, ad eius pedes se ab-
D iecit, rem gestam exposuit, illique omnia peccata sua summa cum cordis contritione confessus est. Sanctus autẽ vir hominem Christo, & Ecclesiæ reconciliatum admonuit, vt deinceps ni vellet tantis beneficijs ingratissimus existere, & in æterna supplicia ire, deuotionẽ Sanctissimi Rosarij arriperet Beatãq; Virginem Mariam toto vitæ tẽpore singulari affectu, vt patronam, & liberatricem veneraretur. Quod is in posterum omnibus viribus præstitit, adeo, vt cum ordines in exercitu Catholico duceret

Anno Christi 1213.

Innocentij III. anno. 16.

pro signis, & vexillis, nō alia insignia prȩferret, quā sertum Rosaceum, quo hostibus terrorē incuteret, suis verò excuteret. Non incassum, non enim semel pugna ingrauescente cœlitus globorum ignitorū grando hostiles copias obruit, & attriuit. Aliàs iaculis desuper missis innumeri sunt confixi. Frequenter autem periclitanti Antonio legio præsto fuit, & secuta est victoria, non tam humanis, quàm supernis viribus parta. Comes enim Simon Monfortius, qui non plures, quàm octingentos equites, & pedites mille in exercitu numerabat, centum millia hæreticorum prostrauit partem, partem fugauit (vt res, & fama est) oratione Rosarij.

II. ¶ Eodem tēpore B. P. Dominico, apud Carcasonam Galliæ vrbem Rosarij Beatissimæ Virginis mysteria publicè annunciante, innumera populi multitudo se totam, tam sancto deuotoq; seruitio B. Virginis deuouebat. Aliquis sectæ Albigensium hæreticus istud perspiciens simul, & ægre ferens, non modo deuotum, hoc exercitium Beatiq; Patris Dominici conciones damnabat, verum etiam eo temeritatis, & audaciæ prorupit, vt veritus non sit sancti viri famam denigrare, & varijs calumnijs ipsum dirè impetere, sed maiora aggressus concionibus B. Dominici publicè palamque contradicebat. Vnde factum est, vt nonnullos hæreticos, qui & heresim abiurare, & sacrosc. Beatissimæ Virginis cultui mancipare meditabantur à sancto proposito retraheret. Quare B. Virgo mater alma Dei manifestare cupiens quibusdam indicijs, & signis, quàm grata sibi esset ista salutatio, iusto Dei iudicio, vir ille hæreticus in multorum Dæmonum venit potestatem, vt potè ab ipsis obsessus, ita vt vestes suas omnes dentibus premeret, ac discerperet, & modis insolitis rabiem suam ostenderet. Parentes eius cohibere cupientes eundem vi continuerunt, & non solum funibus (frangebantur enim illico) verum etiā cathenis ferreis constrinxerunt. Ligatus itaq; eo modo vociferabatur blas-

Hæretici conuersi.

A phemabat omni genere idiomatum, loquebatur multorumque peccata publicè detegebat. Quòd parentes, & amici eius perspicientes, ad seruum Dei B. P. Dominicum eum deferre decreuerunt, ipsum deprecantes, vt quemadmodum à plurimis iam dæmonia eiecerat, huius misellli misereri dignaretur. Prædicabat tunc B. Pater Dominicus concionem de Rosario, coram vniuerso populo, qui excedere credebatur duodecim millia hominum vtriusque sexus, quando dæmoniacus iste hæreti-

B cus vi delatus, ad pedes sancti concionatoris sistere coactus est. Omnes à beato viro humillimè flagitabant, vt quamuis antea ipsi fuisset aduersus, ei tamen offensam remitteret, ac ex eius corpore dæmones eijceret. Res admiratione digna! Audiebantur enim in dæmoniaco isto corpore voces quasi plurium personarum simul inter se colloquentium. Tunc S. P. Dominicus toto circunstante populo ipsum plenè capiente clara voce in hæc verba locutus

C est. Gratias tibi ago, Domine Deus: beneficio enim huius obsessi comprobatur mea hodie prædicatio. Conuersusquè ad dæmoniacum ait. In nomine Sanctissimæ Trinitatis, atquè Beatissimæ Virginis Mariæ, cuiusquè Rosarij ipsius, de quo modo verba feci, vobis, ò maligni spiritus præcipio, vt quæstionibus à me vobis proponendis dilucidè, coràm omni populo respondeatis. Primùm igitur quæro à vobis, cur hunc hominem ingressi estis, quotquè numero Diaboli in ipso residetis? Post mul-

D tos, & graues vlulatus tandem responderunt. Prima causa, propter quam homo iste à nobis obsideatur est, peccatum irreuerentiæ in Virginem Dei Matrem ab ipso commissum. Secunda est ipsius incredulitas. Antè enim vnū mensem iam elapsum tibi eodem, quo nunc modo concionanti noluit fidem adhibere, sed monitiones tuas contemnens te ipsum derisionibus & cachinnis prosecutus, ausus est in concionibus publicè contradicere hæresisque suæ sectarios aduersum te commouere. Quā

Anno Christi 1213.

ob rem iusto Dei iudicio coacti vsque ad quindecim millia, ingressi sumus (eo quod contra Psalterium B. Virginis Mariæ loqui præsumpserit) Neque id sponte nostra actum est: sed nobis plane inuitis: nam quantum ad nos attinet, ipsum ingressu nostro torquere minime prætendebamus, propter lucrum, quod per ipsum reportabamus, vtpote qui tot animas nobis lucrabatur. Tunc iterum B. P. Dominicus cœpit quærere, cur ad quindecim vsque millia, ipsum obsedissent? Respōderunt Dæmones. Propter quindecim decades, Sanctissimi Rosarij, contra quas male sanus blaterabat. Secundo B. P. Dominicus eos compellauit dicens: Per hoc Psalterium siue Rosarium, ego vos iterū adiuro, vt mihi dicatis, quare vos ipsos ad me adduci permiseritis? Respō derunt maximo cum tumultu: id ad suā ipsorum ingentem confusionem factū esse maxime, quod is maximum detrimentum tartareis regnis esset allaturus. Tertio interrogauit. Num omnia, quæ de Rosario B. Virginis publice proposuerat, vera essent? Tunc magis quā antea horridas, & terribiles emiserunt voces, & deinde respondentes dixerunt: Maledicta sit illa hora, in qua impudicam hanc statuam intrauimus. Væ nobis in æternum cur nos eum, antequam huc adduceremus non suffocauimus? Serius nunc est, & id iam præstare nequimus. Nam flammis ardentibus nos detines adurendos, & duris dirisque constringimur ignitis catenis, quibus veritatem ipsam profiteri, & publicare compellimur: quamuis istud, non sine graui nostro præiudicio futurum, non ignoremus. Audite igitur vos Christiani. Dominicus iste crudelis, & insatiabilis noster hostis, & persecutor, quæcumque de Maria eiusque Rosario, annunciauit verissima sunt; sciatisque maximam vobis pro vestræ incredulitatis peccato imminere ruinam, & calamitatem, nisi prius ipsius verbis, & dictis fidem adhibueritis. Quarto loco interrogauit eos, quinam esset iste homo, quem maxime odissent detestarentur

A que ipsi? Ad quod subito respondentes dixerunt: Tu ipse es, nam tuis precibus, tuo seuero viuendi pœnitendique modo, denique tuis prædicationibus vnicuique viam paradisi ostendis, & patefacis, quibus vijs, & rationibus nostras nobis eripis prædas. Noueritisque totā tenebrosam nostram congregationem & phalangē infernalem contra te concitatam esse, misisseque fortissimos, & maxime nostros spiritus, qui quam poterunt subtilissime, in te tuosque absque vlla misericordia impetum facient, & deuictum misere supplantabunt. B Hisce à B. P. Dominico auditis, ad populum, conuersus ait. O Christiani absit à vobis credere omnibus, quæ ab ipsis dicuntur, mendaces enim sunt, & mendaciorum inuentores. Verum tamen est, Deum, vt est omnipotens posse cōferre virtutem etiam miserrimo, ac vilissimo peccatori ad debellandos opprimendosque omnes hostes infernales, quemadmodum hodierno die, id videris fieri à me, miserrimo, qui inter omnes peccatores sum maximus. C Ad hanc vocem dæmones proruperere. Maledicta sit talis, & tanta humilitas, quæ nos tantopere contorquet & cruciat. Tunc B. P. Dominicus, iniecto Rosario seu stola, in collum obsessi, inquisiuit: qui nam inter Christianos maxime damnarentur? Nouum quid, & singulare tunc prorsus accidit, nam simul ac Rosarium contigit collum Dæmoniaci protinus ex eius naribus effluxit sanguis crassus, & spissus ex auribus autem lutum, ad instar veneni cuiusdā, D ore verò despumabat. Tunc S. P. Dominicus dixit dæmonibus. Præcipio vobis in nomine Iesu, vt hunc miserum peccatorem torquere desinatis. Responderunt; sinas ergò nos hinc abire. Quibus S. Pater dixit. Hinc nō recedetis nisi ad quæstionem, paulo ante propositam respondeatis. Responderunt ergo, in hunc modum. Antistitum & Principum vtriusq; sexus magnum habemus numerum colonorum vero, & rusticorum paruū: licet enim boni, ac perfecti non sint, tamen tot peccatis at

Innocentij III. anno. 16.

Anno Christi 1213.

que illi obnoxij non sunt. Mercatores, & ciues quam plurimos habemus, persæpe enim per auaritiam, & fraudes, & sæpissime per delicias, & voluptates carnales in Barathrũ descendunt. (Subiunxit. S. P. Dominicus) De sacerdotibus verò, & Religiosis nullam mẽtionem facitis? Responderunt, innumeros se possidere Sacerdotes, at veros Religiosos nullos: sed ex ijs, qui non habita ratione statutorum sui ordinis, ea temere transgrediuntur. Subinterrogauit, & dixit iterum sanctus: De meis ergo Religionis socijs, & de Francisci Asseclis, quid dicitis? Tunc ad hoc renouatis vocibus, & clamoribus respõderunt dicentes. Heu heu, ex illis pro tempore nullum habemus, futurum verò est, vt aliquos recipiamus, cum nempè, statutorũ & ceremoniarum seueritas, ipsaque deuotio refrixerit. Tandẽ S. P. Dominicus petijt: Quis esset sanctus in Cœlo, quem ipsi magis formidarent, & quem homines maximè glorificare, diligere & colere deberent? Qua audita petitione, omnes simul Dæmones, tam horribilem emiserunt rugitum, vt homines consternati, in pauimentum corruerint. Ibi. B. Dominicus, cunctis silentio imposito, omnes animauit; sed tamen à Dæmonibus hæc verba audiuit. O Dominice Dominice, miserere nobis, pollicemurque nos nunquam tibi nocituros. Subiungebant. Totus misericors es erga miseros peccatores, neque ignoras nos esse omnium maximè ab omnibus maledictos. Cur ergo tantopere cruciatibus, & tormentis nostris oblectaris? Tibi sufficiat pœna, quam ex inferno sustinemus. Quibus respondit: Torquere vos, non desinã, donec quæstioni meæ satisfaciatis. Responderunt Dæmones: Saltem te rogamus, vt id tibi secreto clam, & in silentio, non autem palam, & coram tanta hominum, & mulierum multitudine manifestare liceat, id enim non sine magno nostro prejudicio, & irrecuperabili iactura fiet. His adiutis S. P. Dominicus, in terram prostratus Virginẽ Deiparam, per virtutem Sanctissimi Rosarij, interpellabat, vt eos verum propalare compelleret. Hisce dictis ex auribus, naribus, & ore hominis confestim flamma erupit nullum tamen læsit. (Dæmones autem, B. P. Dominico dixerunt.) Per passionem Iesu Christi, & per merita eius Matris, necnon per suffragia Ecclesiæ Dei te rogamus, vt nos hinc abire permittas: nam Angeli sancti, istud quod quæris cũ tibi libuerit, statim reuelabunt. Quantum ad nos attinet cum falsi, & simus, & iudicemur nullam Christiani nobis adhibebunt fidem. Qua propter desiste nos vlterius molestare nostrique miserere. Quibus respondit B. Pater dicens indigni estis; qui exaudiamini. Iterumque Sanctissimam Virginem implorauit, vt eos puram, sinceramque veritatem enunciare compelleret. Finita oratione subito apparuerunt plusquam centum Angeli, armis auratis succincti, in que eorum medio Gloriosissima Virgo Mater, quæ virga aurea, quam manibus ferebat Dæmoniacum percussit iussitque, vt vera enunciaret, quæcũque Dominicus inquireret. Tunc Dæmones exclamare cœperunt. O inimica nostra, ò nostra damnatrix, ò confusio nostra. Quare de Cœlo descendisti, vt nos hic torqueres? Nunc per te, quæ infernum euacuas, & pro peccatoribus, tanquam potens aduocata, intercedis, ò via Cœli certissima, & securissima cogimur sine mora totam rei annunciare veritatem. Nunc declarandum nobis est, simulquè publicandum ipsum medium, & modum, quo nos met ipsi confundemur, vnde væ, & maledictio in æternum, nostris tenebrarum principibus. Audite igitur, vos Christiani. Hæc Christi Mater, potens est nimis in præseruandis suis seruis, quo minus præcipites, in Baratrũ inferni ruant. Illa est quæ dissipat, vt sol tenebras omnes nostras fallacias: illa enervat, & ad nihilum redigit, omnia nostra machinamenta, fatemur coacti, neminem nobiscum damnari, qui in eius Sancto cultu, & pro obsequio deuo-

Innocentij III. anno. 16.

tus

Anno Christi 1213.

tus perseuerat. Vnicum eius suspirium ab ipsa,& per ipsam Sanctissimæ Trinitati oblatum, superat, & excedit omnium sanctorum preces: magisque eã reformidamus, quam omnes paradisi ciues, neque contra fideles eius seruos, quidquam possumus præualere. Notum sit etiam vobis plurimos Christi fideles in hora mortis ipsã inuocãtes cõtra iura saluari, & nisi Maria ista obstitisset nostrosq; conatus repressisset à lõgo iam tempore Ecclesiam exterminassemus. Nam sæpissime vniuersos Ecclesiæ status, & ordines à fide seduxissemus. Amplius etiam necessitate compulsi renunciamus, nullum in sancto exercitio Rosarij perseuerantem æternos inferni subire cruciatus. Ipsa enim deuotis suis veram impetrat contritionem, qua ratione fit, vt & peccata sua confiteantur, & eorundem indulgentiam à Domino consequantur. Dixerunt ista Dæmones. Beatus autem P. Dominicus singulos de populo hortatus est, vt clara voce,& tractim Rosarium Beatissimæ Virginis recitarent. Recitabat & ipse maxima cum deuotione. Et tunc,ô miraculum ingens, ad singulas salutationes Angelicas multitudo copiosa Dæmonum è corpore hæretici in specie carbonum ardentium erumpebat. His ad eum modum transactis, Virgo & Mater Sanctissima suã populo impertiuit benedictionem eaque disparente homo ille à Dæmonio liberatus occasionem hæreticis dedit, vt multi ex ipsis ad fidem conuersi hæresim abiurarint studioseque Sanctissimum Rosarium recitantes totos se cultui Beatissimæ Virginis deuouerint. *Ioannes Martinus Valencenensis 1. Parte, cap. 5. fol. 35. col. 4. & 5, ex Iordano Humberto, & Theoderico scriptoribus vita B. P. Dominici, Ioannes Maior Theologus ex societate Iesu, in magno speculo exemplorum, verbo Rosarium, pag. 713. vsque 717. Annales Ecclesiastici, anno Domini 1213. nu. 9. 11. 12.*

Hæretici conuersi.

II. ¶ Quæritur autem, quisnam fuerit inuentor Sanctissimi Rosarij? Polydorus Virgilius libro de inuentoribus rerum asserit, huius precandi modum fuisse inuentum à patre quodam Eremita Gallo Ambianensi, circa annũ 1073. Venerabilis autem Beda, ad antiquiora tempora illum retulit. In hac quæstione dicendum est, quod de Rosario possumus loqui dupliciter. Vno modo, vt est orarium per calculorum supputationem. Aliter vt est deuotio cultus Beatissimæ Virginis Mariæ, cõplectens potissima vitæ, & mortis filij Dei,& ipsius Matris mysteria. Primo igitur modo, Rosarium accipientes fatemur Petrum Eremitam illud adinuenisse,& per calculos filo introductos orare docuisse. Secundo verò modo, vt Rosarium centum & quinquaginta salutationum Angelicarum, & quindecim orationis Dominicæ repetitionibus, constat à B. P. Dominico Beatissima Dei Genitrice inspirante,& hortante institutum,& inuentum fuit. Cardinalis Baronius anno 1095 cũ loqueretur de Petro Eremita ait, quod Vrbanus secundus in Cõcilio Claramontẽsi, toti orbi Christiano deuotionem, B. Virginis proposuit, atque egit, vt horariæ preces, & laudes quæ officium eiusdem, B. Virginis appellari consueuerunt, quæ apud monachos Eremitas Petri Damiani frequentari cœperant, ex illis deducerentur ad clericos, quod tunc à synodo indictum,& à clericis pie susceptum, ad laicos fuit etiam propagatum: non tamen ibi de hac Rosarij deuotione, nec nomine orarij, vel precum B. Virginis, per calculos neque salutationes Angelicas, vlla fit mentio. Quare asserẽdum est, quod hic modus orandi deuotionis Beatissimæ Virginis nomine Psalterij, seu Rosarij inuentus est, & institutus à B. P. Dominico, ipsa Beata Virgine Deiparente ostendente, confirmante, & fauente, vt supradictum est. Ita asserunt plures Summi Pontifices. Leo decimus in Bulla, quæ incipit, *Pastoris æterni, qui vt humanum genus redimeret, &c.* Romæ expedita pridie nonas Octobris anno 1520. Pius Quintus, in Bulla, quæ incipit. *Consueuerunt Romani*

Innocentij III. anno. 16.

Anno Christi, 1214.

mani Pontificis, Romæ decimoquinto Kalendas Octobris anno 1569. Gregorius decimus tertius, in Bulla incipiente, *Monet Apostolus:* Romæ, Kalendis Aprilis anno 1573. & Sixtus Quintus, Romæ. 2. Kalendas Februarij, anno 1586. In Bulla, quæ incipit, *Dum ineffabilia meritorum insignia.*

¶ *Insuper affirmant prædictam veritatem grauissimi, & antiquissimi Authores, Ioannes Antonius Flaminius: Fr. Theodoricus Appoldia: & Fr. Alanus de Rupe, in compendio Rosarij cap. 2. & 8. Et inter recentiores eam tenent Episcopus Monopolitanus, Fr. Ioannes Lupus lib. 1. Rosarij cap. 4. Fr. Hieronymus Taix lib. 3. cap. 3 Fr. Antonius Lusitanus, in suo Chronico, pag. 11. & 12. Fr. Ferdinandus Castillus 1. p. lib. 1. cap. 11. Annales Ecclesiastici, anno 1213. num. 9. & alij plures, quos longum esset recensere.*

Anno 1214.

ANNO Domini ducentesimo decimoquarto Innocētij III. anno decimoseptimo, B. P. Dominicus strenuâ nauabat operâ in extirpandis Albigensium erroribus. Et non solum prædicationi instāter incumbebat, sed arma materialia aduersus eos validissimè excitabat. Catholicorum enim exercitum eiusquè ducem generalem Comitem Simonem Monfortium ad præliādum bella Domini Sabbaoth hortabatur, & cum ipso in prælijs, & congressibus in medio exercitus assistebat. Extat nunc Tolosæ in ædibus Sanctæ Inquisitionis Sacra Christi Crucifixi imago, quam in eisdem congressibus S. P. Dominicus, pro militari vexillo, & præferri iubebat, & ipse præferebat nobilissimo miraculo decoratam: tanquam certissimæ necis hostium argumentum. Nam cum hastile ipsum, lignumq; Crucis multis in locis sagitarum telorūquè hostilium perfossionibus terebratum ostentetur, imago tamē Christi Cruci affixi integra, & illibata sine vlla læsione adhuc visitur: atquè adeò summa omnium veneratione adoratur: vt hinc duplex patrari tunc solitum miraculum admirari libeat, & illęsæ Christi imaginis, & S. P. Dominici, qui eam inermis inter densissimos sagitarum, telorumquè imbres prēferens nullum acciperet, aut vulnus, aut damnum. Præferebat istud signum D. P. Dominicus zelo fidei Catholicæ ardentissimo inflammatus, cui nihil magis voluptuosum erat, quam errantes, luce veritatis dirigere, aut si radiū benignior ē respuerent, in eos ex officio animaduertere dignis afficiēdo supplicijs, vt statim dicemus. Simon autem Monfortius Catholicorum Dux aduersus Albigenses gladio materiali pugnans, & D. P. Dominicus gladio spiritus contra eos agens, adeò facti sunt familiares, vt Simon Comes voluerit D. Dominicum benedictionem impendere nuptijs vxoris filij sui, quam ex Delphino Viennensi genitam Aymerico filio desponderat. Aniciam quoquè filiam suam recens natam D. Dominico obtulit sacro chrismate abluendam: quæ posteà Parisijs apud S. Antonij Monasterium habitu Religionis induta Sanctissimā vitam egit. *Humbertus in Chronico, Annales Ecclesiastici, anno 1214. & 1215.*

Hæretici profligati

Innocentij III. anno. 17.

Anno 1215.

ANNO Domini millesimo ducētesimo decimoquinto, Innocētij III. anno decimo octauo, initio mēsis Nouēbris B. P. Dominicus, cū Fulcone Tolosano Antistite Romam profectus, Concilio Lateranensi astitit. Cui ex quatuor orbis terrarum Patriarchis, duo interfuere, Constantinopolitanus, & Hierosolymitanus. Antiochenus excusatione morbi vius Sacerdotes sanctos viros, legatos misit, & Alexandrinus ab Ægyptijs vetitus ipse proficisci, oratores misit. Quadringenti Episcopi, Septuaginta Archiepiscopi, Oratores Regis Romanorum Federici, simul & oratores Henrici Græcorum Augusti, ac legati Regum omnium Catholicorum, scilicèt Regis Hie-

Concilio Lateranē se cui astitit B. P. Dominicus.

roso-

Anno Christi 1215.

Innocentij III. anno. 18.

rosolymorum, Hispaniæ, Galliæ, Angliæ, Boemiæ, Daniæ, atquè Cypri. Decretũ est in Concilio, quòd post Romanam Ecclesiam, quæ mater vniuersorum Christi fidelium, & magistra, est primum locum obtineret Constantinopolitana Ecclesia, secundum, Alexandrina, Tertium, Antiochena, & Hierosolimitana quartum. Constitutum est etiam, vt singulis annis, in solemnitate Paschali fideles confiteãtur proprio, vel regulari Sacerdoti, atque ab eo Sacram Eucharistiam accipiant. Item vt medici adcurãdum ægrotos vocati eos primum ad confitendum inducant. Itẽ quod Eucharistia seruaretur perpetuo in templis ad ægrotantium ministerium. Item ne intra quartum cõsanguinitatis gradum matrimonio coniungãtur. Et damnati sunt errores Ioachimi Calabri Florentis Cœnobij Abbatis Ordinis S. Benedicti, in libello, quem edidit contra Magistrum Petrum Lombardum. Sed est aduertendum, quòd ipse Abbas Ioachin, omnia scripta sua Apostolicæ sedis iudicio approbanda, seu corrigenda assignauit. Errores illius affert, Fr. Guido Carmelita, & Fr. Alphonsus de Castro, Ordinis Minorum, libro tertio contra hæreses. Prætereà in eodem Concilio condemnata sunt peruersissima dogmata Almerici Galli Carnotensis, Parisiensis Doctoris: qui ab Episcoporum, & Parisiensium Theologorum Concilio cõuictus, ex mœrore animi interijt. Almericus item, â Generali Concilio Lateranensi hæreseos damnatus, & anathemati subiectus posteà Philippi Gallorum Regis iussu exhumatus exustusque est. Multi eius sequaces Senatus Consulto damnati, & coram vniuerso populo exauthorati, deinde flammis exusti, eorum cineres post in sterquilinium dispersi sunt. Insuper aliquain Concilio sancita sunt contra Græcorum errores, & superstitiones. Nam Græci inter alia, quando Sacerdotes Latini super eorum altaria celebrabant, non prius ipsi in illis sacrificare volebant, quàm ea veluti per hoc inquinata lauissent. Baptizatos etiam â Latinis, & ipsi Græci rebaptizare præsumebant. Volens autem Pontifex tantum scandalum ab Ecclesia Dei amouere, sacro suadente Concilio, districtè præcepit, vt talia de cætero agere non præsumant, & conformarent se, tanquam obedientiæ filij Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ matri suæ, vt sint vnum ouile, & vnus pastor. Si quis autem quid tale præsumpserit, excommunicationis mucrone percussus, ab omni officio, & beneficio Ecclesiastico deponatur. Tandem in Concilio fuerunt designati iudices aduersus hæresin, adeò districtè hæreticorum supplicia eis præcipiendo, vt in hæc verba ad finem decreti Concilium sacrum proruperit. Si quis Episcopus super expurgãdo de sua diœcesi hæreticæ prauitatis fermento negligens fuerit, vel remissus, cum id certis indicijs apparuerit, ab Episcopali officio deponatur, & in locum illius alter substituatur idoneus, qui velit, & possit hæreticam confundere prauitatem. Decreta etiam est expeditio, ad liberandum, ab infidelibus terram Sanctam, & prædicatoribus omnibus iniunctum, vt homines ad sumendam crucem hortarentur. Porro B. P. Dominicus, vt annales Ecclesiastici asserunt, publice, in consessu Concilij vniuersalis, in confutandis Ioachimi Abbatis erroribus, & Almerici insanijs reijciendis plurimam eruditionem ostentauit; cuius Theologicæ disputationes maximi habitæ sunt, vt potè Magistri doctissimi, in Palentina Hispaniarum tunc temporis Academia Florentissima laureati, & vt maxime versati per decennium, in controuersijs hæreticorum, quibuscum continuis disputationum cõgressibus strenue manus conseruerat. Fulco Tolosanus Antistes cui se B. P. Dominicus, ad Concilium contendenti comitem adhibuerat Pontifici Innocentio, quæ hactenus contra Albigenses Sanctissimus Pater fœliciter gesserat, significauit. Non latebat tantum opus Pontificem: cupiebat enim â multo tempore videre illum, per quẽ

tam

Anno Christi, 1215.

tam egregia, & præclara facinora, in extirpatione heresum patrata esse scie bat. Tunc B. P. Dominicus Ordinis re cens instituti confirmationem ab Innocentio obtinere curauit; & licèt eximiam operam, vna cum reliquis socijs in extinguendis hæresibus demonstrasset, Pontificem tamen aliquantulum votis suis reluctantem, primò expertus est. Volebat is forte spiritum explorare magis, an ex Deo esset, vel difficultate confirmationis plurimos à nouatione Religionũ deterrere. Ideò in septima constitutione Concilij statuerat, vt nouæ Religiones citra scientiam Summi Pontificis, non constituantur. Didicit tandem Innocentius institutam à B. Dominico viuendi rationem à Deo inspiratam, maxima labanti Ecclesiæ commoda afferre posse. Nam secundùm visum, in somnis aspexit Lateranensem basilicam lapsantem à B. P. Dominico fulciri, dum ille humeros ruinosæ fabricæ supposuisset, & magna virtute sustentasset. Statim autem, atque intellexit, quid visio portenderet B. Dominicum, bono animo ad suos reuerti, & regulam ad quam viuerent, sibi deligere iussit promisitque, tum demum eam viuendi rationem approbare. Nondum Roma discesserat B. P. Dominicus, vt Tolosam ad socios rediret, quando Innocentius diploma concessionis inscribere præcipiens, primò iniunxit, Scribe, Fr. Dominico eiusque socijs. Dein de mutata sententia. Nec sic (ait) scribe, sed Fr. Dominico, & cæteris, cum eo in partibus Tolosæ prædicantibus. Et cum hæc quoque inscriptio, non placuisset: Scribe (inquit) Magistro Dominico, & fratribus Prædicatoribus. Hoc accepto diplomate, & diuinitus pronunciata appellatione Tolosam reuertens socijs sedecim Congregatis regulam S. Augustini, quam profiterentur elegit, & nomen Ordini Fratrum Prædicatorum, ex inscriptione Pontificis imposuit, atque non ullis pro tempore adiunctis arctioris vitæ constitutionibus, in Ecclesia S. Roma-

A ni à Fulcone donata Religionem Prædicatorum instituit. Per hos dies quidam Magistrorum scientia clarissimus Theologiam profitebatur. Dum autem lectionem matutinã pararet, paulò antequam auditorium adiret, in librum reclinatus somnum cepit. Secundùm somnum aspexit septem stellas, sibi dono datas, quæ postmodum, ex se tantum fulgorem emitterent, vt totum orbem illustrare viderentur. Experrectus mirabatur, ecquid somnium portenderet. Mox autem auditorium B ingressus B. Dominicum cum aliquot socijs introeuntem conspiciens, illos esse viros dixit, quos stellæ apparentes significassent, indicassentq; eosdem in lumina Sanctæ Ecclesiæ euasuros, quibus per totũ orbem Christiana Religio illustraretur. *Flaminius in vita B. P. Dominici S. Antoninus 3. p. tit. 19 cap. 1. §. 6. Fr. Alphonsus Ciaconius de vitis, & gestis Pontificum Romanorum, de Innocentio III. Castillus 1. p. lib. 1. cap. 17. Annales Ecclesiastici hoc anno.*

Innocentii III. anno 18.

C

An. 1216.

ANNO Domini millesimo ducentesimo decimosexto Innocentij III. anno decimo nono. Cum animaduertisset B.P. Dominicus, plures hæreticos irridentes conciones, & disputationes Catholicorum, longius in dies, in perfidia obstinatè procedere, diuino spiritu afflatus Sanctæ Inquisitionis institutioni sedulo, & instanter incubuit, vt Authoritate Apostolica meritis pœnis punirentur. Hanc cogi D tationem aperuerat Abbati Cisterciensi in Galliarum Regno Põtificis Romani legato, qui sanctissimum consilium præclarissimumquè cogitatum, ad exterminandos hæreticos apprimè vtile debitis laudibus exornauit, & dum de re grauissima ad summum Pontificem deferri iubet B. P. Dominicus Sanctæ Inquisitionis munus exercuit. Idem post Abbatem Cisterciensem præstitit Cardinalis legatus, vt apertè constat ex duobus rescriptis, quæ B. Domini-

S. Dominicus author Sanctæ Inquisitionis contra hæreticã prauitatẽ.

cus

Anno Christi. 1210.

cus, in eadem expediuit Prouincia. In quam postquam rediit ex Concilio Generali Lateranensi, litteras accepit ab Innocentio Pontifice, quarum inscriptio sic habet. *Magistro F. Dominico, & eius socijs prædicatoribus, &c.* Quibus ei, & socijs cura demandatur hæreticos Albigenses ad fidem Catholicam pijs concionibus, & exhortationibus reducendi. & ne arma contra hæreticos necessaria desiderarentur B. P. Dominicus fuit Inquisitor Apostolicus designatus vt etiam authoritate Apostolica munitus ad extirpandas hæreses procederet. Graues authores testantur, se vidisse litterarum Apostolicarum exemplar, vt refert. F. Ferdinandus Castillus 1. P. lib. 1. capit. 17. Ludouicus Paramus Archidiaconus Legionensis Inquisitor Regni Siciliæ de origine Inquisitionis lib. 1. titu. 1. cap. 2. num. 4 & lib. 2. titul. 1. cap. 1. num. 12. & 13.

¶ Tanti autem ponderis officium. B. P. Dominicus quadam die in Ecclesia Monasterij Pruliani Sancti monialium, coram copiosa hominum multitudine ad concionem (vt moris erat) concurrente, publice pro suggestu aperuit: nomenque officium sibi à Pontifice iniunctum ostendit, quo res fidei Catholicæ pro viribus esset defensurus. Et si ad hoc (inquit) arma spiritualia, & Ecclesiastica non sufficerēt, cōstitutū sibi esse auxiliū brachij sæcularis inuocare, atq; impellere, & excitare Catholicos Principes ad arma contra hæreticos sumēda, vt eorū memoria omnino deleretur. Castillus 1. par. li. 1. ca. 10. Paramus libro. 1. titu. 1. cap. 2. num. 4. Quod autem eo tempore Innocentius Tertius B. Dominico hoc Sacrum Inquisitionis munus iniunxit etiam memorat Sixtus Quintus in Extrauaganti institutionis festi S. Petri Martyris Idibus Aprilis Romæ anno 1586. primo sui Pontificatus. Incipit Bulla, *Inuictorum Christi militum*. Ait in illa Pontifex loquens de S. Petro Martyre. *Is enim præclarus ordinis Prædicatorum alumnus, imitatione accensus B. P. Dominici, vt ille perpetuis concionibus, &*

A *disputationum congressibus, officioque Inquisitionis, quod ei primum prædecessores nostri Innocentius Tertius, & Honorius Tertius commiserant, contra hæreticos mirabiliter se gessit, ita ipse (scilicet sanctus Petrus Martyr) cum nullum ijs perditionis filijs monendis locum in omni sermone, vnquam reliquisset, tum in obeundo, Inquisitionis munere sibi litteris Apostolicis commisso, &c.* Et postea prosequitur. *Quam ob rem post B. Dominicum, non immeritò Princeps appellari debet Sacrosancti Officij Inquisitionis, cum ipse primus illud sua sanguine consecrauerit. Quod datum est, vt etiam nostris potissimum huiusque sanctæ sedis, qui in hæc turbulenta, & calamitosa tempora inciderunt, seù potius sunt diuina prouidentia reseruati, quasi facem prætulerit, ac viam commõstrarit, quam eius exemplo ingressi, audeant quæcumque pericula pro munere commisso fortiter subire, ac sanguinem ipsum si ita res ferat vitamque pro Catholica Ecclesia gloriose profundere. Dignam itaque Pontificio munere cogitationem suscepturi videmur, si sancti huius viri memoriam maiori veneratione recolamus: ita enim fiet, vt ei de Ecclesia Dei optime merito honor debitus tribuatur. Deinde, vt eius in officio Inquisitionis successores, ad prosequenda fortissime vestigia incitentur. Præcipue verò decet ad conciliandam nobis cælestem gratiam imploremus illius opem, &c.*

Innocentij III. anno 19.

¶ Ex hoc Pontificis testimonio roboratur veritas, quam defendimus, & constat B. P. Dominicum primum inquisitorem extitisse, & insuper Principem Inquisitionis Pontificē appellari. Idem confirmant grauissimi authores, vt pote Camillus Campegius Inquisitor Ferrariensis, deinde Episcopus Nepetanus, & Sutrinus, in additionibus ad Zanchinum; Franciscus Peña Sacrę Rotæ Decanus, in tertia parte directorij commentario 32. & Ludouicus Paramus Inquisitor lib. 2. cap. 2. nu. 3. Ex his omnibus apparet B. P. Dominicū anno 1216. fuisse Inquisitorem creatum, cum litterę post dissolutum Concilium fuerint expeditę. Nam post Concilium abso-

lutum

Anno Christi 1216. — Innocentij III. anno. 19.

lutum, reuersus fuerat B. P. Dominicus è Roma ad Tolosanam prouinciam ad conferendum cum socijs, quam regulam suo ordini eligeret. Concilium autem celebrari cœpit initio mensis Nouembris anno millesimo ducentesimo decimo quinto, duo autem menses vltimi huius anni, vt minimum necessarij erant, ad tam Generale Concilium celebrandum. Hinc constat literas Apostolicas exaratas fuisse anno millesimo ducentesimo decimo sexto, & eodem anno B. P. Dominicum Inquisitorem creatum; non autem anno millesimo ducentesimo, vt voluit Doctor Ignatius de Salzedo, in practica criminali Canonica.

Pontifex vero ei hoc munus tradidit, contra hæreticos, vt vel reuerti volentes Ecclesiæ reconciliaret, vel reuerti nolentes iusta sententia percuteret. Theodoricus Appoldia, in vita B. P. Dominici narrat quod sequitur eius zeli, & spiritus prophetici argumentum insigne. Contigit Tolosæ quosdam hæreticos captos, & per B. Dominicum conuictos, tradi iudicio sæculari, cum ad Ecclesiam Catholicam redire nolent. Cumque essent iam incendio deputati, aspiciens inter eos Raimundum quendam de Grossi nuncupatum, ac si aliquem in eo diuinæ prædestinationis radium fuisset intuitus, inquit officialibus curiæ. *Istum reseruate, nec aliquo modo cum cæteris comburatur.* Conuersusque ad eum blandeque alloquens, *scio* (inquit) *fili mi scio quod adhuc licet tarde, bonus homo eris, & sanctus.* Successit euentus. Ille enim tandem Dei gratia relictis tenebris, ad lumen venit, & frater prædicator effectus in isto ordine vitam suam & laudabiliter duxit, & fœliciter consummauit. Confirmatur præterea B. P. Dominicum fuisse primum Inquisitorem. Nam licet maxima diligentia euoluantur tomi Conciliorum, Pontificum Romanorum decreta, Ecclesiarum Cathedralium, Inquisitionum, nec non Religionum antiquarum, scrinia, & archiua, atque etiam tractatus, in quibus de pœnis hæreticorum agitur, in Concilijs, & literæ Apostolicæ perlegantur, & historiæ omnes, tam Ecclesiasticæ, quam prophanæ, quæ ad hanc vsque diem literarum monumentis cõsignatæ sunt: nullam tamen de Apostolico Inquisitore, nullam de sancto Officio mentionem fieri ante B. P. Dominicum reperietur. Vnde in Concilio Generali Lateranensi, prædicto anno millesimo ducentesimo decimoquinto celebrato, cum de hæresis iudice tractaretur, Episcopi designantur, nulla prorsus de Inquisitoribus memoria facta. Ex quo aperte deducitur, ante B. P. Dominicum Inquisitores Apostolicos, in Ecclesia Catholica, nõ fuisse. Hallucinatus est autem Gabriel Prateolus referens Durandum Baldach hereticum ab Episcopo Gerundæ & Fr. Arnaldo Burgueto Inquisitore damnatum tempore Paschalis secundi qui anno Quinquagesimo ante D. P. Dominici natalem e vita discessit, apertissimo enim errore lapsus est. Cum tempore Iacobi Secundi Regis Aragoniæ, & Pontificis Ioannis vigesimi secundi, Durandus Baldach fuerit damnatus, vt affirmat Fr. Nicolaus Eymericus 2. p. Directorij quæst. 11. qui coæuus, & conciuis extitit prædicti Durandi Baldach. & Diagus in historia prouinciæ Aragoniæ Ordinis Prædicatorum li. 1. ca. 12.

Extant adhuc formulæ, quibus S. P. Dominicus vti solitus fuerat, vel in reconciliandis Ecclesiæ hæreticis, salutariq; pœnitentia mulctandis, vel in alijs officijs exequendis. Duas dabo ex peruetusto cõmentario de rebus Ordinis Prædicatorum à Nicolao Rosello Cardinali S. Sixti cõposito. Primũ habet. Vniuersis Christi fidelibus ad quos præsentes literæ peruenerint F. Dominicus Oxomẽsis Canonicus, prædicator minimus, salutẽ in Christo. Authoritate Dñi Abbatis Cisterciensis Apostolicæ Sedis Legati, qui hoc nobis iniuxit officiũ, recõciliauimus præsentiũ latorẽ Pontiũ Rogeriũ ab hæreticorum secta Deo largiẽte cõuersum, mandantes in virtute præstiti Sacramẽti, vt tribus Domini-

Anno Christi, 1216.

cis festiuis diebus ducatur à Sacerdote nudus in fœmoralibus, ad ingressum villæ vsque ad Ecclesiam verberando. Iniungimus etiam ei, vt à carnibus, ouis, & caseo, seù omnibus, quæ sementinam trahunt carnis originem, abstineat omni tempore excepta die Paschæ, & die Pentecostes, & die Natalis Domini, in quibus, ad abnegationem erroris pristini præcipimus, vt eis vescatur. Tres quadragesimas in anno faciat, à piscibus abstinens. Tribus diebus in hebdomada semper à piscibus, & ab oleo, & vino abstineat, & ieiunet, nisi corporalis infirmitas, vel labores æstatis exegerint dispensationem. Religionis vestibus induatur, tum in forma, tum etiam in colore: quibus in directo vtriusque papillæ singulæ Cruces paruulæ sint assutæ. Quotidie, si opportunum fuerit, Missam audiat, & diebus festiuis ad vesperã in Ecclesiam pergat. Alias horas, tam nocturnas, quam diurnas vbicumque fuerit Deo reddat, scilicet septies in die, decies Pater noster dicat media nocte vigesies. Castitatem obseruet, & mane, apud Ceterim villam chartam istam capellano suo per singulos menses ostendat. Capellano etiam suo præcipimus, vt de vita eius curam diligenter habeat. Hæc omnia diligenter obseruet, donec aliàs super his Dominus Legatus, suam nobis exprimat voluntatem. Quòd si ea obseruare contempserit, tanquam periurum, & hæreticum, & excommunicatum ipsum haberi præcipimus, & à fidelium consortio sequestrari. Hactenus B. P. Dominicus hæretico iniungebat, potestate accepta ab Arnaldo Abbate Cisterciensi Legato Sedis Apostolicæ, qui anno millesimo ducentesimo quarto à Pontifice Innocentio aduersus Albigenses, vt annales Ecclesiastici asserunt, missus est. Et eodem anno Episcopus Oxomensis Didacus, & S. Dominicus ad extirpandam hæresim, in eandem prouinciam Tolosanam deuenerunt.

Sequitur aliud exemplar literarum

Innocentij. III. anno 19.

S P. Dominici authoritate à Petro Beneuentano Cardinali Legato aduersus Albigenses, ab Innocentio Tertio misso anno millesimo ducentesimo decimo quarto. Vniuersis Christi fidelibus ad quos literæ præsentes peruenerint, Fr. Dominicus Oxomensis Canonicus prædicationis humilis minister salutem & sinceram in Domino charitatem. Discretio vestræ vniuersitatis præsentium authoritate cognoscat: quòd nos Guillielmo de Altaripa Pelaganirio, licentiam concessimus, vt Guillielmum Hugotionem, hæreticali quondam habitu (vt idem coram nobis asseruit) inuestitum, secùm in domo sua, apud Tolosam teneat, more aliorum hominum conuersantem, quousq; super hoc nobis, vel sibi, expressius mandatum faciat Dominus Cardinalis; & quòd sibi nõ cedat, videlicet Raimundo Guillielmo, ad infamiam, siue damnum. Ita B. P. Dominicus indulgebat, ab Apostolica sede potestate accepta: sicut plures alij prædicatores Canonici, & Abbates cognoscebant de hæresi, hæreticos dignis supplicijs afficiẽdo, & Ecclesię reconciliando, non tamen ideò Inquisitor erat, nec appellabatur, quo adusq; hoc munus Inquisitionis à Pontifice Romano fuit illi iniunctum. *Paramus lib. 1. tit. 1. cap. 2. & lib. 2. titu. 1. capit. 1. Castillus 1. p. libr. 1. cap. 10. 17. Franciscus Peña Decanus Rotæ. in directorio 3. p. comm. 32. Camillus Campegius, in additionibus ad Zanchinum, & Sixtus Quintus in extrauaganti, Inuictorum Christi militum, &c.*

II. *Quæritur, in quo ordine, vel familia Sacrosanctum Inquisitionis Officium exorsum fuerit.*

CVM Institutio, & conseruatio Sacrosanctæ Inquisitionis contra hæreticam prauitatem, sint præclara familiæ Prædicatoriæ

orna

Anno Christi, 1116.

Innocentij II. anno. 19

ornamenta, & gloriosa stemmata, vt communiter, sine controuersia vlla à cunctis historiæ scriptoribus receptum est: quod etiam planè fatentur, qui modo contrarium asserere intentant: ab anno tamen millesimo sexcentesimo insurrexerunt quidam cupientes, sibi hoc præclarissimum decus tribuere, asserere intendentes se primos institutores, & authores sanctissimi huius muneris extitisse. Contendunt isti, Arnoldum Cistercienscm Abbatem Apostolicum Legatum, contra Albigenses, ab Innocentio Tertio, anno millesimo ducentesimo quarto institutum, & B. Petrum à Castro Nouo, duos insuper monachos Fontis frigidi, necnon duodecim Abbates Ordinis Cisterciensis scientia, & sanctitate florentes, ad Crucem contra Albigenses prædicandam, & ad indulgendum Cruce signatis plenariam indulgentiam Legatum comitantes, contendunt (inquam) primos in Ecclesia Inquisitores extitisse, cum apertissimum sit authores omnes antiquos etiam eiusdem familiæ, quando de Abbatibus illis mentionem faciunt illos Legatos, non verò Inquisitores appellare. Alterius autem Religiosæ item familiæ, viri nituntur ostendere eiusdem sancti officij, simul cum Prædicatoribus institutores extitisse. Cum vero ipsi perspexerint, ex suo instituto nullum Inquisitorem fuisse, vsque ad annum millesimum ducentesimum quadragesimum, vel circa, in fine Pontificatus Gregorij Noni; conantur dicere, nullum Inquisitorem, vsque ad præfata tempora in Ecclesia extitisse. Et cum tempore Innocentij, Honorij Tertij, & in primis annis Pontificatus Gregorij Noni, per viginti quatuor annos ante quam, ex suo instituto aliqui ad hoc sacrum munus assumerentur, plures Inquisitores ex Prædicatoria familia sint designati (vt omnibus notum fiet) miror quo fundamento iste author, licèt aliàs mihi multis nominibus obseruandus, proferat suam familiam simul cum Prædicatoria, in origine, & institutione sancti Officij primatum habuisse?

III.

Primò ostenditur, quod Sanctus Petrus de Castro Nouo, Abbas Cisterciensis Arnaldus, & socij, licèt fuerint Apostolicæ Sedis Legati, non tamen hæreticæ prauitatis Inquisitores extiterunt, & soluuntur argumentationes in contrarium.

AVTHOR Laureæ Euangelicę discursu 8. §. 1. 2. & 3. sequens quemdam alium scriptorem, qui modernam Cisterciensis Ordinis Chronicā nuper Hispanè edidit in 5. p. lib. 5. cap. 18. vult probare quod prædictus S. Petrus de Castro-Nouo, & Abbates Cisterciēses, Inquisitores extiterint. Et vt manifestum appareat huius authoris fundamentum sua verba integre, & fideliter inseram. *Probo* (inquit) *euidenter impossibile esse, quòd sacrum Inquisitionis munus in Ordine Prædicatorum S. Dominici exordium habuerit. Ratio huius est: nam quando iste sanctus Patriarcha Dominicus, ad Gallias ex Hispania deuenit, in societatem Oxomensis Episcopi Didaci Azeues beatæ memoriæ, qui post habitum in Monasterio nostro Cisterciensi assumpsit, a Tunc temporis, nec animum, nec vllum cogitatum habebat, Ordinē Prædicatorum instituendi, quando iam duodecim nostri Abbates aduersus Albigenses hæreticos Inquisitorum munere fungebantur, sicut asserunt authores, qui eius vitam scripserunt. b Et cum isti Abbates non valebant procedere sua ordinaria iurisdictione, quæ non continebat, nec continere poterat sæculares, & minus vrbes, & prouincias integras,*

a *Recepit habitū ob deuotionē, nunquam vero professionem emisit, nec reliquit Episcopatū sed ad Hispaniā rediit, & in eo obijt.*

b *Eodem anno quo ingressi sunt in Comitatū Tolosanū B. Petrus de Castro-Nouo, & Abbates Cisterciēses, ingressus est S. P. Dominicus cū Episcopo Oxomensi, & nullus ex autoribus, quos refert dicit illos extitisse Inquisitores, sed Legatos, quod est diuersum.*

Anno Christi, 1216.

c Ex his verbis colligitur fũdamẽtum ipsius esse quod B.F. Petrus, & Abbates puniebant hæreticos tãquã Legati: ergo Inquisitores existebãt, hec aliud fũndamẽtum habet, & quam inane sit infra patebit.

circa quas hoc munus exercebant, c *Certum est, quod eam delegatam habebant & consequenter, quod prius in Cisterciensi hoc ordine Inquisitores fuerunt, quàm fratres in Prædicatorio gloriosissimi P. Dominici.*

Prosequitur in §. 2. intendens hoc authoribus confirmare; & testatur non allaturum, in medium authorem vllum nisi ex Prædicatoria familia, seù ex illis, qui eidem pleniùs patrocinantur. Hic non possum non mirari, ex huius authoris contradictorijs assertis. Dicit enim eos authores, quos in medium profert, assumptum nostrum Prædicatorium verissimè defendere, & tamen ipsos pro se loqui contendit, quæ vt opposita plurimum inter se dissident, videlicet quod S. P. Dominicus fuerit primus Inquisitor, & quod non fuerit. Hallucinari videtur author iste, talia proferens, ex his contrarium sui assumpti fatendo, vt potè dicens, quòd omnes authores, ab ipso allati nostro affectu fauent, non autem suo, & ideò superuacuè eos pro se allegare videtur. Primus author, qui & grauissimus ab ipso propositus est, Ludouicus Paramus, Inquisitor Clericus sæcularis, atque adeò non ex Prædicatoria familia libro secundo de Origine Inquisitionis titulo 1. capit. 1. numero nono, qui in capitulo secundo, subsequenti affirmat S.P. Dominicum, primum fuisse Inquisitorem, oblitus (inquit) eius, quòd in primo asseruerat. Sed est notandum, quod nulla inuenietur in isto authore contradictio, vt clarè demonstrabo; nec etiam credibile est de grauissimo, & fidelissimo Doctore, in historijs Sanctæ Inquisitionis scribendis, quòd in duobus capitibus immediatè subsequentibus contradictionem inuoluerit. Verba ergo quæ de isto authore affert, & refert sunt hæc. *Sanctissima ergo Inquisitionis officium, eo tempore sumpsit exordium, quo impijs erroribus, & blasphemijs execrabilibus Albigensium Comitatus Tolosanus infectus, & pene extinctus erat. Tunc enim gloriosus Deus, in Innocen-*

Innocentij. III. anno 19.

A *tio Tertio Summo Pontifice, eam mentem iecit, vt Petrum de Castro-Nouo Monachum virtutis, & sanctitatis gloria florentem, crearet. Legatum & ad illam prouinciam ad Christum Seruatorem nostrum reducendam mitteret*. Hìc animaduertere libet, quòd cum iste author pollicitus fuerit afferre authores, qui asserant Beatum Petrum de Castro-Nouo, & Abbates Inquisitores extitisse, tantùm vnum istum proponit asserentem fuisse Legatos, quod nemo est qui ambigat.

B Procedit vlterius, *dicens, hunc B. Martyrem Petrum de Castro-Nouo fuisse Inquisitorem institutum, ante quam Prædicatorum Religio extaret. Quod (ait) clarè constat: nam eius Legatio fuit prior, quàm Legatio duodecim Abbatum, & illa antequã S.P. Dominicus ex Hispania proficisceretur, vt constat ex Vincentio Beluacenti in suo speculo historiali libro 29 capitulo 93. Theoderico Appoldia de vita B. Dominici, quam refert Laurentius Surius, tomo quarto, S. Antonino in summa historiali 3. part. titulo 19. capit. 1. §. 3.* C *F. Ferdinando Castillo in sua Chronica, Marieta in historia Sanctorum Hispania, qui omnes sunt, ex Prædicatorum instituto. Cuncti isti authores asserunt, quod B. P. Dominicus ad Tolosam veniens, iam ibi inuenit Abbates suum munus exercentes, atquè adeò, in hoc nulla controuersia, nec dubium versari potest.* Hæc sunt eius verba. Quomodo ergo iste author probat intentum, cum authores, quos ad hoc adducit solum affirment Abbates Legatos Apostolicos fuisse, & quod eorum Legatio fuit D ante quàm S.P. Dominicus in Galliam deueniret, ex quo nullo modo sequitur Abbates illos extitisse Inquisitores. Præterea, vt annales Ecclesiastici, anno millesimo ducentesimo quarto, numero vigesimo secundo, & 32. testantur eodem anno quo B. Petrus de Castro-Nouo, ad Tolosam venit B. P. Dominicus etiã accessit, qui fuit annus millesimus ducentesimus quartus, cum hoc optime stat, quòd mansit in illa prouincia, per biennium, prædica

tioni

Anno Christi 1216.

Innocentii III. anno 19.

tioni contra hæreticos incumbens, in societate Oxomensis Episcopi, qui ad suam diœcesim in Hispanias profectus obijt anno 1207. vt ex sepulturæ Cenotaphio in sua Cathedrali Oxomensi apparet. Duodecim autem Abbates comitati sunt B. Petrum de Castro Nouo, & post ipsius fœlicissimum transitum in Legatione sunt secuti, atque adeò post dies paucos, quando B. P. Dominicus Tolosam peruenit prædicationi aduersus hæreticos operam dabant. In hoc conueniunt authores omnes. Videatur ergo, quomodo procedat prædictus author: qui animaduertens se non posse adducere vllum authorem asserentem, quod B. Petrus & Abbates Inquisitores fuerint, licet hoc pollicitus fuerat, profert illos ad probandum aliud diuersum, certissimum, & â nemine vnquam hæsitatum, videlicet Abbates ante B. P. Dominicum, apud Tolosanam Prouinciam prædicasse, licet paruo interuallo temporis. Existimat satisfacere Lectoribus, qui obiter, & perfunctorie opus suum legerint, atque promissis stetisse; adducendo in mediũ authores, ex quibus suo videri cognoscerent lectores, Abbates, Inquisitores fuisse, quod nullo modo probat: quando quidem nullus ex talibus authoribus hoc, sed diuersum planè asserit, vt etiam, qui aduertenter authorem hunc legerit, clarè perspiciet.

In §. 4. prosequitur conatum suum ostendere dicens. *Iam habemus primum Inquisitorem, & Martyrem ex nostra familia. Hic Ludouicus Paramus postquam eius mortem retulit, statim addidit. Eo tempore Summus Pontifex duodecim misit Abbates, ex D. Bernardi familia eximia virtute, & præclara doctrina ornatissimos, vt hæreticorum pagos excurrentes &c. Quòd Pontifex sciens Martyrium Petri Inquisitoris, subrogauit alios duodecim Abbates Cistercienses literis, & sanctitate insignes ad illud munus exercẽdum. Hi fuerunt duodecim illi, quibus in amicum, & sodalem datus est gloriosus Pater, & prædicator B. P. Dominicus & quorum commissione cæpit ipse posteà munus Inquisitoris exercere, vt statim videbitur. Ex quo colligitur extitisse tredecim Inquisitores, ex nostra familia antequã fratres Prædicatores in Ecclesia extarent, & antequam eorum sanctissimus P. Dominicus hoc munere, neque etiam nostrorum cõmissione fungeretur.* Hæc verba illius. qui authoritatem Ludouici Parami, nõ genuine, & legitime transfert. Paramus namque asserit, quod Abbates fuerint Legati, non vero Inquisitores. Sed rogo videatur, ex eo quod sint antiquiores quâm Prædicatoria familia, & fuerint Legati Apostolici, ante quam ipsa instituta esset, vndè sequitur quod Inquisitores extiterint?

Procedit in eodem §. post prolixam verborum concinnationem, & ad confirmandum intentum proponit sequentem discursum. *S. Dominicus functus est officio Inquisitoris, ex comissione Abbatis Cisterciensis in Legatione primarij, vt idẽ sanctus fatetur, in omnibus schedulis, vel sententijs, quas expediebat, & inter alias in quadam adducta à Fr. Ferdinando Castillo lib. 1. cap. 56. & à Marieta lib. 2. cap. 11. Paramo lib. 2. titul. 1. cap. 2. num. 6. Cuius tenor sequitur. Vniuersis Christi fidelibus præsentes literas inspecturis, Fr. Dominicus Oxomensis Canonicus prædicator minimus salutem in Christo. Authoritate Domini Abbatis Cisterciensis Apostolicæ sedis Legati. qui hoc nobis iniunxit officium, reconciliauimus præsentium latorem Pontium Rogeriũ, &c. Et in fine post pœnitentiam ei assignatam prosequitur. Hæc omnia diligenter obseruet donec alias super his Dominus Legatus suam nobis exprimat voluntatem. Ludouicus Paramus refert, hunc Cisterciensem Abbatem appellari Arnaldum, vnumquê esse ex illis duodecim Abbatibus, qui hæreticis Albigensibus conuertendis ad fidem Christi, operã dabat.* Hæc verba illius authoris. Et notandũ est valde, quod Paramus, nec in isto loco, in quo pœnitentiam hæretico à B. Dominico authoritate Abbatis iniunctam refert, vocat eum, nec reliquos Abbates Inquisitores, sed tantum dicit quod conuertendis hæreticis Albigen-

Anno Christi, 1216.

Innocentij. III. anno 19.

ſibus operam dabant. His prædictis rationibus, ſibi intentum probaſſe videtur, nam ità concludit. *Si ergo antequam S. P. Dominicus Inquiſitor exiſteret, iam ad minus extiterant tredecim noſtræ familiæ Inquiſitores, & quando Inquiſitoris munus exercere cœpit fuit ex commiſsione unius ex noſtris, & hoc idem Sanctus in ſententijs, quas preferebat, fatetur, & hiſtorici ſui, licèt ſimulent, non negant, quis erit, qui aduertenter affirmet ſacrum Inquiſitionis officium, ab eodem B. Patre, vel à ſuis fratribus exerſum fuiſſe? Quapropter, vel hiſtoriæ omnes negandæ ſunt, vel neceſſariò eſt dicendum, hoc ſacrum munus in Monachis Ciſtercienſibus initium habuiſſe, & quod ſi Prædicatorum ordo illud aliquo tempore exercuit, à noſtro accepit.*

Hæc prædicti authoris verba. Cui ſi videtur inconueniens (vt eſt, vt pote maximum) hiſtorias negare, deberet etiam non negare id, quod ab omnibus hiſtoricis aſſeritur: & quod in cordibus hominum tam receptum eſt nomine, fama, & voce publica indubitatum, & creditum, vt ipſe author velit nolit fatetur, videlicet, hoc ſanctiſsimum Inquiſitionis munus in B. P. Dominico originem habuiſſe, maxime cum proſe nullum habeat authorem. Quandoquidem omnes illi ab eodem adducti ſolum aſſerunt Abbates fuiſſe legatos, non autem aſſerunt, quod Inquiſitores extiterint. Igitur miror valde, quòd omnes authores ab eo propoſiti, Paramus, Caſtillus, Marieta pro certo affirmant, & tenēt S. P. Dominicum primum Inquiſitorem aduerſus prauitatem hæreticam, in Eccleſia fuiſſe. Et inſuper idem aſſerunt Peña in 3. par. Directorij Inquiſitorum Cōmētario trigeſimo ſecūdo, Camillus Campegius, in additionibus ad Zanchinum, & Sixtus Quintus Pontifex maximus in extrauaganti ſupra propoſita. Prætereà veroſimile, & valde probabile apparet, quod ſi Abbates illi hæreticæ prauitatis Inquiſitores extitiſſent, eorum ſodalis Petrus de Valleſer-

A nario Ciſtercienſis item ordinis, qui in expeditione, & prædicatione contra Albigenſes, ſimul cum illis ambulabat, rem adeò inſignem, non præteriret ſilentio, in libro integro de rebus Albigenſium, quem ad Innocentium III. ſcripſit, cum res etiam paruas geſtorum eorundem exercituſque Catholici ſcriptis mandauerit. Item Cæſareus illius temporis ſcriptor nullam, de Abbatibus Inquiſitoribus mentionem fecit, neq; aliquis alius author antiquus etiam ex eadem Ciſtercienſi familia a-

B lumnus, nec ſæcularis reperitur, qui hoc aſſeruerit. Et non eſt dubium, quod ſi aliquis ſcriptor licèt infimi nominis, tale retuliſſet temporibus retroactis, in mediū ab iſto authore afferretur. Qua etiam ratione confirmatur, illos non fuiſſe Inquiſitores. Nam in hiſtoria humana, quæ hominum fundatur teſtimonio, argumentum negatiuū eſt valde efficax. Cùm ergo nullus author ex illis, qui ætatem illam conſecuti fuerunt, rem talem affirmet, quomodo iſte, qui per annos quadringen-

C tos ab illa diſtat, quod illi ignorarunt, capere valebit? Itaque huius ætatis ſcriptori vacua, & egena fides dari debet, ni afferat claras, & euidentes rationes, quibus antiquorum obliuio, aut falſitas conſtet. Duæ ergo tantùm ſunt rationes prædicti authoris, quibus ſuum aſſum, tum fundare nititur: videlicet, quod fuerint Legati Apoſtolici, ergo Inquiſitores: ſecundò quod B. P. Dominicus fuit Inquiſitor, ex noſtrorum commiſsione, ergo noſtri extiterunt Inquiſitores.

D Quapropter, vt huius fundamenti debilitas innoteſcat, & cunctis pateat quantum aſſertum hoc ratione, & veritate careat, opus erit in huius demonſtratione patefacienda aliquantulum immorari.

In primis ergo, quando nullus hiſtoricus affirmaſſet B. P. Dominicum primum Inquiſitorem extitiſſe, niſi tantum Summus Pontifex Sixtus Quintus, ſufficeret hoc, vt nemò auderet contrarium aſſerere, neque in dubium

Anno Christi 1216.

Innocentij III. anno. 19.

vertere ea, quæ vt certa Romani Pontifices in suis literis toti Ecclesiæ ostendunt. Prædictus enim Summus Pontifex in extrauaganti supra citata, cuius initium est, *Inuictorum Christi militum*, Romæ expedita Idibus Aprilis, anno millesimo quingentesimo octuagesimo sexto, primo Pontificatus, præcipiens, festum S. Petri Martyris, in tota Ecclesia, sub festo duplici celebrari, affirmat quod S. P. Dominicus fuit primus Inquisitor. Verba Pontificis sunt. *Imitatione accensus B. Dominici, vt ille perpetuis concionibus, & disputationum congressibus, officioque Inquisitionis, quod ei primum prædecessores nostri Innocentius Tertius, & Honorius Tertius commiserant, contra hæreticos mirabiliter se gesserit, ita ipse* (scilicet Sanctus Petrus Martyr) *cum nullum his perditionis filijs monendis locum in omni sermone vnquam reliquisset, tunc in obeundo Inquisitionis munere, sibi literis Apostolicis commisso &c.* & propè finem diplomatis ait. *Quam obrem post B. Dominicum Princeps appellari debet sacrosancti officij Inquisitionis &c.* In hac Bulla Summus Pontifex, semel & iterum asserit B. P. Dominicum, primum fuisse Inquisitorem. Quod si de veritate hac non esset plena, & indubitata scientia cunctorum cordibus insculpta, nullo modo Pontifex illam affirmaret, vt pote, qui diligenter examinare faceret omnes veritates, in Bullis Apostolicis contentas, & continendas, & Ecclesiæ licèt, non vt de fide necessarias pupositas. Et quamuis Authores omnes, monumenta, scripta, & archiua Cathedralium, Monasteriorum, tribunaliumque Sanctissimæ Inquisitionis diligenter euoluantur, non reperietur, quod vllus Inquisitionis officio, & munere ante B. P. Dominicum functus fuerit. Prætereà namque, vt author prædictus fatetur, communis opinio, & historici omnes nostro fauent assertto, ideoque his omnibus apertissimè constat quam extra verum sit quod author ille probare intenderit.

A

B

C

D

Vlterius etiam euidenter ostendam, quod nullus extitit hæreticæ prauitatis Inquisitor, qui Apostolica commissione, hoc munus exerceret, nec nomine, aut titulo Inquisitoris gauderet hæreticos puniens, vel reconcilians ante annum Domini millesimum ducentesimum decimum sextum. Et cum Abbates Cistercienses suam Legationem multo temporis interuallo ante hunc annum expleuissent, manifestè sequitur, quod non fuerint Inquisitores. Quòd vero Abbates ante annum prædictum, suum legationis munus impleuerint, est omnino certum. Et quando verum non esset, id quod plures historici asserunt, quod Abbates citius lassati, & deficientes, in Monasteria sua sunt reuersi, vt Fr. Ferdinandus Castillus 1. p. libr. 1. capit. 9. atque etiam quod Annales Ecclesiastici affirmant, quòd iam anno Domini millesimo ducétesimo octauo, Legationem agebat Milo, missus ad instantiam Comitis Tolosani, qui per suos núcios ad Pontificem conquestus fuerat, de modo agendi Abbatum, pollicitus se submittere Ecclesiæ, ac Pontifici, si alium legatum mitteret, & sic misit Pontifex Legatum Milonem, vnum de suis clericis collateralibus, virum vitæ honestissimæ, excellenti scientia, facundum, & aduersus omnem metum imperterritum, & infractum: ad minus iam anno Domini millesimo ducentesimo decimo quarto Abbates Legatione non fungebantur. Nam, vt Petrus Monachus de Vallesernarij, in historia de Albigensibus cap. 132. & sequentibus asserit, prædicto anno, reductio illarum gentium Comitatus Tolosani, & Narbonensis Prouinciæ, ad Ecclesiam Catholicam fiebat per Petrum Mora Beneuentanum Cardinalem Diaconum tituli Sanctæ Mariæ, in Acquirio Apostolicæ sedis legatum. Huius etiam cardinalis cõmissione S. P. Dominicus aliquot hæreticos Ecclesiæ recóciliauit sicut ex cõmissione Abbatis, Arnaldi prius alios recóciliauerat. Nó autẽ sacrũ Inquisitionis munus originem sumpsit,

Anno Christi 1216.

quousquè à Pontificibus Romanis, idem B.P. Dominicus, ex priuata commissione gaudens officio, & titulo Apostolici Inquisitoris, illud accepit. Hoc verò contigit anno Domini millesimo ducentesimo decimo sexto, vt statim ostendemus. Iam ex suis authoribus illius temporis demonstratum est, quòd legatio Abbatum ante annum millesimum ducentesimum decimum sextum finierat: ergo si vsque ad annum prædictum 1216. in Ecclesia non extitit vllus Inquisitor à summis Pontificibus institutus clarissime patebit intentum. Conuincitur hoc assumptum discursu sequenti, & certo, & euidenti. Concilium Generale Lateranense, ab Innocentio III. Congregatum principium sumpsit prima die Nouembris, anni millesimi ducentesimi decimi quinti: quod vsq; in finem eiusdem anni durauit. Et cum prædictum Concilium de iudice hæresis ageret nullam de Inquisitore mentionem fecit, quinimo iudices hæresis designat Episcopos. Si autem tunc munus, ac nomen Inquisitoris extaret, qui authoritate Apostolica hæreticos puniret, certissime Concilij decretum, quod de pœnis hæreticorum tractat, non tantum loqueretur de Episcopis, sed de Inquisitoribus, vt in subsequentibus Concilijs semper statutum est. Cùm ergo in Concilio illo nulla de his mentio facta fuerit, signum euidens est, quòd non extabat, & consequenter, quod Abbates Inquisitores non fuerint. Tum etiam aduertere licet, quod in pactis, & conditionibus fœderis inter Abbates, & Comitem Tolosanum, nunquam de Inquisitoribus mentio facta est. Sed tamen post Concilium cùm inter Comitem, & Catholicos conditiones, & pacta renouarentur de Inquisitoribus fit mentio: nam Comes iussit cunctis sibi subditis, quòd Inquisitoribus fauorem præbeant. Præterea Fridericus Imperator anno millesimo ducentesimo vigesimo secundo, vt asserit Paramus lib. 2. capit. 25. & vt asserunt Annales Ecclesiastici, anno millesimo ducentesimo vigesimo quinto

A

B

C

D

Innocentij III. anno 19.

statuens leges pœnales aduersus hæreticos, loquitur cum fratribus Inquisitoribus nostræ familiæ (vt infra ostendemus) nostri asserti euidens argumentum. Cùm primum enim Inquisitores extiterunt, statim leges contra hæreticos sancitæ, ad eos diriguntur: cum autem leges in hoc Concilio statutæ, non loquantur, nisi cum Episcopis euidens argumentum videtur, quod tunc temporis, non extabant Inquisitores, & consequenter Abbates Cistercienses, qui multo ante fuerunt nullo modo Inquisitores extiterunt. Hoc igitur clarius ostendetur, cum prædicti authoris argumentis satisfaciemus. Ad quod est notandum, quòd hæresis supplicium, & punitio primo, & per se ad Pontifices, & prælatos Ecclesiæ pertinet: & consequenter dicendum est, quòd iurisdictio ista ordinaria, & propria non potuit in vlla Religione, & familia monastica originem habere, nisi tantum in Christo Domino, & eius Apostolis, à quibus ad successores deriuata est in Pontificé tanquam in supremum Inquisitorem, cuius potestas ad omnes orbis partes extenditur, cum sit caput totius Ecclesiæ, & vniuersalis Episcopus. Deriuatur etiam in Episcopos, & Archiepiscopos quorum iurisdictio, & potestas intra suarum diœcesum terminos, tantum continetur. Ex hoc colligitur, quod quando interrogamus, quis Sancto Inquisitionis muneri initium dederit? Est idem quod quærere, quis primum officium Inquisitionis exercuerit iurisdictione speciali sub delegata? Nam loquendo de propria, & ordinaria, iam ostensum est quod à Christo, & Apostolis originem duxerit. Secundo est aduertendum, vt certissimum, dupliciter hanc iurisdictionem commissam fuisse in Ecclesia aduersus hæreticos. Primò quando Pontifex mittit legatos Apostolicos à latere, in diuersas Prouincias, & Regna, cum potestate procedendi aduersus Hæreticos, & consuetudo ista est antiquissima in Ecclesia, & vsq;

in præ-

Anno Christi. 1216.

in præsens seruata. Hoc autem est apud omnes tritum, & manifestum, quod superuacaneum videtur referre innumeros legatos diuersis temporibus in varias orbis prouincias à Pontifice destinatos. Si autem sacrosanctum Inquisitionis officium, exordium sumpsisset, ex tali commissione, nullo prorsus modo Abbates Cistercienses primi Inquisitores existere potuissent, nec B. P. Dominicus, qui illis coæuus extitit, sed primus legatus, qui potestate Apostolica subdelegata aduersus Hæreticos processit. Hoc vsitatum fuit per plures ætates ante quam Cisterciensis familia oriretur, vt ex Annalibus Ecclesiasticis Cardinalis Baronij tomo primo, & sequentibus demonstratur. Alio modo Inquisitionis sacrum officium sumitur, quando iudices Hæresis sunt instituti, tribunaliaque eorũ creata, cum iurisdictione, & authoritate Hæreticos inquirendi & puniendi, vt à tempore Innocentij, vsque ad præsens in Gallia, Italia, & Hispania maxima vtilitate Ecclesiæ, & incremẽto puritateque fidei Catholicæ experitur, vbicumque Inquisitores, & eorum tribunalia perseuerant, quibus à Sede Apostolica reseruata est huius cognitio criminis. Ex isto secundo commissionis Apostolicæ stylo sanctum Inquisitionis officium exordium sumpsit.

Ex his euidenter apparet infirmitas primi asserti huius authoris. Videlicet, Abbates processerunt aduersus Hæreticos potestate delegata, & non ordinaria, igitur Inquisitores extiterunt: nam cognouerunt de crimine Hæresis, vt Legati à latere, qui semper, & habuerunt, & habẽt Pontificum vices, vt videre licet in Legatis etiam nostrorũ temporum, nulloque modo eis Inquisitorum nomẽ tribuitur, nec etiam Abbates hoc titulo potiti sunt, Inquisitionis namque exordium & origo, non accipitur ex simili commissione: nam si illo modo acciperetur esset adeò antiqua in Ecclesia vt huiusmodi legatione: & sic Abbates non primi existerent. Et ita prædicti authoris fundamentum, suum assertum destruit, atque adeò necesse

A est asserere, quod sanctum Inquisitionis officium habet ortum, ex quo Summi Pontifices iudices, & tribunalia cognitioni hæresis dicata designarunt. Hoc debetur glorioso P. Dominico. Ipse namque primus extitit huius sancti Officij, & huiusmodi styli inuentor, & authoritate Apostolica executor: quo præclare fungi cœpit anno Domini millesimo ducentesimo decimo sexto, post celebrationem Concilij Lateranensis. Secũdum prædicti authoris fundamentum parum efficax est. Videlicet S. P. Dominicus fuit Inquisitor ex cõmissione Abbatis, ergo ipse Abbas Inquisitor extitit. Nam quamuis verum sit, quod B. P. Dominicus ante prædictum annum 1216. ex commissione Abbatis Cisterciensis hæreticos puniuit, & reconciliauit, vt cõstat ex publico instrumẽto pœnitentiæ hæretico iniunctæ, nõ ex hoc sequitur, quod Monachi illi, vel Abbates Inquisitores existerent, neque quod ex tunc accipiendum sit exordium sancti Officij, & tribunalis Inquisitionis, sed tantum ex quo authoritate Apostolica Pontificis Innocentij B. P. Dominicus, hoc munus exercuit. Nam etiã antiquius est Episcopos commissionem iniungere ad puniendum hos, vel illos hæreticos temporibus sanctorum patrum Bernardi, & Dominici. Sicut in Hispanijs Heluidiana putre deferuente B. Ildephonsus Toletan⁹ Antistes, & aduersus Arrianos D. Isidorus, & D. Leãder præsules Hispalenses, cognitionem hæreticorũ, & eorum punitionem, Canonicis Archidiaconis, ac Monachis committebant. Et cũ Abbates Legati Apostolici existerent vices suas B. P. Dominico committere potuerunt; sed non tribunalia erigere, neque designare iudices, vt ordinarios nomine, & munere Inquisitorum, qui de hæresi cognoscerent, quod quidem ad Summum Pontificem pertinebat. Quapropter quoad usque B. P. Dominicus, approbatione & commissione Pontificia immediata hoc sacrum munus exercuit non debe præfigi exordium sanctissimi huius tribunalis. Verum est, quod B. P. Domini-

Innocentij III anno 19.

B

D

Anno Christi. 1216.

cus in prouincia illa aduersus Albigenses cogitauit, & inuenit huius sancti Officij institutionem, & vt ad optatum perueniret effectum, cogitationes aperuit Cisterciēsi Abbati Legato Apostolico, qui B. Dominici sanctissimum Consiliū præclarissimamque cogitationem debitis laudibus exornans, & approbans, dū de re ad Summum Pontificem referri iubet, & Pontificia approbatio Innocentij tertij accedebat, eo fungi cœpit tanquam eius subdelegatus. Ita asserit Paramus lib. 1. titulo 1. c. 2. num. 4. & lib. 2. titulo 1. cap. 1. num. 12. & 13. non tamen ex hoc sequitur, quod Legatus Inquisitor fuerit. siquidem ad committendam hæreticorum punitionem, & recōciliationem non opus erat, nisi tantum authoritate superiori Episcopis, quam semper habuerunt & habent huiusmodi Legati. Et in isto casu sicut hanc prouinciam & munus, Cistercienses, eo quod legati existerent B. Dominico cōmiserunt, eandem cuncti legati Apostolici, qui ante Religionem Cisterciensem innumeri extiterunt iniungere valuerunt. Ex hoc conuincitur euidenter vel dicendum esse omnes legatos Inquisitores extitisse, vtpote hanc potestatē iniungere valentes. & sic sanctissimum hoc Officium non habuisse originem in Cisterciensi familia aduersus prædictū authorem, vel quod fundamentum sui asserti nihil conuincit, vt est verum. Quia legati Apostolici, qui per tot tempora & sæcula ab initio Ecclesiæ ante Abbates illos extiterunt pluries vices suas, ad puniendum hos, vel illos hæreticos iniungebant. sed tamen legati isti nec iudices ab illis designati appellati sunt Inquisitores, signum ergo euidens est, quod huius sacri tribunalis institutio & origo non debet ex illis desumi, sed quando per Summos Pontifices fuit approbatum, & institutum, sicut quando B. P. Dominico commissum est, anno 1216. & consequenter Abbates, nec debent Inquisitores haberi, nec reputari, nec etiā B. Petrus de Castronouo Martyr, nisi tantum legati Apostolici. Illud autem, quod Paramus ait sanctum hoc

A Inquisitionis munus originem habuisse, quando Innocentius tertius misit Legatum B. Petrum Martyrem de Castronouo. & Abbates, intelligendum est, quia tunc B. P. Dominicus contulit cum illis institutionem huius sancti Officij, eiusque vtilitatem maximam in Ecclesia ad hæreticos exterminandos, vt ipse Legatus Abbas eum adiuuaret, apud Summum Pontificem, vt res tanti momenti ad debitum finem deueniret, vt idem Paramus lib. 1. titulo 1. cap. 2. & libro 2. cap. 1. Quod est idem, verbi gratia, vt in hoc simili. Quando Rex intrauit Toletū contigit hoc, non quod Rex illud faceret, sed quod tunc contingeret. Et hic sensus est asserti Ludouici Parami, qui nunquam asseruit Abbates, & S. Petrum de Castronouo extitisse Inquisitores. Et ita nulla in isto authore cōtradictio est, vt illi vult obijcere prędictus author, sed eximia diligentia, veritas, & claritas maxima in scribendo originem, ac primum sanctæ Inquisitionis authorem. Aduertendum denique est, quod Arnaldus Abbas Cisterciensis hanc potestatem, & munus non iniunxit cæteris Monachis Cisterciensibus sodalibus suis. Siquidem solus B. P. Dominicus illam exercuit, vt ostenditur ex suo instrumento reconciliationis hęreticorum, in quo asserit, B. Pater nobis hoc officium iniunxit, de cæteris alijs nulla mentione facta. Et nisi solus B. P. Dominicus esset iudex, non associatus reliquis, mentio etiam de illis fieret, vt nunc fit, quando Inquisitores aliqui hęreticos puniunt. Vnde apparet, quod quando fit mētio de B. Dominico exercente munus reconciliationis hæreticorum, quod solus ille illud exercebat. Ex dictis constat apertissime, quod iste author in assertis, quæ retulimus circa institutionem sanctę Inquisitionis nullam veritatē prę se tulit: responsumque est suis argumentis & rationibus, & satis probatum manet, quod Abbates minime Inquisitores extiterint, & quod nullus author, neque Ludouicus Paramus tale asseruit: insuper etiam, quod gloriosa hęc stemmata, solū apud B. P. Domini-

Innocentij III. anno 19.

B C D

Anno Christi 1216.

minicum, & eius Prædicatoriam familiam manent. Siquidem fratres Prædicatores soli, primi authores, & executores extiterunt sanctissimę inquisitionis tribunalium.

IIII. *Ostenditur, quod S. P. Dominicus, & plures fratres ordinis Prædicatorum, Inquisitores extiterint, ante Gregorij noni Pontificatum.*

4 p hist. ordinis Minorũ lib. 1 cap. 14 F. Anton. Daça.

ALius quidã ex opposito ferè, asserere cõtendit, quod vsque ad postremos annos Pontificatus Gregorij IX. nulli extiterũt in Ecclesia Inquisitores; & quod simul cũ Prædicatorię familiæ Alumnis in origine Inquisitionis fratres sui ordinis, hoc munus exercuerint. Et cum ex illis nullum inueniat Inquisitorem, vsque ad vltimos Gregorij dies, hinc est, quod dicere velit, quod tunc Inquisionis Officium exordium sumpsit, & consequenter, quod S. P. Dominicus, non extitit Inquisitor, nec vlli ex suis fratribus, vsque ad prædictum tempus, hoc munere functi fuerint. Et vt appareat euidẽter, quam frustraneum, & inane sit eius fundamẽtũ, libet rationes, quibus nititur de verbo ad verbũ proponere, & soluere, vt omnibus, absque vlla hæsitatione innotescat, quod solum B. P. Dominico, & eius familiæ debetur sanctissimę Inquisitionis institutio, & quod nulla alia familia iure possit de tanto stemmate gloriari.

Eius authoris verba fideliter transumpta sequuntur.

Quamuis Romani Pontifices diuersis temporibus plures commissiones iniunxerint, mittendo ad varias Prouincias Legatos cum potestate hæreticos puniendi; vt quando miserunt Legatos Constantinopolim contra Arrianos, in Hispaniã contra Heluidianos, in Galliam Abbatem Cistleciensem Fr. Arnaldum, cum alijs vndecim Abbatibus eiusdem familiæ contra hæreticos Albigenses, non hinc sumitur origo Inquisitionis, nisi ex tunc, quando Pontifex Gregorius nonus ad plures Prouincias destinauit Inquisitores Apostolicos, qui vna cũ Ordinario seu Diœcesano, contra hoc graue delictũ procederent nomine Inquisitorũ aduersus hæreticam prauitatem, & in his continuatum est nomen, & officium Inquisitionis, & dilatata sui exercitij facultas plurimis decretis Apostolicis, ex quibus communia inserta sunt in Decreto, & Decretalibus, & particularia practice iuxta consuetudinem cuiuslibet regni. Tunc summus Põtifex nominauit & instituit ad hoc munus fratres S. Francisci, & S. Dominici: & hoc extensum & dilatatum est per plures orbis Prouincias horum sacrorum ordinum maxima gloria. Non obstat dictis, quod prædictus Cistlerciensis Abbas vt Legatus Apostolicus, vices suas commisit glorioso Patri sancto Dominico, dũ existeret Oxomensis Canonicus ad procedẽdum contra dictos Albigenses hæreticos: nam commissio ista prædictorum Abbatum sicut plurium Legatorum antecillũ tempora priuatæ fuerunt, & nõ vt commissiones Gregorij noni. Commissio, quam Abbas Cistercensis dedit glorioso Patri sancto Dominico, constat ex relatione grauium authorum, & ex prolata sententia eiusdem sancti aduersus hæreticum illius temporis, quæ sic incipit. Vniuersis Christi fidelibus, ad quos præsentes literæ peruenerint, Fr. Dominicus Oxomensis Canonicus Prædicator minimus, salutem in Christo, Authoritate Domini Abbatis Cistlerciensis, Apostolicæ sedis Legati; qui hoc nobis iniunxit officium, &c. Contigit hoc antequam gloriosus Pater suam institueret sacram Religionem, dum esset Canonicus Oxomensis. Et post hæc supradictus Pontifex Gregorius nonus ad hoc ministerium elegit fratres ex his duobus ordinibus. Primum misit illos in Galliam aduersus Albigenses hæreticos Comitatus Tolosani, non prius istos quam illos, sed simul in vno eodemque tempore, vt asserit Archiepiscopus Florentinus, per hæc verba. Fratres aliqui Prædicatores, simul & Minores, dati Inquisitores

Innocentij III. anno 19.

S Antoninus 3. p. tit 23. c. 9 § 1.

Anno Christi. 1216.

tores contra hæreticos in partibus Tolosanis per ipsos fidei inimicos hæreticos martyrio coronati sunt; quos Dominus miraculis decorauit. Hæc sunt verba prædicti authoris.

Circa quæ aduertendum est, quod ipse affert verba S. Antonini Archiepiscopi Florentini trunca, & incisa. Nam sanctus ante illa verba, & iuxta illa apponit annum, quo hoc contigit, & asserit, quod fuit annus Domini millesimus ducentesimus quadragesimus secundus. Et iam isto anno non erat Pontifex Gregorius nonus, siquidem obierat anno millesimo ducentesimo quadragesimo primo, vndecimo Kalendas Septẽbris, & per plures ante annos Inquisitores extabant ex hac Prædicatoria familia, vt statim apertissime demonstrabo, non tantum in Comitatu Tolosano & in Prouincia Narbonensi sed in pluribus alijs orbis Christiani Prouincijs. Insuper D. Antoninus non dicit, quod isti sancti Martyres fuerint primi Inquisitores Comitatus Tolosani, & ideo nihil fauet prędicto authori authoritas ab ipso allata. Prosequitur inde. *Postquam Pontifex Gregorius IX. misit Tolosam prædictos fratres, legauit etiam in Hispaniam Inquisitores ex duobus memoratis ordinibus, anno millesimo ducentesimo trigesimo nono, existimans quod cum Deus Dominus noster misit in orbem terræ gloriosos patres S. Dominicum, & S. Franciscum, hunc ex partibus Orientis, illum vero ex Occidente ad exterminandum peccatorum tenebras, in quibus homines illius sæculi submersi, & inuoluti erant: ita voluit quod eorum filij primi existerent iudices Inquisitores à sede Apostolica missi ad extirpandum ab orbe perniciosa crimina qualia erant hæreses.* Hucusque sunt verba illius authoris. Ex quibus aperte infertur, primũ quod ille sentit, & tenet, primam Inquisitionem Tolosę extitisse, & primos illius Inquisitores fuisse F. Guillelmum Arnaldum ex Prædicatoria familia, & frat. Raimundum Carbonerium ex Minoritica. Et vt aperte ostendetur cum isti Inquisitores, vsque ad annum Domini millesimum ducentesimum trigesimũ

A sextum, sacrum Inquisitionis munus Tolosæ exercere non valuerint sequitur, quod vsque ad annum prædictum, ibi Inquisitionis tribunal nõ est statutum. Secundum, quod infertur, quod iste author tenet Inquisitores secundos astitisse in Regnis Hispaniarum, & quod isti, vsque ad annum Domini millesimum ducentesimum trigesimum nonum, nõ functi sunt officio Inquisitorum, quod totum improbabile esse, ac sine vllo fundamento apertissime ostendam.

Innocentij III. anno 19.

B Ante omnia igitur patefaciam, quod B. P. Dominicus non solum ex commissione Legatorum puniuit hæreticos, sed ex commissione Romanorum Pontificum immediata. Ad quod sufficere debet Pontificis Sixti quinti authoritas, & testimonium supra allatum, in quo semel & iterum affirmat, quod S. P. Dominicus fuit primus Apostolicus Inquisitor ex commissione Pontificum Innocentij tertij, & Honorij tertij. Et quando forsitan aliquis non respiciens, nec venera[illegible] Pontificis testimonium, auderet contrarium asserere, saltem qui ex

C eadem familia sunt propius ei fidem dare tenebantur. Præterea, quod non solum Sixtus Quintus, sed historici omnes conueniunt B. P. Dominicum Apostolicum Inquisitorem, ab Innocentio tertio institutum fuisse. Nam in exordio anni Domini millesimi ducentesimi decimi sexti, post Lateranense Concilium (in quo Beatissimus Pater eruditione sua, errores, quos synodus damnauit, acerrime confutauit) Innocentius

D Pontifex misit illum in Gallias literis Apostolicis munitum, quarum tenor erat: *Magistro fratri Dominico, & eius socijs Prædicatoribus, &c.* In quibus hæreticorum reductionem fratribus iniungit, & quod suæ prædicationibus, & exhortationibus illos ad sanam mentem adducant, & B. Patri, vt Inquisitori facultatem ac authoritatẽ aduersus eos inquirendi, & procedendi cõcessit. Ista omnia iam B. Dominicus Romæ cum Pontifice tractauerat sciens, quot vtilitates, & quam maximæ Ecclesiæ Catholicæ, ex huiusmodi tribunalium iudi-

cumque

Anno Christi 1216.

Innocentij III. anno 19.

cumque Inquisitorum institutione prouenirent. Approbauerat tunc Summus Pontifex præclarum hoc inuentum, & assumptum: cuius executorem, & ministrum designauit, & vt omnibus notum fieret, dedit ei literas supramemoratas. His sanctissimus Pater contra hæreticos vallatus in Gallias reuersus, quadã die cum in æde sacra Monasterij sanctimonialium Pruliani numerosissimę hominum turbæ concionaretur, hoc nouum officium Inquisitoris patefecit dicens sibi in animo esse res fidei Catholicæ totis viribus defendere: quod si ad hoc arma spiritualia & Ecclesiastica nõ sufficerent, sibi constitutum inuocare auxilium brachij sæcularis excitando, & impellendo Catholicos Principes ad arma contra hæreticos sumenda, vt eorum memoria funditus deleretur: *Ita Ludouicus Paramus lib. 2. tit. 1. capit. 2. num. 4 Castillus 1. part. lib. 1. cap. 10. Annales Ecclesiastici anno 1215 num. 11. & Paramus refert Franciscum Peña, & Camillum Campegium Inquisitorem Ferrariensem.*

Deinde anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo Summus Pontifex Honorius tertius instituit B. Dominicũ in Lombardiæ Prouincia Inquisitorem contra hæreticos Catharos, sicut referunt Robertus Licius Episcopus, ex ordine Minorum in concione de B. P. Dominico, Paramus lib. 2. tit. 1. cap. 3. num. 6. & titulo 2. cap. 3. Castillus 1. part. lib. 1. cap. 49. & ad exercendum sanctum hoc officium instituit ordinem militiæ Iesu Christi, appellatos sancti Officij familiares, suæ familiæ Prædicatoriæ veluti tertiarios. *Paramus lib. 2. tit. 2. capit. 30. & lib. 2. titulo 1. cap. 3. num. 6. Castillus 1. p. lib. 1. cap. 49.*

Cũm igitur hæc omnia manifesta appareant non possum nõ mirari, quod ad introducendum suam familiam primęuæ sancti Officij institutionis participem fuisse, intendat author iste silentio præterire B. P. Dominicum Inquisitorem Apostolicum extitisse. Et cum idem author ad suum intentum probãdum afferat loca aliqua Ludouici Parami, & Francisci Peña, necessarium fuit illos perlegisse, & in eisdem grauibus authoribus, omnia, quæ proponit cõspexisse, quæ quidem latissimè, & ex proposito, vt indubitata, & certa asserunt.

Notandum item est, quod non solum B. P. Dominicus tempore Honorij tertij, sacro hoc Inquisitionis munere functus est, atque ante confirmationem ordinis fratrum Minorum Beatissimi P. Francisci (quæ facta est ab Honorio tertio anno 1224. tertio Kalendas Decembris) sed eius alumni fratres Prædicatores, iam ante annum millesimum ducentesimum vigesimum quartum, sanctum Officiũ in Regno Siciliæ exercebant. Constat hoc ex priuilegio Friderici Imperatoris illius Regni Inquisitoribus concesso, vt refert Paramus, qui existens in illa Prouincia, & Regno hæreticæ prauitatis Inquisitor, archiua schedulas, & monumenta tribunalium sancti Officij reuoluit, & perscrutatus est, & hoc asserit libro 2. titulo 2. capit. 11. Et licet in priuilegio non refertur, ex qua familia Inquisitores erant, credendum est eos ex Prædicatoria esse designatos, siquidem in exordio sanctissimę Inquisitionis cuncti Inquisitores ex hac familia deligebantur, & Minorum ordo non dum confirmatus erat: & potissimum cum Minorum historiæ asserant, vsque ad Pontificatum Gregorij noni nullum Inquisitorem ex eorum ordine designatum esse, vt in 4. part. libro 1. cap. 14. affirmant, & cum Siciliæ Inquisitores tempore Honorij tertij, Gregorij prædecessoris extarent, hinc est, quod in prædicto anno ex Prædicatorum ordine Inquisitores Siciliæ designati erant. Item, quod anno millesimo ducẽtesimo vigesimo primo, iam apud Germaniam familiæ Prædicatoriæ fratres Inquisitionis sacro munere fungebantur, vt constat ex literis Friderici Imperatoris aduersus hæreticos, datis Paduæ eodem anno, die vigesima secũda Februarij, indictione duodecima, quas Paramus refert lib. 2. c. 25. & Annales Ecclesiastici, etiam de verbo ad

Anno Christi. 1216.

verbum illas afferunt, anno 1225. num. 7. in his afferit Imperator. *Ex hoc notũ fieri volumus fratres Prædicatores de ordine Prædicatorum, pro fidei negotio in partibus Imperij nostri contra hæreticos deputatos, cæteros quoque* (id est deputandos ex eodem ordine) *qui ad hæreticos iudicandos accesserint & venerint, nisi aliqui eorum ab Imperio sint proscripti, eundo, morando, redeundo, sub nostra & Imperiali defensione speciali recipimus, & quod apud omnes sub ope, & recommendatione fidelium Imperij, volumus esse inoffensos, vniuersitati vestræ mandantes, quatenus quocumque & apud quemcunque vestrum peruenerint benigne recipiatis eosdem, & personas eorumdem ab incursu hæreticorum eis insidiantium, conseruantes indemnes, omne consilium, ducatum, & auxilium impendatis pro tam acceptis coram Deo negotiis exequendis, &c.* Quando autem hoc statuisset Imperator, anno vigesimo quinto, & non vigesimo primo, vt Paramus ait, vtcumque fuerit, contigit in Pontificatu Honorij Tertij, qui vsque annum 122[?] decimo quinto Kalendas Aprilis Ecclesiam est moderatus. Consequenter, si verum est, vt iste author fatetur, quod ex familia sua Minoritica, nullus designatus est Inquisitor, vsque ad Pontificatum Gregorij Noni, manifestum est, quod non valuerunt hoc sacro munere fungi, vt primi Inquisitores & iudices simul cum fratribus Prædicatoribus, quando quidem isti tempore Honorij, & S. P. Dominicus Innocentij Tertij authoritate Apostolica sanctum hoc officium exercuerunt. Præterea confirmatur hæc veritas ex historijs, tàm vetustis, quàm modernis ordinis Prædicatorum. In quibus omnibus refertur, quod B. fr. Conradus Inquisitor Germaniæ manibus hæreticorum occubuit in odium tribunalis sanctissimæ Inquisitionis, anno Domini millesimo ducẽtesimo vigesimo octauo. In sacro namque eo munere, per plures annos validissime in Germania hæreticorũ exterminio inuigilans, anno prædicto ab eisdem necatus est: vt Leander Albertus afferit libro 2. folio 55. Et dicendum est, institutum fuisse Inquisitorem ab Honorio Pontifice, & non à Gregorio Nono, cum annus quo occisus est, primus Gregorij Pontificatus extiterit. Insuper, vt assumptum nostrum præclare comprobetur, postquam ostendimus, quod ex Prędicatoria familia, ante Gregorij Pontificatum Inquisitores designati fuerint, demonstrabimus etiam quod in omnibus potioribus totius Christiani orbis Prouincijs, fratres Prædicatores prius tempore, quam Minores sacrosancto Inquisitionis officio functi sunt. Et vt à Galliarum Prouincijs exordiar, non scienter prędictus author asseruit, quod Gregorius Nonus misit Tolosam fratres Prędicatores, simul & Minores, Inquisitores destinatos. Constat namque apertissime ex historijs, vt statim dicemus, quod B. P. Dominico, apud Tolosanam, & Narbonensem Prouincias filij sui Prędicatores in sancto munere Inquisitionis exercendo, successerunt, vsque ad tempora Honorij Tertij: postea vero Gregorius Nonus, anno 1228. misso Legato in Gallias Cardinale S. Angeli, vt Comitem Tolosanum Raimundum Ecclesię recõciliaret, pro parte Catholicorum, prędicto Comiti aliquot conditiones propositę fuerunt, quas iurauit adimplere, & totis viribus executioni mandare. In septima conditione iurauit, quod in suo dominio villis, vrbibus, & castris, Inquisitores reciperet, & quod puniret per confiscationem bonorum omnium, eos qui impedierint, vel noluerint auxiliũ pręstare in capiendis hęreticis, & etiam quod alijs pœnis eos subijceret. In anno autem sequenti, vt annales Ecclesiastici, anno 1229. numero 5. asserunt, Pontifex Gregorius, datis literis nonis Iunij Inquisitores ex nostra Prędicatoria familia in Gallias destinauit. Et anno immediate sequenti 1230. misit alios Inquisitores fratres Prędicatores, fr. Petrum Syllanum B. P. Dominici discipulum, ac socium, qui eum ad Lateranense Concilium comitatus fuerat, fr. Põcium à Vico S. Ægydij Prouincialem Tolosanum, & fr Lambertum viros mi-

Innocentij III. anno 19.

Anno Christi 1216. Innocentij III. anno 19.

raculorum gloria, sanctitate, ac doctrina prȩditos, qui plurimos hȩreticos ad Catholicam fidem traxerunt, alios vero vltimo supplicio affecerunt. Plures autē hȩretici obstinati maximas persecutiones, Inquisitoribus ac reliquis fratribus prȩdicti Comitis Tolosani, iam deierantis fauore inflixerunt: adeò vt anno millesimo ducentesimo trigesimo quinto, Comes Tolosanus omnibus ciuibus consortio fratrum Prædicatorum interdixerit, & insuper positis custodibus ad ianuas cœnobij vetuerit ne quis introclusis cibum inferret, volebat enim omnes inedia conficere. Verum cum intrepidam fratrum constantiam perspexisset, publico edicto iussit exinde abire. *S. Antoninus 3. p. tit. 23. capit. 10. §. 4. Annales Ecclesiastici, anno* 1235. *num. 4. Castillus 1. p lib. 1. cap. 26. & Ludouicus Paramus lib. 2. tit. 2. c. 5.* Iste autē author ait, quod tantum ex hac Prȩdicatoria familia fratres fuerunt in Comitatu Tolosano Inquisitores deputati. Annales vero Ecclesiastici aiunt, hoc contigisse, anno 1229. & anno 1230. Anno autem millesimo ducentesimo trigesimo quarto idem Gregorius IX alios fratres Prȩdicatores in Gallias Inquisitores destinauit, vt in Comitatu Tolosano aduersus Albigenses inquirerent, & anno millesimo ducentesimo trigesimo quinto, idem Gregorius Perusij decimo Kalendas Septembris constituit generalem Inquisitorem in vniuerso Regno Galliæ, F. Robertum ex Prædicatoria familia, vt annales Ecclesiastici asseruit, eodem anno numero 7. Nō vero repugnat hoc, quod S. Antoninus à prȩdicto authore allatus asserit, quod Inquisitores F. Gullielmus Arnaldus, cū fr. Bernardo è Rupeforti, & fr. Garcia Auria ex ordine Prædicatorum, fr. Raimundus Carbonerius, & fr. Stephanus ex Minorum, ad Prouinciam Tolosanam, missi fuerint Inquisitores: nam S. Antoninus non dicit, quod ipsi extiterint primi Inquisitores in Comitatu Tolosano, quia hoc non erat veritati consonum, siquidem plures alij eos prȩcesserant, vt diximus. Licèt concedamus, quod omnes Inquisitorum munere functi fuerint. Quod negant plures grauissimi authores, vt Seraphinus Razi. 1 part fol. 110. Castillus 1. part. lib. 1. ca 26. & 63. & lib. 2. capit. 12. Annales Ecclesiastici, anno 1242. solum cōcedētes fr. Gullielmum Arnaltum Inquisitorem esse, cæteros autem tantum Prædicatores aduersus hæreticos. Esto demus, quod omnes Inquisitorum officiū exercerent ab anno 1234. nam isto anno fr. Guillelmus fuit Inquisitor institutus, quod de fratribus Minoribus non est ita certum: sed nullo modo valebāt sacrum hoc munus administrare, quousque anni millesimi ducentesimi trigesimi quinti persecutionum turbo, ac grauida tempestas aliqua ex parte sedaretur. Anno sequenti videlicet 1236. vt annales Ecclesiastici referunt numero 8. Tolosanus Comes pacis conditiones innouauit, statuta iuribus Ecclesiȩ contraria abrogauit, fratres Prȩdicatores summo cum honore restituit, atq; beneficium absolutionis ab Apostolica Sede, per fr. Raimundum Peñafortium Prȩdicatoriȩ familiȩ Gregorij Pontificis Summum pœnitentiarium accepit. Nam istud muneris Gregorius sancto viro iniunxerat, vt Comitem Ecclesiȩ reconciliaret. Tunc admissi fuerunt Inquisitores hȩreticȩ prauitatis associati duobus fratribus ex ordine Minorum. Ex quo aperte colligitur, quod vsque in annum istum 1236. nullus ex fratribus Minoribus Inquisitoris munus obiuit. Nam vt idem author asserit, & fatetur ex sancto Antonino, primi Inquisitores ex eodem Seraphico ordine fuerunt sancti Martyres fr. Raimundus Carbonerius, & fr. Stephanus, cum ergo probatum sit, quod vsq; in prȩdictum annum 1236. officio Inquisitionis fungi non valuerint, manifestè apparet falsum esse, quod idem author intendit; videlicet Inquisitionis munus gessisse simul cum Inquisitoribus ordinis Prȩdicatorum, in sua primȩua institutione. In toto autem ferè orbe Christiano fratres Prædicatores ante annum Domini 1236. sine vllo alio comitante sodale

alterius

Anno Christi. 1236.

alterius ordinis Inquisitionis sanctum Officium exercuerunt, vt in Tolosana Prouincia, in Regno Siciliæ, in Germania, & in Lombardia, ante pontificatum Gregorij IX. Sed isto Pōtifice ante prędictum annum 1236. in omnibus Ecclesiæ Prouincijs, ex hac Prędicatoria familia Inquisitores extiterunt, vt infra in Concertatione hac demonstrabo. Anno Domini 1229. extitit Inquisitor Mediolanensis Fr. Gualla, vt annales Ecclesiastici eodem anno num. 5. affirmant. Anno immediate sequenti 1230. referunt Fr. Ioannem Inquisitorem in Regno Vngariæ Martyrio coronatum, Leander Albertus lib. 2. fol. 59. & Fr. Michael Pius 1. part. lib. 1. col. 14. Anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo secundo, asserunt annales Ecclesiastici quod etiam ex hoc Prędicatorum ordine Inquisitores, in Austria sacrum munus Inquisitionis administrabant, instituti à Gregorio IX. datis literis Anagniæ tertio nonas Septembris, & anno millesimo ducentesimo trigesimo tertio. affirmant S. Petrum Martyrem Veronēsem designatum fuisse Inquisitorem in Lombardia. Et ibi annales Ecclesiastici numero vndecimo, referunt insignia munera aliorum Inquisitorum, fratrum Prędicatorum, ipso anno feliciter patrata, & asserunt, quod in vrbe Brixiensi, erat Inquisitor Fr. Robertus eiusdem familiæ. Anno autem millesimo ducentesimo trigesimo quinto, numero tertio, referunt literas Apostolicas, quibus Gregorius IX. concedit Prouinciali Lombardiæ ordinis Prædicatorum, authoritatem instituendi Inquisitores aduersus hereticos. Et datæ sunt literæ Viterbij, decimo tertio Kalendas Iunij, anno vndecimo Pontificatus. Biennio antecedenti, scilicet anno millesimo ducentesimo trigesimo tertio, Pontifex, dedit literas Priori nostro Viterbiensi, cōuentus Sanctę Marię ad Gradus (sic enim appellatur primus conuentus, & antiquior iuxta Viterbum) & Fr. Rodulpho eiusdem ordinis, & eiusdem conuētus, officium Inquisitionis eis committendo, datis literis Perusij, secūdo Idus Augusti, Pōtificatus anno nono. Iam ergo habemus Inquisitores Prædicatorię familię in Sicilia, Mediolano, Brixia, Viterbo, & in alijs Italię vrbibus, in Austria in Germania, Vngaria, & in Prouincia Tolosana, ante annum millesimum ducentesimum trigesimum sextum, & consequenter antequam esset aliquis Inquisitor ex Minorum familia. Solum manet probandum, quod etiam in his Hispaniarum Regnis, ante predictum annum millesimum ducentesimum trigesimum sextum, ex Prędicatorum ordine Inquisitores extiterint: quo ostenso authoris illius asserta funditus deleta videbuntur. Et licet verum sit, quod anno millesimo ducētesimo trigesimo nono, in Nauarrę, seu Cantabrię Regno, Theobaldo secundo Rege, Gregorius Pontifex IX. Kalendas Maij Inquisitores instituit F. Petrum Leodegaria, ordinis Prędicatorum, simul & ministrum Pompeiopolitanum ordinis Minorum, vt ait Paramus lib. 2. tit. 2. cap. 22. Diagus lib. 1. cap. 3. F. Michael Pius, 2. p. lib. 1. col. 18. & postea continuatum sit sacrum hoc munus per fratres Prędicatores tantum, vt ijdem authores asserunt, ante illud tempus, & ante annum millesimum ducentesimum trigesimū sextum, in Prouincijs Hispaniarum, iam per fratres ordinis Prędicatorum Inquisitio instituta, & dilatata erat. Pontifex namque Gregogius IX. anno millesimo ducentesimo trigesimo secundo, Pontificatus sexto Spoleti, Septimo Kalendas Iunij, Archiepiscopo Tarraconēsi, & eius suffraganeis literas destinauit, quatenus ipsi, & fratres Prędicatores, huic sancto Inquisitionis muneri inuigilarent. Incipiunt literę: *Declinante iam mundi vespere ad occasum.* Annales Ecclesiastici literas referunt eodem anno num. 9. & Petrus Marsilius in historia Iacobi primi Regis Aragonum. Quibus Apostolicis literis, designati fuerunt, plures fratres Prędicatores in Regnis Aragoniæ contra hereticam prauitatē Inquisitores. Anno millesimo ducentesimo trigesimo quinto, B. Fr. Raimundus Peñafortius, authoritate Gregorij

Innocentij III. anno 19

Anno Christi. 1216.

Pontificis literis ad hoc Perusij pridie Kalēdas Maij expeditis in toto Regno Aragoniæ, & Cathaloniæ Prouincia sanctum Inquisitionis officium, designatis fratribus nostris hæreticę prauitatis Inquisitoribus, stabiliuit. Ita Paramus libro secundo capite octauo. Composuit etiam tunc Beatus Raymūdus, eisdem Inquisitoribus tractatum, in quo descripsit quomodo Inquisitores aduersus hæreticos procedere debent, adeó vtilem, vt Gregorius Pontifex eum legens scripserit Archiepiscopo Tarraconensi Guillielmo in hunc modum. Et super deprehensis in hæresi, & Carceribus, quid sit tenendum, habeas notam Fratris Raimundi, quam hic ponimus, quę incipit, Credo, &c. Et eodem anno decimo septimo Kalendas Iunij Priori Barchinonensi, & F. Guillielmo de Barberano ordinis Prædicatorum iniunxit, vt in Prouincia Tarraconensi contra hęreticos inquirerent, & iuxta pręscriptum canonem procederent, &c. Ex his omnibus manifeste colligitur indubitatum esse, quod S. P. Dominico eiusque filijs debetur exordium, & origo sacrosanctæ Inquisitionis. Et tamen si prædicti authores hic impugnati, vel aliquot alij habuerint aliquas rationes, & argumenta fortiora, quę eos ad sua defendenda asserta alliciant, libentissime illa ad me missa intuebor, & circumspiciam, vt in secunda huius Cōcertationis editione, eis satisfacere curem, & sic nullus (dum absit ęmulatio, & contentio) rationabiliter contrarium tenere pręsumat.

V. EODEM Anno, Innocentio tertio vita functo decimo septimo Kalendas Augusti, assumptus est ad Pontificatum Honorius tertius, decimo sexto Kalendas Augusti (qui obijt anno millesimo ducentesimo vigesimo septimo, decimo quarto Kalendas Aprilis) B. P. Dominicus in vrbem redijt, vt recens instituti ordinis confirmationē obtineret. Hunc itaque sanctissimum virum, quod Honorius sciret totum se suamque Religionem fidei Christianę propagandę, illustrandę, atque à nouatoribus defendendę impendisse, die vigesima secunda, mensis Decembris institutum vitę ipsius ex Senatus Consulto approbauit, dato vno, & altero diplomate his verbis. Honorij. III. anno 19.

A

HONORIVS Episcopus seruus seruorū Dei dilecto filio Fr. Dominico Priori S. Romani de Tolosa, & fratribus suis, regularē vitam professis, & professuris: salutem & Apostolicam benedictionem.

B

Nos attendentes fratres ordinis tui futuros pugiles fidei, & vera mundi lumina, confirmamus ordinem tuum, cū omnibus castris, & possessionibus habitis, & habendis, & ipsum ordinem, eiusque possessiones, & iura, sub nostra gubernatione, & protectione suscipimus. Datum Romę apud S. Sabinam, vndecimo Kalendas Ianuarij, Pontificatus nostri anno primo.

Alterum diplomata est eiusmodi.

C

HONORIVS Episcopus seruus seruorū Dei, dilectis filijs Priori S. Romani Tolosanēsis, eiusque fratribus, tàm præsentibus, quā futuris, regularem vitam professis, & professuris: salutem & Apostolicam benedictionem.

Religiosam vitam eligentibus Apostolicum conuenit adesse præsidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus, aut eos à sancto proposito reuocet aut robur (quod absit) sacrę Religionis infringat. Eapropter, dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & Ecclesiam S. Romani Tolosanensis, in qua diuino mancipati estis obsequio, sub Beati Petri, & nostra protectione suscipimus, & pręsentis scripti priuilegio communimus. In primis siquidem statuentes, vt ordo canonicus, qui secūdum Deum, & B. Augustini regulam, in eadem Ecclesia institutus esse dignoscitur perpetuis ibidem temporibus obseruetur. Præterea quascumq; possessiones, quęcumq; bona, eadem Ecclesia in pręsentiarum iuste, & canonice possidet, aut in futurū cōcessione Pontificū, largitione Regū,

D

Anno Christi. 1216.

Honorij III. anno 1.

vel Principum, oblatione fidelium, seu alijs iustis modis, præstante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus, & illibata permaneant, in quibus hæc proprijs duximus exprimenda vocabulis, scilicet locum ipsum, in quo præfata Ecclesia sita est cum omnibus pertinentijs suis, Ecclesiam de Pruliano cum omnibus pertinentijs suis, villam de Cassellonio, cum omnibus pertinentijs suis, Ecclesiam S. Mariæ de Leschina cum omnibus pertinentijs suis, Ecclesiam Sanctæ Trinitatis de Lobens, cum omnibus pertinentijs suis, decimas à venerabili Fratre nostro Fulcone Tolosanensi Episcopo, de assensu Capituli sui, vobis pia, & prouida liberalitate concessas, prout in libro, seu in eorum literis plenius continetur. Sane noualium vestrorum, quæ proprijs manibus, vel sumptibus colitis, siue de vestrorum animalium nutrimentis, nullas a vobis decimas exigere, vel extorquere quisquam præsumat. Vobis quoque liceat clericos, vel laicos liberos, & absolutos, à sæculo fugientes, ad conuersionem recipere, & eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, vt nulli fratrum nostrorum post factam in Ecclesia vestra professionem, fas sit sine Prioris licentia de eodem loco, nisi arctioris Religionis obtentu discedere. Discedentem vero, absque communium literarum vestrarum cautione, nullus audeat retinere. In Parrochialibus vero Ecclesijs, quas habetis, liceat vobis sacerdotes eligere, & diœcesano Episcopo præsentare: quibus, si idonei fuerint, Episcopus curam animarum committat, vt ei de spiritualibus, vobis vero de temporalibus debeant respondere. Statuimus præterea, vt nulli liceat Ecclesiæ vestræ, nouas & indebitas exactiones imponere, aut in vos, vel in dictam Ecclesiam, sine manifesta, & rationabili causa excommunicationis, vel interdicti sententias, promulgare. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis clausis ianuis, exclusis excommunicatis, & interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce diuina celebrare. Chrisma vero, & Oleum sanctum, consecrationes altarium, siue basilicarum, ordinationes clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promouendi, à diœcesano suscipiatis Episcopo, si quidem Catholicus fuerit, & gratiam & communionem sacrosanctæ Romanæ Sedis habuerit, & ea vobis, sine aliqua prauitate voluerit exhibere. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, vt eorum deuotioni, & extremæ voluntati, qui se illic sepeliri desiderauerint, nisi forte excommunicati, vel interdicti fuerint, nullus obsistat: salua tamen iustitia illarum Ecclesiarum, à quibus corpora illorum assumuntur. Obeunte vero te nunc eiusdem loci Priore, vel tuorum quolibet successorum, nullus sibi qualibet subreptionis astutia, seu violentia præponatur, nisi quem fratres; communi consensu, vel fratrum pars, maioris, & sanioris consilij, secundum Deum, & Beati Augustini regulam prouiderit eligendum. Libertates quoque & immunitates antiquas, & rationabiles consuetudines, Ecclesiæ vestræ concessas, & hactenus obseruatas ratas habemus, & eas perpetuis temporibus permanere sancimus. Decernimus ergo, vt nulli omnino hominum, liceat præfatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possesiones auferre, vel ablata retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare: sed omnia integra conseruentur eorum, pro quorum gubernatione, & sustentatione, concessa sunt, vsibus omnimodè profutura: salua Sedis Apostolicæ authoritate, & diœcesani Episcopi canonica iustitia. Siqua igitur in futurum Ecclesiastica sæcularisvè persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temerè venire præsumpserit, secundo tertioque, commonita, nisi reatum suum, congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui ca

reat

Anno Christi 1216.

reat dignitate, reumq; se diuino iudicio existere, de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore, & sanguine Dei, & Domini nostri Iesu Christi, aliena fiat & in extremo examine districtæ vltioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus, & hic fructum bonæ actionis, percipiant, & apud districtum iudicem prȩmia vitȩ ȩternȩ, & pacis perennis inueniant. Amen.

Ego Honorius, Catholicæ Ecclesiȩ Episcopus.
Ego Centius, tituli S. Laurentij, in Lucina Presbyter Cardinalis.
Ego Leo, tituli sanctȩ Crucis in Ierusalem, Presb. Card.
Ego Robertus, tituli, Sancti Stephani in monte Celio, Presbyter Cardinalis.
Ego Stephanus, basilicæ duodecim Apostolorum, Presbyter Cardinalis.
Ego Gregorius, tituli Sanctȩ Anastasiȩ, Presb. Card.
Ego Petrus, tituli S. Laurentij in Damaso, Presb. Card.
Ego Thomas, tituli S. Sabinȩ, Presbyt. Card.
Ego Nicolaus. Episcopus Tusculanus.
Ego Guido, Prȩnestinus Episcopus.
Ego Hugo, Ostiensis, & Velternus Episcopus.
Ego Pelagius, Albanensis Episcopus.
Ego Guido, S. Nicolai in carcere Tulliano, diaconus Card.
Ego Octauianus, sanctorum Sergij, & Bacchi, diaconus Cardinalis.
Ego Gregorius, S. Theodori diaconus Card.
Ego Ioannes, sanctorum Cosmȩ & Damiani, diaconus Cardinalis.
Ego Raynerdus, S. Mariȩ in Cosmedin, diaconus Card.
Ego Romanus S. Angeli, diaconus Crad.
Ego Ste phanus, S. Adriani, diaconus Card

Honorij III. anno 1.

Datȩ Romȩ, apud sanctam Sabinam per manum Raynerij, Prioris S. Fridiani Lucanȩ diœcesis, S. Roman. Eccles. Vicecancellarij, vndecimo Kalendas Ianuarij, indictione quinta, Incarnationis Dominicȩ, anno millesimo ducentesimo decimo sexto, Pontificatus Honorij tertij anno primo.

VI.

¶ Dum hȩc diplomata, à Summo Pōtifice expectaret, B. P. Dominicus, Romȩ orationibus vacabat. Inter quas aliquando in basilica Principi Apostolorum dicata, vidit secundum apparitionem Christum ira ingenti succensum, propter intoleranda hominum flagitia à Patris dextera surrexisse, & tria manu iacula tenere, vt vno eorum superbos, altero auaros, tertio libidinantes deleret, Virginum vero primiceriam, ac totius orbis Reginam, Diuam Dei parentem se illi opposuisse, ac rogasse ne genus humanum tanta clade conficeret: se enim habere viros, qui flagitiosorum mores emendarent: Matris autem Virginis precibus, ac verbis motum, substitisse, quȩsiuisseque vbinam essent, qui & iram indignātis auerterent, & mores prȩdictorum in melius conformarent: Diuam Matrem Mariam par Sanctorum, scilicet Dominicum & Franciscum, ostendisse dixisseque, Hos esse, per quos conuulsa in terris & collapsa pietas restituetur, atque extemplo Deum vindicem delinitum, manum ad feriendum paratam continuisse, iacula deposuisse, sententiam reuocasse, humanoque generi conciliatū fuisse. Vidit hȩc Dominicus, & altera luce Franciscum sibi obuium ex lineamentis per visum ostensis cognouit, visionem narrauit, benigneque complexus, illa memoranda posteris verba ei dixit: *stemus simul, & nemo aduersariorum*, scilicet fidei, doctrinæ, vnitatis Christianȩ, *præualebit*. Altero die Beato Patri Dominico in eadem basilica oranti, Principes Apostolorum Petrus, & Paulus apparuerunt, & ille quidem baculum, hic autem librum apertum, ei porrigentes iniun-

Anno Christi. 1217.

xerũt: *Abi (dicẽtes) & prædica, hoc enim tibi ministerium à Deo demandatum est.* Et statim Spiritus sanctus, in similitudinem linguæ igneæ apparuit supra caput B. Dominici, vnde in gratia & sapientia confirmatus creditur. *Sic Leonardus Vtinus sermone de B. P. Dominico fol. 245.* Statimque aspexit binos ante se fratres, ex ordine suo per orbem terræ dispersos, Euangelium, fidemque Catholicam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, vniuersis populis prædicantes. A suis enim fratribus maxima ex parte orthodoxa creuit fides. Familia autem Prædicatoria in tantum excreuit, vt eo tempore, quo Antonius Sabelicus viuebat, vt ipse asserit, ex S. P. Dominici Prædicatorio instituto, erant cœnobia quatuor millia centum, quadraginta tria, & in his initiati, seu Religiosi sex & viginti millia, quorum circiter mille quingenti essent Theologicæ professionis Magistri, exceptis pluribus alijs cœnobijs, quæ in Armenia AEthiopia & alibi extabant. *Antonius Sabelicus æneada 9. lib. 6. Annales Ecclesiastici, anno millesimo d centesimo decimo sexto, Fr. Antonius Lusitanus in Chronico pag. 11. & Castillus 1. p. lib. 1 cap. 18.*

Anno 1217.

ANNO Domini millesimo ducentesimo decimo septimo, Honorij III. primo B. P. Dominicus fratres suos per orbẽ dispersit ad vitia extirpanda, & hæreses extinguendas, & ipse in animo proposuit se conferre ad prædicandum Cumanis, & Persis, ad quod etiam prolixam nutriebat barbam, vt eis mos est, qui ad infideles proficiscuntur. Istud testes ad eius canonizationem perficiendam examinati, testati sunt. Pontifex autem Honorius, fratribus Prædicatoribus in partibus Tolosanis commorantibus iniunxit, datis ad eos literis, vt Euangelizando verbo Dei, aduersus hæresim quantum possent vigilanter, ac diligenter incumberent. Seruatur *Hæreses debellata.*

A Epistola Pontificis, in libro anni primi Pontificatus Honorij, & est in ordine 191. Per hoc etiam tempus fratres Prædicatores, studio & lectioni sacræ Scripturæ iugiter insistentes, tantum in scribendis libris opus faciebant, vt cum sagittis, arcu, & omni armatura fortium possent stare pro defensione sanctæ Matris Ecclesiæ, & ex aduerso ascendere, & ponere se murum pro domo Israel, dum fidem roborarent, virtutes instruerent, statuta Ecclesiæ docerent, & collaudarent, vi- Honorij. III. annó 1.

B tia hominum, & prauitates redarguerent, & castigarent, errorumque tenebras ab Ecclesia eliminarent. *Conradus Vrspergẽsis in Chronico Vincentius Beluacensis lib. 30. cap. 67. Castillus lib. 1. cap. 25. & Annales Ecclesiastici.*

Anno 1218.

ANNO Domini millesimo ducentesimo decimo octauo, Honorij Pontificis huius nominis

C tertij anno secundo, Beatus Pater Dominicus alumnos suos Prædicatores in Lombardiam destinauit, vt pro viribus, hæreticis se opponerent, & simul vitia, & hæreses exterminarent. *Hæretici reducti.* Tunc Mediolani Bergomi, & in alijs Lombardiæ vrbibus, religio Prædicatoria propagata est. Et antequam fratres Nouocomum venirent, nobilis quędam matrona, quę decepta hęreticis adhęserat, lumina quædam, in loco, vbi cœnobium erectum est,

D de cœlo descendentia vidit. Profectis postmodum eô prędicatoribus, hęreticis purgata fraudibus, fidei sanctę lumen admisit. Alia quoque fęmina ea labe infecta, per quietem eodem in loco, duo vidit vasa, alterum vini, mellis alterum, quę à quibusdam eius nouis loci incolis misceri videbantur, ac inde potum populo propinari, ac mira, qui bibissent, alacritate repleri. Quò postquam Prædicatores venere, quid somnium suum portendisset intelligens, hęreticas fraudes agnouit, &

ad Ca-

Anno Christi. 1219. | Honorij III. anno 3.

ad Catholicorum cœtum reuersa est. Alius quidam vita, & Religione memorabilis, ibidem excitari purissimum fontem vidit, de quo Nouocomēses omnes auidè admodum potare videbantur, doctrinam Catholicam purissimam ebibentes, spretis errorum fetidis aquis, spurcitijs scaturientibus: *Flaminius in vita B. P. Dominici.*

I. *Anno 1219.*

Magisterium sacri palatij, cōtra prauā doctrinam & prauos mores, S. P. Dominicus instituit.

ANNO Domini millesimo ducētesimo decimo nono, Honorij tertij anno tertio, B. P. Dominicus autor fuit eidem Pontifici, vt officium magisterij sacri palatij institueret. Cum enim cerneret quotidie, occupatis cum Pontifice Cardinalibus eorum clericos, & familiam in aula Pontificia, in vanis deambulationibus, ac nugis tempus consumere, indoluit vehementer: & Pontificem conueniens, turpe esse (inquit) ministros illos omnem honestatem professos indecora committere, sacrosque illos parietes indignissimis scurrilitatibus contaminare, sibi videri vtile fore, si dum Cardinales cum eo negotijs vniuersalis Ecclesiæ attendunt, quispiam vir doctus aliqua loca sacrę Scripturæ publice interpretaretur. Placuit maxime consilium Honorio, & illi ipsi qui consuluerat id muneris iniunxit. Quapropter B. P. Dominicus, quotidie Pauli Apostoli Epistolas in numerosissimo auditorum consessu, maxima dicendi copia interpretari cœpit, magna curiæ Romanæ, & admiratione, & vtilitate. Adeoque res Pontifici, & Ecclesiæ placuit, vt deinceps institutum sit, vt ex ordine Prędicatorum, ad hoc munus aliquis vir eruditus eligeretur, qui Magister sacri palatij appellaretur: cuius muneris est edicta librorum prohibitorum, propter hæresim, & prauam doctrinam conficere, libros examinare, Romam inuehendos, &c. Officium ergo istud est in præclara ęstimatione apud Ecclesiam, & habet prerogatiuas sequentes. Primùm, Magister sacri palatij commoratur in ipso palatio Apostolico, cum socijs, & familia sua, habetque prouentus ac stipendium, à Pontificibus assignatum, quo alantur. Secundò, in capella Pontificia sedet non longe à pedibus Pontificis, & pręcedit cunctos Theologos, & magistros in loco, consilio, & resolutione. Tertiò, absque eiusdem licentia, nullus liber potest prelo mandari Romę, & absque eius approbatione, & reuisione oratio aliqua, neque concio non potest coram Pontifice declamari. Quartò in omnibus congressibus, & disputationibus, sua definitio, resolutio, & sententia, pręualet, & post eum nullus replicare potest. Quintò, & vltimò, quod semper interuenit in congregatione sanctissimę Inquisitionis, cum Cardinalibus, & Pontifice. Item gaudet cognomine reuerendissimi, & primum locum obtinet in ordine Prędicatorio post generalem magistrum. Hoc sacrum & Apostolicum officium, tantum per electionem, & nominationem Pontificis, & non per vota obtinetur. Quod quidem experimento per quadringentos annos probato, potissimum Ecclesię propugnaculum, extat aduersus hęreses pullulantes. Hactenus hoc officium, & dignitatem egregie moderati sunt, quinquaginta duo pręclarissimi viri, è Prędicatoria familia semper assumpti. E quibus duo extiterunt, sanctorum confessorum catalogo adscripti, Sanctus Pater Dominicus, & Sanctus Vincentius Ferrerius, septem Sanctę Romanę Ecclesię Cardinales, vnus Patriarcha, Archiepiscopi tres, Episcopi vndecim, & Magistri generales totius nostrę Prędicatorię familię septem. *Frater Antonius Lusitanus in Chronico, pagina decima quarta, Castillus 1. part. libro 1. capit. 24. & Frater Michael Pius, secunda parte in principio.*

II.

¶ Eodem tempore Iuo Cracouiensis Episcopus, Regni Poloniæ Cancellarius, Romam pro negotijs Ecclesiæ suę venit, atque ibidem Beatum Patrem Dominicum inuenit, magna admirandaque patrantem.

Anno Christi. 1220.

Idolatræ ac Schismatici cõuersi.

Astitit Episcopus resurrectioni Napoleonis Cardinalis Stephani nepotis, quã Dominus per B. Dominicum perficere dignatus est. Inter fuit etiam huic miraculo Andreas Pragensis Antistes, & ambo scientes assumptum, & institutũ B. P. Dominici, admiratione, atque amore correpti, ab eo flagitabant, qui vellet aliquot sui instituti sodales, Ecclesijs illorũ concedere. Et cum B. Pater nullos haberet, qui idioma gentis callerent, quatuor ex comitatu eorum pio desiderio inflammati, habitum sanctę Religionis induere. Primus eorum, Hyacintus Odrouansius Canonicus Cracouiẽsis. Is qui S. Dominicum vitę innocentia, & miraculorum gloria ęquauit, nõ impar ei frater Germanus Ceslaus, ambo filij Eustachij Comitis Konslue, de domo Odrouansiorum, in Prouinciã Oppoliensi. Erat Ceslaus, Canonicus Sãdomiriensis, admirãdorũ splendore illustris. Tertius fuit Henricus Morauus. Quartus vero Hermanus Theuto, vterque nobilis, & propter rerum pręclare gestarum magnitudinem, inter Beatos deputatus. Hos integro anno, B. P. Dominicus salutaribus pręceptis imbuens, ad eum efformauit modum, vt non tyrones, sed veterani Religiosi vitę sanctimonia illustres, zeloque ardentissimo amplificandę tuendęque fidei exęstuantes ab omnibus haberẽtur. Emisit hos Apostolicos viros, B. Pater, ad Septentrionales regiones, Boemiam, Poloniam, & vicinas, vt Schismaticos, & Idolatras ad fidem traherent. Illi vero profecti innumeris populis pręd icauerunt, domino cooperante, & sermonem confirmante, sequentibus signis. Quo factum est vt plurimos schismate laborantes, aut idolis seruientes sua prędicatione ad Ecclesiam adducerẽt. *Frat. Abraham Bzouius de Prouincia Polonia, ordinis Prædicatorum, capit. 5. & eiusdem Annales Ecclesiastici, anno millesimo ducentesimo decimo nono, Castillus 1. p. lib. 1. cap. 43.*

Honorij. III. anno 4. Anno 1220.

I.

Inquisitionis officiũ contra hæreticos.

ANNO Dñi 1220. Honorij III. anno quarto, B. P. Dominicus authoritate Apostolica eiusdẽ Põtificis sacrum Inquisitionis officiũ exercuit in Lombardorum Prouincia, qua continentur Inquisitiones Mediolanensis, Patauina, Vercellensis, Mantuana, Ferrariensis, Brixiensis, Veronensis, Nouocomensis, ac Bononiensis: nam eo tẽpore Catharorum, & Manichęorũ iam pene sopita deliria, ita rebellarunt, vt Honorio Pontifici necessariũ videretur B. P. Dominicũ in eam Prouinciã Inquisitorẽ delegare. Nimis putentes sunt blasphemię quas ibi sectarij in cœlũ euomebant, ideo pręstat illas silẽtio pręterire, licet discipulos eorum huius nostri sęculi nouatores offendamus identitatẽ, seu conuenientiã eorũ errorũ cũ primogenijs Sathanę occulẽdo, siquidẽ nõ sine horrore, nec sine stomacho fętulẽtos illorũ articulos cõmemorare valerẽ. Apud Prateolũ, Alphõsum à Castro, Bernardũ de Lucẽburg, & Annales Ecclesiasticos referũtur horũ deliramẽta non dissimilia eis, quę Lutherani, Caluinistę, & reliqui pseudoeuãgelici, hoc sęculo delirant, & insaniũt. Aduersus eorum execrabiles errores, B. P. Dominicus Inquisitor est designatus à Pontifice Honorio, vt Doctrina, igneque, hęresum sceleratissimarũ spineta cõsumeret, quę inimicus homo, tum in Mediolano, tum in alijs Lombardię vrbibus, & oppidis disseminauerat.

Tẽpore, quo B. Dominicus per Prouincias Galliarũ & Italię prędicauerat dãna plurima ab hęreticis patrata conspexit, & quę in dies in Ecclesiastico patrimonio dilapidando aggrediebãtur. Ecclesiarũ namq; facultates, prędia, cęteraque tẽporalia laici diripiebant, & sic eis vtebantur, tanquã si à parentibus hęreditaria successione ea suscepissent. Hinc est, quod Episcopi plures nullo modo valentes se defendere ministeria sua implere, nec eleemosynas erogare redditibus suis vsurpatis ab hęreticis, mendicare cogebantur clerici innu-

Anno Christi 1220.

Honorij. III. anno 4.

meri Ecclesiarum rectores,ac parrochi ad miserabilem pauperiē redacti ostiatim eleemosynam petebāt·Hæc extrema Ecclesiasticorum inopia & miseria ab hæreticorum tyrānide,& licētia originem,ducēs occasionem præbebat,vt non tantum illi,sed illorum status,&ordo in contemptum,& opprobrium verterentur·Hæretici quotidie Catholicæ Ecclesiæ ministros sacrilegijs afficiebāt vtpote contra quos publice inimicitias sustentabant,& aliqui etiam ex eis,qui ad fidem veniebant, vt in plurimum facultates Ecclesiasticas sibi retinebant. Animaduertens ergo B·P. Dominicus, grauissima damna ex his emergentia, Ecclesias viduli. et deprædatas,Episcopos innumeris miserijs,& afflictionibus affectos,clericos sine honore in cōtēptum versos,rebus omnibus ac facultatibus spoliatos ostiatim emēdicare compulsos,in eorū defensionē arma capienda statuit,& gladio materiali,etiā aduersus hæreticos esse præliandū·Vt autē hoc ad debitum finē deduceret pluribus Catholicis sæcularibus, quos Deū timere nouerat se adiunxit, & cū illis sanctam quandam militiam ordinauit, cuius instituti esset Ecclesiarum facultates tûm recuperare, tûm defendere,& quoties opus esset,hæreticis manu armata,validissime resistere·Tot & tam efficacibus rationibus,B·P· Dominicus assumptum hoc proposuit, & persuasit, vt reperiret plurimos hanc sacram militiam, non solum approbantes, sed vt in ea admitterentur enixe petentes·Inter eos Honorius Tertius Pōtifex,eam magnifice laudauit. cuius authoritate & approbatione instituta,& confirmata est·B·P·Dominicus,quasdam constitutiones ordinauit,quibus ad hoc, tam necessarium,& præclarum munus exequendum sodales militiæ, & conseruari,& gubernari possent.Prima & potissima constitutio ingredientibus hanc sacram militiam Iesu Christi,sic enim appellabatur talis ordo, seu cōfraternitas (ex quo tertiarius ordo B· Dominici, de pœnitentia postea deriuatus est)iomnae iuramentū profiteri, quod totis viribus curarent iura Ecclesiæ recuperare,defendere,ac protegere ab omnibus ea vsurpare intendentibus.Itē profitebantur,quod in bonorū Ecclesiasticorum defensionem expositurі essent, & se & facultates suas arma sumentes, quoties ad hoc per prælatum, seu militiæ prępositū vocati essent·Tunc eorū prælatus erat B·P· Dominicus, & post eum Magistri generales suæ Prædicatorię familię· Et vt viris coniugatis vxores in tam sancta expeditione impedimento non essent,B. Pater iuramenta ab eis accipiebat,quod maritos suos à tam vtilissimo opere non retraherent, quoties ad præliandum contra hæreticos vocarētur,sed potius eos omnibus modis ad sanctum hoc prælium adiuuarent.Pollicebatur S·P·Dominicus, tàm viris,quàm vxoribus pro tā sancto opere vitam æternam.Et quia ab alijs sæcularibus distinguerētur ordinauit, quod tam viri, quàm mulieres huic tam præclaræ militię adscripti vestibus albis, & nigri coloris vterentur·Non quod indumenta essent similis formæ, sed quod ex istis coloribus constassent· Insuper pro horis Canonicis orationem Dominicam, & salutationem Angelicam tot vicibus repetebant,sicut in ordinibus militarib' fieri cōsueuit·Statuit pręterea, quod nullus ad hanc sacram militiā admitteretur,absque pręuio rigoroso examine de vita,moribus, & zelo fidei ingredientis· Item prius debita soluebat, inimititias deponebat,testamentum faciebat,vt expeditior ad pręlium se conferret, si forte mortē in eo subire cōtingeret·Statutū etiam erat,quod coniugatus hanc societatem, & militiam profitens,prius facultatē à coniuge coram notario,& testibus accipiebat:illę autē viris in illa expeditione occisis promittebant,nunquā se nupturas,sed omnib' diebus castitatem seruaturas Hic ordo, vel militia Iesu Christi val le accepta per id tempus fuit, quam Honorius III· Apostolicis literis roboratā confirmauit·Idē fecit Gregorius IX sub protectione,ac munimine Sedis Apostolicę militiā recipiēs,priuilegijs fratrib' mili-

Anno Christi. 1220.

tię IesuChristi destinato. His fauoribus muniti maxima fidei Catholicæ incremẽta per totã Italiã pepererũt, fidelitate summa Ecclesiæ seruientes, toto illo tempore, quo opus fuit, vt ad illius defensionem arma sumerent. Dimicarunt enim robustissime prælia Domini. Horum opera, diligentia, & viribus vsus B. P. Dominicus, adeò pestem illam hæreticorum Catharorum, & Manichęorum latẽ grassantem compressit ac profligauit, vt breuissimo temporis interuallo partim sublati, partim in miserrimam fugam conuersi, paucissimi qui supererant ignominiose latitarent. Quo factum est, vt Ecclesiarum bona hæresum occasione à sæcularibus vsurpata, Prælatis, & Rectoribus restituerẽtur. Hæc militia Iesu Christi sunt modo cruce signati Familiares sanctæ Inquisitionis pro iuuamine, & auxilio sanctæ Inquisitionis, & defensione sanctæ Matris Ecclesiæ à B. P. Dominico instituti, hæreticorum extirpationis causa. *Robertus Licius inconcione B. P. Dominici, Paramus lib. 2. tit. 2. capit. 30. & lib. 2. titulo 1. capit. 3. num. 6. Castillus 1. p. lib. 1. capit. 49.*

II.

Agarenorũ conuersio.

¶ Eodem tempore Honorius Pontifex D. P. Dominico author fuit, vt plures fratrum suorum ad conuertendos in Hispanijs, & Africa Sarracenos, instituẽdosque Christianos residuos transmitteret. In tanta multitudine Religiosorũ fratrum Prędicatorum erat aliquis, qui eam missionem detrectaret, & quendã Eremitam sanctitate vitæ insignem precaretur, qui pro se Deum oraret, ne ire cogeretur. Nocte, quę secuta est orauit Eremita, & vidit ingentẽ fluuiũ per cuius angustum pontem numerosa omnium Religiosorum multitudo ad vlteriorem ripam læta transiret: Prædicatores vero ipsum ingressi flumen, cũ singuli singulos traherent, currus multitudinem vtriusque sexus conuehentes ingentem maximo cum labore traijcere videbantur, & siqui forte in traiectu deficerẽt erat præsto Deigenitrix, quæ laborantibus opẽ ferret. Sic amne trãsmisso videbat illos in amœnissimũ quẽ

A dã locũ peruenire, cũ læta multitudine lætos, quod tanto discrimine, ac labore superato, ad quietis locum peruenissent. Hæc vbi timidus ille ab Eremita audiuit, continuo seipsum accusans, & factus animosus alacriter profectus est cum alijs. Horum opera cum plurimi Sarraceni ad lumen veritatis adducerẽtur, & à Miramolino tyranno, nõ permitterentur ritu Christiano viuere, Honorius Pontifex, hoc anno scripsit, Miramolino suo iure obsecrans, vt eos mo-

B re Christiano, & sacris operari, & conuersari toleraret. *Flaminius in vita B. Dominici, & Annales Ecclesiastici.*

Honorij III. anno 4.

I.

Anno 1221

ANNO Domini millesimo ducẽtesimo vigesimo primo, & Pontificatus Honorij Tertij anno quinto, B. Patriarcha Dominicus Prędicatorum conditor Bononiæ, octauo Idus Augusti in cœlum migrauit, & paucis diebus antequam rebus humanis exce-

C deret, scilicet in festo sanctissimo Pentecostes in Comitijs generalibus sui ordinis Bononiæ habitis destinauit fratres in Angliam, Scotiam, Scandinauiam, & Groenthlandiam. Ad Vngariam, & ad Cumanorum Prouinciam, quinque fratres delegauit Fr. Paulum Vngarum, & F. Sadoch, cum alijs tribus qui cœnobia erigẽtes plures ad ordinem traxerunt, & in Prouincia Fruriensi innumeros Hæreticos, & Schismaticos ad vnitatẽ Ecclesiæ adduxerunt. In Cumanorum

D autem regionibus, ad quas eundi sitientissimum suum ducem B. Dominicum nouerant, plurimos Ecclesiæ Romanæ aggregarunt maximis in prædicatione ex anthlatis laboribus, ęrũnis, ac tribulationibus: aliqui enim fratres, tunc pro Christi nomine dilatando à Barbaris necati sunt. Sed per manus eorum fortiter crescebat, & multiplicabatur verbũ Dei. Plurima, & insignia extiterũt trophœa horũ Christi athletarũ in euertẽdis dæmoniorũ simulacris, ac in reducẽdis ad Romanæ Ecclesiæ Ouile innumeris hęreticis, ac Schismaticis. Annales itẽ Ec-

Gentiles conuersi.

Anno Christi 1221.

Honor III. anno. 5

clesiastici referunt fratribus prædicatoribus,& Minoribus coadiuuantibus, simul, Robertus Vvelprimiensis, ad Strigoniēsem Archiepiscopatū euectus, ad quindecim millia Cumanorū sacro fonte tinxit. Princeps enim gētis filiū, & duodecim proceres miserat, qui Robertum ad id officij euocarent, postquam iam satis doctrinam Christianam à fratribus Prædicatoribus, & Minoribus didicissent. *Fr. Ioannes Lupus salmanticensis in vita B. P. Dominici lib. 2. ca. 31. & c. Castillus 1. p. lib. 1. cap. 55. & Annales Ecclesiastici.*

II. *Agarenorum, & gentilium cōuersio.*

¶ Eodē anno Honorius Pōtifex nō intermittebat Sarracenorū & Gentiliū conuersionē, sed ad eam procurādā vniuersis Europæis Episcopis iniunxit, vt ex singulis prouincijs quatuor, aut ad minimum duos Prædicatores scientia literarum, & integritate morum conspicuos, ad Sedem Apostolicam destinarent: quos ipse ad diuersas gentes transmitteret. Multos eorum vtraque Religio nimirùm S. Dominici, & S. Frācisci subministrauit, quibus cordi insitum erat Barbaras gentes fidei splendore illustrare, & ad vitæ melioris cultum traducere. Sanè eos nihil à suscipiendis laboribus deterrebant, mortes aliorum, licet audirent varijs in prouincijs, quam plurimos enecari. *Epistola Pontificis huius anni quinquagesima quarta, & Annales Ecclesiastici.*

III. *Hæretici reducti, vel puniti*

¶ Eodē tēpore in Gallijs Tolosates hæretici omnia miscebant, neq; verbis, neq; armis cohiberi poterant, quo minus Catholicos infestarent. Cùm autem Cruce signati, neq; perpetuo, neque vt par erat contra hæreticos decertarent, Honorius Pontifex, vt Castrorum acies promptas, & expeditas contra eosdem instrueret. Religiosis Prædicatoribus iniunxit potestatemq; plenariam dedit, sicut B. P. Dominico anno præcedenti in Italia concesserat, vt sacram militiam, quæ de pœnitentia diceretur, aduersus hæreticos, in Gallia instituerent. Conuenit multitudo ingens, & huic sanctæ Sodalitati nomen dedit, sumpto pullo pallio, super alba veste, & præstito Sacramento in tutelam fidei orthodoxæ. *Annales Ecclesiastici, ex Flamminio in vita S. P. Dominici, & ex Epistolis Honorij 699. & 762.*

IIII. *Hæretici reducti & plures cōcremati.*

¶ Eodem etiam tempore authoritate Honorij Pontificis B. P. Dominicus, paucis ante gloriosum transitum diebus, misit aliquot fratres, ex eius discipulis, Apostolicos Inquisitores, ad varias Europæ prouincias. Inter quos insignis extitit B. Fr. Conradus Maspurgensis, totius Germaniæ Generalis Inquisitor, qui feruidissimas conciones, & acerrimos disputationum congressus habuit aduersus illius tempestatis Hæresiarchas eorumq; sectatores: è quibus plurimos ardentibus flāmis, pro virili tradidit, dum ingentem hæreticantium numerum, quos clam, & veluti per occultos calles errores disseminantes palam adinuenisset. Simili supplicio octoginta ferè exterminauit in ciuitate Argentinēsi. Posteà vero nobiles plurimos, clericos, monachos, moniales, ciues, & ex humili plebe, non paucos de hæresi conuictos igne consumpsit. *Tritheminus in Chronico Hirsaugensi anno 1230. & Paramus lib. 2. titu. 2. cap. 25.*

V. *Hæreticorum duodecim millia extincti, & centū millia, ad fidem Catholicā conuersi.*

¶ Eodem anno & sequentibus post fœlicissimum B. P. Dominici transitū, eius orationibus maxima in discipulis gratia refulsit potissimum, circa hæresum extirpationem in Lombardia. Et vt authoritate Apostolica comprobatum est, ad B. P. Dominici Canonizationem conficiendam, in vna Lombardiæ prouincia centum hæreticorū millia, ad veram fidem sunt redacti, per tanti ducis alumnos, relictis errorum suorum deliramentis: qui etiam plurimos hæreticorum pertinacium igni tradiderunt. Possumus meritò de fortissimo athleta asserere, idem quod de Sansone Spiritus Sanctus commemorauit, quòd plures moriens, quam viuens occiderit hostes: sic strenuus dux D. Dominicus post obitum plurimos Ecclesiæ aduersarios, vel exterminauit, vel reduxit. Isto namquè anno fæ

Anno Christi, 1221.

Honorij III. anno 5.

licissimi eius obitus, mense Decembri Mediolani, ac Brixiæ duodecim millia hæreticorum terrifico terræmotu occubuerunt, cum Mediolanenses hæretici multa plaustra, cum victualibus transmiserunt Brixiensibus. Et dum conuiuarentur in die Natalis Domini, ipse Dominus terram concussit, & cadentibus ædificijs plusquam duodecim millia extinxit: quæ clades meritis, ac precibus præclarissimi Inquisitoris Dominici, è cœlo in perfidos iacula vibrantis, non immeritò tribui potest. *Refert hoc Cæsarius (qui scripsit anno 1222.) libro. 1. cap. 49. & M. Fr. Thomas Maluenda de s. Petro Martyre cap. 1.*

VI. ¶ Eodem anno gloriosissimi B. P. Dominici transitus, libet sequentia referre, quibus apparet quanti Deus æstimat Prædicatorum munera Ecclesiæ illustrandæ, & defendendæ gesta, nam pene præterieram, quòd per id temporis Dominus in beneficium Prædicatoriæ familiæ reuelauit. Narrat Humbertus Magister Generalis Ordinis Prędicatorum lib. 1. de vitis fratum cap. 1. §. 5. rem maximè memorabilem hûc in modum. Fuit quidam monachus Cistercienfis Ordinis in Tuscia, in Monasterio S. Galgani, propè Senas, vir magnæ simplicitatis gratiæ, & famæ propter quæ ad Curiam Romanam frequenter vocabatur. Huic Dominus sæpius apparuit, ac multa reuelauit. Côtigit autem, duos fratres Prædicatores venire ad locum prædictum, qui eû rogauerunt, vt pro se. & toto Ordine Prædicatorum Dominum exoraret. Cum igitur nocte post matutinas Dominum oraret, & vt simplex, ac deuotus, quid potissimum pro fratribus oraret, nesciret, apparuit ei Dominus, vt sibi videbatur, dicens: Frater Iacobe, accipe istas orationes, & sic pro Prædicatoribus ora in Missæ sacrificio.

Oratio.

Corda famulorum tuorum Domine illumina spiritus sancti gratia, & ignitum eis eloquium dona, & qui tuum prædicant verbum, largire virtutis augmentû, Per Dominum.

Secreta.

Famulis tuis Domine verbum tribue gratiosum. & munera oblata sanctificans corda eorum in salutari tuo quæsumus visita, per Dominum.

Post communionem.

Conserua Domine famulos tuos vnigeniti tui corpore, & sanguine suscepto, & tuum nuntiantibus verbum, largitatem tribue gratiarum, per Dominum.

HAS Orationes Dominus Papa approbauit, & concessit, vt in Missa decantarentur, & ita dicuntur, & cantantur in Missa. Secutus est autem fructus, vel maximus, cum primû eę orationes recitarétur præsertim (quemadmodum iterû idem Frater Iacobus vidit) cum Beatissima Virgo patrocinio suo Prædicatores iuuaret: neque semel illis concionantibus adesset. Aliquando enim visa est coram quodam fratre concionante, librum apertum tenere: alias alteri cuipiá verba salutis ad aurem dictare: propter quæ idem Fr. Iacobus frequenter sequebatur fratres, & solicite pro eis orabat.

Conradus filius Ducis Bauariæ Henrici, Cardinalis Episcopi Portuensis, qui missus est hoc tempore in Galliam, & Germaniam, ab Honorio Pontifice cû plena Legati à latere potestate, vt Thomas Cantipratanus refert Parisios veniens, cum vidisset Fratres Ordinis Prædicatorum, qui de nouo illuc aduenerant, visitauit eos. Dubium autem quid gerens de eis in corde, orauit Dominum vt sibi ad quid Ordo iste venisset, ostendere dignaretur (Erat vir doctrina, & sanctitate insignis, olim monachus, & Abbas Cisterciensis) Neque mora, oblato, & aperto libro ad quid ordo Prædicatorum venisset, responsum est cogitationi eius, *Laudare*, scilicet, *benedicere & prædicare*, qui statim ef-

fusus

Anno Christi 1222.

Hon III. anno

fusus in laudem Christi coram omnibus dixit. Licèt alterius professionis sim habitu, frater tamen vester ero quandiù in vita subsistam, neque vlla vnquam à vobis aduersitate diuellar. Proindè idem Cardinalis postea tempore Gregorij noni verbum memorabile respondisse fertur cuidam in Colonia Sacerdoti. Illi enim Synodo præsidenti conquestus est quidam Sacerdos Parrochialis dicens: Ecce Fratres Ordinis Prædicatorum, qui in damnum nostrum Coloniam intrauerunt falcem mittunt in messem alienam, subditorum nostrorum confessiones audiunt, & per hoc homines in fauorem suum attrahunt. Cui mox Conradus Legatus respondit. Quis est numerus hominũ in parrochia tibi subditorum? & ille, nouem millia (inquit.) Tunc cõsignans se Cruce Legatus dixit. Quis es tu miserrime, qui tot millibus solus sufficis debitam gubernationis curam impendere? Nescis hominum perditissime, quia in illo debes tremendo iudicio ante tribunal Christi de his omnibus respondere? Et tu si tales habes Vicarios querularis, qui onus tuum gratis releuent, sub cuius pondere nescius conquassaris. Quia igitur ex hac querela indignum te cura omnimode iudicasti, ideò priuo te omni beneficio pastorali. Hoc facto publicauit authoritatem, qua à Sede Apostolica fratres Ordinis Prædicatorum specialibus priuilegijs prędicare populis, & confessiones audire, per Summos Pontifices D. Innocentium Tertium, Honorium Tertium, & D. Gregorium Nonum commissum, & iniunctum. Is itaquè Sanctissimus Cardinalis Legatus, in Gallias contra Albigenses etiam missus: id præclarũ munus legationis in Hispania, & Germania pro terræ Sanctæ subsidio obiuit. Nã ei Sũmus Pontifex iniunxit, vt Cruce signatos, ad sanctã militiam excitaret, & prędicatores institueret, qui ad sacrũ bellũ omnes hortarentur. Ex his vnus eximius habitus est F. Ioãnes Argotoralensis Prędicatorij Ordinis, qui eo quod perutilis esset vniuersali Ecclesiæ, plurima enim incrementa Catholicæ fidei in Gallijs sua prædicatione contra hęreticos attulerat; atq; à capitulo Bisuntinæ Ecclesię, in Archiepiscopum electus fuisset, Pontifex prohibuit, ne eũ honorẽ susciperet. *Humbertus libr. 1. de vitis fratrum capit. 5. §. 5. Thomas Cantipatranus addition. lib. 1. ca. 9. §. 2. & Annales Ecclesiastici.*

Hæretici plurimi redacti.

I.

An. 122

ANNO Domini millesimo ducentesimo vigesimo secundo, Honorij Tertij Pontificatus anno sexto, Patres Ordinis Prædicatorum non immemores votorum, & zeli B. P. Dominici, quodq; ille Cumanos adire constituisset quosdam spectatæ virtutis fratres, hoc etiam anno ad eos miserunt. Illi autem miris modis, & pene supra quam credi possit, ab ea gente afflicti, atquè etiam repulsi, sine fructu coacti sunt ad suos se recipere. Attamen sancto eos inflãmãte spiritu & zelo animarum incitante, denuo ad eos profecti, per multa itinerum discrimina, ad fluuium eius regionis, qui Dneps vocatur, peruenere. Sed rursus crebro fame, & siti, & multiuaria persecutione vexati sunt, alij abducti in captiuitatem, duo interfecti. Qui autem illic superfuere incolumes incepto concionandi studio constanter perseuerarunt: donec tãdem pijssimus Deus labores eorum, & constantiam respiciens, pręstitit, vt homines Barbari illos audirent. Baptizatus est ante omnes Baitus Dux eorũ, cum quibusdam de familia sua. qui in veræ fidei confessione perseuerans, post aliquot annos in Domino obdormiuit; cũ prius peccata sua confessus esset, & ritu Christiano sacram Eucharistiam à fratribus suscepisset. Sepultus est in Sacello B. Virgini Mariæ dicato, quòd fratres construxerant. Post hæc verò nobiliorem Ducem Bembrochum, cum mille ex familia eius conuerterunt, quẽ Andręas Hungariæ Rex è sacro baptismatis fonte expiatum, non absquè ingenti gau-

Innumeri Gentiles conuersi

dio

Anno Christi 1222.

dio suscepit. Is paulopost cũ supremũ traderet spiritũ, dixit ad fratres, qui mo rienti astabant. Discedant â me omnes Cumani â fide Christi alieni: Video enim circa illos teterrimos Dæmones, soli fratres maneant, & Cumani baptizati. Conspicio enim apud me fratres Martyrio affectos, qui me expectant, vt secum, ad quæ prædicauerũt, gaudia perducãt. His dictis ingenti perfusus lætitia spiritũ exhalauit. Ita ni mirũ, profecerunt fratres in illis regionibus Hæreticorum Gentiliumque copiosam multitudinem Ecclesiæ aggregantes. Post plurimos autem labores cœperunt fratres cõuentus construere, atque inter Cumanos verbum Dei confidenter annunciare. Solius porro Dei est computare numerum eorum, qui ad fidem Christi de die, in diem conuertebantur. Cæterũ cum prosperaretur causa fidei, & paganorum conuersiones quotidie augescerẽt occulto Dei iudicio superuenit Tartarorum persecutio immanissima, quæ non solũm prædicationem fratrum impediuit, sed plures eorum ad Cœlorum Regna festinanter ire compulit. Adeò, vt circiter nonaginta fratres Ordinis Prædicatorum, alij gladio, alij sagittis, alij lanceis interfecti, alij ignibus concremati, ad æternam transierint beatitudinẽ. Tunc intermissum est verbum Dei, donec ipsi Cumani post prædictam Tartarorum cladem, de diuersis Græciæ, Bulgariæ, & Sueuiæ aliorumq; finitimorum Regnorum prouincijs, in quibus erant dispersi, in Regnum Hungariæ, ad Regẽ pro maiori parte conuenirẽt, & fratres Prædicatores, salutis eorum zelatores, ad instantiam Regis & Reginæ, ex communi consilio decem fratres eis subministrarunt. Hi die noctuque in ministerio verbi perseuerantes, multa Paganorum millia sacro baptismi fonte abluerunt, eos ad fidei vnitatem aggregantes. Interfectum tunc vna cum alijs Fr. Paulum Hungarum, qui & ipse inter duces verbi erat, Antonius Lusitanus, Castillus, & alij annotarunt. Sed ea sub anno Domini 1241. acciderunt, quando fratres Prædicatores vexillum confessionis fuso sanguine, primi apud Cumanos erexerunt, initiaque nascentis Religionis, quo solidiora, in omne æuum subsisterent egregie consecrarunt. *Bernardus Guido in Chronico, Theodericus in vita B. P. Dominici, Annales Ecclesiastici, num. 7. 8. & 9. Leander Albertus lib. 2. fol. 59. & Castillus 1. p. lib. 1. cap. 50.*

Honorij III. anno. 6.

II. *Haeretici reducti.*

¶ Eodem tempore, cum Bosina, & Dalmatia maximis agitarentur erroribus, populos hæreticis seducentibus â Summo Pontifice Honorio Coloniẽsis Antistes Legatus, illuc Missus est: qui vel suasionibus, vel Cruce signatorum armis, ad sanam mentem eos redire compelleret. Sed cum neque verbis, neque armis, ab erroribus possent auelli, rem prorsus desperatam iussu Põtificis maximi Prædicatoriæ familiæ Legatus commisit: qui Pontificis mãdata diligenter, & intrepide perficientes cœperunt disceptationibus literarijs, & concionibus assidius hæreseos labe inquinatos, tam acriter vrgere, Colomano Rege assistente, vt plures coegerint è tenebris ad verum fidei lumen redire. Plures ex fratribus, dum fidẽ Christi constantissime tuerentur, martyrio coronati sunt, sub prædicationis initio. Tandem pede firmato multos erroribus implicitos, in sua perfidia obstinatos igni exusserunt: suaque opera templa olim destructa spinis fruticibus, ac virgultis oppleta, instaurata sunt hoc anno, *Fr. Leander Albertus li. 2. fol. 59. Castillus 1. p. lib. 1. capit. 63. & Annales Ecclesiastici num. 10.*

III. *Abusus circa administrationem Sacramentorũ exterminatus.*

¶ Ipso anno Honorius Pontifex cõmisit Priori Sanctarenensi Ordinis Prædicatorum in Lusitania Vlyssiponensis diœcesis (fundatum enim erat cœnobium Sanctarenense, ab anno 1217.) vt authoritate Apostolica execrandam iniquitatem, ab Vlysiponensi diœcesi arceret, ac per censuras Ecclesiasticas inhiberet, quod Episcopus Vlysiponensis, & ab eius exemplo reliqui prælati statuerant, vt singuli Christi fideles moribundi, tertiam bonorum

Anno Christi 1222.

Honorij III. anno. 6.

norum, vel certam aliquam partem Ecclesijs relinquerent, & si qui dicto non paruissent, non eos Sacramentorum dignabantur participatione, neque sepultura Ecclesiastica dignos esse iudicabant. Non potuit abusum, & indignitatem talem summamquè iniustitiam tolerare Pontifex. Quam obrem literis Anagniæ datis, vndecimo Kalendas Aprilis Priori Prædicatorũ Vlysiponensi, diœcesis mãdauit, vt tale absurdum, & auaritiã talem cleri & Episcopi cohiberet, & castigaret. *Ex Epistolis anni sexti Honorij Epistola 323. Annales Ecclesiastici.*

IIII,

Hæretici reducti.

¶ Eodem anno in festo Sanctissimi Pentecostes, in Conuentu Prædicatorio Parisiensi electus est Generalis Magister totius Ordinis Prædicatorum Fr. Iordanus Saxo, datus D. P. Dominico immediatus successor, sane vir adeo Ecclesiæ vtilis, quod fidem Catholicã, tum in Gallijs, tum in Italia mirum in modum amplificauit, & vindicauit. Hæreticorum, quam plurimos expugnauit & exulit: fautores eorum erroris admonuit, & ab errorũ ereptos tenebris ad Ecclesiæ Romanæ purissimã Catholicam lucem adduxit. Restrictæ sunt ab illius prædicatione fænerantium cupiditates, in vsum quotidianum restituta consuetudo confitendi, & sopitis dissensionibus pax, & amicitia reducta. In his Comitijs Generalibus, destinauit in terram Sanctam ad Euangelium Christi annunciandum Fr. Brochardum Argentinensem Religione conspicuum & cum Theologiæ, tum iuris Pontificij aliarumquè disciplinarum egregie sciẽtem. Referebat Fr. Humbertus (verba eius sunt) quòd cum incumberet aliquos fratres mittere, ad prouinciam terræ Sanctæ, & Fr. Iordanus Magister Generalis Ordinis fratribus in ipso capitulo dixisset, quod si aliqui parati essent bono animo illuc adire, quod statim ei significarent. Vix verbum impleuerat, cum vix fuit aliquis in maxima multitudine, qui non statim veniã faceret cum fletu, & lachrymis petens mitti, ad terram illam Saluatoris san-

Agarenorum prædicatio.

A

guine consecratam, & ad prædicationem commorantium in Syria paganorum: ita vt Fr. Petrus Rhemensis tunc Franciæ Prouincialis, cum hoc vidisset illico surrexerit, & facta venia inclinatus, & prostratus, cum alijs locutus est Magistro Fr. Iordano in hunc modum: Bone Magister fratres istos nostros mihi dimittatis, aut mittatis me cum illis; quia ego paratus sum, cum ipsis ad mortem ire. Ante hos omnes perrexerat in Palæstinam Apostolicus vir Fr Xuronus Mediolanensis, vir multæ sanctitatis. Hic prædicatione sua

B

multum populum Paganorum Domino adquisiuit, & conuentus aliquot ibi erexit. Reliqui autem cum Fr. Brochardo profecti Hierosolymis, Damasci, Bethleemi, Nazarethi & in alijs partibus Conuentus extruxere. Decem & octo numerabantur cœnobia, quæ illo tempore in Palæstina Religio Prædicatorum habebat, in sola verò insula Cypro, quæ ad prouinciam terræ Sanctæ pertinebat quadraginta & sex cõdidere, &c. *Fr. Antonius Lusitanus in Chronico, Humbertus de rebus primitiuis Ordinis Prædicatorum, & S. Antoninus 3. par. tit. 23. cap. 10. §. 1.*

C

V,

Hæresis extirpata.

¶ Eodem anno Coloniæ Vbiorum extructum est cœnobium fratribus Prædicatoribus, ex subsequenti occasione, quam Cæsarius his verbis refert. Coloniæ in Ecclesia S. Andreæ Canonicus, quidam extitit ordine sacerdos, arte medicus, Petrus nomine. Cùm die quadam ex eius Canonicis infirmus, eo præsente esset cõmunicaturus, & ei Sacerdos diceret. Credis hoc esse ve-

D

rũ corpus Domini, quod natum est ex Virgine, & pro te passum in Cruce? Illeque responderet, credo; præfatus Petrus vtrorumque verba notans expauit. Posteà solus conueniens Euerhardum Scolasticum Ecclesiæ, qui & ipse communioni intererat ait. Interrogauit Sacerdos infirmum illum bene? & respondit ille, etiam bene, & qui aliter credit hæreticus est. Tunc Petrus eiulans pectusque tundens exclamauit dicens. Væ mihi misero Sacerdo-

ti quo-

Anno Christi, 1225.

ti quomodo haćtenus Missas celebrauit. Nam vsque ad hanc horam putabam speciem panis, & vini post consecratio nem tantum esse Sacramentum, id est signum, & repræsentationem Dominici corporis, & sanguinis. Ad huius itaque deletionem ignorantiæ, quæ nimis erat crassa ædificauit cœnobium Prædicatorium, in honorē B. Mariæ Magdalenę in Stolgingase, & Capellam & Hospitale in quibus fratres Prædicatores habitant. *Cæsarius in dialogis lib. 9. cap. 56. & Annales Ecclesiastici.*

I.

An. 1223.

ANNO Domini millesimo ducentesimo vigesimo tertio Honorij tertij anno septimo Gregorius de Crescentia eiusdem Pontificis de latere Legatus venit in Poloniā, & maximo honore susceptus est, tam à Lesco Albo Principe, quàm Iuone Episcopo Cracouiensi, & vniuersis ordinibus. Sub eius præsentia Iacobus Crescentius ipsius Cardinalis nepos, & secretarius cognomine Romanus, Ordinem Prædicatorū Cracouię assumpsit in festo Annunciationis Deiparæ, quo die S. Hyacintus Odrouansius Iacobum Crescentium habitu Religionis amicuit: qui tantoperè virtutibus, & literis emicuit, vt meruerit tertius post ipsum D. Hyacintū prouinciæ Polonię prępositus esse. Gregorius autem Pontifex nonus Honorij tertij successor virum ad ingentia natum summo pere admiratus maxima negotia Ecclesiæ ei committebat, quæ tam alacriter suscepit, & tam fœliciter perfecit, vt maiorum gloriam adæquauerit. Prouincias, quas sceleribus impletas ad inuenit, candore puritatis candidatas dereliquit. Crucis Christi vexillum, inter Barbaras nationes erexit. Ruthenos ab Ecclesiæ corpore præcisos vnitatis spiritu redanimauit, Danielem Romanouicium, Russorum Ducem, Ecclesiæ Catholicæ concorporauit, Re gioque, & nomine, & diademate dignum fecit. Archiepiscopum, & Epis-

Schismatici reducti.

Honorij III. anno 6.

A copum primum Roxolanis à principe pastorum obtinuit. Tartarorum impetus ferales, non semel supplicationibus repressit. Principes Poloniæ contra eos, & communes hostes, vna cogitatione profligandi animauit. Toparchias Volignię, Podoliæ, Pedemontij, Rusiæ, Prusiæ, Massouiæ, Lituaniæ, diuiniori spiritu informauit. Religionem Prædicatoriā cis montem Carpanthum, ad vsque Pontum Euxinum, & sinum Balthicum, simul cum Sancto Hyacintho propagauit, in-

B numeris Gentilibus, & schismaticis ad Catholicam Romanam Ecclesiam adductis. *Annales Ecclesiastici, ex Dlugosso anno 1223.*

II.

¶ Eodem anno F. Raymundus Peniafortius habuit reuelationem, simul cum Rege Aragonum Iacobo primo cognomine debellatore, & cum B Petro Nolasco, de institutione ordinis sanctę Deiparę, pro redemptione captiuorum à Mauris oppressorum. Communi autem consilio, & consensu S. Raymundo, ea cura demandata fuit,

Religio fūdatur pro fidelibus redimendis Agarenisque cōuertendis.

C vt ipse regulam cæterasquè viuendi formulas, & constitutiones illis præscriberet, quibus instituendus Mercenariorum Ordo, regi, conseruarique posset, ei potissimum fini congruentes, ob quem is Ordo præcipue fundaretur. Cunctis igitur ritè paratis nouæquè Religioni condendæ, die decima Augusti Sancto Laurentio Martyri sacrata à Rege, & B. Raymundo designata, in Cathedrali Ecclesia Sanctæ Crucis Barchinonensis, ipse Rex cum aulæ proceri-

D bus, & cætera nobilitate, ac frequentissimo populi concursu affuit; interim Episcopus, cum vniuersis Ecclesiasticis ordinibus solemnem supplicationem instituit: in qua sacræ Litaniæ deuotissimo animo sunt ab omnibus decantatę. His finitis adstante Rege, & infinita populi multitudine, S. Raymundus, ex editiori suggestu disertissimam concionem habuit: qua diuinarum visionum Regi, Petro Nolasco, atque sibi de fundādo nouo ordine factarum, seriem explicauit: id scilicet velle Deū

cordi-

Anno Christi 1224.

cordique esse sanctissimę Dei genitrici (quę apparens Regē admonuit, vt Religionem tituli Deiparę Virginis de Mercede Redemptionis captiuorum institueret, cuius præcipuum munus esset pretia in Redemptionem captiuorum vndequaque conquirere, inquè eam solam Christianorum liberationem erogare.) Et dicto offertorio Missæ, quam Episcopus Barchinonēsis Berengarius magnifico apparatu fuerat exorsus præsente Iacobo Rege, Episcopo, & vniuerso populo, S. Raimundus sancto Religiōnis habitu solemniter induit B. Petrum Nolascum ad se veniētem, atquê ordinem Sanctæ Mariæ de Mercede Redemptionis captiuorum fundauit, regulam, & constitutiones, quibus vti deberet summarie explicauit, ipsumquè Petrum Nolascum primum fratrē Ordinis, Generalem Magistrum creauit. Cunctaquè legitima rataquè haberi voluit, quousquè suprema Romani Pontificis authoritas facta probaret. Habitus autem, quem S. Raymundus Ordini Mercenariorum dedit, is ipse est, quem nunc ijdem Religiosi deferunt, nempè alba tunica, cum caputio, & scapulari candido, itemquè cappa alba, atquè insignia Regum Aragoniæ, nempè in Clypeo rubras croceasquè virgas, cum Cruce candida ante pectus. Regulam porro S. P. Augustini, & nonnullas constitutiones â fratribus Prædicatoribus mutuatas, eis præscripsit: & vndecimo anno â fundatione ordinis, Gregorius nonus, idem institutum probauit, & confirmauit. *Natalis Xauet Mercenarius libro de eodem ordine, & Annales Ecclesiastici 1223.*

I. *An. 1224.*

ANNO Domini millesimo ducentesimo vigesimo quarto, & Pontificis Honorij tertij anno octauo, Fr. Monetus Cremonensis eruditissimus Theologiæ professor, in almo studio Bononiensi, ea enim die, qua ordinem Prædicatorum ingressus est, bellum indixit hæreticis, adeò acri-

A ter, & valide, vt nunquam, tam fessus fuerit, quin eos fortiter vrgendo expugnaret. Hic fidei pugil egregius, animaduertens innumeras fratrum sui ordinis, cum hęreticis Catharis, Manicheis, Vualdensibus, Albigensibus, & alijs controuersias, scripsit aduersus prædictorum hæreses, pro defensione fidei Catholicæ, volumē grande maxima eruditione plenū: quod Summa contra hæreticos appellatur, qua eorundē errores doctissime retunduntur, & profligantur. Incipit, *Tempus faciendi Domine &c. Fr. Antonius Lusitanus in sua Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, verbo Monetus, & Leander Albertus lib. 5. folio. 184.*

Honorij III. anno. 8.

Hæretici debellati.

B ¶ Eodem anno Inquisitionis sacrū munus exercebant magno Rei Catholicæ incremento, apud Regnum Siciliæ, fratres Prædicatores aduersus hæreticos, & apostatas â fide, vt constat ex priuilegio Inquisitionis Siciliæ â Friderico Imperatore Siciliæ Rege, ipso anno concesso. *Vt refert Paramus eiusdem Regni inquisitor libr. 2. tit. 2. cap. 11.* C *& vide Annales Ecclesiasticos anno 1222 numer. 3.*

II.

Inquisitio contra hæreticos.

I. *An. 1225.*

ANNO Domini millesimo ducētesimo vigesimo quinto, & Honorij Pontificis anno nono, Inquisitores Apostolici Prædicatoriæ familiæ, apud Germaniæ prouincias sedulò, ac diligenter sacrosanctum Inquisitionis munus gerebant, vt Annales Ecclesiastici referunt numero D septimo, licet Paramus libr. 2. cap. 25. ad annum millesimum ducentesimum vigesimum primum illud referat, ante B. P. Dominici fœlicem in cœlum transitum. Asserit namque apertissime cōstare ex edicto Imperatoris prædicti Paduæ edito 22. Februarij, indictione 12. non longe â Friderici ipsius Imperatoris coronatione, promulgato. In eo namque decernit ac præcipit, vniuersis Germaniæ prætoribus, ac iudicibus, vt benigne Religiosos Ordinis

Inquisitores contra hæreticos.

Præ-

Prædicatorum recipiant, eisque debitum præstent obsequium, quatenus Sũmi Pontificis sanctionibus, & statutis munus Inquisitorum obirent. Annales verò Ecclesiastici numero 7. hoc anno 1225. illud referũt, asserentes, quod hoc ipso anno Fridericus Imperator, in Germaniã descendens, Patauij seu Paduę constitutionem contra hęreticos edidit; cuius posteà Innocentius quartus, & Bonifacius octauus Pontifices maximi in sua decretali meminerunt, & alij Romani Pontifices, vt potedignę, vt omnium oculis appareat, ideò hìc volui illam inserere: ita habet.

FRIDERICVS Dei gratia Romanorũ Imperator, & semper Augustus Hierusalẽ, & Siciliæ Rex, dilectis Principibus suis, venerabilibus Archiepiscopis, Episcopis, alijsquè prælatis Ecclesiarum, Ducibus Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Potestatibus, sculcetis, Burgrauijs, aduocatis Iudicibus, Ministerialibus, Officialibus, & omnibus per totum imperium constitutis, præsentes literas inspecturis, fidelibus suis gratiam suam, & omne bonum. Commissi nobis cœlitus cura regiminis imperialis, cui dante Domino pręsidemus, fastigium dignitatis materialem, quo diuisim à Sacerdotio fungimur, gladium aduersus hostes fidei, & in exterminium hęreticæ prauitatis exigunt, vt vipereos perfidię filios contra Dominum, & Ecclesiam insultantes, tanquam materni vteri corrosores in iudicio, & iustitia prosequamur, maleficos viuere non passuri, per quorum scientiam seductricem mundus inficitur, vt gregi fidelium per oues has morbidas grauior infligatur corruptela. Statuimus itaque sancientes, vt hęretici quocumq; nomine censeantur, vbicũq; per imperium damnati fuerint ab Ecclesia, & sæculari iudicio assignati, animaduersione debita puniantur. Si qui verò de prædictis postquam fuerint deprehensi, territi metu mortis redire voluerint ad fidei vnitatem, iuxta canonicas sanctiones ad agendum pœnitentiam, in perpetuum carcerem detrudantur. Prætereà quicumque hæretici reperti fuerint, in ciuitatibus oppidis, seu alijs locis imperij, per Inquisitores ab Apostolica Sede datos, & alios orthodoxos fidei zelatores: si qui iurisdictionem ibidem habuerint ad Inquisitorum, & aliorũ Catholicorum virorum insinuationem eos capere teneantur, & eos captos arctius custodire, donec per censuram Ecclesiasticam condemnatos damnabili morte perimant, qui fidei sacramenta, & vitæ damnabant. Simili quoque pœna plecti censemus omnes, quos ad fouendum hæreticorum errorem, callidi hostis astutia suscitat aduocatos, vel parat illicitos defensores: maxime cum facinus, quos inquinat æquat, nisi monitione pręmissa destiterint, & eorum vitæ duxerint consulendum. Eos pręterea, qui conuicti in vno loco fuerint de hęresi, & ad alia loca se transferunt, vt cautius possint effundere virus hæreticæ prauitatis, debitam centemus subire vindictam: nisi super hoc per viros ab eorum errore conuersos ad fidem, necnon & per alios, qui eos de hæresi conuicerint (quod & in hoc casu concedimus licite faciendum) eorundem testimonium habeatur. Item mortis sententiæ ducimus adijciendos, si quos hæreticorum ad iudicium tractos in extremo vitæ periculo hæresim abiurantes, postmodum de falso iuramento constiterit, & fide mentita conuinci, ac eos contigerit eiusdem morbi spontaneam incurrere recidiuam, vt sibi damnabilius iniquitas fit mentita, vt pœnam debitam mendacium non euadat. Omne in super proclamationis, & appellationis beneficium, ab hæreticis receptatoribus, & fautoribus eorundem penitus amouemus, volentes, vt de finibus nostri Imperij, in quibus semper debet existere vera fides, hæreticæ labis germina modis omnibus deleantur. Cęterum quia quanto maiora diuinæ nutu miserationis accepimus, & altiorem locum præ filijs hominum obtinemus, tanto debemus deuotiora obsequia gratitu-

Anno Christi 1225. | Honorij III. anno 9.

dini conferentis, si quando igitur in nostri nominis contemptores excandescit authoritas: si reos lesæ maiestatis, in personis eorum, & suorum liberorum exhęredatione damnamus, multo fortius iustiusque contra Dei blasphematores nominis, & Catholicę detractores fidei prouocamur: eorundem hæreticorum, receptatorum, fautorum, & aduocatorum suorum hæredes, & posteros, vsque ad secundam generationem beneficijs cunctis temporalibus, publicis officijs, & honoribus imperiali authoritate priuantes, vt in paterni memoriam criminis continuo mærore tabescant: verè scientes quod Deus est zelotes peccata patrum in filios potenter vlciscens. Nec quidem à misericordiæ finibus duximus excludendum, vt si qui paternæ hæresis, non sequaces latentem patrum perfidiam reuelauerint; quacumque reatus illorũ animaduersione plectantur, prędictæ punitioni, non subiaceat innocentia filiorum. Ad hoc notum fieri volumus, fratres Prædicatores de Ordine Prædicatorum, pro fidei negotio, in partibus Imperij nostri contra hæreticos deputatos: cæteros quoquè, qui ad hæreticos iudicandos accesserint, & venerint, nisi aliqui eorum, ab Imperio sint proscripti, eundo, morando, & redeundo, sub nostrâ, & Imperiali defensione specialiter recipimus; & quod apud omnes, sub ope, & recommendatione fidelium Imperij esse volumus inoffensos, vniuersitati vestræ mandantes quatenus, quocumquè, & apud quemcumquè vestrum peruenerint, benigne recipiatis eosdem, & personas eorum, ab incursu hæreticorum; eis insidiantium, conseruantes indemnes, omne consilium, ducatum, & auxilium impendatis, pro tam acceptis coram Deo negotijs exequendis. Hæreticos vero, quos ostenderint ipsi vobis, in iurisdictione vestra, singuli capientes diligenti custodia detinendos, donec post Ecclesiasticæ damnationis iudicium, pœnam subeant, quam merentur sci-

A turi, quòd in executione ipsius negotij gratum Deo, & laudabile nobis obsequium conferetis, si ad expellendam de partibus nostri Imperij nouam, & insolitam hęreticę prauitatis infamiam opem, & operam, vna cum eisdem fratribus pręstiteritis efficacem. Et si quis foret exindè negligens, & remissus inutilis coram Domino, & in conspectu nostro poterit meritò culpabilis apparere. Datis Paduæ 22. Februarij. *Annales Ecclesiastici num. 7. Paramus libr. 2. capit. 25.*

B ¶ Eodem anno Honorius tertius adhortatione, ac literis ad hoc expeditis calcar addidit, Fr. Dominico Priori fratrum Prædicatorũ, in Marrochio Africę, & Fr. Martino eiusdem ordinis authoritate Apostolica, ibi pędicantibus: eosquè multis priuilegijs exornauit, & præsertim contra hæreticos, si qui emergerent, ac puritatem Euangelij contaminare vellent. *Ex Epistola Honorij 385. anno nono Pontificatus.* II. *Agarenis prædicatur.* I

C ¶ Eodem tempore B. Fr. Ioannes Salernitanus, familiæ Prædicatoriæ, apud Florentinos conditor, ad cælos migrauit, qui plurimos hęreticos ad fidem Catholicam suis hortamentis, & concionibus traxit. Vir fidei Catholicę tenacissimus, qui fidei tutelam aduersus hęreticorum insultus magno, & constanti animo peragebat: quapropter zelo domus Dei accensus, & irrideri, & contumelijs iniurijsquè affici, & lancinari minime recusabat, dummodo fides ipsa dilataretur, & cresceret. *Leander Albertus lib. 5. fol. 204.* III. *Hæretici reducti.*

D

ANNO Domini millesimo ducentesimo vigesimo sexto, & Honorij tertij, anno decimo, idem Pontifex fratribus Ordinis Pędicatorum & Minorũ, in Regno Marrochij authoritate Sedis Apostolicæ laborantibus, in Agarenorum prædicatione, indulsit, vt nonnulla ordinis statuta, quæ conuersioni Agarenorum, vel Gentilium impedimento essent, non obserua- *An. 1226.* *Agarenis prædicatur.*

Anno Christi 1226.

Honorij III. anno. 10.

rent, videlicet vt barbam, & comam nutrirent, habitum Religionis ne deferrent, carnes & lacticinia ederent, & reliqua intermitterent, quæ ex patriis statutis offendiculum Euangelio præstarent. Eisdem amplissimam potestatem fecit, in tota Aphrica, docendi, baptizandi, exomologeses excipiendi: à censuris etiam Apostolicæ Sedi reseruatis absoluendi, contra hæreticos, si qui emergerent, sententiam excommunicationis decernendi, omniaque, & singula agendi, per quæ Euangelium, vel propagari apud infideles, vel à perfidis defendi posset. *Ex Epistolis Honorij tertij, anno decimo Pontificatus, Annales Ecclesiastici.*

I. An. 1227.

ANNO Domini millesimo ducentesimovigesimo septimo Gregorij noni anno primo, qui mortuo Honorio, decimoquinto Kalendas Aprilis assumptus est ad Pontificatum decimo tertio Kalendas eiusdem mensis, & obijt anno millesimo ducentesimo quadragesimo primo, vndecimo Kalendas Septembris. Is statim, atque insignia Pontificatus accepit Fr. Guillelmum Ordinis Prædicatorum, cum potestate Legati de latere, ad Fridericum Imperatorem misit, literasque ei suæ assumptionis indices, ex vsu antiquo scripsit. Et quidem in primis eum fidei, & obedientiæ erga Ecclesiam Romanam, deinde officij erga imperium vniuersum admonuit, documentaque præclara ex insignijs, quæ ante Imperatorem solent deferri, illi præscripsit, nimirum, vt gladio in tutelam Ecclesiæ, & in vindictam malefactorum, sceptro verò in correptionem populorum, & rectitudinem iustitiæ vteretur; manibus verò clementiæ, & beneficentiæ cunctos Christianos placidè, quod pomum Cruce signatum significat, amplecteretur. Hortatus est eũ insuper, & sub anathematis pœna præcepit, vt primo quoque tempore recuperandæ à Saracenis Hierosolymæ causa in Asiam, cum exercitu traijceret. Dolebat vehementius Fridericus obiectam suæ potentiæ potentiam ciuitatũ Lombardiæ confæderatarum, præsertim cum & Fauentini quendam, per ignorantiam existimantes Fridericũ esse, occidissent, & Mediolanenses pacis mentionem ab eo iniectam, non solum contempsissent, verum etiam multis iniurijs offendissent. Qua ex re cũ non nisi ingens oriretur seditio, Gregorius Pontifex F. Guillelmo commisit, vt pacem inter Imperatorem, & fœderatos componeret. Brixiæ in aula Episcopali conuenerant Rectores ciuitatum, cum ad eos Fr. Guillelmus venisset, quibus cum mandata Sedis Apostolicæ renũciasset, atque plura incommoda, ex bellico successu, exorientia non minus eloquenter, quàm candide commemorasset, in eam mentem suasione eos impulit, vt rem arbitrio illius permitterent, conditiones pacis à Gregorio missas susciperent, & Imperatoris amicitiam deposcerent. Scribens Pontifex Fr. Guillelmo narrabat eius literas accepisse, & hac de re secũdò rectoribus ciuitatum scripsisse, quos ille hortaretur, vt literas, & conuentiones pacis Imperatori missas iteratò scriberent, sigillis suis munirent, atquè interim interse partitionem facerét, vt quadringentos milites, quos suis sumptibus in subsidium terræ Sanctæ Friderico, in biennium promiserant, quàm primum submitterent. Ipse verò, quam primum negotio sibi commisso finem imponeret, & Romam reuerteretur, ad transactorum rationem Sedi Apostolicæ exhibendam. In eodem negotio Pontifex Friderico Imperatori scripsit, significauitque Rectores ciuitatum fæderatarum pacis conditiones, per Sedem Apostolicam inter ipsum, & illas interpositas suscepisse. Nam omnes Rectores impulsore Legato Fr. Guillelmo, & præsentibus in Camera Episcopi Brixiensis Fr. Rugerio Ordinis item Prædicatorum, Azone Archidiacono, & Lanfranco Archiepiscopo pluribusq; alijs SummoPontifici perscribentes eas

Legatio pro Ecclesia.

condi-

Anno Christi, 1227.

conditiones à Sede Apostolica, sibi maximopere placuisse significauerant, & quadringentorum militum subsidia in duos annos insequentes Imperatori obtulerunt. Datis literis anno millesimo ducentesimo vigesimo septimo, indictione 15. die Lunæ 3. exeunte Martij Brixiæ, in Camera Episcopi. *Annales Ecclesiastici num. 3. 4. & 5.*

II. ¶ Eodem anno Gregorius Pontifex, per totum fermè Christianum orbē è Prædicatoria familia Inquisitores cōtra hereticam prauitatem instituit: qui Lombardiæ, Germaniæ, ac Galliarum prouincijs, hæreticos plurimos ad fidē Catholicam reduxerunt, atrocioresq; insultus perpessi, multas illorum technas detexerunt, hæresi magna ex parte extincta, vt in sequentibus annis etiam ostendetur. *Fr. Antonius Lusitanus, in Chronico pag. 25.*

Haeretici reducti.

III. ¶ Eodem anno in Italia aliquot Episcopi, & Archiepiscopi negligentiores fuerant aliquantulū in exercendo officio Pastorali. Eos itaque muneris sui admonens Gregorius Pontifex vniuersis Archiepiscopis, & Episcopis Lōbardiæ præcepit, vt diligentiores essent in cura Pastorali administranda, & in Ecclesiasticis omnibus dirigendis. Quòd tātō facilius illud esse scribebat Pontifex, quantò maiora auxilia haberent à fratribus Prædicatoribus submissis ab eodem: ex quorum aiebat approbata Religione, magnus in Ecclesia Dei fructus, iam prouenisse dignoscebatur. Cęterum, cum Sāctimoniales diœceseos Patauinæ Veronensis, & Teruisinæ, nō vsque quaq; ex formula à sanctis Patribus præscripta viuerent, earum curam assumens Pontifex Fr. Ioachimo Sanctæ Mariæ, & Fr. Iordano prioribus, & F. Gandulpho Patauino Ordinis Prædicatorum commisit, vt trium Episcopatuum Monasteria S. Benedicti monialium exempta, & Canonicas regulares, cuiuscunque Ordinis, vel professionis exceptis Cisterciensium, & pauperum monialium inclusarum singulis annis vsque ad beneplacitum Apostolicę Sedis visitarent, corrigerent,

Monasteria aliarū ordinū reformata.

Gregorij IX. anno 1.

& informarent. Dedit hac in re literas Pontifex secundo nonas Decembris. *Annales Ecclesiastici.*

IIII. ¶ Eodem anno Gregorius Pontifex Strigoniensi Archiepiscopo potestatem fecit, Cumanos circum vicinos docendi, baptizandi, inungendi, atque in eorum prouincia Ecclesias ædificandi. Nam per id temporis fratres Prædicatores à D. Hyacintho, & reliquis conditoribus eius Religionis vltra montes submissi, multam operam posuerant, in conuersione eiusdem gentis. Per id etiam temporis Prussi, ad fidei veritatem adducti sunt, per fratres Prędicatores prouinciæ Poloniæ, quos recēns conuersos, data ad eos Epistola, Gregorius Pontifex, in protectionem Sedis Apostolicæ recepit. *Ex Epistolis Gregorij 139. primi anni & 43. anni secundi Pontificatus, Annales Ecclesiastici.*

Gentiles conuersi.

I. ANNO Domini millesimo ducentesimo vigesimo octauo Gregorij noni Pontificis secundo, in Germania B. F. Cōradus, per totā Germaniam Generalis Inquisitor, cum plurimos hæretica labe infectos igni tradidisset, ac plures alios ad fidem Catholicam reduxisset, atque insuper cōtra alios nobiles vehementius inueheretur, dum nollent suis erroribus abrenunciare, ipsi eum interimere statuerunt. Attamen strenuus, ac fortissimus Christi athleta, eisdem maximum bellum indicens, in frequenti populo in foro aduersus eos intrepide declamans ab ipsis obtruncatus est. Cuius corpus in Maspurgensi vrbe colitur iuxta Sanctæ Elisabeth viduę cineres collocatum plurimis, ac ingentibus miraculis refulgens. Acta sunt plurima, vt inter Diuos referretur, sed nostrorum fratrum ignauia, vt Leander Albertus ait, res vltra non processit. Et hic est protomartyr, ex Inquisitoribus pluribus, qui viriliter pro fide, suo munere fungētes hęreticorū manib⁹ occubuere. Nō autē

An. 1228.

Haeretici aliquot cōbusti.

Anno Christi 1228.

Gregorij IX. anno. 2.

est protomartyr è nostra Prædicatoria faminilia, si quidem centuria ferme integra Martyrum, & Fr. Paulus Hungarus (vt Leander Albertus, & Castillus asserunt) iam anno millesimo ducentesimo vigesimo secundo ad cœlum euolarat. Hic B. Inquisitor Fr. Conradus, vt ex Chronica Hirsaugensi Trithemij, Annales Ecclesiastici aiũt anno 1215. nu. 7. hæreticos indicio ferri cādentis, si negassent heresim, probare consueuerat, & quos ferrum exussisset, veluti hæreticos sæculari iudicio tradebat comburendos. Vndè paucis exceptis, omnes, qui semel accusati essent, & ad eius examen perducti, ad incendium damnabantur. *S. Antoninus 3. p. tit 23 cap. 10. §. 1. Trithemius, in historia Spanheimensi, anno 1232. Fr. Leander Albertus lib. 2 fol. 55. Paramus lib. 2. tit. 1. cap. 5. & cap. 25. Rupertus Licius concione de B. P. Dominico. Castillus 1. p. lib. 1. cap. 63. & lib. 2. cap. 12. & Annales Ecclesiastici hoc anno num. 8.*

II.

Inquisitores contra hæresim.

¶ Eodem anno Gregorius Pontifex animo perpendens, quam optime B. P. Dominicus, in prouincia Lombardiæ prædecessoris Honorij tēpore de Christiana Republica meritus fuerat, ex ipsius Prædicatoria familia plures Inquisitores, per diuersas Europæ regiones distribuit, statim, vt ad Pontificatus culmen ascendit, vt anno præterito retulimus. Primus Inquisitor, in Lombardia institutus fuit Fr. Gualla, secundus Fr. Guidotus à Sexto, præsenti anno Inquisit. prædesignatus: qui strenue, ac valide munus sacrum exercens infinitos propemodum hæreticos igni tradidit, & iuxta canonicas sanctiones, plura hereticorum bona ærario compilauit. Is validus Christi athleta, tantum terrorem, in ea prouincia hæreticis incusserat, tam egregie munere eodem perfunctus, vt ab illo tempore, vsque ad præsens, per quadringentos circiter annos è Prædicatoria familia, in eam vtriusque Lombardiæ prouinciam Inquisitores hæreticæ prauitatis semper deligantur. *Paramus libr. 2. titul. 2. capit. 30. Castillus 1. par. libr. 2. cap. 12.*

A ¶ Eodem anno Lutetiæ Parisiorum, in comitijs Generalibus Ordinis Prædicatorum habita est disputatio, de pluralitate sacrorum ministeriorum, seù beneficiorum, definitum ac resolutum est, neminem cum salute animę possidere posse duo ministeria, quorũ alterũ valeret in annos singulos, quindecim libras Parisienses. Hoc Guillelmus Episcopus Parisiensis, & Fr. Hugo Ordinis Prædicatorum, posteà Romanæ Ecclesiæ Cardinalis: hoc Fr. Guerricus, & Fr. Godofridus eiusdem B ordinis, alijque complures Theologi, ex eadem familia, & alij definiunt, & tenendum censent. Duo tamen ex tanto numero, magister Philippus Cancellarius Parisiensis, & Magister Arnoldus posteà Episcopus Ambianensis contradixerunt, cæterorúmque sententiæ, non adhæserunt. Traduntque Magistrum Philippum Cancellarium æterna damnatione punitum. Siquidem apparuit Guillelmo Episcopo Parisiensi media nocte, eunti ad Ecclesiam, sub tetra & tenebrosa vmbra, splen- C dente luna, illique retulit, se à Deo factum alienum, & morte æterna damnatum, quòd de fructibus sui sacri ministerij nihil pauperibus distribuisset, quodque Theologorum de pluralitate ministeriorũ sententiæ obstitisset. Sunt qui narrant, cum ægrotaret admonitum, & hortatum fuisse ab Episcopo, vt opinionem suam de ambitu illo reuocaret, sed mordicus in sua heresi perstitisse, ac se velle experiri, an talis simoniacus damnaretur, D respondisse. *Ex Annalibus Flandriæ libro octauo, Annales Ecclesiastici, hoc anno præsenti.*

III.

Praua doctrina eliminata.

I.

Schismati reducti.

ANNO Domini millesimo ducentesimo vigesimo nono, Gregorij vero noni anno tertio B. Fr. Hyacinthus officio Princialis Poloniæ abdicato, præ humilitate cordis, vt eidem Apostolico muneri plenius vacare posset, ad majora semper aspi-

rans

rans de Ruthenis, Dacis, Moschouitis Tartaris alijsque, vel schismate præcisis, vel idolatria abalienatis conuertendis, & reducendis magis, ac magis cogitare cœpit. Russiam igitur aliquot fratrum associatus ingressus partim Præsmiliensibus, partim Leopoliensibus, partim Haliciensibus, deinceps, & Liuoniensibus, insuper & Vualachis, Moldauis, Peloponesique populis, tam ipse, quam fratres ab eo submissi concionari cœperunt, maximos laborum suorum fructus referẽtes. Breuique temporis spacio Danielem Principem Ruthenorum, ad vnionem Ecclesiæ amplectendam permouerunt facile, vt postmodum á Gregorio nono Pontifice maximo Regium diadema promereretur. Archiepiscopum Haliciensibus idem S. Hyacinthus, vnum ex suis B. Fr. Bernardum, sicut & Ruthenis B. Fr. Gerardum, primum Episcopum, ab eodem Gregorio nono præfectum aspexit. Tartarorum quemdam Regem, idem D. Hyacinthus, vna cum Procerum ipsius maxima multitudine domi fidem edoctos, ad Concilium Lugdunense baptizandos transmisit. Paleologum Constantinopolis, & totius Orientis Imperatorem post decimum tertium schisma, ad vnionem ineundam Orientalis Ecclesiæ, cum Occidentali, ad idẽ Concilium, per fratres, ac discipulos impulit. Hęc omnia, & plura alia innumerabilia præclarissima munera, hoc anno, & proximis sequẽtibus operabatur Deus per manus fratrum Prædicatorum. *Fr. Abraham Bzouius de prouincia Polonia capit. 12.*

Idolatræ conuersi.

II. *Hæretici puniti.*

¶ Eodem anno Pontifex Gregorius contra reliquias Albigensium & reliquorum hęreticorum in Gallijs delitescentium, censuras Ecclesiasticas, die cœnæ Dominicę promulgauit, & primos fidei Inquisitores Prædicatorum institutum professos, contra prædictos hæreticos, in Gallias destinauit nonis Iunij Pontificatus anno tertio. Insuper Gaufridum de Castillione presbyterum Cardinalem, tituli S. A Marci Legatum, Fr. Guallam Ordinis Prędicatorum Inquisitorem, Mediolanum ad extirpandos hæreticos misit. Hi porro coram Episcopo comitijs Senatus populiquè Mediolanensis indictis, duodecim viros, quorum terni, & terni, cum duobus fratribus Prędicatoribus, & totidem Minoribus, ad quatuor portas vrbanas subsidijs collocatis hæreticos inquirerent, atquè iudicarent, elegerunt, plurimaquè contra hæreticos decreuerunt. *Bernardus Corius in historia Mediolanensi Parte 2. & Annales Ecclesiastici num. 4.* B

I. *Hæretici reducti.*

ANNO Domini millesimo ducentesimo trigesimo, & Gregorij noni, anno quarto F. Ioannes Hungarus, ab eodem Pontifice in Panoniam Inquisitor destinatus, deinde cuiusdam Ecclesiæ præsul electus, cum acriter pro viribus, rem Catholicam promoueret, atquè contra hęreses vehementius inueheretur, post plurimos C hęreticos Ecclesiæ conciliatos, ab alijs in sua diœcesi lapidatus, ac deinde pro fide trucidatus est. *Fr. Leander Albertus lib. 1. fol. 59. Fr. Michael Pius 1. par. lib. 1, col. 14.*

II. *Hæretici extincti.*

¶ Eodem anno Pontifex missis Inquisitoribus ex ordine Prædicatorum per Itáliã, eradicare conatus est hęreticos per eã grassantes, ac pestifero morbo plurimos seducentes, & labefactantes, vt ex Epistola Pontificis huius anni 125. constat. Insuper & Priori S. Mat- D thęi Rothomagensis eiusdem ordinis iniunxit visitationem, ac reformationem Monasterij S. Audoeni Ordinis S. Benedicti. *Annales Ecclesiastici num. 2.*

Monasteria reformata.

III. *An. 1231.*

ANNO Domini millesimo ducentesimo trigesimo primo Gregorij noni anno quinto Fr. Michael Fabra Castellanus, qui a B. P. Dominico Ordini Prædicatorum adscriptus Luthetię Parisiorum, & Valentiæ

Anno Christi 1231. — Gregorij IX. anno. 5.

Agareni conuersi.

eiusdem familiæ fundamenta iecit comitatus Regem Aragoniæ Iacobum primum Expugnatorem, in expugnatione insulæ Maioricæ, & in Regno Valentino plures Mahometanos sua & aliorum fratrum ordinis opera spretis Mahumetis spurcissimi delirijs, ad Christi fidem adduxit. Is diuini verbi prædicatione, ac virtute vsque adeò in ea expeditione profecit, tantumque sanctitatis nomen apud milites assecutus fuerat, vt non solum authoritate, sed etiam imperio quodam eos gubernaret. Sæpius namquè milites, quos neque Rex (cuius à sacris confessionibus Fr. Michael existebat) nequè duces ad subeunda pericula commouere valebant, eosdem ipse Fr. Michael præsentia & adhortatione sua, nullo negotio contra hostes fidei permouebat. Eius itaquè tanta authoritas in exercitu, apud omnes fuit, vt Maioricam, nonnisi Diuæ Deiparentis, & ipsius orationibus expugnatam ferrent. In Valentinæ quoquè vrbis oppugnatione ipsi Mauri Fr. Michaelis speciem, diuinitus apparentem in aëre, habitu ordinis amictum, & gladio plures hostium occidentem aspexere, *Fr. Franciscus Diagus de prouincia Aragonia lib. 2. cap. 42. & 45.*

II.

Legatus pro iuribus Ecclesiæ.

¶ Eodē anno (vel, vt alij volunt ante bienniū) die secunda Decembris F. Gualla Ordinis Prædicatorum Mediolanensis Inquisitor fuit à Gregorio Pontifice designatus Commissarius Apostolicus, vel Legatus, vt Pontificia authoritate, inter Imperatorem Fridericum, Mediolanenses, atque ciuitates fœderatas Italiæ sodalitatem initam dissolueret, & Sacramento sibi & Ecclesiæ dicto, pro iuribus Ecclesiæ, & libertate, Italiæ ciuitates cum Mediolanensibus confœderatæ contra Fridericum Imperatorem Ecclesiæ hostem arma sumerent. *Annales Ecclesiastici ann. 3.*

III.

Praua doctrina exterminata.

¶ Eodem tempore Pontifex Gregorius, cum in Parisiensi vniuersitate aliqui, tam magistri, quam discipuli quosdam libros naturales prauis doctrinis, & erroribus plenos legissent Priori fratrum Prædicatorum conuentus Parisiensis Apostolicam authoritatem impartiuit, & potestatem fecit absoluendi, & magistros, & discipulos à censuris, in quas inciderant ex statuto Roberti Cardinalis Legati, in Concilio Parisiensi decreto occasione lectionis quorundam librorum, in eodem Concilio interdictorum. Expediuit has literas Pontifex duodecimo Kalendas Maij. *Annales Ecclesiastici.*

I.

An. 1232.

Hæretici exterminati.

ANNO Domini millesimo ducentesimo trigesimosecūdo, Gregorij noni anno sexto, idem Pontifex instituit, & designauit Inquisitorem Mediolanensem Fr. Petrum Veronensem videlicet B. Petrum Martyrem ex Prædicatoria familia, ob notissimam virtutem, animi magnitudinem miramque solertiam ad indagandum hæreticos, qui ea in prouincia cateruatim morabantur, Cathari, Manichæi, Patareni, Pauperes de Lugduno, Passagini, Iosepini, Arnaldistæ, Speronistæ, & alij eiusdem furfuris nebulones. Hoc apparet ex publicis instrumentis, & scriptis magistratus, vel Senatus eiusdem vrbis: nam Bernardinus Corius eques Mediolanensis, qui hæreticorum eius temporis excessus diligentissime conscripsit, & Chartophilacia ipsius ciuitatis perlustrauit, cum ad annum millesimū ducentesimū trigesimū secundū peruenit, recenset edictum, quod ipso anno Fr. Petrus Veronensis in exordio Officij Inquisitionis promulgauit. Non autem vulgare est indicium sanctitatis, quod D. Petro Martyri viginti & septem tantùm annos nato, tale munus ac tanta prouincia imponeretur. Is Christi gloriosus athleta in sacri huius muneris exercitio Mediolani, Comi, & Florentiæ continuos viginti annos maximo Rei Catholicæ incremento versatus est. Hoc ipso anno hæreticorum plurimorum, qui diu in occulto latuerant

Anno Christi 1231.

Gregorij IX. anno. 6.

in Germania, Italia, potissimum apud Lombardiam fuit detecta impietas, & complures ex eis igne combusti. Plurimi eorum profitebantur Sectam Nicolaitarum: erantque eis matres, vxores, & filiæ omnibus semper communes. Capti quidam ex eis in ciuitate Argentinensi, coram omni populo, & clero publice confessi sunt, quòd tantus errantium esset numerus in omni loco, vt si quis ex eis à Colonia ire Mediolanum statueret, omni nocte hospitem sectæ eorum inueniret, in cuius domo omnia essent communia, mater, vxor, & filia. Certis signis circa ianuas domorum, vel supra tecta peregrini circumeuntes complicum suorum habitationes reperiebant. Singulis annis, ex Germania, Gallia, Italia, censum annuum, Mediolanum, vbi diuersarum hæresum, & errorum primatus agebatur, transmittebant. Plura facinora committebant, in errorem suum trahentes occultè quoscumque potuissent. Contra tot abominationum monstra Pontifex Gregorius B. Fr. Petrum Veronensem designauit Inquisitorem: qui concionibus, disputationumque congressibus innumerabiles hæreticos ad veram fidem pertraxit. Et cum D. Petrus in pestiferam hæresim acerrime inueheretur tanta multitudo hominum vtriusque sexus ad eum audiendum, Mediolani præsertim confluebat, vt plerumque illi esset periculum, ne innumerabili concursu elideretur. Propter quod populus Mediolanensis illi lecticam extruxit, in qua per confertam multitudinem humeris hominum illæsus gestaretur. Præueniebant autem concionatorem, & loca præoccupabant: seque ille fœlicem putabat, qui & spectare propius Sanctum Inquisitorem, & audire posset. Fructus autem maximus de illius concionibus sequebatur. Nam pertinaces diù in suis flagitijs, resipiscebant, & ad rectum salutis iter dirigebantur: plurimique hæreticorum repudiatis errorum tenebris, veræ fidei lumen admisere. Mediolani ex

Hæretici reducti.

A sanctione Gregorij Pontificis Inquisitor institutus, in Catharos, Patarenos, Pauperes de Lugduno, Pasaginos, Iosepinos, Arnaldistas, Speronistas, Manicheos, Nicolaitas, & id genus hæreticos anathema promulgauit: atque plura saluberrime, tum constituit, tum pro concionibus edixit. Inter quæ, cum illi quadam die disputatio cum Catharorum Episcopo esset, & ad spectaculum ingens multitudo, tam hæreticorum, quàm Catholicorum adueniens per summos calores æstatis vreretur, Episcopus ad Petrum insultans ait. Quid tu Petre, si fides ista, quam prædicas, tam vera, & tam sancta est, Deum non rogas, vt stulti huius populi, quem tu fallacijs in laqueos trahis, in tanto æstu misereatur? Tunc B. Petrus: Vis ne in fœlix (inquit) si hoc impetrauero tuas istas exire tenebras, & verum solem intueri? Quòd si velis, paratus sum præstare quod postulas. Exhorruit in hoc promisso turba fidelium, verita, ne in re tam insigni iacturam aliquam confirmatæ, & diù receptæ opinionis fides Catholica incurreret. Contra verò exultabant hæretici, non minimùm præsumentes, non posse fieri, quod sanctus vir promittebat, proinde Hæresiarcham hortabantur, vt se in verba Petri obligaret, & quod ille petierat, se facturum promitteret: sed noluit. Cæterum Diuus Petrus, ad eum, & sectarios conuersus: Vt sciatis (inquit) vera esse, quæ prædico, & errorem tandem vestrum, atque cæcitatem agnoscatis, & certo prædiscatis experimento, Deum esse opificem, non inuisibilium tantum modo, sed & omnium, quæ oculis sub ijciuntur, supplex illum rogo, vt eadem potentia, qua fecit omnia, Solem, & æstum ab hoc populo auertat. Peracta concione, cum aerem signo Crucis signasset sereno cœlo nubem extemplo Deus super populum, tanquam tentorium quoddam extendit, densam quidem, & penitus solaribus imperuiam radijs, quæ fideles Christi obumbra-

Hæretici confusi.

Anno Christi, 1232.

Gregorii IX. anno 6.

uit, & in tanto æstu repentinam tem periem tulit. Maius & fere incredibile est id quod sequitur, non tamen incredibile ijs, qui ex doctrina Pauli sciũt Angelum Sathanæ se transfigurare in Angelum lucis. Ibat frequenter vir sanctus ad Castella agri Mediolanensis, vt ea hæreticorum impietate infecta expiaret. In quodam ex ijs vir quidam nobilis, cum benigne ipsum reciperet magnum hæreticorum odium incurrit. Excogitata demum ab eisdem forma est, qua possent nobilem illum â sancto viro prorsus alienare. Erat inter eos quidam magicis pollens artibus, qui huiusce rei negotium sibi desumpsit, si modo illi ad Ecclesiam suam eum perducerent. Perduxerunt. Ibi magus in hæc fere verba locutus magnam cæcitatem mortalium in eo versari asseuerauit, quòd creatorem bonorum omnium totiusque bonitatis fontem existimarent esse opificem visibilium, à quibus ille aiebat esse perniciem certam. Multa ad istud suadendum adduxit, & tandem ad aram prostratus, Oro (inquit) te Domine, vt cæci huius illustres mentem, vt verum tandem videat lumen. Mirum visu. Vix finem fecerat cum ab arte magica subitus splendor Ecclesiam illustrauit: ac repente in ara Dæmon in effigiem magnæ Dei genitricis, paruulum Christum in vlnis gestantis, se transformauit, & ad Catholicum illum, ex nomine eum compellans ait. Quandiu impius in me, ac in filium meum futurus es? Et fidelibus hisce cultoribus meis non adhærebis? Non à Petro te separabis? Dixerat ista & alia dæmon: & is metu perculsus dictis, & visis fidem adhibens partiarijs erroris se addixerat, & à Petro paulo post veniente vultum auertebat. Mirabatur Petrus repentinam hospitis inhospitalitatem: & cum fraudes hæreticorum subesse putaret: Et quid omnino vultum, & animum erga se mutasset, interrogauit. Narrauit ille: Petrus & ipse dictis atque visis se commotum esse fingens, ad Ecclesiam, in qua portentum apparuerat duci postulauit. Dixitque, vt si forte falsa, & ipse opinione deceptus esset, illam deponeret, & ad clarum lumen accederet. Renunciauit ista hospes hæreticis. Illi die condicta magno numero conuenerãt Petrum in suis castris fore futurum sperantes, cum interim ille in Catholicorum templo re diuina facta alteram, quam consecrauerat hostiam in sinu recondens ad Ecclesiam â maligno profanam accessit. Adfuit & magus, atque execratione potius, quàm oratione præmissa dixit. Tu Domine qui cęcas mentes ineffabili tuo splendore illustras oro, vt Petro Veronensi, qui nunc ad recipiendum verum lumen ad te cõfugit, omnem caliginem adimas, vt relicto veteri errore te tandem agnoscat, & sequatur. Dixerat magus, & ecce ab arte sua idem fulgor totam illustrauit Ecclesiam, & Sathan sub eadem effigie in altari se ostendit, & se Dei matrem clara voce professus Petrum, vt Catholicam fidem relinqueret, admonuit. Tunc sanctus vir Si (inquit) vera es Christi mater, sicut præfefers, vt tibi credam, filium tuum hunc adora. Ista dixit Petrus: Hostiam sinu delatam dęmoni ostendit. Dęmon illam videre non sustinens euanuit, & tũ locum fætore intolerando impleuit, tum parietẽ templi à summo vsq; deorsum diuisit, tunc hæreticis maximum terrorem, simulque pudorem incussit. Hospes autẽ fraudibus illorum deceptus ad pristinum lumen reuersus est, maxime quod videret B. Petrum miraculis illustrari. Per hos enim dies hæreticorum quędam loquacissimum, mutum solo verbo reddiderat. *Castillus 1. part. lib. 2. cap. 32. & 35. Annales Ecclesiastici num. 6. F. Thomas Maluenda de S. Petro Martyre cap. 6.*

Hæreticorũ machinamenta dissoluta.

II.

¶ Eodem anno cũ ex Gallia Aquitanica, & Narbonensi in Regna Aragonum, & Cathaloniæ aliquot Vualdenses hæretici penetrarent, animaduertens B. Fr. Raimundus Peñafortius, ex Prædicatoria familia damna plurima emergentia, efflagitauit Iacobum Ara-

Inquisitores hæreticæ prauitatis in Aragonia.

goniæ

Anno Christi 1232.

goniæ Regem primum huius nominis, qui dictus est expugnator, cui à sacris confessionibus erat, vt pro instituendo sacræ Inquisitionis officio in suis Regnis ad tot malis imminentibus obuiandum, Summũ Pontificem Gregorium instantissime rogaret. Pijs igitur, & Regis Iacobi, & Beati Raimundi votis vigilantissimus Christiani orbis speculator Gregorius annuens, ipso anno potestatem fecit Archiepiscopo Tarraconẽsi, qui tunc solus erat Metropolitanus in regnis Aragoniæ, Cathalonię, ac Valentię (non dum enim vrbes Cęsaraugustana, & Valentina in Metropolim assumptę fuerant) & suffraganeis ipsius Inquisitores ex ordine Prædicatorum contra hęreticam prauitatem instituẽdi, dato diplomate in hęc verba.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorũ Dei, venerabilibus fratribus Archiepiscopo Tarraconensi, & suffraganeis suis: salutem & Apostolicam benedictionem.

Declinante iam mundi vespere ad occasum, & hominum malitia excrescẽte, corrupti sęculi corruptelam non solum sentiunt elemẽta corrupta, verum etiam dignissima creaturarum ad imaginem, & similitudinem condita creatoris priuilegiata priuilegio dignitatis volucribus cœli, & bestijs vniuersæ terrę testatur. Peccat enim ad extremum homo miserrimus, & qui in sui creatione in Paradisi medio constitutus, vt operaretur, & custodiret eundem, ac de omni ligno, quod in eo erat, excepto ligno boni, & mali, scientię vesceretur, manere non potuit in eodem: circa fines sęculorum degenerat, & varijs ac varijs, quęstionum nexibus se innectit. Ecce namque peccatis exigentibus oua aspidum sunt rupta, & telas araneę texuerunt, quia miseri, & infelices hęretici falsum, & hęreticum intellectum, quem mente conceperant, parientes in aures sibi credentium infundunt. Sed qui de ouis eorum comederit morietur: quoniam eorum doctrinæ, ac consilijs inhęrentes internis incẽdijs ascribuntur. Ecce de radice colubri egredietur Regulus, quia sicut flatu venefico, sic hæc pestis flatu felleo aues volantes interficit à serpente nõ degenerans primęuo, qui primos parentes circumueniens interemit. Non est etiam dissimilis basilisco, qui visu necat, quos aspicit: quia hoc reptile venenosum aspectu seducit, & perimit minus cautos. Ecce iam ventus oriens, qui indiuisam, & inconsutilem Domini tunicam, & desuper contextam per totum per frusta discerpit. Ecce etiam noua sub nouo testamento Achã progenies, quæ de anathemate iniquo regulam auream, palliolumque furatur. Abiron quoque, Dathan, & Chore soboles detestanda, nouis thuribulis fermẽtatum Thymiama nouis volunt altaribus adolere: dum nox nocti scientiam indicat, dum hęreses pullulant, & vulpes demoliri vineam Domini moliuntur. Hi sunt namque caupones, qui aquã vino commiscent, qui virus draconis in aureo calice Babylonis propinant, qui iuxta verbum propheticum arcum rem amaram intendunt, vt sagittent noxios in occultis. Ita quod nisi botrus in flore lędatur fructum non solum amarum: sed etiam pestiferum germinabit. Ecce si quidem (quod dolentes referimus, & referendo dolemus) hæreticæ labis morbus, serpens paulatim, vt cancer, quędam loca Tarraconensis prouincię iam infecit. Cùm igitur ex iniuncto nobis Apostolicæ vicis officio aduersus hæreses inuigilare propensius teneamur, & moneamur etiam voce sponsi capere vulpeculas paruulas demolientes vineam, ne per licentiam inualescant, & tractu temporis coalescant in maioris roboris firmitatem fraternitatem vestram monemus, & hortamur attente, per Apostolica verba scripta, sub diuini attestatione iudicis districte præcipiendo mandantes quatenus per vos, & fratres Prædicatores, ac alios quos ad hoc idoneos esse noueritis, diligenti sollicitudine percipiatis de hæreticis, & etiam infamatis. Et si quos culpabiles, vel infamatos noueritis, nisi ex animo velint absolute mandatis Ecclesiæ obedire, procedatis contra eos iuxta statuta nostra

Gregorij IX. anno 6.

Anno Christi. 1232.

Gregorij IX. anno 6.

contra hæreticos nouiter promulgata: quæ verba sub bulla nostra transmittimus inclusa, in receptatores, defensores, & fautores hæreticorum, secundũ eadem statuta nihilominus processuri. Si vero aliqui hęretici labe penitus ab iurata ad Ecclesiasticam voluerint redire vnitatem, ipsis iuxta formam Ecclesiæ absolutionis beneficium impendatis, & iniungatis eis, quod talibus cõsueuit iniungi: attẽtius prouisuri, ne qui videntur reuerti sub fallaci specie pietatis, impietatem committant, vt Angelus Sathanę in lucis Angelum se trãsformet. Propter hoc statuta, quæ super hoc duximus promulganda inspicere potentis, & ab eorum insidijs secundũ discretionem vobis datam à Domino præcauere. Datis Spoleti septimo Kalendas Iunij, Pontificatus nostri anno sexto.

Ad præscriptum diplomatis istius plurimi ex fratribus Prædicatoribus instituti fuere Inquisitores: qui maxima incrementa Catholicæ Reipublicæ, tũ erroribus, tum hæreticis extinctis, pepererunt. *Petrus Marsilius in historia Regis Aragoniæ Iacobi primi Fr. Franciscus Diagus historiographus Regis Catholici Philippi tertij in Regnis Aragoniæ, &c. Historia de Prouincia Aragoniæ ordinis Prædicatorum lib. 1. cap. 3. F. Michael Pius 2. p. lib. 1. col. 12. Annales Ecclesiastici numero 9.*

III. ¶ Eodem anno Gregorius Pontifex Interamnæ, quarto Kalendas Martij suis literis, quarum initium est: *significante dilecto filio Gnesnensi electo, &c.* authoritatem commisit Fr. Iacobo Crescentio Romano Prouinciali Poloniç ordinis Prędicatorum, & Fr. Donieslao ex eadem familia, inquirendi statum Ruthenorum circa creationem Episcopi. Nam cum Rutheni à D. Hyacinto, eiusque sodalibus sub id tempus Christo Ecclesięque feliciter subacti, intelligerent multum sibi ad dignitatem vtilitatemque conducere posse, si ad instar aliarum prouinciarum ad formã vnius Ecclesiæ redigerentur, à Pontifice supplices, efflagitarunt, aliquem sibi

Schismatici reducti & Ecclesia erecta.

A

pręsulem designari, vitę sanctimonia, & fidei zelo, administrandęque Ecclesiæ dexteritate pollentem. Commisso autem grauissimo negotio fratribus prędictis, re diligẽter inspecta, cunctisque ad Episcopi inaugurationem, & diœceseos distinctionem pertinẽtibus, exploratis totum Summo Pontifici retulerunt. Is B. F. Gerardi nuper Prouincialis probitate, & acerrimo zelo perspecto genti Ruthenorum primum prętulit Episcopum: qui in illarum gentium

B

populis fratribus alijs ordinis Prędicatorum sociatus maxima fidei Catholicę incrementa amplificauit. Et antequam Pontifex illum pręfecisset, cum Prouinciam Polonię moderaretur, concessit ei suisque fratribus facultatem inhibendi, ne Catholici Ruthenis nuberent, discutiendi causas matrimoniales in Russia emergentes, dirimendi matrimonia non rite contracta, inhibẽdi, dispensandique; à peccatis enormioribus Sedi Apostolicę reseruatis Ruthenos absoluendi, Gręcos, & Ruthenos super

C

forma baptismi tolerandi. Incipiunt literę Pontificię: *Quæque nobis erronea displicent, &c.* Dat. Anagnię sexto Kalendas Martij, Pontificatus anno sexto: *Fr. Abraham Bzouius cap. 2. & 7.*

¶ Eodem anno Pontifex Gregorius animaduertens, quod in Ducatibus Russię, Volinię, ac Podolię, & apud circunuicinos Cumanos, Ponto Euxino imminentes negotium fidei Catholicę & vnionis Ecclesiarum feliciter promouebatur per fratres ordinis Prædicatorum: nam D. Hyacinto, & Prouinciali IIII.

D

Polonię, annis pręcedentibus commiserat, vt fratres zelo Dei inflammatos dirigerent ad conuersionem Ruthenorum, Schismaticorum, & aliarum gẽtium, idolatrię superstitionibus adhuc deditarum, scripsit idibus Martij Anagnię Prouinciali Polonię, & fratribus: quarum literarum initium est: *Vt fidei nostra puritas, &c.* Concedens, quod omnibus, qui ad solemnem prędicationem eorundẽ accessissent, quadraginta dies indulgentiarum de iniunctis pœnitentijs relaxare possent: & pauperes debi

Gentiles cõuersi, & Schismatici reducti.

les

Anno Christi. 1232.

Gregorij IX. anno 6.

les,& infirmos in Rusiæ partibus constitutos,qui propter incendium,vel violentam iniectionem manuum in clericos sęculares,vel regulares,in canoné latæ sententiæ inciderunt,nec ad Sedé Apostolicam accedere possent, dummodo damna,& iniurias passis satisfacerent, facultatem absoluédi dedit. Et quia idem Gregorius intellexerat plurimos clericos Apostatas magno impedimento ijsdem fratribus esse ad prædicationem,ideo Prouinciali, & fratribus eisdem concessit authoritatem contra tales procedendi, datis eodem tempore,& loco literis, quarum initium est: *Ex parte, &c.* Recreatus autem Pontifex Gregorius conuersione illarum gétium(plurimos enim,iam fratres Prædicatores ad fidem, atque vnionem redu xerant)datis literis Reate,quinto idus Iunij,anno sexto Pótificatus, miris laudibus extulit promptitudinem obediétiæ fidei Ruthenorum.

¶ Præterea Pontifex, cum magnæ cócertationes essent inter Duces Conradum Massouiæ, & Henricum Vratislauiæ,occasione tutelæ Principis Boleslai pueri,cognométo Pudici, quem Córadus vna cum matre per speciem colloquij euocatum Cilicium asportarat, ac de necando illo cogitabat,animaduertens Gregorius ipsos Duces Poloniæ,Christianos interse digladiari socialiaq; arma in inuicé exercere, aduocatis etiam in auxilia Sarracenis,& Ruthenis,Ecclesię Catholicæ hostibus,qui Ecclesias diruebant,& horribilius, quá deceat exprimi,sanctissimum Domini corpus contaminare non verebantur, ideo monet literis,datis Anagniæ, tertio Kalendas Martij,Pontificatus anno sexto,quarum initium est: *sibi graues, & molesti proximis esse Duces Poloniæ referuntur, &c.* monet(inquá) Prouinciaiem Poloniæ ordinis Prædicatorum,vt prędictos Duces ad pacis,& concordię gratiam reducere satageret,neque illis permitteret huiusmodi subsidia euocare. Sin pergerent odijs,& animis certare,Sarracenósque, & Ruthenos vocare per censuras,& pœnas Ecclesiasticas omni appellatione remota eos castigaret. *Martinus Chromerus libro 8. ex Epistolis Pontificijs anni sexti, Gregorij 14. & 324. Annales Ecclesiastici, numero 12.*

V.

Hæretici punitus.

¶ Eodem anno cum apud Aragoniæ regnum Episcopus Vicensis, male de fide sentiret,Gregorius Pontifex có misit officium inquirendi contra eum Fr. Petro Cadiretę,ordinis Prædicatorum. Insuper iniunxit Pontifex Regi Aragoniæ Iacobo ne quouis modo permitteret affici iniuria illum, vel eos, quorum consilio,aut auxilio prædictus Inquisitor Fr. Petrus vsus fuisset. Dedit literas de eadem re Anagniæ, quinto Kalendas Aprilis. *Annales Ecclesiastici numero octauo, ex Epistola Pontificia,* 383.

VI.

Peccata nefanda digna punitione,sopita.

¶ Eodem anno Friderico Imperatore,& Andrea Rege Vngariæ, digladiantibus de Austria, & præcipue de Viennensi vrbe,externo milite in Germaniam introducto,Germanicæ continentię candorem niueum fuligo fauillacea à Pentapolitano incendio denigrauerat,adeoque infecerat, vt Gregorius Summus Pontifex,necesse habuerit committere Priori, & fratribus ordinis Prædicatorum in Austria constitutis,vt contra temeratores naturæ, quorum peccatum in Germaniæ partibus supra modum inualuerat,& pro concionibus,& pro iudiciario officio insurgerent: et tum comminationibus horribilium inferni pœnarum,tùm ostentatione atrocium ex lege ciuili suppliciorú, authoritate Pontificia eos à tam pudédo flagitio deterrerent, nominaque cótra naturam delinquentium descripta, ad Romanam curiam transmitterent, vt in ipsos tanquam in Christo perfidos inimicos vltionis gladius exereretur: vtque ipsi tandem ab omnibus, tanquá hæretici vitarentur, & vt Imperij Occidentalis non secunda pars, tam atro facinore infamis,illo expiato, atque exterminato ad castitatem, vel coniugalem continentiam reuocaretur. Dedit ea de re duas Epistolas fratribus Prædicatoribus Anagniæ,tertio nonas Sep-

tem-

Anno Christi 1232.

VII

Legatio pro Ecclesia.

tembris signatas. *Ex Epistola huius anni 79. Annales Ecclesiastici num. 4.*

¶ Eodem anno Pontifex dedit authoritatem Fr. Iordano Priori Patauino ordinis Prædicatorum,& B F. Ioanni Vincētino, eiusdem ordinis, vt pacem inter Ecclesiam,& Imperatorem Fridericum stabilirent, siue inter ipsum Imperatorem & ciuitates Lombardię. Statuerunt igitur fœdus hoc, in die Iouis 13. Maij indictione quinta Patauiji in aula Episcopali,& prædicti Fr. Iordanus Prior, Fr. Ioannes Vincentinus, & duo Cardinales Legati, præsente tunc ipso Imperatore Friderico pacis conditiones stabilierunt. Sciens enim Gregorius Pontifex, Fr Ioannem Vincentinum esse virum integerrimę sanctitatis,& mellifluæ facundiæ, commissarium suum illum constituit ad pacem, inter Imperatorem,& Lombardos componendā, ad quod iussit illum Bononia exire, in cuius almo cœnobio morabatur, & ad ciuitates cōfęderatas proficisci. Hic Religiosissimus pater primus extitit, qui occurrētes vt se in nomine Domini nostri Iesu Christi, salutarent, edocuit. Sua sui igitur prędicti B Fr. Ioannis magno Dei beneficio, & maxima Italiæ vtilitate, fuit Patauij stabilita concordia inter ciuitates & Imperatorem, publicè depositis odijs, & priuatim inter ciues. Solus Ezelinus tyrannus Veronę, & Vincentiæ obsurduerat, neque Comitibus S. Petri reconciliari voluerat. Ioannes porro Vincentinus, authoritate Apostolica pro concione extrema anathema maranata omnibus comminatus est,& cum vineis, tum hortis cāpestribus frugibus, animantibus, arboribus, filijs, vxoribus, cunctisque, quæ haberent maledictionem imprecatus est, siquis eorum pacem stabilitam temerare auderet. *Annales Ecclesiastici.*

I.

Anno 1233.

ANNO Domini millesimo ducentesimo trigesimo tertio, Pontificatus Gregorij noni, anno septimo, idem Pōtifex misit Apocrisiarios, seu Legatos Constatinopolim, qui fidei atque vnionis Ecclesiarum Gręcæ, cum Latina, curarent, fratres ex ordine Prędicatorum F. Hugonem de sancto Theodorico, qui postea fuit Sanctæ Romanę Ecclesiæ Cardinalis,& super totam Bibliam erudite scripsit,& Fr. Petrum, viros virtute, ac Religione conspicuos morum honestate præclaros,& scripturarum scientia eruditos. Scripsit Gregorius nonus Patriarchę Constinopolitano Germano eius nominis secūdo, eas quę sequūtur literas pro vnitate Ecclesię, per prędictos fratres Prędicatores, & alios duos ex ordine Minorum.

Gregorij IX. anno 6.

Legatio pro fidei negotio & vnione Ecclesiæ.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, venerabili fratri Archiepiscopo Græcorum: salutem & Apostolicam benedictionem.

Cum iuxta testimonium veritatis occasio sit errorum, ignorantia scripturarum, cunctis expedit illas legere, vel audire, quia quæ in eis inspiratio diuina reposuit, pro doctrina sequentium, ad cautelā trahere voluit modernorum. Sane sub Ieroboam, qui peccare fecit, vt legitur, Israelem pręsumpta diuisio tribuum patenter signatur schisma Gręcorum, & multitudo abominationum Samariæ diuersas hæreses multitudinis à veneratione veri templi Domini, Romanæ videlicet Ecclesiæ reuerentia se paratæ. Quod Chrysostomus, Nazianzenus, magnus Basilius,& Cyrillus emicuerint in cętu dissentientium, eadem fuit cœlestis altitudo consilij, qua degere voluit inter idolatras Eliam, Eliseum, & filios Prophetarum Nunc igitur, quia in alijs literis, quas dudum, tibi remisimus, latius hanc,& alias authoritatum, & omnium, quę pro Romanę primatu Ecclesię faciūt, materias, explicauim': illud tamen adijcimus, quod vtrumque gladium ad Romanum pertinere Pontificem, ex Euāgelica lectione tenemus. Etenim loquente Iesu discipulis, de acquisitione gladij spiritualis, illi duos ibi positos ostenderunt, quos Dominus dixit sufficere ad cohibitionem, videlicet spiritualis,& corporalis offensæ, si materialem gladium pertinere concedis

ad

Anno Christi. 1233.

Gregorij IX. anno 7.

ad potestatem temporalem attende, quæ in Euangelio Matthæi Dominus dicat Petro: Côuerte gladium tuum in locum suum. Dicendo tuum, materialẽ signauit gladiũ, quo percusserat illi seruum Principis sacerdotum. De spirituali nemini venit in dubium, cum ei, id est Petro per cuiusdam specialitatis apicem ligandi, atque soluendi commiserit potestatem. Vterque igitur gladius Ecclesiæ traditur, sed ab Ecclesia exercendus est vnus; alius pro Ecclesia manu sæcularis Principis eximendus: vnus à sacerdote, alius ad nutum sacerdotis administrandus à milite. Propter hoc ergo, & alia, quę post diligentem veritatis indaginem ordinatam te faciant sentire charitatem, latores pręsentium Hugonem, & Petrum de Prædicatorũ, Aymonem, & Rodulphum de Minorũ ordinibus, fratres viros virtute, Religione conspicuos, morum honestate præclaros, & scripturarum sacrarum scientia præditos, iuxta quod tibi per memoratas literas intimare curauimus, ad te duximus destinandos. Vt si cum eis de omnibus, quæ in quęstionem veniũt tractare fideliter, & socialiter conferre decreueris, in rota, quæ infra rotã Ezechieli ostensa est, vocem poteris audire tonitrui, & in mari vitreo speculari, quod vnus Adam collocatus ad opus, & custodiam Paradisi, vnam est sortitus vxorem, vnum Dominum Iesum Christum in iustitia, & veritatis sanctitate creatum & vnitam eius sponsam Ecclesiam pręfigurans: quod Lamech, qui humiliatum sonat, dum vxorem vnam diuisit in duas, sanguinarius factus est, & virum in suum vulnus occidit, quod alia præter vnam arca non legitur, quę cuncta vastante diluuio, sub vnius Patriarchę remigis potentatu paucas animas sub perfectionis numero reseruauit: quod legem secundò Dominus dedit non alteram, sed eandem, quod duorum Cherubim, qui propitiatoriũ obumbrabant, non aliorsum versi, sed respicientes erant vultus vnius ad vnum, & vnam Ioseph tunicam fuisse talarem, & nostri Saluatoris inconsutilem vestem,

A vnam. Verumtamen in dubietatis sensum, circa Eucharistiæ Sacramentum vester diuersus à nobis ritus inducit, attende, quod non sit aliud, nec diuersum vnius Domini nostri Iesu Christi, prius in assumpta propter nos carne passibilis, post, sicut à morte, sic ab omni passibilitate prorsus immunis à Gręcis pariter, & Latinis nostrę salutis mysteriũ frequentatur. Gręcus ad fidem cum discipulo iuniore præcurrens, & tantę gratiæ non ingratus illius dignationis, qua B Deus compassus miserię humanę homo voluit esse passibilis, eligens quotidie reminisci, hostiam constituit offerri fermentatã, vt Apostolo dicente, quod ex fermento massa corrumpitur in fermento corruptionis, cui ante resurrectionem corpus Dominicum subiacere potuit, ostendatur. Latinus vero cum Petro seniore secutus literę monumentum, de qua procedit spiritualis sensus, prior introiuit, & linteamina posita, quæ sacrosanctum corpus, quod Ecclesiam signat, inuoluerãt, separatumque C sudarium, quod fuerat super caput, aspexit, Sacramentum glorificati corporis celebrare mirificentius in azymis sinceritatis elegit. Sed vtique panis simplex ante sacrificium panis est: transsubstantiatione vero facta per verba Domini ta panis non est, & ideo, nec fermentatus, nec azymus dici potest. Sed ille potius creditur esse panis viuus, qui descẽdit de cœlo, & tribuit vitam mundo. Hęc & his similia docuit Petri sedem vnctio spiritus, & sanitas intellectus. D Vtinam & tu tandem aliquando Iuniorem discipulũ, qui vidit & credidit, secutus introeas, vt omnibus intellectis nobiscum vere psallas illud Dauidicum: *Ecce quam bonum & quam iucundum habitare fratres in vnum.* Datum Laterani decimo quinto Kalendas Iunij Pontificatus anno septimo.

Hęc per Apocrisarios, & Legatos suos Gregorius Romanus, Germano Constantinopolitano Patriarchę.

Porro illi hominem conuenientes viuis rationibus, efficacissimisque sanctorum Patrum, tàm Gręcorum, quàm La-

Anno Christi 1235.

tinorum authoritatibus, id quod caput erat negotij, nimirum Spiritum sanctũ à Patre & Filio procedere, demonstrarunt, eamque fidei definitionem vniuerso Orienti reliquerunt, dignam, quæ ad schismaticos conuincendos adscribatur. Ita habet ex manu scripto Vaticano.

Definitio Apocrisiariorum Gregorij Papæ.

Quod Spiritus sanctus à Patre, Filioque procedat æqualiter.

¶ Pater perfectus Deus est in se ipso. Filius perfect' De' à Patre genitus. Spiritus sanctus perfectus Deus à Patre & Filio procedens. Procedit autem ex Filio quidem immediate, & ex Patre mediante Filio. Quod enim Spiritus sanctus à Filio procedit, id Filius habet à Patre. Propterea quicumque non crediderit Spiritum sanctum à Filio procedere in via perditionis est. Vnde sanctus Athanasius dum in partibus occidentalibus exulabat, in expositione fidei, quã Latinis verbis reddidit sic ait. Pater à nullo est factus, nec creatus, nec genitus. Filius à Patre solo est, non factus, nec creatus, sed genitus. Spiritus sanctus à Patre & Filio, non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens. Idẽque Athanasius in expositione fidei, quam Græcis verbis declarauit, sic ad Verbũ inquit: Spiritus autem sanctus processio est Patris, omniaque portantis Filij, per quem impleuit omnia. Vnde & sanctus Gregorius, qui iure dicitur Thaumaturgus, seu mirabilium effector, Neocæsareæ Ponti Episcopus in expositione fidei, quã per reuelationẽ à B. Ioanne Euangelista, mediante Dei Genitrice accepit, sic apertissime exclamauit dicẽs. Vnus Deus Pater Verbi viuentis, sapientiæ subsistentis, & potentiæ, ac characteris sempiterni perfectus perfecti genitor Pater Filij vnigeniti, vnus Dominus solus ex solo, Deus ex Deo, character, & imago Deitatis, Verbum operatiuum, & reliqua. Ac hic de Filio loquens dicit, solus ex solo, non

A ergo Spiritus sanctus ex solo est: ergo ex Patre, & alio, cum sit ab aliquo. Cæterum dum dicimus, ex Patre & alio, nõ dicimus ex alio, quoad substantiam & secundum hypostasim, seu subsistentiã. Quod enim Spiritus sanctus immediate ex Filio sit, ex Patre autem mediante Filio, testatur Gregorius Nissenus, ita dicens. Nos qui diuinam naturam differentiæ, variationisve esse confitemur expertẽ eam, quæ circa causam, & causatum consideratur, differentiam, non

B inficiamur, per quod solum comprehendimus, alterum ab altero discerni nimirũm, eo quod credimus, aliud quidem causam esse, aliud autem ex causa, & ex eo quod ex causa est. Quin & aliam rursus differentiam cõsideramus. Nam aliud quidem continenter, ac sine medio ex primo est, aliud vero per id quod immediate, & continenter ex prima causa est. Cum illi, quo aliqua differunt vtrumque conuenire sit impossibile: quare continenter, & immediate ex primo esse, aut solum Filio, aut solum Spi-

C ritui sancto cõueniat, necesse est. Quod si vt sancti Patres asserunt inter Patrẽ & Filium, non sit dare medium, erit igitur solus Filius ex Patre immediate, cum & secundum communem sententiam, atque intellectum, id quod est ab aliquo, ab eodem sit immediate. Sed cum Spiritus sanctus sit ab aliquo, ab aliquo immediate erit: At non est à Patre immediate, sicut nunc ostẽsum est, erit igitur immediate à Filio. Sanctos itaque hos Patres, & inter alios B. Am-

D brosium Episcopum Mediolanensem, Beatum Augustinum, ciuitatis Hipponensis Episcopum, Beatum quoque Hieronymum fortissimum peruersissimorum hæreticorum oppugnatorem secutus Beatus Cyrillus, & cum eo vniuersa sancta œcumenica tertia Synodus, perspicuè scriptum reliquit, Spiritum sanctum ex Filio esse. Vnde quisquis eius verba oppugnat, non orthodoxus est, sed à fide aberrans. Affirmat enim manifestissime in sua ad Theodosium Regem de recta fidei expositione, Spiritumsanctũ

Gregorij IX. anno 7.

ex

Anno Christi. 1233.

ex Filio esse, hisce verbis. Præterea virũ dicens, qui mox affuturus est, & videndus erat, ipsum dicit baptizari in igne, & Spiritu sancto: non quod alienum his qui baptizantur immittat spiritum seruilem in modum, & quasi ministrũm, sed vt Deum, secundum naturam cum suprema potestate, quia ex ipso, & per ipsum, &c. Quid eo testimonio clarius? Siquidem hic manifestissime de Filio dicit, quod Spiritum sanctũ his qui baptizãtur immittat ex se ipso, ac propriũ eius. Quid & hoc ipsum iisdem verbis Herniæ scribit Beatus idem Cyrillus in sermone ad eundem Herniam, cuius inscriptio est: De Incarnatione vnigeniti, & quod Christus vnus & Dominus, secundum scripturas. Illudque ipsum ab eodem Cyrillo in declaratione noui anathematismi dicitur. In eodem quippe anathematismo proprium esse Filii spiritum inquiens, eundemque nouum anathematismum declarans, quo sensu proprium suum esse spiritum dixerit, aperuit dicens. Cum homo factum sit vnigenitum Dei Verbum, & sic tamen Deus mansit omnia existens, quæ Pater solo hoc dempto, quod Pater est, & proprium habens, quod ab ipso est, & essentialiter ipsi inhærens Spiritus sanctus, & reliqua. Vbi rursum Spiritum sanctum, ex Filio esse clarissime S. Cyrillus affirmat. Quare nemini debet esse dubium, quin eundem hic sensum sanctus aperuerit, quem tenuit, quando anathematismum exposuit. In eodem quoque sensu anathematismum hunc, cum omnibus aliis sancta, & œcumenica tertia Synodus suscepit, in quo illum Sanctus declarauit. Certum namque est sanctos Patres in prædicta sancta Synodo congregatos totam tertiam iam dicti Patris Epistolam ad impium Nestorium Constantinopolitanum scriptam, absque vlla hæsitatione irrefragabiliter suscepisse. Nouimus autẽ prædictos duodecim anathematismos in postrema dictæ Epistolæ parte contineri. Porro si quis, tanquam legitima, tueri conatus fuerit impientissima Theodoriti Cypri Episcopi verba, quæ ipse aduersus dicti

Gregor. IX. anno. 7.

A sancti Patris duodecim sacra capita licenter nimis ac temere euomuit, nouerit is à quinta sancta generalique Synodo prædicti Theodoriti blasphemias dãnatas esse, quippe qui aduersus B. Cyrilli verba, quibus ei respondit, nihil præter calomnias dicere nouit, ait enim quinta sancta vniuersalis Synodus in actione octaua, ad hunc modum. Condemnamus, & anathematizamus, cum quibuscumque aliis hæreticis, qui damnati, & anathemate percussi sunt à dictis quatuor sanctis Synodis, & ab Ecclesia B Catholica, & Apostolica, & Theodorum qui fuit Episcopus Mopsuestiensis, impiaque eius conscripta, & quæ impie à Theodorito conscripta sunt aduersus rectam fidem, ac contra duodecim S. Cyrilli capita scripsit damnata esse, impietateque plena. Et quisquis ea, vt vera & legitima tenet tueturque inimicus existit fidei. Scribit enim B. Cyrillus ad Acatium Melitensem Episcopum, post concordiam, ac pacem sanctarum Ecclesiarum, sic inquiens. Quæ C vere recte contra Nestorii blasphemias scripsimus, omnino nemo nobis, vt non recte scripta dicamus persuadebit. Quid quod & ad Dinatum Episcopum, eodẽ modo scribit, vbi ait. Quæ scripsimus recte scripsimus veræ, & inculpatæ patrocinantes fidei; neque quidquam omnino nostrorum scriptorum sumus negaturi, cum neque quidpiam, vt illi referunt, sit dictum temere: verum vbique nos rectitudini adhærere fidei, veritatisque virtute consentire oportere. Ex D his itaque longe clarissimum existit B. Cyrillum eorum nihil inficiari, quæ dixit, sed in eodem sensu, quo hæc ab eo dicta sunt citra vllam correctionis notam perstitisse, cum neque ipse solus corrigi potuisset, licet etiam (quod tamen à sancto absit) voluisset in his, quæ vniuersa sancta Synodus absque vlla ambiguitate irrefragabiliter confidenterque accepit. Accepit autem in eo sensu, sicut dictum est, quo exposuit cum prima Synodo hæc suscipienda repetẽs. Siquidem illam sanctam Synodum omnes sancti Patres in conciliis, post sequẽ-

tibus

Anno Christi 1233.

tibus venerantur, eademque cum illa credunt; quin & sancti Patres, qui hanc ipsam antecesserunt, eadem cū illa sensere. Hanc fidem tenemus, sic credimus sentimus, & profitemur. Hāc fidem nos Fr. Hugo, & Fr. Petrus ordinis Prædicatorum, ac Domini Papę Gregorij veteris Romæ Episcopi Apocrisiarij amplectimur, sic credimus, atque ita sentimus. Annales Ecclesiastici numero 1. & 2.

II. ¶ Eodē anno, & sequentibus nō minora officia præstabat in Russia S. Hyacinthus Odrouansius ordinis Prędicatorum, tum in conuersione Gentilium, cū in schismaticorum reductione, tunc cū commissarium Gregorij Pontificis ageret. Rutheni sępè in maiori parte idolis, igni, arboribus, lucis, serpētibus, adeoque dęmonijs ibidem demorantibus, & per ea, velut in eis oracula pandentibus sacrificabant, quibus autem scintilla lucis diuinæ per prædicationem Euāgelij introductę non fuerat extincta, ij ab vnitate ouilis Ecclesiæ, schismate nefario se sæpius præscindentes extra mysticam Christi caulam misere periclitabantur, & peribant, omnis lupi præda.

Schismatici reducti.

Indoluit istud B. Hyacinthus vehementer. Quam ob rem â Gregorio Pontifice mandatis acceptis totum se, cum fratribus sui ordinis ad reducendos Schismaticos ad vnitatem Ecclesiæ, & adducendos errantes ad veritatem Euangelij impēdit. Et Haliciam quidem veniēs Colomanū, & Salomeam Principes cōiuges voto emisso castitatis astrinxit, Summoque Pontifici parere docuit. Leopoli & Kiouiæ in vniendis Romanæ Ecclesiæ Ruthenis, totos quatuor annos laborauit, coloniasque Religionis Prædicatorum in easdem, & alias Russiæ ciuitates deduxit. Inde ad Cumanos, Scythas, & Moscos excurrens maximos ibi fructus animarum ex seminato Euangelio deportauit. Contentione enim illius, apud eas gentes aræ dęmonum demolitę, ignes sacri extincti, luci exusti, serpentes exanimati, statuę comminutę, dęmones, è delubris pulsi fugatique sunt. A prædicatione D. Hyacinthi, & sociorum eius è mentibus illarum gentium errores sublati, impietas impudicitiaque, cum cæteris vitiorum monstris profligata, furor & amētia euulsa, summę sapientiæ, probitatis iustitiæ, candoris immaculati, cæterarumque virtutum cœlestium semina inserta. Vexilla & trophęa crucis viuificę in mediam barbariem iniecta, sacrarū sanctionum frequens vsus introductus, diuinarum desiderium, & cultus venerandus excitatus, Aræ vni Trino Deo erectę, templa domiciliaque virtutum, nempe monasteria plurimis incolis Prædicatoribus ædificata. Tres præsules beati ex eadem Prædicatoria familia B. Fr. Gerardus, primus Ruthenis, B. Fr. Vitus primus Lithuanis, & B. Fr. Meinardus Liuonibus prælati sunt. Præter alia S. Hyacinti in conuersione gentium opera, memoratur mirabilis expulsio dęmonis, quem in medio insulę Borısteni fluuij incolę coluerant. Motatio excretioque fluminis egesserat alicubi insulam non modicam arboribus proceris, densisque annorū decursu cōsitam. In ea Gentiles arborem cæteris altiorem, crassioremque impulsu dęmonis in ea habitātis delegerant, cui diuinitatis titulum affinxerant, honoresq; diuinos tribuebant. Ea de re plurimùm Sathanas impurus oblectabatur: nam exinde grauioribus amentię stimulis agitatos homines acerbissimis ęrumnis obruebat, & intolerandis supplicijs, æuo sempiterno cruciandos præparabat. Angebat Hyacintum perditio tot gentium, quę ad idolū venerandum cōfluebant. Cogitabat incurrere, & in insulam penetrare. At istud impedimento fuerat, quod ripę vastissimi gurgitis nullo substrato ponte iunctę, non facilem accessum præbebant. Eo tamē Hyacintus detineri non potuit, sed licet arduum, & difficile videretur traijcere ad adyta illa, quod tamē diuina ope efficere posset cupiebat experiri. Cruce igitur Christi Boristhene consignato spèque in eo, qui sicco vestigio vndas calcauit, defixa, plenus ardore se dedit flumini rapidissimo altissimoque. Sustinuit

Idolatræ conuersi.

Gregorij IX. anno 7.

dorso

Anno Christi 1233.

Gregorij IX. anno 7.

A curso suo fluuius vorax sicca vestigia Hyacinthi,& ingressus lucum dęmonibus deuotum,plurimos ibi abominandis sacris se Sathanæ nuncupantes reperit stipiti querno adgeniculantes. Tũc ad eos, Eia (inquit) quæ vos vęsania cepit mortales? Quis stupor vestram peruasit mentem? Truncum sensus,& rationis expertem absit (dixerim) diuinitatis comparticipem poplite inflexo venerari? Opem ab inope,& impote flagitare? Quodque grauius à mendaciorũ parẽte veritatis oracula explorare? Ab eo qui in vestram perniciem dies,horas,& momenta intentus,munera beneficentię deposcere? Deo Creatori,& reparatori fidem debitam eiurari? Age sumamus periculum Deitatis quernæ. Si potens est â meo, quem defero scipione se vindicare,ei diuinitatis cultum impẽdite. Si ad instar stipulæ,illi cædenti cedet,credo non vos amplius dementiæ vestrę,hostias illi offeretis. Conditionẽ ab infidelibus accepta,Hyacintus dedit ictum scipione arbori crassisime. Ea quasi fulmine percussa, inque partes & B farmẽta extemplo diuisa,dedit casum. Mox ex illa decussa dęmõ exiliens profugus per Boristhenem se recepit specie exhorrenda. Fugientem illum insecutus est siccis item plantis Hyacintus pedoque illo suo,in ringẽtem inuectus fallacem illum spiritũ deuicit, finibusq; illis eiecit. Hinc ad stupentes Barbaros regressus,occasione dicendi,â lucta illa accepta,de idolorum vanitate Sathanæ truculentia,fidei Christianæ veritate,Christi iugo suauissimo,de inferorũ D supplicijs,cœlitumque lætitia,sermonibus institutis innumeros Gentiles, ad Christum adduxit, altaria noxio sanguine illita subruit, lucumque illum opacum igne copioso incendit. Nouellam hanc fidei apud Cumanos, & Scythas,& Illyrios plantationem,aliqui ex fratribus Prædicatoribus sanguine pro Christo effuso irrigarunt: ex quibus numerantur sequentes.

Idolatræ conuersi.

Martyres passi ab Gentilibus Scythis et ab hæreticis.

B. Fr. Berengarius Cracouiensis Episcopus designatus,lancea dextrum latus,pro Christi fide apud Gentiles confossus. B. Fr. Bernardus Archiepiscopus Haliciæ Serra dissectus, & in ignem cõiectus exustus est â scythis. B. F. Adrianus magister,vna cum sex & viginti fratribus ab eisdem Christiani nominis hostibus palis infixi martyriũ tolerarunt. Bosnæ triginta & duo fratres Polonico,quod & Sclauonico persimile idioma est concionantes in flumine ab inimicis crucis Christi hæreticis submersi passionem degustarunt. Ad eorum gloriam ostendendam,quolibet anno, & die passionis eorum triginta duo luminaria cœlitus demissa, radiare consueuerant in loco vbi fuerant demersi. Ad Boristhenem fluuium , Beatus Frater Albertus,& Beatus Frater Dominicus à Tartaris occisi,alij in captiuitatem abducti. Ibidem alio die nonaginta fratres,alij gladio , alij sagittis,alij lanceis interfecti , alij ignibus propter fidem concremati,ad regnum cœlorum transierunt. *Leander Albertus libr. 2 fol. 59. Castilius 1. part. lib. 1. capit. 63. Abraham Bzouius cap. 3. pag. 20. Fr. Michael Pius, 1. part. libro 2. Annales Ecclesiastici numero 3. & 4.*

III. ¶ Eodem anno Gregorius Pontifex, ad exterminandos Albigensium errores in Tolosana Galliarum Prouincia reuiuiscentes,misit ex Prædicatoria familia Inquisitores, B. Fr. Petrum Syllanum,Beati Patris Dominici olim sodalem, Fr. Lambertum , & Fr. Poncium à Vico S. Ægydij , Prouincialem Tolosanum,miraculis radiantem : qui vigilantissime & pro viribus sancto Inquisitionis muneri insudantes maxima fidei Catholicæ incrementa dedere , plurimis hæreticis reductis, alijs pertinacibus igni traditis, pluribus etiã in fugam versis , ideo breui tempore magnum sibi nomen compararunt, infatigabilis solertiæ, dexteritatis,virtutisque animi pręstantissima exempla successoribus relinquẽtes: *Paramus libro secundo titulo 2. cap. 5. Castillus 1. p. lib. 2 cap. 22.*

Inquisitores contra prauitatẽ hæreticã.

IIII. ¶ Eodem anno Pontifex ad Delphinatum Galliarum Prouinciam,quosdã Prædicatoriæ familiæ, Inquisitores

Anno Christi. 1233.

Inquisitores instituti contra hæresim.

designauit, ad causas fidei exequendas qui heretica labe pollutos plurimos, vel ad resipiscendū impulere, vel supplicijs exterminauere. *Stephanus Salanecus, & Laciardus monachus Celestinus, apud Paramum lib. 2. tit. 2 cap. 23.*

V. Eodem anno Pontifex, quarto Kalēdas Maij ex Laterano Romę Legatum misit in Tusciam B. F. Ioannem Vicentinum P. ędicatorię familię Bononię commorantem, ut sedaret motus, qui inter Florentinos, & Senenses orti fuerant. Ægrè ferebant Bononienses tanti viri presentia priuari, qui tum sanctitate, tum miraculis, illorum ciuitatē exornabat: Quam ob rem interdixerant, siue detinuerant, ne ab eis emigraret. Cumque Pontifex vrgeret, vt quantocius illum Florentiam dimitterent, illi pia contentione impediebant ne pedem efferret. Itaque necesse habuit Gregorius Pontifex committere potestatē omnibus Archiepiscopis, & Episcopis pronūciandi anathema, aliasque Ecclesię censuras in Bononienses, qui F. Ioannem Vicentinum impedire auderent, quo minus ad legationem sibi iniunctam exercendam proficisceretur. Proinde illi, & vniuersis Bononiensibus secundo scripsit, quarto Kalendas Iulij, illi quidem, vt sine cunctatione pergeret: istis vero vt quam primum dimitterent eum, ad tam necessariam legationem pro pace conficiendam. Maximis eo tempore florebat miraculis ipse B. F. Ioannes, quę cum frequentissima esse Gregorius Pontifex intellexisset post mensem cum Epistola data septimo Kalendas Iulij Laterani laudasset hoc adiunxit: *Quapropter ad orationum vota conuertimur, & adorantes super fastigium virgę eius, qui percutit, & medetur fideliter petimus, vt gratiā quā magnificauit facere tecum in mirabilibus ad laudem sui nominis, & salutem fidelium animarum, augeat & conseruet; quocum iustorum vitam in humilis patientię seruitute seruaueris, eorum morte pretiosa in conspectu Domini moriaris.* Et quidem ista Gregorius Vincentino. Cui vt maiorem authoritatem conci-

Legatio pro Ecclesia.

A liare potestatem concesserat eos anathemate exoluendi, qui in clericos minus violentas iniecissent, dummodo neque membro mutilassent, neque vita exuissent. Multas quoque indulgentia erogabat Gregorius his, qui conciones B. F. Ioannis audiuissent. Eodē tempore Pontifex, ne si Federicus Imperator (quod vulgo iactabatur) in Lombardiam armatus iniisset, dissidētes populos, atque odijs inter se flagrātes nactus, eis iugum seruicutis imponeret, B Fr. Ioannem Vicentinum Legatum, in Marchiam destinauit, quod summam eius eloquentiam, atque incredibilem apud populos authoritatem conspectā haberet. Itaque ille ex Bononiā Patauium; ac Veronam progressus, pacem demum confecit, quam multorum Cardinalium authoritate, Pontifex consequi non potuerat. Duodecimo Kalendas Augusti, apud Veronenses de conciliatione concordię, tanta cum approbatione omnium, disseruit, vt á populo Dux, & Pretor acclamaretur. Quem cum ille honorem iniisset sexaginta homines hęreseos cōuictos cremauit. Deinde ad designatam diem, conuenere omnes populi Marchię, & Lombardię, cum Episcopis, Pretoribus, Legatis, & proceribus suis, in quibus etiam erant & Bononienses: numerum qui inierunt, ad quadraginta millia esse asserunt. Tunc multis verbis de pacis & concordię sanctitate, atque vtilitate subiectis; pacem nomine Iesu Christi, & Vicarij eius Gregorij Pontificis omnibus commendauit, laudans eos, qui illam complexi seruassent, ac detestans, qui in contraria sententia permansissent: ac postremo hostes Ecclesię enunciauit eos, qui Imperatoris Friderici eius aduersarij parti studerent. Oratione absoluta, pacem inter duas partes transactam pronunciauit, legibus illius promulgatis, ipsam osculis vtrimque oblatis confirmari iussit, & gratulatione ingenti inter omnes celebrata, domos suas vniuersi repetierunt. Hęc res, vna omnium maxime memorabilis vniuersis

Gregorij IX. anno 7.

Hæretici cōcremati

Anno Christi. 1233.

Gregorij IX. anno 7.

uersis visa est. *Ex Epistolis Pontificijs Gregorij anni septimi Pontificatus, Epistola 69. 130. 219. 241. & 200. Annales Ecclesiastici num. 9.*

VI. *Hæretici puniti.*

¶ Eodem anno Pontifex, fratri Cõrado Prouinciali Germaniæ, ordinis Prædicatorum scripsit iniunxitque simul, & Archiepiscopo Moguntino, & Episcopo Hildesemensi, vt in hæreticos consurgerent, & ad eos extirpandos, omnes fideles excitarent. Nam ea tempestate Cõdormientium hæreticorum species pullulabant, qui præ nimio amore noui Euangelij, viros & fœminas iuuenes, ac virgines, vno in loco condudẽtes, nocturnam quietem promiscuis congressibus, & peccatis enormibus cõturbabant, atque fœdissima obscœnitate omnẽ sexũ, & ætatẽ cõtaminabant: *Ex Epistola Pontificis Laterani, tertio Idus Iunij, anni 7. Epist. 179. Annales Ecclesiastici num. 13.*

VII *Hæretici extirpati.*

¶ Eodem anno Pontifex præcepit F. Roberto ordinis Prædicatorum, vt ad eradicandos perfidos hæreticos Tolosanos qui Albigensium hæresi in Gallijs omnia contaminabant, sese accingeret, & operam auxiliumque Regis Ludouici imploraret. Qui alijs tribus Inquisitoribus sui ordinis comitatus, quos antea memorauimus, missos præsenti anno ad eandem Prouinciam sancti Regis Ludouici fauore innumeros hæreticos exterminauit: *Ex. Epistola Pontificis 249 Laterani, tertio Kalendas Maij, Annales Ecclesiastici.*

VIII *Agareni conuersi.*

¶ Eodem anno in Italia, in Regno Neapolitano in Prouincia Capitanatę, plurimi Sarraceni Nuceriam vrbem incolebant: & idioma Italicum non mediocriter callebant Intercesserat Fridericus Imperator apud Gregorium Pontificem, vt ad eos instruendos fratres Prędicatores authoritate Sedis Apostolicę designaret, Misit ille quam plurimos, ex Prędicatoria familia, & tum eos, vt benigne Fridericus haberet, cõmendauit, tum vt is Sarracenos ad eos audiendos compelleret, admonuit. Hi itaque fratres cum primum Nuceriam appulissent, sancto lumine, mẽtem illo-

A rum Paganorum illustrarunt, & errore extirpato, fidem Christianam, non tantum apud illos sed & alios circumuicinos in Appulia, & in regno Sicilię Sarracenos, propagarunt. Quod cum Fridericus Imperator Gregorio Pontifici renunciasset summa illum affecit lętitia. Datis literis apud Biterras, tertia die Decembris. *Annales Ecclesiastici n. 15 ex Epistola Pontificis 310 Anagnia sexto Kalendas septembris.*

IX. *Hæretici reducti.*

¶ Eodem anno apud Bosnam Prouinciam Hungariæ finitimam, Dux B regionis illius Nicoslauus, opera fratrum Prædicatorum hæresim eiurauerat, & in fide orthodoxa se perseueraturum sancte spoponderat, dato filio obside in manus eorundem fratrum Prædicatorum cui vehementius metuebat, ne à Rege Hungariæ feudi iure exueretur. Consuetudo enim regni obtinuerat, vt Rex Hungariæ huiusmodi iura hæreticis abrogaret, & recens ad fidem conuersis, pro voluntate sua concederet. Cum autem Nicoslauus multis argumẽ C tis fidem suam Ecclesiæ probasset scripsit Gregorius Pontifex, Regi quidem, vt ex ea laudata consuetudine, benighe se erga Ducem atque filium, in fœudo concedendo, seu conseruando, haberet fratribus autem Prædicatoribus, vt filium eius obsidem patri restituerent, cum de eius fide nulla dubitatio amplius remaneret. Vtrasque dedit literas Anagniæ, sexto Idus Octobris: *Ex Epistola 293. & 2 ;4. Annales Ecclesiastici num. 14.*

X. *Idolatræ conuersi.*

D ¶ Eodem tempore fratres Prædicatores, in Pruthenis conuertendis, diligentissime militibus Theutonicis collaborarunt. Eam enim Prouinciam sanctus Hyacintus peruagatus, splendore doctrinæ, sanctitatis, & miraculorum collustrauit: coloniasque Religionis non ita pridem institutæ, Gedanum, Culmam, Caminum, Montem Regium, & alia in loca inuexit. Prædicandi Euangelij causa, cum forte ad eam Prouinciam conuertendam se conferret, ac propterea ad Vandalum flumen Visogradum Ma-

Anno Christi. 1233.

fouiæ vrbem redundantibus aquis præterfluens, aliquando peruenisset: nullo nauclero, nulloque nauigio, quo trās amnem veheretur ad illius ripas conspecto, diuina ope implorata, & Crucis signo communitus, Comites ad iter per medios fluctus alacriter prosequendum hortari hunc in modum cœpit. Eia (inquit) filij, sequimini vestigia mea in nomine Christi. Quo dicto statim, in flumen, siccis vestigijs se immisit. Verum socijs, præeuntem illum sequi metuentibus, extenso pallio aquam tegens: Agite (inquit) filij charissimi. Sit iste nobis pons Iesus Christus: per quem in nomine eius transeamus. Itaque flumen illud altissimum, simul ac rapidissimum, vna cum socijs incolumis traiecit, & ad prædicationem Gentilium se contulit innumeris eiusdem, & sociorum sermonibus ad fidem Christi adductis. *Matthias Miechouius libr. 3. cap. 32. Annales Ecclesiastici num. 16.*

I. *An. 1234.*

Militia Iesu Christi à B. P. Dominici instituta, contra hæreticos.

ANNO Domini millesimo ducentesimo trigesimo quarto, Pōtificatus Gregorij noni, anno octauo, idem Pontifex, cruce signatos militiæ Iesu Christi, quos S. P. Dominicus instituerat ad strenue pugnandum contra hæreticos animauit, vt constat ex Epistola Pontificis huius anni 385. qui validissime strenuā operam in extirpandis hæreticis nauarunt Insuper idem Pontifex, in Prouinciam Lombardiæ, Apostolicum Inquisitorem destinauit, Fr Guidotum à Sexto ex Prædicatoria familia. Qui adeo viriliter, & sedulò officium sanctum obiuit, vt magna ex parte hæreticos profligarit, plurimis igni addictis, eorum supellectile, ac rebus familiaribus, iuxta canonicarum legum sanctiones fisco traditis. Et tantum terrorem hæreticis in Italia incussit, vt paucissimi essent, qui palam ambulare auderent. *Castillus 1. par. libro 2. capit. 22. Annales Ecclesiastici numero 5.*

Inquisitor contra hæreticos.

Hæretici profligati

II. ¶ Eodem anno Gregorius Pontifex, Inquisitores contra hæreticam prauitatem, ex Prædicatoria familia, designauit: in Comitatu quidem Tolosano Fr. Guillelmum Arnaldum, & F. Petrum Scyllanum: apud Insubres vero, F. Rolandū Cremonensem. Non autem videtur mihi abs re esse, referre quæ hoc anno Inquisitoribus ordinis Prędicatorum in Tolosa Nonis Augusti, quo primum festum S. P. Dominici celebrabatur, acciderint, F. Stephanus Sanacus refert in hæc verba. Anno canonizationis ipsius B. P. Dominici scilicet 1234. in primo festo ipsius post missam, antequam sederemus ad mensam, reuelauit Dominus pudenda meritricis magnæ hæreseos in Tolosa. Cum enim Dominus Gregorius Papa nonus, commisisset Inquisitionis officiū, in partibus Tolosanis Priori Prouinciali fratrū Prædicatorū, & fratribus per totam terrā Comitis Tolosani, dictus Comes Raymundus, fraudulentis promissionibus, & virulētis inductionibus retardauit eos, & distulit per bienniū, vel circa. Cumq; tādem F. Guillelmus Arnaldi Inquisitor, vellet procedere, ita cōtegebāt se, & obuoluebant, sicut de pennis, & squammis Leuiathā scriptū est, quod ex nulla parte poterant perfodere parietē, quatenus abominationes monstruosissimas & horrendissimas penetrarent. Erat autē celebrata Missa à Domino Raymūdo Episcopo Tolosano, qui cū iam lotis manibus, sedere vellet ad mēsam, in refectorio, nunciatū est, quod quædam matrona Tolosana stipata filijs fratribus, & amicis, moriebatur in manibus hæreticorū & hæreticata, prope domū fratrū Prædicatorū. Cucurrit, quam citius, & rem ita inuenit, per confessionē hęreticæ eligentis, & petētis in fide hęreticorū mori & saluari. Quā mox vt hæreticam cōdemnauit, & curiæ sæculari reliquit. Officiales autē curię, mox eam ad ignem deferri in lecto, in quo ægrotabat fecerunt, & hilariter combusserunt. Episcopus interim prudens, & cauens illud, quod poterat contingere ad aulam suā abijt, & comedit, ac licet post prandium prædicaturum se po-

Gregorij IX. anno 7.

Inquisitores contra hæreticos.

Hæretici combusti.

pulo

Anno Christi 1234.

Gregorij IX. anno 8.

palo promisisset, tamen supersedit. Cumque post nonam, quasi infinitus populus cõuenisset, Prior fratrum Prædicatorum, F. Pontius de sancto Egidio ex improuiso surrexit, & in his, quę Dei sunt animosus, proponens illud Ecclesiastici 48. *surrexit Elias Propheta, quasi ignis, & verbum eius quasi facula ardebat*, & adaptans festo & B. P. Dominico ac præsenti negotio verba sua, conuertit se nutu, & gestu ad Oriẽtem, & Occidentem, ad Aquilonem & Meridiem, quanta voce poterat contra quãlibet partem clamans, & sæpius iterans: Ex parte Dei, & B. Dominici serui sui, diffido ab hac hora hæreticos, & fautores, & credentes eorum. Iterumque clamabat. Adiuro ex parte Dei Catholicos, vt deposito timore, testimonium perhibeant veritati; & tacuit. Post hanc concionem, intra septem dies multi venerunt, quibus mediantibus aperta est via Inquisitoribus, ad abscondita tenebrarum, quorum alij hæresim abiurabant, alij alios detegebant, & se detecturos tempore opportuno promittebant. *Fr. stephanus sanacus in tractatu de quatuor insignioribus ordinis Prædicatorum, Annales Ecclesiastici num. 24.*

Hæretici plures reducti.

III. *Gētilium conuersio.*

¶ Eodem anno Pontifex Gregorius, cum Colomanus Rex Halicię, iuxta Vngariam, & Poloniam in conuertẽdis Sclauoniæ hæreticis, debellandisque hostibus Christi nominis, plurimã operam poneret, tũ admonitione sua ad perseuerandum excitauit, & in protectionem Sedis Apostolicæ, tàm ipsum quàm Salomeam virginem virginis vxorem (nam vterque ad persuasionẽ D. Hyacinti voto perpetuæ continẽtiæ sese deuinxerant) recepit. Nevè tàm ipse, quàm Salomea, à quoquam præterquam à Sede Apostolica censuris Ecclesiasticis afficeretur, & vt vterque in locis interdicto Ecclesiastico subiectis, diuinis interesse possent, indulsit datis Perusij literis decimo septimo, & decimo sexto Kalendas Nouembris. Cum autem fratres Prædicatores, ex Polonia, & Vngaria, ad conuersionem Cumanorum, vna cum D. Hyacinto, & F. Paulo, Vngaro excurrentes, magnos profectus fidei Christianæ, apud Barbaros illos fecissent, monebat Gregorius Pontifex, Belam Regem Vngariæ, vt ad imitationem maiorum suorum, recèns conuersis Cumanis, & Episcopo eorum nuper à Sede Apostolica prælato, Ecclesiam aliquam in Episcopalem Cathedram erigendam designaret, ędificaret atque prouentibus assignatis locupletaret: *Annales Ecclesiastici n. 11. ex Epistola Pontificis anno 8. Pontificatus 282. Perusij octauo Kalendas Nouembris.*

IIII. *Legatio pro Ecclesia.*

¶ Eodem anno Gregorius Pontifex, recuperationi terrę Sanctę intẽtus Conciliũ Romæ celebrauit. Intererant cũ Imperatore Federico, & Archiepiscopis, atque Episcopis Patriarchæ Constantinopolitanus, Antiochenus, & Hierosolymitanus. Ex omniũ iudicio decreta est expeditio generalis ad subueniendũ rebus Syriacis, & terræ Sanctę. Ad hoc Ludouico Galliarum, & Henrico Anglorũ Regibus, scripsit. Et quidẽ cũ ante natorum vtriusque commemorasset catholicũ zelum de propagãda fide, & deuotionẽ erga Romanã Ecclesiam, miseriasque, quibus in vniuersa Syria, premerẽtur Christiani, narrasset, ambos obsecrauit, vt ipsi cũ copijs ex regnis suis collectis, ad designatum ab Ecclesia Romana diẽ, & locũ, sine vlla cunctatione, aduenirent, viros Christianã Religionẽ amantes se ostenderent, & priuata dissidia publicæ vtilitati, & decori postponerent. Neque enim hactenus, in concordiam coierant isti Reges. Quibus conciliandis Gregorius Põtifex onus imposuit, duobus viris doctrina, & sanctitate clarissimis, ex Prędicatoria familia, F. Roberto, & Priori Parisiensi, cũ Archiepiscopo Senonensi, Episcopis Parisiensi, Carnotensi, Syluanectensi, Roffensi, & Cãcellario Leodiẽsi. Vt autẽ maiora auxilia, cruce signatis periclitãtibus trãsmitteret, Regibus Castellę, Legionis, Aragonũ, Nauarręorũ, & Boemiæ, Ducibus Austrię, Saxoniæ, Lotharingię, & Bauarię, Landgrauio Thuringię, Marchionibus Misnię, & Brandẽburgi, atque reliquis Principibus

Anno Christi, 1234.

Imperij, & regnorum Europæorũ Dynastis, in meritum virtutis iniunxit, vt ad defensionem terræ Sanctæ, vna cũ Imperatore properarent: *Ex Epistolis Pontificijs 304. Perusij octauo idus Nouẽbris & 395. Perusij quinto Kalendas Decẽbris, Annales Ecclesiastici num. 7.*

V. ¶ Eodem anno Gregorius nonus, Priori Parisiensi, & F. Roberto, & reliquis fratrib' Prædicatoribus Parisiẽsib' pręcepit, ne Accursiũ filiũ Aldrobãdini ciuis Florẽtini filium authoritate Apostolica à censuris Ecclesiasticis, per F. Raymundũ Peñafortiũ Sedis Apostolicæ Pœnitẽtiariũ exolutũ, in quoquã, vel molestarent, vel molestari tolerarent, aut iuberent. In canonẽ Accursius inciderat, quod in Gallijs agens, hęreticos fuerat allocutus. Sacrum enim tũc ce sebatur si quis contra Apostolica instituta, vel vnicũ Aue eis dixisset. Cæterum B. F. Raymũdus Peñafortius, ordinis Prædicatorũ Barchinonensis, Romæ per id tẽporis viuebat. Iussu Pontificis Gregorij in vrbẽ adductus, scribebat, & Pontificia authoritate pœnitentiæ sacro munere fungebatur. Is quod iuris diuini, atque humani scientissimus esset, Gregorius Pontifex capellani, & pœnitentiarij nomine, & officio ei imposito iniunxit, vt decreta Sũmorũ Põtificũ in vnum corpus ad cõmunẽ omnium vtilitatẽ redigeret. Perfecit istud opus B. Raymundus, tanta facilitate, ac felicitate, vt eo libro titulo Decretaliũ insignito, Ecclesia vniuersa in cõtrouersijs cognoscendis, decernendisq; tãquam regula certissima, & vsa sit & vtatur; pręsertim cũ Gregorius IX hoc anno & Bononiensibus, & Parisiẽsibus, & adeò vniuersis, legem siue discentibus, siue scientibus authoritate Apostolica præceperit, vt hac tantũ compilatione vterẽtur in iudicijs, & in scholis, neque quisquam pręsumeret aliam facere, absque authoritate Sedis Apostolicę speciali: *Extat de hoc Epistola Pontificis in principio Decretalium, & Epistola nono Kalendas Decembris 327. & 218. Alphõsus Ciaconius in Gregorio nono, Annales Ecclesiastici num. 14. & 15.*

Pro Ecclesia opus vtilissimum.

Gregorij IX. anno 8.

VI. ¶ Eodem anno in Italia, cum F. Rolandus Cremonensis, Inquisitor Placentię in platea Ecclesiæ maioris, maxima hominum vtriusque sexus frequentia prædicaret, ingentique spiritu aduersus hæreticos, ex Scriptura sacra, & Patrum sentenetijs disputaret, illi id non ferentes, adiuncto sibi Assasinorũ, & grassatorum cuneo, impetu facto, eundem sanctum Inquisitorem ex vrbe pepulerunt: *Fr Cyprianus Vberti Inquisitor Vercellensis in indice Inquisitorum ordinis Prædicatorum, ex Humberto Locato in historia Placentina, & veteribus monumentis, Annales Ecclesiastici num. 25.*

Inquisitor expulsus ab hæreticis.

VII ¶ Ipso denique anno Pontifex Gregorius Priori & fratribus ordinis Prædicatorum Pisanis iniunxit, vt monialibus S. Cerbonij Lucanæ diœcesis ordinis S. Benedicti, habitum ordinis Cisterciensis cõferrent: *Ex Epistola 11. Nonis Aprilis, Annales Ecclesiastici num. 14.*

Pro Põtifice monachis

I. ANNO Domini millesimo ducentesimo trigesimo quinto, Põtificatus Gregorij noni anno nono, cum idem Pontifex annis præcedentibus, aliquos ex fratribus Prædicatoribus Inquisitores contra hæreticã prauitatem in Galliarũ Regno designasset, vt ab eodem hæreticos eliminarent, & maxima virtute, atque constantia munus hoc intrepide exercerent, continuo perfidi illi bellum acerrimum ipsis fratribus indixere, adeo vt abiecta omni modestia, atque humanitate, innumeris iniurijs eos afficere non cessarent. In Prouincia enim Tolosana Raymũdus scelestissimus Comes, omnibus ciuibus consortio fratrũ Prædicatorum interdixit. Neque his cõtẽtus, positis ad ianuam cœnobij custodibus, vetuit, ne quis cibũ intro conclusis inferret. volebat enim omnes inedia cõficere. Verũ vt perspexit Toparchus iste, fratres in fide Catholica, atq; Romanæ Ecclesiæ deuotione, intrepide persistere, neq; ab ea precibus, aut minis posse abduci, publico edicto iussit illos exinde abire

An. 1235.

Pro Fide grauissimas passi persecutiones.

Quod

Anno Christi 1235.

Gregorij IX. anno 9.

Quod vt fratres acceperunt, ibant gaudentes â cõspectu Cõcilij, quoniã digni habiti essent, pro nomine Christi, & obedientia Romanę Ecclesię contumeliã pati. Igitur rebus omnibus exuti, & fere seminudi, bini & bini per mediam ciuitatem, cruce prælata exeuntes, ingenti voce symbolum fidei concinebant: *Credo in vnum Deum, &c.* Addebant, & Antiphonam illam ab Hermano Contratto compositam: *Salue Regina Mater misericordiæ, &c.* Non multo post Narbonense cœnobium Prędicatorium â furentibus hęreticis solo ęquatum, fratres capti, & plurimis iniurijs affecti, libri sacri partim lacerati, partim exusti, sacra fidei Sacramenta & symbola cõculcata indignissimumque in modum profanata fuere. In plerisque oppidis & vrbibus capti sunt fratres, plurimisque opprobrijs, & contumelijs lacessiti: quã ob rem Inquisitores non audebant nisi multitudine armatorum constipati, iter facere. Non enim verbis tantum, sed & armis sępe sępius pro fide Catholica certandum erat. *Fr. Leander Albertus libro 2. fol. 56. S. Antoninus 3. p. titu. 23. cap. 10. §. 4. Fr. Michael Pius 2. p. lib. 1. col. 71. Castillus 1. p. li. 2. c. 26. Annales Ecclesiastici num. 4.*

II.

Inquisitionis officiũ fratrib. Prædicatoribus in Aragonia renouatum

4 Eodem anno Gregorius Pontifex Guillelmo Montegrino Archiepiscopo Tarraconensi electo, in causis fidei nonnulla prescripsit. Sanctum namque Inquisitionis officium fratribus Prędicatoribus in regno Aragonię olim commissum in diœcesim quoque suam Archiepiscopus innexerat. At cum dubia nonnulla & difficultates emergerent, vt in exordio maximarum rerum contingere solet, quibus facile se nõ explicabat Guillelmus, nec Inquisitores: super his consuluerunt Põtificẽ Gregorium, & S. Raimundũ Penafortiũ in curia Romana cõmorantẽ. Pontifex ergo geminas literas è Perusio pridie Kalendas Maij ad pręfatũ Archiepiscopum dedit, omniaque illius, & Inquisitorum dubia explanauit. Sanctus quoque Raymundus ad difficultates breui tractatu edito, adeo luculenter respondit, vt eũdẽ tractatũ Gregorius Põtifex suis literis inserere voluerit. Archiepiscopo itẽ scripsit, vt in omnibus his sententiã Fr. Raymundi sequeretur. Ita habet Gregorius ad finem Epistolę. *Et super deprehensis in heresi, & carceribus quid sit tenẽdũ, habeas notam Fr. Raymundi, quã hic ponim', quæ incipit. Credo.* Sequitur in literis Apostolicis tractatus S. Raymundi huiusmodi.

Punitiones hæreticorum.

1 Credo, quod deprehensi in hęresi, quod secundũ statuta Domini Papę debeant incarcerari in carcere de muro forti, & quantũ fieri potest in loco non suspecto debeãt retrudi, ita caute quod habeant custodes fideles Catholicos, & securos, per quorũ manus prouideatur eis in necessarijs, & illorũ solicitudine mediante, per viros religiosos cõfortẽtur interdũ, & moneantur ad pœnitentiã & patientiã, vt alij maxime simplices, vel suspecti nullo modo possint habere aditus loquendi ad ipsos.

2 Item vtrũ autẽ coniunctim, vel separatim ponantur in vno, vel diuersis carceribus, dũmodo masculi cũ mulieribus, vel conuersi taliter ab heresi, cũ alijs captis in alijs facinoribus deprehẽsis in eodẽ carcere non ponantur, non credo referre. Taliter etiã prouidendũ est in qualitate carceris, & vite necessarijs, quod non mortẽ eorum propter nimiam asperitatem, sed potius vitã, sicut viri Euangelici in spiritu mãsuetudinis & pietatis quęrere videamur; quia sicut ait P. N. Augustinus, siue plectendo, siue ignoscendo, hoc solum bene agitur, vt vita hominum corrigatur.

3 Credo saluo meliori iudicio, quod si vxor esset eiusdẽ conditionis cũ viro, idest, ab heresi pariter cũ ipso conuersa, debent simul, & separatim ab alijs, in eodẽ carcere poni. Si autem ipsa nõ fuerit heretica, nec est celebratũ diuortiũ per carnalẽ, vel spiritualẽ fornicationẽ ab Ecclesia inter ipsos, ad instantiã petitionẽ vxoris Catholicę, si alias diligẽter admonita, nõ potest induci ad cõtinẽtiã, debet si fieri possit, sine periculo vxori interdũ fieri copia viri sui, vt ei adhęrendi occasio tollatur.

Anno Christi. 1235.

Gregorij IX. anno 9.

4 Credo, quod quicumque sit Inquisitor à Sede Apostolica constitutus potest rogare & monere Episcopum, cum debita reuerentia, vt taliter deprehensos in suo Episcopatu, incarceret, vel incarcerari faciat secũdum Domini Papę statuta, & incarceratos custodiri faciat diligenter; licet forsitan posset dici, quod bona talium valeant confiscari. Inquisitori satis videtur sufficere quod de dictis bonis, in carceribus constituendis de vitę necessarijs prouideatur eisdem.

5 Ille quoque, qui non sponte, sed metu, confitetur in iure hæreticorũ erroribus credidisse, eosdẽ errores multipliciter exprimẽdo; asserit tamẽ se à quinque annis, vel pluribus à prędicto crimine emẽdatũ, quod probare nõ potest, nisi per famã, nec aliud contra ipsum, à prædicto tẽpore valeat probari, an cõuersus, an hæreticus valeat reputari licet prima facie forsitã dici posset, quod hæreticus est censendus: cęterũ quia in re dubia, certa nõ est faciẽda sententia, vt eos dubie, tàm super metu quàm super periurijs, necnon, & quibusdã alijs casibus præsentem scripsistis elegi tutius de ipso casu non respondere ad præsens.

6 Siquis citatus in iure cõfitetur sponte, idest non metu probationũ, vel tormẽtorũ, sed olim hæreticis credidisse, dicit tamen se de crimine emendatum, & in cõfessione secreta absolutum, seu reconciliatum, & paratus est probare, per suum confessorem, si crimen occultũ erat, ita quod præter confessionem aliæ probationes, non habentur, videtur, quod ei sufficiat, quantũ ad hoc testimoniũ cõfessoris, si tamen discretus sit & bonæ opinionis. Si autẽ non sponte, sed metu facta esset talis confessio, vel crimẽ non esset occultũ, videtur vlterius secũdũ discretũ iudicãtis arbitriũ procedendũ, pręsertim si secundũ cognitionẽ cõfessoris, & probationes cõtra ipsum inuentas conuinci valeat, aliquos in confessione sua tacuisse errores, habita semper consideratione, vtrum per malitiam, vel simplicitatem hoc videatur fecisse.

7 Quod factũ est canonice à iudice, præsertim, qui habet authoritatem inquirendi à Sede Apostolica, non solum circa homines prouinciæ sibi deputatę sed etiam circa extraneos, qui in ipsa inueniuntur prouincia; credo quod quantũ ad hunc articulũ, alius iudex, de cuius prouincia erant ipsi extranei, sine reprehensionis nota potest habere ratũ: nisi appareret erga illos, vt Inquisitionem euaderent fraudulẽter fugisse, & alij iudici veritatẽ sui erroris nõ simpliciter expressisse, vel nisi quando recessit esset iam inchoata Inquisitio cõtra ipsum, vel nisi aliàs cõsideratis alijs circumstantijs, ex tali processu facto in alia prouincia, negotio fidei, vel animarum saluti, periculũ immineret.

8 Siquis recepit aliquando Vvaldenses, credens illos esse bonos homines, licet sciret, quod Ecclesia persequeretur eos, & Principes seculares igni traderẽt cremandos, non tamen per cõfessionẽ eius, vel aliã probationẽ habeat, quod alicui errori crediderit speciali, credo, quod si talis scit, vel credit, quòd Ecclesia dictos Vvaldenses, propter hæresim persequntur, vel condemnat indubitanter est hęreticus iudicandus, nisi constaret ipsum adeo fatuum, & insanum, quòd nesciret, quid esset hęresis vel error: nec subterfugit, quominus super his doceretur, & esset paratus credere, secundũ quod Ecclesia doceret eum. Si autẽ ignorat causam persecutionis huiusmodi credens eos esse Catholicos, licet prima facie violẽta pręsumptio habeatur cõtra ipsum, cũ debuerit approbare quos approbat Ecclesia, & reprobare quos reprobat, non videtur præsertim in foro confessionis hæreticus iudicandus.

9 Si plures testes contra aliquem producuntur, & vnus dicit, quod vidit Martinum adorantem R. hæreticum Romæ in hyeme; alius vero dicit eundem Martinum, prædicasse hæresim Bononię in vere, tertius dicit, eundem Martinum, vidisse adorantem T. hęreticum Parisijs in ęstate,

credo

Anno Christi 1235.

Gregorij IX. anno 9.

credo, saluo meliori iudicio, quod cum tales sint in suis testimonijs singulares, non potest contra eum sententia condemnationis proferri: nisi infamia contra ipsum, & facti opinio talium testium, & alia consimilia adminicula suffragentur. Tali tamen videtur canonica purgatio indicenda.

10 Licet dubitationes vestræ essent per se apertę, vel per viros Religiosos, & peritos (quorum credo vos habere copiam) terminandæ: vt tamen mea debilitas vestræ non videatur nolle satisfacere charitati, vt cumquè debilitet, quantũ in me est ad pręsens satisfacere procuraui, rogans, & supplicans & cõsulens vt à bonis, & peritis nihilominus super his ad cautelã cõsiliũ adhibeatis. Hæc & alia plura S. Raimundus ad consultationes Archiepiscopi, & fratrum Inquisitorum, pro punitione hæreticorum respondit. *Hieronymus Surrita in Annalibus Aragonia 1. pa. lib. 3. c. 93. Diagus in historia prouincia Aragonia Ordinis Prædicatorum lib. 2. cap. 12. Fr. Michael Pius 2. p. lib. 1. col. 13. & Annales Ecclesiastici num. 5.*

III. *Hæretici puniti.*

¶ Hoc ipso anno Gregorius Pontifex, decimo septimo Kalendas Iunij, Priori Barchinonensi Ordinis Prædicatorum, & Fr. Guillelmo de Barbano eiusdem ordinis iniunxit, vt contra hęreticos, in prouincia Tarraconensi inquirerent, & iuxta præscriptum Canonem procederent, vt constat ex Epistola Pontificia, huius anni 60. Insuper, in vniuerso Galliarum Regno, Fr. Robertum eiusdem item Ordinis Generalem Inquisitorem contra hæreticos constituit; iussitque, vt ad eum modum in causis sibi commissis procederet, ne innocentia periret, & iniquitas remaneret impunita. Extat eius commissionis diploma datum Perusij decimo Kalendas Septembris Pontificatus anno nono: quo etiam, modum pœnitentię eiurantibus hæresum imponendæ præscripsit, & plurima alia contra hæreticos sanxit. Præterea à Prouinciali Germaniæ Ordinis etiam Prædicatorum præcepit, vt viros idoneos, ex vniuersa Alemania eligeret, qui vbiquè locorum verbum Crucis cõtra hæreticos, & Saracenos prædicarent. *Ex Epistolis Pontificijs anni noni 38. 39. & 81. Perusij idibus Maij, Annales Ecclesiastici num. 7.*

IIII. *Militia contra hæreticos.*

¶ Eodem anno Gregorius Pontifex, commisit Fr. Alexandro de Noiohin Ordinis Prædicatorum, Decanoque Rothomagensi, vt quosdam monachos discolos è Monasterio Rothomagensi eijcerent, aliosque Religiosos viros introducerent. Insuper, & B. Fr. Iordano Magistro Generali, totius Ordinis Prædicatorum iniunxit, vt fratres militiæ IesuChristi à B. P. Dominico institutos, Parmæ Congregatos, salutaribus instituerent disciplinis, eisdemque fratribus militiæ præcepta viuẽdi præscripsit. Præterea Prouinciali Lombardiæ Ordinis Prædicatorum, & Fr. Iacobo de castro Alquadro, eiusdem Ordinis potestatem dedit, vt cum Episcopo Regensi Ecclesiæ Mantuanæ viduatæ, Episcopum præficerent. *Ex Epistolis Pontificijs anni noni 50. 62. è Perusio decimo quinto Kalendas Iunij Epistol. 63. & 76. & 403. Annales Ecclesiastici numero 11.*

V. *Inquisitores contra hæreses.*

¶ Eodem anno Gregorius Pontifex cupiens votis omnibus, hæreticorum, exterminium, considerans, quòd multũ interesset reperiri viros, qui legis rigorem contra eosdem perfidos exererent, Priori Viterbiensi Sanctæ Mariæ ad gradus Ordinis Prædicatorum, & Fr. Rodulpho, eiusdem Ordinis Officium Inquisitionis commiserat. Scilicet, vt ex alijs ciuitatibus venientes hęreticos inquirerent, & hęresim eiurantes, à censuris exoluerent, atq; Ecclesię reconciliarent. Dedit ea de re vtrique literas Perusij, secundo Idus Augusti Pontificatus anno nono. *Ex Epistola 187. Annales Ecclesiastici nu. 3.*

VI.

¶ Eodem anno cũ Manichæi Deum non esse visibilium omnium authorem in Lombardia blaterarent, iterũ aliquando Fr. Petrus Veronensis (qui & Sanctus Petrus Martyr) Ordinis Prædicatorum peragrans Mediolanensem agebat

Anno Christi, 1236. | Gregorij IX. anno 10.

gebat, & in duos agricolas, qui vicina prædia seminabant, inciderat. Horum alter erat hæreticus, alter Catholicus. Et hic quidem, dum semen spargeret Deum inuocabat, vt ad vberem fructum perduceret. Hæreticus vero diabolum, quod crederet visibilium curam agere, implorabat. Audiens hæc D. Petrus intremuit: & subsistens hæretico dixit. Tu quidem multum erras, qui semen, & agrum tuum diabolo commendas. Quam rectius, tuus iste vicinus facit, qui rerum omnium conditorem inuocat. Cæterum ne falsis persuasionibus deceptus errorem tuum errare pergas, prædico tibi futurum, vt vicini tui, qui Deum verum implorauit ager vberrimus, tuus vero, qui dæmonem adiuuasti simul sterilissimus fiat. Dixit sanctus. Promisit se fore Catholicum, si ita eueniret, hæreticus. Euenit: & is malo suo prudentior factus, veteri errore relicto Christi fidem intrauit. Horum itaq; hæreticorum, nō modica seges, in agro Mediolanensi S. Petri Veronensis cura, diligentia, atque doctrina Ecclesiæ Catholicæ horreis est inclusa. *Annales num. 1. Ex Flaminio in vita B. Petri Martyris.*

Hæreticus reductus.

I. ANNO Domini millesimo ducentesimo trigesimo sexto Pontificatus Gregorij noni, anno decimo, cum Tolosanus Comes iurisiurandi, quo se Ecclesiæ obstrinxerat parum memor, pacta inter se, & Ecclesiã stabilita violasset, atque Episcopum clerum, & fratres Prædicatores, per suorum scelus vrbe eiecisset, bonis exuisset, & pessimis modis tractasset, Gregorius Pontifex monuit Ludouicũ Galliæ Regem, vt Comitem prædictũ compelleret, ad pacta inter ipsum, & Sedem Apostolicam sancita obseruanda, atque vt omnia edicta libertati Ecclesiasticæ contraria, ab ipso promulgata rescinderet. Fecit satis Tolosanus Comes, & cōditiones pacis innouauit, statuta iuribus Ecclesiæ contraria abrogauit, Episcopum, clerum, & fratres Prædicatores, summo cum honore restituit, atque hæreticos introductos eliminauit. Insuper pro pœnitentia facinorum, in subsidium terræ Sanctæ Cruce se signari promisit, atque beneficium absolutionis, ab Apostolica Sede per Fr. Raymundum Pennafortem Barchinonensem, Gregorij Pontificis capellanum, & Summũ Pœnitentiarium recepit. Istud namq; muneris ei Gregorius iniunxerat, vt Comitem Ecclesiæ reconciliaret. Eodem præterea Pœnitentiarij Officio, B. Fr. Raimundum defungi voluit, erga Regem Aragonum Iacobum primum, & Comitē Ronsilionis. Nam Rex in Canonem inciderat eo quod electum Cæsaraugustanũ Episcopum Tarraconam tendentem ciuitatis Oschensis introitu exclusisset. Comes autem propter hæresim in carceres coniectus ijs effractis cum effugisset, & in castrum quoddam munitissimum se se recepisset, tactus spiritu Diuini amoris in se rediit, atque ad eosdem carceres, è quibus profugerat, libere reuersus est, & pœnitere se suorum criminum, non obscure significauit. Ideo absolutionis beneficium per B. Fr. Raimundum Pennafortium promeruit, ea tamen cautione, vt si in hæresim relaberetur, bona illius omnia fiscus Regius obtineret. *Epistola Pontificis 338. Interamnæ septimo idus Februarij. & Epist. 341. & 342. & 355. Annales Ecclesiastici num. 8.*

An. 1236.

Hæretici Ecclesiæ reconciliati.

II. ¶ Eodem anno Regis Tunetani, in Africa nepos per fratres Prædicatores, ad fidem Christi conuersus Romã properabat, vt à summo Sacramentorum administro, aqua baptismatis ablueretur, & in sacris fidei mysterijs confirmaretur. Eum Siciliam præter nauigantem, cum Siculi intercepissent, rebus spoliassent, & in custodia habuissent, grauiter Gregorium Pontificem offenderunt. Qui vt Catechumenum in libertatem vendicaret, Fredericum Imperatorem admonuit, inque Siculos seueriores censuras se velle exercere, testatus, datis tum ad illum, tum ad is-

Agareni conuersi.

Anno Christi 1236.

tos mandatis Interamnæ nono Kalendas Iulij. *Ex Epistola 122. Annales Ecclesiastici num.6.*

III. ¶ Eodem anno in Belgio,& Atrebatesio hæretici,seu,vt scribunt quidã Sodomitici detecti sunt,& plures eorũ combusti; per Fr. Robertum Ordinis Prędicatorum. Hi Albigenses seu Stadingenses existimati sunt eo quod vtrique, auersos congressus, non illicitos, neque infandos esse asserebant. *Annales Flandriæ libr. 8. & Annales Ecclesiastici num.18.*

Hæretici combusti.

IIII. ¶ Eo ipso tempore,Gregorius Pontifex instituit fratres aliquot Ordinis Prædicatorum censores quorundã Monasteriorum Ordinis Cisterciensis, & Cluniacẽsis. Qui accepta authoritate censoria, non seruatis iuris ordinibus, licet id iustè fecerint, sententiam mox protulere, & quosdam Abbates suis officijs, & dignitatibus priuauere. Id cum Pontifex cum Cardinalibus accepisset ad preces eorum,qui facinoribus occultandis iniuste; se damnatos querítabant,cupiebat sententias rescindere. Cæterum B. Fr. Iordanus Magister Generalis Ordinis Prædicatorum superueniens reuocauit Gregorium, ne id faceret. Dixit enim: Pater sancte, mihi hoc sępe accidit, vt dum volo,ad aliquod Cisterciensis OrdinisMonasterium declinare, & aduerto consuetam viam in longum protrahi, per tramites autem inter prata, semitam aliquam compendiosius ducere, hanc persequor, illa derelicta. Quęro itaque, si tunc ianitor me interrogaret, qua via venissem,& intelligeret pertramites: an non seuerior videretur,si me ad consuetam viam remitteret, neque me ad Monasterium introire permitteret? Sic igitur Pater sancte, licet per iuris viam fratres non incesserint,quæ fortè nimis longa illis videbatur,ad Abbatum istorum depositionem, cum tamen eam censuram meruerint, prout vestra Sanctitas de facili potest cognoscere, sustineatis rogo, quod factum est licet per quamcunque viam eò fuerit deuentum. *Annales Ecclesiastici nu.2*

Aliarũ Religionum reformatores à Pontifice destinati.

Gregorij XI. anno. 10.

I. ANNO Domini millesimo ducẽtesimo trigesimo septimo,Pontificatus Gregorij noni, anno vndecimo, idem Pontifex, Priori Prouinciali Lombardiæ Ordinis Prædicatorũ iniunxit, vt aduersus hæreticos,& eorum fautores defensores, & receptatores fratres aliquos designaret, qui eos pœnis à iure statutis puniant, & rigorem legis, contra perfidos istos exercerent, expedito ad hoc sequenti diplomate Viterbij decimo tertio Kalendas Iunij. Ita habet.

An.1237.

Hæretici eorumquè fautores puniti.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, dilecto filio Priori Prouinciali fratrum Ordinis Prædicatorum, in Lombardia, salutem & Apostolicam benedictionem.

Ille humani generis pernicax inimicus omnium malorum incentor,quem de supremis,ad ima superbia sua prostrauit, non contentus, quod suæ fraudis nequitia,hominem perduxit ad casum, ærumnis, & miserijs applicandum,callide eum nititur pestiferis retibus irretire, astute sibi parans insidias, ne resurgat, locum,à quo ceciderat,obtenturus. Nouissime autem diebus istis fidem nisus perfidia deprauare, per ministros suos iniquitatis operarios, venena spargit mortifera, seditiose considerans, quod familiaris hostis, fit efficax ad nocendum, qui quasi dulcia pręmittentes, cauda pungunt, vt scorpio,in aureo tandem calice Babylonis, virus pestilentiæ infusuri. Licèt enim hæretici hactenus diutius latitantes, sicut cancer serperent in occulto, & vt vulpes lętarentur, vineam Domini Sabaoth demoliri, iam tamen peccatis exigentibus in aperto. quasi equi parati ad prælium pręsumunt manifestè insurgere contra eam,in quibusdam locis publice prædicando, quærentes, in cibum simplices, & in prædam indoctos, ac illaqueare nihilominus fideles quoslibet suis circumuentionibus cupientes, facti magistri erroris, qui

num-

Anno Christi, 1237.

Gregorij IX. anno 11.

nunquam fuerunt discipuli veritatis. Vndè expedit quod insurgant viriliter contra eos, vt eorum omnino hæresi confutata, per totum orbem vigeat fides Christi; nam corona sequetur præmij, tentationibus resistentes. Cùm igitur dudum resplenduerit in partibus Lombardiæ, fida fides, ac per hoc formidemus ibi potius animalia venenosa, ne forte simplices illorum, callidis seductionibus circumuenti, & astutis prauis circumuentionibus periculose decepti, in profundum deueniant peccatorum, sicque violetur ibidem fidei firmamentum: nos qui circa horam vndecimam, inter operarios, imò verius supra operarios vineæ Domini sumus à Patre familias Euangelico deputati, moniti voce sponsi capere vulpes paruulas, quæ demoliri vineam Domini moliuntur, & tacti dolore cordis intrinsecus, non valentes sustinere tantam contumeliam Creatoris, ac volentes tot animarum periculis obuiare, discretionē tuam rogamus, monemus & hortamur attente, per Apostolica, tibi scripta, sub diuini obtestatione iudicij, districtè præcipiendo mandantes, quatenus aliquos de fratribus tuis tibi commisis, in lege Domini eruditos, quos ad hoc esse noueris idoneos ad partes, tibi secundum tuum ordinem limitatas transmittas, qui clero, & populo conuocatis, generalem prædicationem, vbi commodius viderint expedire, & adiunctis, sibi discretis aliquibus ad hæc solicitius exequēda, diligenti perquirant solicitudine, de hæreticis, & etiam infamatis. Et si quos culpabiles, vel infamatos repererint, nisi examinati velint absolutè mandatis Ecclesiæ obedire, procedant contra eos iuxta statuta nostra, contra hæreticos nouiter promulgata: in receptatores, defensores, & fautores hæreticorum, secundum eadem statuta, nihilominus processuri. Si verò aliqui hæretica labe penitus abiurata, ad Ecclesiasticam redire voluerint vnitatem, ipsis iuxta formam Ecclesiæ, beneficium absolutionis impendant, & iniungant eis, quod talibus consueuit iniungi. Attentius prouisuri, ne qui videntur reuerti, sub palliata specie pietatis, impietatem committant, & Angelus Sathanæ, in Angelum lucis se transformet. Propter quod statuta, quæ super hoc duximus promulganda, inspicere poterunt, & ab eorum insidijs secundum discretionem eis traditam à Domino præcauere. Ad hæc, vt super præmissis, omnibus officium, sibi commissum liberius possint, & efficacius exercere, omnibus qui ad prædicationem eorum accesserint, in singulis stationibus viginti dies, illis verò, qui ad impugnandum hæreticos fautores, receptatores, & defensores eorum in munitionibus, & Castellis, vel alias contra Ecclesiam rebellantes, ipsis ex animo auxilium, consilium, pręstiterint, vel fauorem, de omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius authoritate confisi, tres annos de iniuncta sibi pœnitentia relaxamus. Et si qui ex his in prosecutione huiusmodi negotij, fortè decesserint, eis omnium peccatorum, de quibus corde contriti, ac ore confessi sunt, plenam veniam indulgemus. Ne verò aliquid fratribus ipsis desit, ad prædictum negotium prosequendum, in contradictores, & rebelles Ecclesiasticam proferendi censuram tenore præsentium liberam eis cōcedimus facultatem. Prædicatores quoque quæstuarios, quorum interest charitatiua tantum subsidia simpliciter petere, ac indulgentiam, siquam forsan habent, exponere, à prædicationis officio, quod ad ipsos nullatenus pertinet compescendi censura simili, eisdem nihilominus licentiam indulgemus. Datum Viterbij decimo tertio Kalendas Iunij Pontificatus nostri anno vndecimo.

Ex his literis Apostolicis concessa est Prouinciali Lombardiæ facultas creandi Inquisitores aduersus hæreticam prauitatem. Et vix vllis verbis referri potest, quantos progressus, huiusmodi fratres Inquisitores, à Prouinciali

Plures Inquisitores designati

ciali Apostolica authoritate instituti, in fidei negotio Ecclesię Romanę pepererint. Nam in omnibus fere Lombardiæ vrbibus maxima cum solertia, & indagine huic sacro officio hæreticorumque exterminio validissime incubuerunt. *Annales Ecclesiastici anno* 1235 *numero* 3.

II. *Reformatio aliarũ Religionũ*

¶ Eodem anno Gregorius Pontifex, apud Viterbum, quarto Idus Maij Episto. 81. prędicto Prouinciali Lombardiæ Ordinis Prædicatorum facultatem commisit visitandi, & reformãdi vniuersa Monasteria Cistercienfis Ordinis in Lõbardia, Æmilia, & Marchia Teruisana. Insuper apud Lateranum, quarto nonas Martij Epistola 446. vniuersis fratribus Prędicatoribus, & Minoribus in prouincijs vltramarinis, in conuersione Paganorum occupatis, priuilegia Cruce signatorum cõcessit. *Annales Ecclesiastici num.* 9.

Paganis prędicatur.

III. *Legatio, munus à Pontifice iniũctum,*

¶ Eodem anno Gregorius Pontifex iniunxit, Fr. Guillelmo Oleronio Ordinis Prędicatorũ, vt omnia a Christi fidelibus in subsidium Imperij Constantinopolitani relicta, vel codicillis legata, colligeret, & Comiti Britãnię assignaret, qui se ad defensionem Imperij accingebat. Solus enim ille duo millia equitum, & decem millia peditum conducebat. Cæterorum innumerabiles copiæ videbantur; quas prædictus Fr. Guillelmus Oleronius, & Prior Parisiensis eiusdem Prædicatorij Ordinis, authoritate Apostolica à Gregorio Pontifice commissa, ad exoluendum se votis sponsis in subsidium Imperij Constantinopolitani, exciuerant: quòd tunc in Latinorum Principum manibus erat. A quo non difficilis in terrã Sanctã erat ingressus Cruce signatis qui ex Europæ Occidentalibus prouintijs, ad tam heroycam expeditionem confluxerant, pręlia Domini bellaturi. *Ex Epistolis Pontificijs sexto Idus Ianuarij Laterani* 350. *& ibidem quinto idus Nouembris Epistola* 196. *Annales Ecclesiastici num.* 2. *&* 3.

I. *An.* 1238.

ANNO Domini millesimo ducentesimo trigesimo octauo Põtificatus Gregorij noni, anno duodecimo, cùm periculum Latinis in Imperio Constantinopolitano immineret, ab Assano Domino Bulgarorũ homine hæretico, atque schismatico, scripsit Gregorius Pontifex Belæ Regi Hũgariæ, vt arma in Assanum schismaticum, & hęreticum susciperet, quę autẽ ex eo caperet ea sub iure retineret, ad quod etiam scripsit Prouinciali Hungariæ Ordinis Prædicatorum, & ministro Ordinis Minorum prouinciæ Strigoniensis, vt vota Cruce signatorũ pro subsidio terræ Sanctæ facta, in eã contra Assanum expeditionem susceptam commutarent: & contra eundem piam militiam Christi signo insignirẽt: Anagniæ quinto idus augusti Epist. 213 Insuper Pontifex commisit Prouinciali Polonię, & Priori Pragensi Ordinis Prædicatorum, vt Monasterium Virginum S. Francisci instituti Pragę professarum, visitarent, atque reformarent. Præterea Priori Herbipolensi Ordinis Prædicatorum, vna cum duobus Abbatibus Cisterciensis Ordinis, vt in vitam & miracula B. Brunonis Episcopi Herbipolensis inquirerent, iniunxit. Priori item; & fratribus Ordinis Prædicatorum, diœcesis Quinqueecclesiẽsis, apud Hungariam, pręcepit, vt in ędificatione Cathedralis Ecclesiæ Boznẽsis, & in propagatione atquè defensione fidei Catholicę Episcopo Boznẽsi assisterent. *Ex Epistolis Pontificis* 51. 56. 357. *Annales Ecclesiastici num.* 5.

Legati cõtra hæreticos & schismaticos.

Reformatio alteri Religionis

Propagatio fidei inter gentes,

II.

¶ Eodem anno Pontifex iniunxit Priori Parisiensi Ordinis Prædicatorũ, vt in Galliarum Regno, indulgentias, & remissiones peccatorum prædicaret illis, qui in Orientem Cruce insigniti proficiscerentur Nam hoc anno plurimi Cruce signatorum, vna cum Balduino secundo Imperatore Constantinopolitano, Comite Namurcensi, ex Gallijs, & Britãnia discesserant, & Con-

Legatio pro Pontifice.

Anno Christi 1239.

Gregorii XI. anno. 13.

ſtantinopolim properabant. Inter Cruce ſignatos poſt Imperatorem, præcipui numerabantur Theobaldus Nauarræ Rex, & Campaniæ Comes; Comites, Henricus Barenſis, Petrus Britãniæ, Aymericus Monfort, Richardus frater Regis Angliæ, Anſelmus de Inſula, & alij. Obſecrabat Gregorius Colomanum Regem, Ducem Sclauoniæ, vt Balduinum Imperatorem, per terras ſuas, vna cum Cruce ſignatis proficiſcentem benigne reciperet, & abſque omni noxa tranſire ſineret. Ne autem ſumptibus auxiliarij deſtituerentur, ſcripſit Gregorius Regibus Galliæ, & Angliæ, Richardo Comiti Cornubiæ fratri Regis Angliæ, Reginæ Blanchæ matri Regis Galliæ S. Ludouici, Othoni Cardinali Apoſtolicæ Sedis Legato, vniuerſis Archiepiſcopis, Epiſcopis & prælatis Regni Galliarum, & Angliæ, & Priori Prouinciali Galliæ Ordinis Prędicatorum, vt triceſimam partem fructuum ſacerdotiorum contribuerẽt, exigerent, & in ſubſidium Imperij Cõſtantinopolitani, atque terræ Sanctæ transmitterent, apud Lateranum ſeptimo Kalendas Decẽbris Epiſtola 311. *Annales Eccleſiaſtici num. 3.*

III. *Inquiſitor contra hæreſes.* ¶ Eodem anno Fr. Rogerius Calcagnus Florentinus, Florentiam à B. Fr. Ioanne Salernitano miſſus, apud eandem vrbem, primò hæreticorum Inquiſitore fidem Catholicam aduerſus eorum perfidiam plurimum roborauit; qui cum ſtrenue, & accurate ſacrum Inquiſitionis munus exerceret, ad Caſtrenſem Epiſcopatum euectus eſt. *Fr. Leander Albertus lib. 5. fol.* 201.

I. *An. 1239.* *Eccleſia defenſa.* ANNO Domini milleſimo ducenteſimo trigeſimo nono, Pontificatus Gregorij noni anno decimo tertio: cuius authoritate fratres Prædicatores excitati, vbique locorũ Crucem promulgarunt contra Federicum Imperatorem, veluti periurum, & Eccleſiæ Sanctæ hoſtem, & in Regnis Franciæ, Angliæ, Daniæ, Hiſpaniæ, atque in maxima Italiæ parte excommunicatum eum pronunciabant: inſuperque contra ipſum Cruce ſignatos, ſub ſigna vocabant. Quâm obrem ſceleſtiſsimus, & perfidus Federicus perductos ad ſe aliquos Cruce ſignatos partim quaternis, ad Crucis formam perfodit vulneribus, partim caput in Crucis modum quadrifariam ſcidit, partim frõte eodem ferro Cruce reddidit inſignitos: clericos verò detonſam, in vertice coronam ferro cæſim, in Crucem vulneratam, vt dicebat, iuſsit ornari. Pontifex in difficultatem omniũ periculoſiſsimam adductus Cardinalibus, clero, & populo, in ſupplicationem ſolemnem, ſeu proceſsionem deductis, ipſe nudis pedibus â Laterana baſilica ad Principis Apoſtolorum templũ, capita B. B. Apoſtolorum Petri, & Pauli, in manibus perferens, ſuggeſtu cõſcenſo flens, & lachrymans tum Diuorum interceſsionem, tum populi auxilia implorauit. Mirum eſt quod accidit. in momento namque Romani, mutatis animis Federicum deteſtari, atque in eum arma cõparare cœperũt. Animaduertens autem Federicus fratrum Prædicatorum conſtantiam; & quam egregie pro Pontifice, & Eccleſia in omnibus Chriſtiani orbis prouincijs contra ipſum exhortationibus, & concionibus pugnarent Prędicatoribus ipſis infenſior pluſquam cæteris, ſcripſit deprecans, & admonens, vt â concionibus contra ſe abſtinerent, vtque cæteros ſibi obedientiores efficerent. Qui è contra validiſsime in eũ, vt Eccleſiæ inimicũ verbo ſcriptiſque, vbiquè locorum decertare, non ceſſabant. *Annales Eccleſiaſtici num. 7.*

II. *Pro Eccleſia munus iniunctũ.* ¶ Eodem tempore, cum in Syria, apud Palęſtinam prędicti Federici Imperatoris culpa, qui ſuum præfectum, ac Generalem Ducem, cum Sarracenis pacem, & inducias prorogari fecit aduerſa fortuna â Cruce ſignatis, & Chriſtianis pugnatum eſſet, Gregorius Pontifex iterum diſperſit per vniuerſam Europam prædicatores, ex familia Prædicatorum, & Minorum, vt Cru

Anno Christi 1239.

cem ad subueniendum Christianis in terra Sancta prædicarent, & tunc Richardum Cornubiæ Comitem fratrem Regis Angliæ, ad piam militiam suscipiendam incitauit. Mirum dictu, ex vna vnicæ Angliæ insula, quadraginta millia pugnatorum numerata sunt, qui per Gades mare Mediterraneum ingressi sunt. Sed præter Sardiniæ insulam vastatam, & Pisanos Federici amicos repressos, nihil præclari gesserunt, classe eorum disiecta, demersa, & ad paucas naues reducta, adeò vt Richardus rebus infectis domum reuerterit, cum videret Bauarum Federici Præfectum Sarracenis, nihil mali cupere, & ne pedem quidem mouere. *Annales Ecclesiastici num. 9.*

III. *Inquisitores hæreticæ prauitatis.*

¶ Eodem anno fratres Prædicatores designati sunt à Gregorio nono Inquisitores in Regno Nauarræ, Regnante Theobaldo secundo. Primus fuit F. Petrus de Leodegaria, cum ministro fratrum Minorum Pompeiopolitano. Cùm enim Albigensium hæresis ad radices montium Pyrenæorum, ea parte, qua in Galliam vergunt diutius serperet contagio vicinos Nauarræ populos corrumpere potuit, atque huic malo obuiandum Inquisitores ibi instituti sunt, qui egregie tantam luem à Nauarræ Regno exterminauerũt. Postmodum illius prouinciæ Inquisitio, ad fratres Prædicatores, in totum deuenit: & Prouincialis Hispaniæ, vel prouinciæ Aragoniæ authoritate Apostolica, eiusdem Regni Inquisitores instituebat. *Paramus lib. 2. titul. 2. cap. 22. Diagus lib. 1. cap. 3. Fr. Michael Pius. 2. p. lib. 1. col. 18.*

IIII. *Hæretici, schismatici reducti.*

¶ Eodem anno Gregorius Pontifex Prouinciali Hungariæ Ordinis Prædicatorum mandauit, vt fratres suos, ad prædicandum schismaticis, & hæreticis Bolsinensibus mitteret. Quod maximo cum fructu egregie præstiterunt. Priori item Frisacensi eiusdem ordinis commisit Pontifex, vt causam inter Bauariæ Ducem, ab Episcopo Frisingensi excommunicatum, cognosceret. Prouinciali insuper eiusdem ordinis in

Gregorij IX. anno. 13.

A Regno Franciæ, vt votum à Cruce signatis terræ Sanctæ, in subsidium Imperij Constantinopolitani commutaret. Denique Inquisitoribus hæreticæ prauitatis prædictæ familiæ Pontifex nonnulla saluberrima præscripsit. *Ex Epistolis Pontificijs 17. 136. 175. & 256. Annales Ecclesiastici num. 11.*

I. *An. 1240.*

ANNO Domini millesimo ducétesimo quadragesimo, Gregorij Pontificis noni anno decimo quarto Federicus Imperator abrogatus, & Rex Siciliæ fratribus Prædicatoribus nimium infensus, quia imperterritè causam Ecclesiæ Catholicæ, & Pontificis defensabant, eos in Regno Siciliæ, & cæteros monachos, & Episcopos grauissime affligebat, alios quidem, eorum comburebat, alios alio mortis genere interficiebat, alios relegabat, alios proscribebat. In vitam Gregorij Pontificis conspirabat, & Apostolicæ Sedis honorem, & dignitatem abrogare aggressus est. Propter quæ Pontifex indixit Concilium, apud Lateranensem basilicam celebrandum pro festo Dominicæ Resurrectionis, literasque indictionis Concilij scripsit Balduino Imperatori, Regibus Franciæ, Angliæ, Boemiæ, Scotiæ, Suetiæ, Noruegiæ, Portugaliæ, Aragoniæ, Castellæ, & Legionis, Hungariæque: Ducibus Poloniæ, Venetorum, Sclauoniæ, & reliquis. Tum in primis vniuersis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, ac prælatis scripsit, qui ad diem designatum præsto in vrbe essent ad subueniendum rebus Ecclesiæ deploratis. Legatos quoque in varias orbis prouincias, ea de causa destinauit, & his, quos antea ex diuersis occasionibus, ad diuersa regna emiserat præcepit, vt, quantos possent Ecclesiasticos viros, ad Concilium euocarét, atque secum adducerent. In Gallias Iacobus Cardinalis Prænestinus propter Albigenses reprimendos, in Angliam autem, & Scotiam Otho Cardinalis

Pro Ecclesia perfecutiones pasii.

II

prop-

Anno Christi, 1241.

Gregorij IX. anno 15.

propter discordias Regum componendas Legati à latere præcesserant, & iussu Gregorij Pontificis magnam multitudinem Procerum Ecclesiæ collegerant in vrbem deducendos, F. Algisius Ordinis Prædicatorum, & Gregorius Montelongus Pontificis Legati, octauo Idus Decembris, classem triremiũ & nauium teredarum, in duos menses pretio ab Ecclesia persoluendo, apud Genuenses conduxerunt: in quam Pōtificios Legatos, & prælatos imponerent. Id cum intellexisset Federicus Entium filium nothum, quem Sardiniæ Regem creauerat, cum Pisanorũ classe quadraginta triremium, sub Comite Hugolino, Legatis & prælatis opposuit. Qui pugna nauali inita, per ignauiam, & contumaciam Obriaci Genuẽsium classis præfecti, Genuensibus victis, Cardinales & omnes prælatos, ad Concilium velificantes in potestatem redegit, comprehenditque. Et Patris Fiderici iussu Gallos quidem, & Anglos Pontifices, eorum Regum oratu dimisit. Legatos autem Melphi, Italos per Appuliæ oppida duris carceribus inclusit, in quibus plerique eorum pædore, & carceris incommodis perierunt. Constantissime Gregorius, eam calamitatem tulit, neque animum abiecit, quin Ecclesię, & terræ Sanctæ negotia procuraret. *Annales Ecclesiastici num. 1. & 2.*

II. *Idolatræ conuersi.*

¶ Eodem anno Gregorius Pontifex Liuoniensibus primum Episcopum delegit B. Fr. Mainardum Polonum Ordinis Prædicatorum S. Hyacinthi discipulum, qui cum alijs Prædicatoriæ familiæ fratribus, Liuoniensem prouinciam, hoc anno, & sequentibus ad fidem Christi adduxit, *Fr. Abraham Bzouius cap. 6, Fr. Michael Pius libro 1. colu. 19.*

An. 1241. ANNO Domini millesimo ducentesimo quadragesimo primo Pontificatus Gregorij noni anno decimoquinto, qui obijt vndecimo A Kalendas Septembris, & fuit creatus celestinus quartus decimo Kalendas Octobris, qui decima octaua die Pontificatus obijt nonis Octobris, vacauitque Sedes per annum, & octo menses, Tartari ducibus Batto & Peta, bipertitò diuisi Poloniam, & Hungariam cędibus, & incendijs vastarunt. Kiouiæ, tunc agebat S. Hyacinthus mœrore tabescens, cum Tartari Russiam, & Voliniam populabantur. Et vbi ex diuina permissione Kiouiam diripiendam sciuit Tartarosque aduentantes audiuit B in Ecclesiam sui ordinis, quam ante aliquot annos condiderat ingressus, & oraculo Diuę Virginis Mariæ, cuius imago ex alabastro candido efficta tertiò admonitus, Ecquid (aiebat imago) Hyacinthe me hîc solam relinquis? Cur ludibrio Barbarorum exponis? Ecquid tecum me, & mei filij Sacramenta non effers? His vocibus admonitus pompamque Sacerdotalem indutus, prehensauit manu dextra sacrã hostiam, sinistra autem prægrandem Dei C parentis, ex alabastro sculptam imaginem, & septentrionem versus aduersam Boristheni ripam obambulans, versusque Seuerienſem tractum traijcere disponens, nequè nauigium inueniens Boristheni se commisit, siccoq; vestigio ingentis ponderis icone onustus, flumen profundissimum traiecit. Ferunt S Hyacinthum exindè per Moschouiæ extremos fines Seuerienses Lithuanos, Liuones, Sagnagitas, & Pruthenos, adijsse, & gentilitatis errore detentis verbum Domini annũciasse, *Idolatræ conuersi.* fratres sui ordinis diuini verbi prædi- B cationi Dantisci iam intentos roborasse, Massouiæ fines peragrasse, miraculisquè illustrasse, & indè Cracouiam reuersus, pretiosissima illa sarcina citra laborem delata, de submittendis fratribus operarijs sui ordinis intergentes, dequè Polonia à Tartarorum incursione liberanda serio tractasse. Sane Gregorius Pontifex, cum primum calamitatem Poloniæ intellexisset, bellum sacrum contra Tartaros reliquias Polonorum indixit, Crucem suscipere

contra

Anno Christi, 1241.

contra Barbaros cogit, & indulgentiarum largitione, omnes ad tam piam expeditionem incitauit. In Tartarica ista incursione nonaginta circiter fratres Ordinis Prædicatorum, alij gladio, alij sagittis, alij lanceis interfecti, alij ignibus cremati ad beatitudinem transierunt. De his nonaginta Martyribus mentionem fecimus supra anno 1233. numero 2. *Annales Ecclesiastici num.* 3.

Passi à Tartaris nonaginta fratres

II. ¶ Eodem anno Gregorius Pontifex commisit Priori Thebano Ordinis Prędicatorum, & Archiepiscopo, & Archidiacono Nigropolitano, vt Ecclesias Cathedrales Metropolitanorũ, & Episcoporum, tum deindè omnes alias prælatorum, & cœnobiorum, siue Græci, siue Latini ritus, siue denique quocumquè modo exemptorum, ad decimandum censerent, & ad soluendum, ex vniuerso Patriarchio Constantinopolitano compellerent Patriarchæ, qui per id temporis maximos sumptus ad defensionem Imperij fecerat, & ob id ad extremam inopiam redactus erat. Dedit eas literas Pontifex ex Laterano quarto Kalendas Iunij. *Epistola 60. Annales Ecclesiastici nu.* 11.

Pro Ecclesiarum unus iniūctum.

III. ¶ Eodem anno Noruegiæ Regi defuncti Henricus Nothus filius succedere, cum alius legitimus non superesset, cupiebat: & diadema ex manu Pontificis postulabat. Non præcipitauit sententiam Gregorius Pontifex, sed Prouinciali Noruegiæ, & Daciæ Ordinis Prędicatorum, & Abbati, S. Michaelis Bergensi commisit, vt super defectu natalium Henrici inquirerent, & voluntatem Principum Noruegiæ explorarent, & mores, atquè rationem viuendi Henrici inuestigarent: & quidquid explorato inuenissét Sedi Apostolicę per literas, & solemnes nuncios renunciarent, vt Summus Pontifex decerneret, an genti legitimis natalibus glorianti spurius pręficeretur, defectumquè natalium virtutis, pietatis, & prudentiæ ornamentis expleret. Commisit grauissimum hoc negotium ambobus Laterani octauo idus Iulij Pontificatus anno 15. *Annales Ecclesiastici numero* 12.

Pro Pontifice munera iniūcta

Gregorij IX. anno 15.

IIII. ¶ Eodem tempore Fr. Tancredus Tancredi, qui primum à B. Fr. Iordano Magistro Generali Ordinis Prędicatorum designatus est Vicarius Conuentuum terræ Sanctæ, deinde Prior Prouincialis factus, donum linguarum à Deo obtinens complures Mauros, Hæbręos, atquè hęreticos suis feruidissimis concionibus ad Ecclesiam adduxit, *Fr. Michael Pius lib.* 1. *col.* 35.

Agareni Hebræi, & hæretici conuersi.

I. ANNO Domini millesimo ducentesimo quadragesimo secundo, Sede Apostolica vacante, quarto Kalendas Iunij, in nocte Ascensionis Dominicę, apud vrbem Auionetum in diœcesi Tolosana, in ædibus, & cubiculo Raymundi Tolosani Comitis, toties relabentis, F. Guillelmus Arnaltus è Monte Pesulano, vir in iure Pontificio clarus, magna sanctitate preditus hęreticæ prauitatis Inquisitor a Gregorio nono institutus, & Fr. Bernardus è rupe forti, & Fr. Garcias de Aura è diœcesi Conuenarum omnes tres, è Prędicatoria familia, cum duobus fratribus Minoribus, Archidiacono Tolosano, & sex alijs clericis sancti officij inquisitionis ministris, pro Christi fide, & Sanctæ Romanę Ecclesię obedientia à satellitibus hæreticorum cæsi sunt, cantantes in voce exultationis, *Te Deum Laudamus*. Hos Deus statim miraculis illustrauit. Nocte enim, qua passi sunt, quędam mulier eius diœcesis, sed in alio castro in partu laborans, exclamauit. Eccę videò cœlum apertum, & scalas, inde ad terram demitti, & multum sanguinem in terra ista effundi. Cumquè scalarum claritatem contemplaretur, & per eas ascendentium ruborẽ admiraretur partũ enixa est doloris oblita. Ipsam cœli apertionẽ viderunt, pastores in eadẽ regione vigilantes, & custodientes vigilias noctis. Itẽ Iacobus primus Aragonum Rex, cum eadẽ nocte excubaret in frõte aduersus Mauros, vidit lucẽ immẽsã è cœlo demitti, & cõmilito

An. 1241.

Inquisitores Martyres ab hæreticis passi.

Anno Christi 1242.

nibus dixit. Scitote quod hac nocte Deus magnum aliquod operatur. Insuper in cœnobio Barchinonensi Prædicatorũ multi fratres ea ipsa nocte sunt contemplati cœlum aperiri, & exinde lucem descendere, totum aërem perlustrantem. Paululum ante passionem eorum cuidam fratri Conuentus Burdegalentis fratrum Prædicatorum visum est, quod sub pedibus Christi Cruci affixi, tres fratres eiusdem ordinis à multis armatis occisi videbantur depicti: & visus est Christus in Cruce pendens sanguinem copiose ex latere effundere, illumque à B. Virgine aureo calice recipi, ab eademque tres fratres illo ipso sanguine conspergi. Non multo autem post, eosdem fratres, quos secundum visionem sanguine respersos aspexerat, pro fide Christi audiuit, ab hereticis interfectos. F. Raymundus Carbonerius, qui erat vnus ex fratribus Minoribus, antequam occideretur vidit in somnis coronam auream gemmis ornatam micantem, super domum, in qua passi sunt, de cœlo demitti, cum immenso lumine ante aliquot dies passionis ipsorum. Qui admirans dicebat. Heu quam miseri sunt homines isti terreni, qui videntes nos pro fide, qua stamus, sic coronari, non conuertuntur ad Catholicam fidem. Qui cum enigilasset Priori Pruliani, & alijs socijs pluribus seriem visionis narrauit. Quod cum facile Guillelmus Arnasteres supra nominatus audisset, ait. Scitote nos in breui pro fide Christi morituros. Pridie quoque antequam fratres necarẽtur, in vrbe Tolosana quædam mulier deuota adijt Fr. Columbum Patrem venerandum dicens. Hoc mane cum fratres sacra facerent, paululum in templo obdormiens secundum quietem aspexi, quod imago Cruci affixi Christi, quę in medio templi prostat deponebat brachium dextrum, & sanguinem stillabat. Audiui etiam Christum mihi dicentem. Vade dic præsidenti cœnobij Prædicatorum, vt reliquias in tali loco ponat. Postridie, cum corpo-A ra Martyrum in Ecclesiam delata fuissent, placuit vrbis Antistiti præsidentique fratrum, & cæteris ea in loco mulieri præostenso, magno cum honore sepeliri. Plures ægroti gloriosis eorum meritis se deuouentes sospitatem & incolumitatem receperunt. Filia Marischalchi, Miropissæ, quæ maxima ægritudine distinebatur Martyribus se deuouens, illico sospes reddita est. Guillelmus de Mussello febribus captus ad Martyrum sepulchrum veniens protinus sanatus est. In Mo-B nasterio Pruliani contigit sororem quandam Blancham nomine in maxilla grauiter infirmari, adeò quod nec cibum sumere, neque loqui valeret, & tactu vestimentorum, Fr. Guillelmi Arnaldi mox pristinæ sospitati restituta est. Armandus Ruffus, ab hæreticis fascinatus audito interitu F. Guillelmi, & Archidiaconi Tolosani, à quibus causa fidei vexatus, fuerat pluribus audientibus dixit, Vadam & videbo, si hic scriptor loquax, & ineptissimus vir potuerit mori. Qui veniens, & videns C Sanctum Archidiaconum in suo sanguine volutatum, pede percussit eum dicens. Iace rustice loquax. Nunc loquere si potes. Moxque vlcere insanabili, in eadem tibia est percussus Cardinalium autem sacrum Collegium in Sede vacante audiens gloriosum Martyrum triumphum, scripsit literas Patribus Prædicatoribus Tolosani Conuentus, de fratrum suorum obitu eos consolando, ac Martyrum ipsorum passiones dignis encomijs efferendo, D in hunc modum.

Sede vacante.

Sacrum Cardinalium Collegium fratribus Ordinis Prædicatorum Tolosani Conuentus salutem, & in spiritu sancto consolationem.

NOVERITIS Fratres in Christo charissimi, quòd Ordo vester in partibus Tolosanis institutus est, à Sanctissimo Patre Sancto Dominico, ad virtutes plantandas, ad fidem defendendam ad consolan-

dum,

Anno Christi 1242.

dum, & ædificandum fideles, & ad hęreses, & vitia exterminanda. Et vt infideles morum vestrorum sanctitatem labefactare non possent, possessiones, & bona temporalia reliquistis, voluntarię, & sanctæ paupertatis iugo collum subijcientes. Et conuertentes corda vestra in legem, & testimoniũ, vt scriptura ait, à Domino impetrastis linguas à cœlo eruditas vobis donari. Verumtamen, sicut accepimus, nõ absque graui dolore, aliqui velut amentes aduersus spirituales medicos insurgentes, furorem suum cruentum, in fer nos Dei Inquisitores, & in socios, & ministros eorum exercuerunt, quibus absque dubio aliquo, non ita beneficijs tẽporalibus afficere, & seruire potuerit, sicut gladijs persecutionis, & mortis profecerunt. Nam quantum credere possumus, hi Martyres Iesu Christi effecti sunt concurrentibus adhoc, non tantũ occasione, & causa mortis, sed etiã temporis qualitate, & mortis modo cum cæteris alijs circunstantijs, &c.

S. Antoninus 3. p. tit. 23. cap. 10. §. 4. Fr. Leãder Albertus libro 2. fol. 56. Fr. Seraphinus Razi 1. p. col. 110. Castillus 1. par. lib. 1. cap. 26. & capit. 63. & lib. 2. cap. 12. Paramus lib. 2. tit. 1. cap. 5. Diagus libr. 2. capit. 29. Fr. Michael Pius 1. par. lib. 1.

II. *Inquisitor martyr ab hæreticis passus.*

¶ Eodem anno Fr. Pontius de Planedis Ordinis Prędicatorum, cũ à Gregorio nono Inquisitor Apostolicus aduersus hæreticos esset institutus, post aliquot annos in vinea Domini custodienda à noxijs, & inutilibus palmitibus eam repurgando, transactos, in Vrgellensi diœcesi, apud Cathaloniam, in oppido Castelli Episcopalis, Hispane Castelbo, non procul ab vrbe Vrgellensi veneno ab hęreticis propinato sublatus est. Quod cum in prædicta vrbe nũciatum esset Capitulum Cathedralis Ecclesiæ, cum Episcopo, & ciuium, ac plebis multitudine copiosa venit ad portandum B. Martyris corpus, ad Ecclesiam Vrgellensem. Tunc temporis (mirabile dictu) sol stetit sex horarum interuallo, vsque quo solemne funeris officium perfectum fuit. Quo completo duodecima hora fonduit, & subito densissima noctis obscuritas superuenit. Corpus vero Beati Inquisitoris, in Cathedrali tumulatum plurimis miraculis refulsit. Præterea eodem anno D. Guillelmus Mongrini Archiepiscopus Tarraconensis electus à D. Raimundo Pennafortio, qui & insulam Ebusum (Hispane Iuiça) Sarracenis expulsis expugnauit, animaduertens complures hęreticos in prędicto oppido Castelli Episcopalis veluti in proprio nido, & latibulo commorari, & ab eisdem necatum fuisse B. Inquisitorem F. Poncium comparata strenua militum manu, oppidum obsedit, atque ex hæreticis plurimos igni tradidit, & alios perpetuis carceribus mancipauit, *Diagus lib. 1. cap. 4. & lib. 2. capit. 12. Zurita lib. 3. Annalium Aragoniæ cap. 75. Fr. Leander Albertus lib. 2. fol. 57. Paramus lib. 2. titu. 2. cap. 8. num. 7. & 8.*

III. *Martyres ab hæreticis passi.*

¶ Eodem tempore, iussu Tolosani Comitis iugulati sunt sex Prædicatores fratres F. Nicolaus, F. Petrus, F. Robertus, Fr. Ioãnes, Fr. Edmũdus, & alius F. Ioannes, eo quod hæreticis bellum continuum validissime pro viribus inferebant. De quibus hoc admirandũ memoriæ traditum est, quod capita sua post mortem singuli tulerint, & pręcedente vnumquemque lumine cœlitus demisso, ad Conuentum Tolosanum detulerunt, in quo sepulti iacent. Contigit illis idem, quod D. Dionysio Areopagitæ Parisijs, & D. Proculo Bononiæ: qui pari miraculo capita longius à loco supplicij deportauere. Ea que ratione, cum veritatem fidei, pro qua occubuerant, tum innocentiam vitæ, quam Christo per Martyrium probauerant, testatam orbi reddidere, *Fr. Leander Albertus lib. 2. fol. 59. Castillus 1. p. lib. 1. cap. 26. & 63. Fr. Michael Pius 1. p. lib. 2. col. 312. & Annales Ecclesiastici num. 7.*

IIII.

¶ Eodem anno fratres Prędicatores in Tarraconensi Hispaniæ prouincia hæreticam nequitiam compressere: datæque sunt eis dimissoriæ literę

Anno Christi 1243.

ad omnes Rectores, & curam animarum habentes, vt eis præstarent auxilium, & fauorem, ad efficacius hæreticos inquirendum, inueniendum, & capiendum. Pullulauerant enim in illa prouincia errores plurimi, ac præsertim eorum hæreticorum, qui adeò insaniebant, vt cum Saduceis animæ immortalitatem, ac perindè Resurrectionem negarent, qui omnia, cum Epicureis sentientes delirabant. Constat hoc ex Concilio Prouinciali Tarraconensi, hoc anno celebrato. In quo per B. Fr. Raimundum Pennafortium, omnia Sancita sunt. Inter quæ præscripta fuit forma hereticos inquirendi, puniendi, & recipiendi ad fidem Catholicam recurrentes, salutaresque pœnitentias eis iniungendi. Nam vt maior authoritas conciliaretur sacro illo Metropolitano Concilio, & omnia decreta maiori maturitate, atque eruditione tractarentur, tam Archiepiscopus Tarraconensis, quam omnes suffraganei Episcopi voluerunt, & instanter efflagitarunt B. Fr. Raymundum Pennafortium Sedis Apostolicæ Summum Pœnitentiarium à Magisterio Generali, totius Ordinis Prædicatorum, quod abdicauerat Barchinonem reuersum, huic Concilio interesse, & sua sententia eruditione, ac decreto omnia stabilire. *Annales Ecclesiastici num. 4.*

Hæretici exterminati.

II.

I.

An. 1243.

Inquisitores contra hæreses.

ANNO Domini millesimo ducentesimo quadragesimo tertio Innocentij quarti Pontificatus anno primo, qui octauo Kalendas Iulij assumptus est (& obijt anno 1254. septimo idus Decembris) idem Pontifex authoritatem concessit Prouinciali Hispaniæ Ordinis Prædicatorum, vt de consilio B. Fr. Raimundi Peñafortij Fratres suos Inquisitores statueret, in Regnis Aragoniæ, & in Gallia Narbonensi, apud Montem Pesulanum, & alias vrbes Regi Aragonum Iacobo subditas. *Paramus libro 2. titulo 2. cap. 8.*

III.

Innocentij IIII. anno. 1.

II.

Munus à Pontifice iniunctum.

A §. Eodem anno Innocentius Pontifex potestatem fecit Priori Parisiensi Ordinis Prædicatorum, vt Comitem Flandriæ à Gregorio Montelongo Patriarcha Aquileiensi Sedis Apostolicæ Legato, propterea quod cum Entio Rege Sardiniæ filio notho Friderici cōtra Lombardos militauerat, anathemate damnatum, ab excommunicatione absolueret. Insuper eodem tempore Fr. Rolando Cremonensi eiusdem Ordinis præcepit, vt contra Ezelinum de Romano contemptorem clauium Ecclesiæ, & Italiæ perturbatorem, B inquisitionem institueret, illumque in aliquo loco vicino, & securo, coram populi multitudine vocaret, argueret, castigaret & damnaret. *Ex Epistolis Pontificijs Innocentij quarti, anni primi 372. & 516. Annales Ecclesiastici num. 3. anno 1244.*

I.

An. 1244.

Hæreticus punitus.

ANNO Domini millesimo ducentesimo quadragesimo quarto C Pontificatus Innocentij quarti anno secundo, Raymundus Comes Tolosanus paulo ante à fratribus Ferrario Guillelmo, & Raymundo Ordinis Prædicatorum hæreticæ prauitatis Inquisitoribus, propter relapsum, & facinora multa commissa à cætu fideliū segregatus, & anathemate damnatus in vrbem venit; & pedibus Pontificis aduolutus errores admissos summa cum animi demissione agnouit: & Ecclesiæ reconciliari anathematis vinculo exolui, sanctorumque communioni D restitui postulauit. Vidit Innocentius supplicis pœnitudinem, & vt erat benignus signum clementiæ illi aperuit, Archiepiscopoque Barcensi potestatem fecit, qui eum ad gremium Ecclesiæ reciperet, à sacro nodo absolueret, & sacra communione sanctorum, dignum efficeret. Quod cum is præstitisset, eam rem Innocentius Pontifex S. Ludouico Regi Galliarum significauit; vtque & ipse de peccatore pœnitentiam agēte in terris exultet, admonuit

Anno Christi 1244.

data Epistola ipsis Kalendis Ianuarij Laterani. *Annales Ecclesiastici numero* 4.

II. *Hæretici debellati.*

¶ Eodem anno Innocentius Pontifex, B. Petrum Veronensem Inquisitorem Ordinis Prædicatorum, ad Florentiam destinauit, vt Manichęorum cuneos exterminaret. Erat Florentiæ non paruus numerus illorum, qui asserebant Deum non esse rerum visibilium creatorem. Hos B. Petrus Catholicæ fidei propugnator acerrimus modis, quibus poterat omnibus, persequebatur, exagitabat, ac delere studebat. In illos igitur Apostolicus Inquisitor Christi fidelium multitudinem excitauit, & nobili Rubęorum familiæ, cui potissimum negotium hoc demandatum fuit, vexillum Cruce insignitum dedit, quod Catholici, ad præclarum certamen euntes sequerentur. Collecta itaque ingenti armatorum acie itum aduersus hęreticos est, & acri certamine orto citra Arnũ in loco, qui Puteus aquę dicebatur, vltra fluuium illos profligarunt, & in platea S. Fœlicitatis prostrauerunt, reliquis ex vrbe eliminatis. A recenti victoria B. Petrus Collegium militiæ Iesu Christi, apud Florentinos instituit, & sacrosanctum illud Crucis vexillũ, eis pro magno munere reliquit. Istud hactenus Florentiæ seruatur, & in annua D. Petri Martyris festiuitate publice ostentatur. Aliam item victoriam contra eosdem ipso tempore Beatus Inquisitor assecutus est iuxta cœnobium Prædicatorium S. Mariæ Nouellæ, & in triũphi signum, & Trophęum eminet in columna, ipsius D. Petri statua. His victorijs, & sodalitio Cruce signatorum, vel familiarium sanctę Inquisitionis, ea in vrbe à sancto Inquisitore instituto hæretici omnes, vel interfecti, vel exterminati sunt: plurimis eorum ad Catholicam fidem reductis. *F. Thomas Maluenda libro de B. Petro Martyre cap. 4. Castillus 1. p. libro 2. cap. 32.*

III. *Gentilium conuersio.*

¶ Eodem anno Innocentius Pontifex Prouincialem Poloniæ Ordinis Prædicatorum, fratresque eius curæ subiectos, pro officio Pastorali ad Ruthenorum, & aliarum nationum Barbararum conuersionem procurandam hortatus est; multaque priuilegia, gratias, exceptiones, immunitates, & indulgentias proficiscentibus inter gentes, vel ad schismaticos concessit, datis ad Prouincialem literis Laterani vndecimo Kalendas Aprilis, quarum initium est. *Patri luminum*. Prouincialis igitur, qui erat Fr. Henricus postmodum Episcopus Culmensis, & cæteri fratres mandata Pontificis exequentes seruidissime Euangelij dilatationi, inter septentrionales illos populos maximo Christianę rei augmento incubuerunt. Animaduertens autem Pontifex, quantos in orbe terrarum progressus Prædicatoria familia faceret, & quam valide, ac strenue aduersus hostes fidei gladio spiritus, quod est verbum Dei dimicaret, atque innumeros Ethnicos in Ecclesiam fœliciter introduceret, Fr. Ioanni Theutonico, tunc Prædicatorum Ordinis Magistro Generali dixit. Me tibi charissime pro incude Papam orbis constituo, & linguam tuam pro malleo pono, vt scilicet omnia priuilegia, quæ ordini tuo expediunt, vel ea, quæ alijs Religionibus quibuscumque, vsque in præsentem diem concessa sunt, scribi facias, & de illis omnibus diplomata expediam. *Fr. Michael Pius libro 1. col. 23. Fr. Abraham Bzouius cap. 2.*

Innocentij IIII. anno 1.

IIII. *Predicatur schismaticis.*

¶ Eodem anno Innocentius Pontifex Magistro Generali, & fratribus Prædicatoribus in terra Sancta commorantibus concessit, quòd fratres ad prædicãdũ Iacobitis, Nestorianis, Georgianis, Armenis, Græcis, Maronitis, Mostelinis, & alijs nationibus similibus missi, possent illis excommunicatis, in verbis, officio, & cibo communicare, non tamen in eorum Ecclesijs Diuinam rem facere: insuper & ad Ecclesiam Romanam reuerti volentes, vt à censuris Ecclesiasticis exoluere possent, concessit, scripto diplomate Laterani vndecimo Kalendas Aprilis. *Annales Ecclesiastici num. 5.*

Anno Christi 1245.

Innocentij IIII. anno. 3.

I.

An. 1245.

Lugdunense Ciciliũ & opera prædicatorum in eo.

ANNO Domini millesimo ducentesimo quadragesimo quinto, Innocentij quarti anno tertio, idem Pontifex Concilium Generale indixit in vrbe Lugdunensi ad S. Ioannis Baptistę solemnitatem, quod inceptum est quarto Kalendas Iulij, in vigilia SS. Apostolorum Petri & Pauli, vt iniurias Ecclesiæ â Federico Imperatore illatas vlcisceretur: in quo consultum est de conseruatione Ecclesiæ, de prouidendo rebus Imperij Romani afflictis, de pacificanda Italiâ, de reprimendis excursibus Tartarorũ in partes Christianorum, de morum reformatione, & veteris disciplinę Christianæ, tum in clero, tum in populo instauratione. In eo item Concilio dãnatus est liber cuiusdam Petri Vineę Capuani de Pontificis Romani authoritate, & Imperatoris viribus, qui Imperij, & rerum omnium profanarum arbitrium penes Imperatorem, tantum esse profitebatur. Confutatique sunt plures errores eiusdem libri, fratrum Prædicatorum eruditione, ac disputationibus, potissimum Fr. Hugonis de Sancto Theodorico, in ipso Concilio, ex Archiepiscopo Lugdunensi, ad Cardinalatum assumpti. Qui præter doctissima commentaria in totam Bibliã & super quatuor libros Magistri sententiarũ Speculum Ecclesiæ edidit, & Apostolicę Sedis Legatus missus est ad Imperij Electores, vt in abrogati Federici locum, alium Imperatorem sufficerent. In isto Concilio Innocentius Pontifex potestatem fecit Cardinalibus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Galerum rubeum deferendi, vt videlicet scirent, capita sua pro Ecclesiæ libertate tuenda ad mortem etiam offerre debere, præsertim eo tempore, quo Federicus contra Romanam Sedem, & contra omnes Ecclesiasticos adeò deseuiret. Citauit illum Pontifex, ad causam coram Concilio dicendam. Insuper omnium Patrum, & Principum

A consensu communique suffragio Concilij præsente Balduino Constantinopolitano Imperatore sexto Kalendas Augusti anathemate notatus, Imperio Romano, Regno Siciliæ, & omnibus rebus priuatus est. Ad hoc expediuit Põtifex literas, quibus scelera eius refert, & Imperio Regnoquè Siciliæ priuat &c. incipiunt. *Ad Apostolicæ dignitatis apicem, &c.* In isto Concilio ex Hispania astiterunt plures Archiepiscopi, & Episcopi, qui multũ magnifice plusquam aliqua natio, ad Concilium venerant, vt etiam Domino Papæ in per-

B sonis, & in rebus iuxta suę voluntatis beneplacitum opem ferrent, sicut mos illis erat Regibus Hispanię contra Mauros Mahometanos dimicantibus, in exercitu armis, conducto milite, & sua familiâ arma sumente adesse, ad prę-liandum prælia Domini, vsquè quo labem Arabicam â tota Hispania Catholici Reges expulerunt. *Annales Ecclesiastici num.* 1. 4. *&* 6. *Alphonsus Ciaconius* 2. *p. pag.* 563. 565. *&* 569.

II.

Prædicatio intergentes.

C ¶ Eodem anno Innocentius Pontifex Nicolaum Cardinalem Sabinensem in Prussiam, cum Fr. Henrico Ordinis Prædicatorum Legatum misit. Cui indulsit, vt venientibus ad eius conciones, in terris Culmensi, & Prussiæ Christianis, & omnibus, qui milites Cruce signatos contra Paganos pugnantes in extruendis munitionibus, & custodiendo reficiendoquè exercitu Christiano operam suam præstarent, indulgentiam viginti dierum posset cõcedere, Lugduni Kalendis Februarij Episto. 286. *Annales Ecclesiastici nu.* 12.

III.

Munus pro Ecclesia intuendum

D ¶ Eodem anno, cum Innocentius Pontifex cognouisset, quod in Regno Lusitanię Ecclesiæ libertas violabatur, Ecclesiastici â sæcularibus indignè tractabãtur, bonis spoliabãtur, claues Ecclesiæ conculcabantur, matrimonia â Proceribus in gradibus â Canone prohibitis sæpius contrahebantur, & disciplina Ecclesiastica eneruabatur, propter ignauiam Sanctij Regis, dolens admonuit ipsum, vt tandem socordia excussa vir esset, & Ecclesiasticas Le-

ges,

Anno Christi, 1245.

ges, res atque personas vendicaret. Quòd si negligeret, Episcopo, & Priori Coimbricensi Ordinis Prædicatorum, & Prouinciali Lusitaniæ, qui tunc erat totius Hispaniæ Prouincialis, iniunxit, vt per censuras Ecclesiasticas eos, qui temeratores essent rerum, Legum, vel personarum Ecclesiæ compescerent, atque Regē vęcordem, virga censoria officij admonerent. Lugduni decimo tertio Kalendas Aprilis. *Ex Epistola Pontificia* 439. *Annales Ecclesiastici num.* 11.

III.

Facultas instituendi Inquisitores.

¶ Eodem anno Innocentius Pontifex, Magistro Generali, & Prioribus Prouincialibus Ordinis prędicatorum, potestatem fecit, instituendi & remouendi Inquisitores contra hæreticam prauitatem; & commissarios in causis fidei, dato in hunc, qui sequitur modum diplomate.

INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei venerabili Fr. Ioanni Episcopo quondam Bossinensi, Magistro, & dilectis filijs fratribus ordinis Prædicatorum, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Odore suaui ordinis vestri continue recreati, eum non immerito fauore speciali prosequimur, & ipsius exaltationem plenis desiderijs affectamus, quietem ei & alia, diligenti procurare solertia intendentes, per quæ semper optatum authore Domino suscipere valeat incrementum. Hinc est quod nos vestris supplicationibus annuentes, vt tu frater Ioannes Episcope, ac Magister tuique successores fratres tui ordinis, qui ad prædicandum Crucem, vel inquirendum contra prauitatem hæreticam, seu ad alia huiusmodi negotia, sunt vel fuerint à Sede Apostolica deputati remouere, seu reuocare penitus transferre ipsisque, quod supersedeant iniungere aliosque substituere, cum expedire videritis, licite, ac libere valeatis, & in eos si contra venerint censuram Ecclesiasticam exercere, ac quilibet Prior Prouincialis eiusdem ordinis ad ipsum in sua prouincia, circa fratres ipsius ordinis, quibus in illa similia contingit, ab eadem Sede committi facere possit, authoritate præsentium indulgemus. Lugduni quinto idus Iunij, Pontificatus nostri anno 3. *Diagus lib.* 1. *capit.* 5. *Fr. Michael Pius* 2. *p. col.* 27. *in lib.* 1. *Annales Ecclesiastici num.* 12.

Innocentij IIII. anno 3.

V.

Hæretici debellati.

¶ Eodem anno Innocentius quartus animaduertens, quod in territorio Mediolanensi, & in alijs Lombardiæ ciuitatibus Catharorum hæreticorum multitudo moraretur, conspicuamque habens virtutē, & animi constantiam B. Petri Veronensis, & quanta celeritate, apud Florentiam Manichęorum hæresim serpentem extinxerit; secundò eundem in Mediolanensi prouincia Inquisitorem, ac fidèi censorem designauit. Qui per octo continuos annos vsque in diem passionis eius, sacrum hoc munus validissime exercuit. Et cum plurimi ex hæreticis essent potentes, nobiles, & audaces, multique scientijs sæcularibus eruditi, eloquentia, versutia, fraudulentia, & cauillatione versatissimi, non potest referri, quanta virtute, industria, diligentia, & animi constantia, aduersus perfidos vsus fuerit, & quam integerrime, ac valide indefesso labore sanctum Inquisitionis officium exercuerit. Nulli parcens discrimini, hæreticos vbique confundebat disputationibus, congressibus, concionibus rationibus, sacræ scripturæ authoritatibus. Educebat insuper ex abditis, & reconditis latibulis vulpes Sansonis, & illas indefesse persequebatur, nullibi manēdi locum præbendo. Pertinaces, ac rebelles supplicijs afficiebat, plures eorum ad veram fidem trahebat, nullo hæreticorum comparere, atque in publicum egredi audente. *Fr. Thomas Maluenda de sancto Petro Martyre, capite septimo.*

VI.

Pro Ecclesia passi innumera damna.

¶ Eodem anno fratres Prædicatores plurimas passi sunt persecutiones pręsertim in prouincijs, vrbibus, & oppidis Imperio subiectis. Nam cum Innocentius Pontifex Federicum Imperatorem, & filium eius Conradū in Re-

Anno Christi, 1245.

gem Romanorum electum excommunicasset, Imperio, & Regno priuasset, & subditos à iuramento fidelitatis absoluens Imperij terras interdicto supposuisset, quia ipsi Ecclesiam mirum in modum diuexabant. Tunc igitur fratres Prædicatores mandatorum Pontificis executores effecti, non tantum interdictum in suis domibus, & ędibus sacris obseruabant, sed Federicum, & filium eius excommunicatum prędicabant, ac priuatum Imperio, Regnis & dominijs pro suggestu asserebant: ideò innumera damna patiebantur ab illis, qui prędicti Federici abrogati partes sequebantur, & inter cætera Tugurenses eos è cœnobio eiecerunt, & exilio affecerunt. *Munisterus lib. 30. Cosmographia cap. 58. Fr. Antonius Lusitanus in Chronico. pag. 60.*

VII ¶ Eodem anno ex Concilij Lugdunensis decreto Innocentius Pontifex ad Imperatorem Tartarorum oratores, & Legatos mittit, quatuor ex sacro Prędicatorum cętu, duos verò ex Ordine Minorum, si gens, quæ domo horrido cœli cardine torpentisque naturę solo, profecta bellum vaga circunferens beatiores regiones vrgebat, imbui posset Christiana pietate, & ab insita feritate mansuefieri. Prædicatorum nomina fuere Fr. Anselmus, F. Alexander, Fr. Simon & Fr. Albertus. Minores vero vocabantur Fr. Ioannes de Plano Carpini, & Fr. Benedictus. Isti omnes, quamuis maxima difficultate terram Barbarorum penetrassent, & nonnullos obices Euangelicæ prædicationi statim in limine offendissent, cũ his tamen superatis, & immensis laboribus exantlatis innumeros Gentiles Christo Domino adiunxerunt. Itaque cum in Scythia magnus hominum numerus Euangelium admisisset: paulo post multo plures illuc operarij destinati, Monasteria multa instituta, denique res Christiana fœliciter prorsus administrata est. Habeo Hagneum authorem referentem, apud Genebrardum, quòd D. Ludouico Regi Galliæ ad Cyprum cum classe, anno Domini

Legatio pro Ecclesia ad Tartaros.

Tartari cõuersi.

Innocentij IIII. anno. 3.

A 1249. appellenti occurrerunt Tartari quidam ab Erchalmo Principe cum literis missi, ex quibus S. Ludouicus cognouit Chamum Tartarorum Imperatorem Christi fidem anno abinde tertio, scilicet 1246. recepisse, & baptizatum fuisse cum Magnatum, & plebis multitudine copiosa, instructumque habere militem, quem in hostes fidei educeret. Mouerat porro Innocentium Pontificem, ad eam Legationem mittendam nonnulla spes concepta, ex recenti conuersione aliquorum in Polonia Tartarorum. B Horum enim plurimi ostenso, apud Vratislauiam, quam anno millesimo ducentesimo quadragesimo secundo, obsederant à B. F. Ceslao Odrouãsio germano fratre S. Hyacinthi perterriti (aliqui illum instar columnæ igneę viderant, alij globum igneum in eius capite aspexerunt, alij globos igneos in castra Tartarorum iaciẽtem explorato didicerant miraculumque istud esse certo certius cognouerant) vna cum Regulo quopiam meliori spiritu afflati fratribus Prædicatoribus erudiendos se dederant, C & Lugdunum ad Summum Pontificem adducti, ab eodem sacra vnda abluti, Christo Redemptori orbis nomina addixerant. Sperabat itaque Innocentius ab opera, tum illorum patrum, tum istorum tyronum, non difficilem fore Tartarorum conuersionem: præsertim cũ hi quoque interpellarent Pontificem, vt gentibus suis in errore teterrimo versantibus facem Euangelij accenderet. Denique Fr. Anselmus, cum plurimam operam in docendis Tartaris posuisset D in Persidis intima penetrans, & legatione pro Christo defungens, dum idololatras, ab idolorum cultu auertit multis pro Christo perlatis, cruciatibus vitam cum sanguine profudit. *Vincentius Beluacensis libro 13. capit. 41. S. Antoninus 3. par. titulo 19. cap. 3. Emilius libro 7. Abraham Bzouius, historia de Prouincia Polonia Ordinis Prædicatorum cap. 3. & Annales Ecclesiastici eiusdem, num. 13.*

Anno

Anno Christi. 1246.

I. An. 1246.

ANNO Domini millesimo ducẽtesimo quadraquesimo sexto, Põtificis Innocentij quarti anno quarto, fratres ordinis Prædicatorum plurimam operam nauabant cruce signatis congregandis, & indefesso labore crucis signum prędicabant, tum contra Federicum, tum contra Sarracenos. Sciens istud Federicus indigne, & magno animi mœrore tulit. Quapropter intelligens, hoc anno viros primores ordinis Prædicatorum ad comitia generalia ad vrbem Parisiorum conuolasse, cõmonitorias eis præscripsit literas in hunc, qui sequitur modum.

Pro Ecclesia munus iniũctum.

FEDERICVS Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus, venerabilibus magistris sacri ordinis fratrum Prædicatorum, apud Parisios constitutis in Christo dilectis in vero salutari salutis augmentum, & gratiam.

II.

Gratanter accepimus, quod è diuersis mundi partibus concurrentes sitis in vrbe Parisijs vnanimiter congregati, celebraturi solenne annuo more collegium, ad robur Catholicę fidei, & Apostolici dogmatis firmamentum. Quod summo zelo collegimus æmulãtes æmulatione diuina, si natura specialiter indulgeret, quod persona nostra Imperialis Reipublicæ negotijs occupata, nostram inter vos præsentiam commodaret. In conspectu, tam sanctę multitudinis, cuius vultu vegetatur, & regitur cœli regio, viua voce proponerem, quanta nos angat oborta Romano Præsule suggerente dissensio; quales, & quot vias parauerimus præueni re secuturæ dissensionis originem, vt concepta desisterent, priusquam illicitæ generationis transducta materia aborsum passa fuerit, & in generale mũdi scandalum licentiosa prodiret. Accederet etiam votis nostris, & id coram vobis ab ore nostro voce veridica resonaret, quod sępe nimis institimus, tanti mali principij processibus obuiare, nisi nostrorum zelus infidelium, qui plus æquo, plus licito mentem exagitant nostri Principis sacerdotum propositum, & intentionem ipsius in incepto & iam inualente dissidio confirmasset, quod iustius reuocare debuerat, generalis mundi ruina, quæ sequitur, quin potius tuitio fidei, quæ sub tãti mole discriminis impeditur. Hanc vt innocentia nostra generaliter pateat, & longanimitas patientiæ nostræ in aduersis euidentius comprobetur, circa subiugãdos nobis, & Imperio nostro rebelles Hesperiæ populos, effusis opimis copijs & fidelium viribus congregatis, diuturna nos guerra detinuit, quibus pro maiori parte subactis, ad fauendum, & releuandum obscuras eorum reliquias Romani Præsulis astutia se conuertit, disseminans hinc inde, longe lateque zizanias, tum per calumniosas obiectiones blasphemiæ, tum ex diuersis operum nocumentis Legatum cum vexillo suo super hostium defensione constituens, & à finibus regni nostri, & de corpore Imperij per ciuitates, & loca Imperij, quæ in hæreditatem sibi vendicare captabat, noua nobis prælia, noua fidelibus nostris publici transitus inferẽs nocumenta, nisi ad remouendum de finibus regni nostri, & de corpore Imperij futurum, quod minabatur dispendiũ felicem accessum nostrum ad partes illas, post præmissa, & præmissa consilij nostri remedia dextera Domini conuertisset, quæ sic vias, & semitas nostras iustitia præuia præparauit, vt iura nostra, & Imperij nobis ibidem, quotidie reformentur. Dumque nobis regrediẽtibus per partes Emiliæ super obsidione Fauentiæ ciuitatis, Deo & nobis infidelissimæ, noster victoriosus exercitus consedisset, & ibi felicia castra nostra deliberata per æstum & hyemem, mora firmauerit, vt abinde, nisi capta ciuitate ipsa cum captioni sit proxima, & digna pro meritis reportare, nullatenus recedere proponamus, nouum nocendi genus inuenit ille Romanus Pontifex sub velamento Concilij, rebelles, & hostes nostros, vndique conuocando vt si eos præsentes habere poterit in

Innocentij IIII. anno 4.

Anno Christi 1246.

Innocentij IIII. anno 4.

rebellione confirmet, & viam scandalis referet ampliorem, cuius adinuentioni, sicut in iure nostro confidimus diuinæ iustitiæ manus occurret, vt in suis conatibus elidatur. Quia igitur in sacra Cõgregatione vestra præsentialiter esse non possumus, præsentem paginam velut omnium gerulam prædictorum vobis duximus destinandam, quæ tamen absentiam nostram suppleat, & assignet præsentiam per affatus, per quã tot sanctorum virorum sacris ordinibus, nos & sacrum imperium commendantes exposcimus, vt apud regnorum omnium conditorem, qui Romanum Imperium ad prædicationem Euangelij præparauit, nos in eo quod possibilitas nostra non obtinet, multiplicatis intercessionib' adiuuetis, vt potestatibus hostibus & mundo à scandalis serenato, sicut ex diuina prouisione dignioré arcem ascẽdimus, & Imperij solio, Deo præsidemus authore: sic ad tuitioné fidei, & sanctæ Matris Ecclesiæ libertatem, diuinę virtutis potẽtia gloriemur. Cęterum, quia totius mundi conscientia in vestræ Religionis honestate firmatur, & vagos discursus hominũ Euãgelizando salutis, & gratiæ documenta, dirigitis, nouam mundo conscientiã, de vobis fieri non velitis, quod aliqui fratrum vestrorum, cum literis & Legationibus contra nos, & Imperium per orbem discurrere suggillentur, dicentes, quod se Deo in salutem animarum suarum obsequium præstare confidãt, si nobis & Imperio nostro, se molestos & iniuriosos opponant. Super quo sacra Congregatio vestra, taliter in præsenti sacro Concilio deliberet, & dispo nat, quod huiusmodi verborum leuitas discursus & opera, generaliter à fratribus deuitentur, & vnde possunt assequi gratiam, apud omnes, & Deo gratis obsequijs iuxta solitum complacere non intendant, quod sacrum vestrum ordinem deceat litigijs personarum, & odijs immisceri, vt ministerium vestrum in omnibus comprobetur. Nos enim sacro ordini vestro, potenter adstare ac efficaciter adesse disponimus verbo & opere, vestræ Religionis cultui, & commoditatibus pro uiduri, quantum cum honore Imperij fieri poterit, prout nostra vniuersalis affectio intentionis nostræ propositum feruentibus erga se suorum operum indicijs inuitabit. Datę in obsidione Fauentiæ, vigesima septima die Februarij, decima quarta indictione.

Hactenus Federicus Imperator Prędicatorum ordinis cœnobiarchis, ne crucis indictæ prædicationi incumberent, sed cum in Ecclesiam Romanam bacchari, & sæuire permitterent. E contrario autem illi validiùs, & constantiùs pro Ecclesia, proque Pontifice Romano de cętero steterunt prædicationem contra Federicum Ecclesiæ hostem, totis viribus prosequentes, & varijs Legationibus Põtificis, ad hoc etiam, egregie fungentes: *Annales Ecclesiastici num.* 8.

II. *Pro Põtifice munus iniũctum.*

¶ Eodem anno Innocentius Pontifex, mortuo Raymundo Comite Tolosano seniore, aliquot indicijs pœnitentiæ editis, licet propter multas recidiuas in anathemare lapso, diuersis excõmunicationibus obligato, cõmisit Fr. Raymundo ordinis Prędicatorum, vt vna cum Episcopo Lodouẽsi, & F. Guillelmo Brusio ordinis Minorum, veritatem facti inquireret, & scrutatione in acta relata eam sigillis obsignaret, atque ad Sedẽ Apostolicã remitteret, vt re maturiori iudicio dijudicata decerneretur, an Ecclesiastica sepultura, & sanctorũ participio non indignũ se se Comes redidisset. *Epist. Pontificia* 436. *Annales Ecclesiastici num.* 13.

III. *Schismatici reducti*

¶ Eodem anno Innocentius Pontifex Colomano Regi Russiæ, & Slauoniæ, F. Alexium, & alterum quendam fratrem ex ordine Prædicatorum Bosmos ab eodẽ Rege maximopere expetitos destinauit, qui tũ Schismaticos ad vnioné Ecclesiæ orthodoxæ, tũ Cumanos, & Tartaros circumuicinos ad puritaté fidei Christianę inducerẽt. Hi autẽ vt vna cũ socijs magis alacrius laborarent, voluit eos largitione gratiarũ, excitare: quam ob rem ijsdem tantam

indul-

Anno Christi, 1246. IIII. Innocentij IIII. anno 4.

indulgentiam, & potestatem concesserat, quantum ex concilio indulserat de legatis ad Tartaros, quinto nonas Maij: *Epistola 482. Annales Ecclesiastici n. 11.*

Legationes Sedis Apostolicæ

¶ Eodem anno Pontifex Innocentius missis in Aragoniam Legatis Episcopo Camerino, & F. Desiderio, ordinis Prædicatorum Sedis Apostolicæ pœnitentiario, concessit potestatem, Regem Aragoniæ Iacobum cum Ecclesia reconciliandi, modo ad sanitatem per pœnitentiam redactum. Nam Rex à Therasia viduata, cuius amoribus iunior addictus fuerat, lege de coniugijs postulatus, quasi datam ipsi fidem iniustis nuptijs violasset, causam apud Romanos Pontifices dixit. Idonei testes non erant eo coniugio comprobando. Lite ergo cōtestata victa Therasia est, ac secundum iura ac merita Violantis Reginę pronunciatum. Vnus Gerundēsis Episcopus, cui Rex arcanò rem omnem reuelasse fama est, quo id studio incertum, sed Pontifici tamen Innocētio quarto renunciauit, iniuste rem facere, qui datam fidem falleret, & posteriori cōiugio, quasi vitioso rescisso Therasiam iustam vxorem loco reddendā videri. Ergo cum Rex cognouisset Therasiæ causæ passim fauere Romanos, Pontificisque animum in eam manifeste propensum, renunciato indice, sed quod res erat ex conscientia suspicatus Episcopo Gerudensi in curiam euocato, atque in regiam ingresso, linguam abscindi coram mandauit. Fœdam carnificinam turpeque facinus scelus scelere vindicatum, atque noua impietate antiqua violata est, tametsi Religionis violatæ ab Episcopo dolor stimulare potuit sacræ confessionis secretis retectis, quod nefas semper est habitum. Id vbi cognouit Innocentius regno Aragonię vniuerso sacris interdicto, & Regem anathematis ignominia damnauit. Is Legato ad Pontificem Episcopo Valentino Andrea Albalato, supplices preces obtulit, pœnitere se facti, & indignationi, si non iustæ, certè præcipiti veniam Pater, & Pontifex daret, parato pœnam dare quantum ipsius arbitratu decretum esset. Audita legatione Pōtifex Episcopo Camerino, & Fr. Desiderio prędicto Sedis Apostolicæ Pœnitentiario in Aragoniam Legatis causæ cognitionem permisit, concessa potestate, Regem etiam cum Ecclesia conciliandi. Illerdę conuentus Episcoporū & Procerum est habitus. Affuerunt Episcopi Tarraconensis, Cæsaraugustanus, Vrgelitanus, Oscensis, Elnensis. His præsentibus à Legatis Rex verbis grauissimis castigatus, atque in genua procumbens criminis venia donatus est, ea lege, si Monasterium Benefecianum, quod in Dertusę mōtibus inchoatum erat, magnis ipse molibus, & cæmentis ad culmen vsque suo sumptu perduceret, Virginis Matris nomine sacrū, & argēti pondo centum, & quadraginta circiter annua tribueret, vnde Cistercienses in eo monachi vitam sustentarent. Publicum insuper hospitium Valentię D. Vincentij nomine extrui cœperat pauperibus, & peregrinis suscipiēdis. Ei xenodochio maiora vectigalia designata sunt, argenti pondo quadraginta singulis annis, vnde pauperes, & peregrini alerentur. Præterea sacerdotes aliquot, qui sacra procurarent, & iuuandis fouendisque pauperibus presto essent. Additum, vt Gerundę in templo maximo idoneis redditibus sacerdos perpetuis sacris diuinum numen Regi, & posteris propiciaretur. Pontifex Innocentius diploma concessit, decimo Kalendas Octobris, quo potestas Legatis datur, Regem cum Ecclesia conciliandi: & decimo quarto Kalendas Nouembris Illerdę solenni ceremonia à Legatis, Fr. Desiderio & Episcopo Camerino Rex est Piorum societati tēplisque admissus. Et hoc ipso anno eidem F. Desiderio ordinis Prædicatorū, Sedis Apostolicę Legato concessit Innocentius Pontifex, vt filius Regis Aragonię Iacobi prędicti posset coniungere sibi aliquām coniugem in quarto gradu consanguinitatis propinquam, & quod idem Rex filiam suam alicui alteri in consimili gradu sanguine coniuncto collocare posset.

Anno Christi. 1247.

Insuper eodem tempore cum Boloniæ Comes regnum Castellę,& Lusitaniæ infestis armis vellicaret,&ideo Alphonsus primogenitus Regis Castellæ, & Portugalię Rex, de hac re Summũ Pontificem certiorem facerent,commisit Pontifex istud negotij prędicto Fr Desiderio ordinis Prędicatorum Pœnitentiario suo,vt de re tota cognosceret atque si iniuria aliqua Reges â Comite afficerentur eos armis vindicaret,& insolentiam Comitis castigaret, qui contra potentissimos Reges temere arma sumere præsumebat: *Annales Ecclesiastici num.10 & 14.*

V. *Cõtra Sarracenos à Pontifice manus iniunctum.*

¶ Eodem anno Innocentius Pontifex Prouinciali Polonię,ordinis Prędicatorum commisit negotium colligendi subsidia,ex eleemosynis piorum pro Imperio Constantinopolitano à Sarracenis defendendo,cum facultate promulgandi indulgentias,quę pro subsidio terrę Sanctę distribui solent. Permisit insuper collectas recipere,ex fœnore adquisitis pecunijs,dummodo is nõ reperiretur,cui restituerentur. Dedit ea de re literas Lugduni,quarto Kalendas Octobris,& alteras decimo Kalendas Ianuarij: *Annales Ecclesiastici numero 19.*

I. *An.1247.*

ANNO Domini millesimo ducentesimo quadragesimo septimo,Innocentij quarti anno quinto,in comitijs generalibus totius Prædicatorum familiæ, apud Montem Pesulanum,in festo Pentecostes celebratis soror Guidonis Fulcodij(qui fuit Pontifex Clemens quartus,& ipse sanctissimus)nomine Maria de Tarascone, virtutibus,ac sanctitate illustrissima, cum ob deuotionem ergaPredicatoriam familiã ad Mõtem Pesulanum aduentasset,vt fratres totius ordinis Proceres illuc aggregatos,eorum spiritus, ac feruidę conuersationis particeps,alloqueretur,dum in Ecclesia totam illam sacram Congregationem ex potioribus totius orbis Prouincijs collectam

Prædicatores Euangelij Spiritu sancto inflammati

A in hora tertia decantantem Hymnum: *Veni Creator spiritus,&c.* Aspiceret super singulorum capita flammam igneam vidit ê cœlo descendentem, cunctosque fratres circundantem. Hac visione nimium exultans, & admirans intellexit,quod sicut sanctis Apostolis, eadem hora in igneis flammis Spiritus sanctus infusus est, ad Christi fidem in omnem terram portandam, ita similiter idem diuinus spiritus Apostolicis his Prædicatoribus in flammis igneis in B fundebatur,vt per totius orbis nationes Euangelium Christi dilatarent,gẽtes ad vnitatem fidei congregando. Hanc cœlestem visionem sanctissima fęmina fratri suo Guidoni aperuit,qui iam Podiensis Episcopus factus, Priori Conuentus Montis Pesulani,ad solatiũ fratrum reuelauit: *Castillus 1.p. libro 1. capit.61 Fr. Michael Pius 2.part.libro 1. col.24.*

Innocentij IIII. anno 5.

II. *Legatio pro Ecclesia.*

¶ Eodem anno Innocentius Pontifex Fr.Hildebrando Prouinciali Germanię ordinis Prędicatorum iniunC xit,vt Frisios,Holãdos,Zelãdos,& reliquos inferioris Germanię cruce signatos admoneret,&,si opus foret per censuras Ecclesiasticas compelleret,vt ad locum transfretationi deputatum tempore designato conuolarent. Tempus autem pręfixum â Pontifice erat ad initia mensis Martij proxime futuri, Lugduni Kalendis Iulij: *Epist.919. Annales Ecclesiastici num.3.*

III. *Inquisitores instituti.*

¶ Eodem anno Innocentius Pontifex, decimo sexto Kalendas DecemD bris Priori Bisuntino,ordinis Prædicatorum precepit,vt in Lotharingiam,& Burgundiam ad extirpandos hęreticos clam pullulantesInquisitores viros idoneos destinaret.Item cum Archiepiscopus Colocensis maximas expensas in eradicandis,atque conuertendis Bosnẽsibus hęreticis se fecisse assereret, ac propterea in Episcopum Bosnensem ius Metropolitani prętenderet, Priori Albano,ordinis Predicatorum,& Episcopo Taurensi,vt eam rem certò certiùs inquirerent,& Sedis Apostolicę authoritate Ecclesiam ,Episcopumque

Anno Christi. 1248.

Bosnensem Colocensi subycerent, commisit septimo Kalendas Septembris. Insuper F. Ioanni Vicentino ordinis Prædicatorum præcepit idibus mensis Iunij, vt in Lombardia hereticis sese cõstanter opponeret: atque facultatem ei concessit absoluendi eos, qui errore eiurato ad Ecclesiam redire voluissent, & indulgentias his qui concionibus illius interessent, conferendi. Atque prohibuit ne quispiam eiusdem ordinis superiorum Prouincialis, vel Magister generalis, eum in officio Inquisitionis impedire, aut ab eo amouere posset. Preterea Pontifex censuras interminatus est, contra eos, qui in Regno Siciliæ fratres ordinis Prędicatorum inquietos reddebant, vel damnis, aut iniurijs afficiebãt, quia aduersus Federicum ex imperatorem suis concionibus excommunicatũ, & anathemate punitum, Imperio & Regno priuatum prędicabant. *Ex Epistolis Pontificijs* 129. 155. 370. 536. *Annales Ecclesiastici. num.* 4.

I.

An. 1248.

ANNO Domini millesimo ducẽtesimo quadragesimo octauo, Pontificatus Innocentij quarti anno sexto, cum S. Ludouicus Galliarũ Rex ad Cypri regnum peruenisset traijciens cum validissimo exercitu, ad expugnationem terrę Sanctę, misit F. Andream Lonsimer, qui aliquando apud Tartaros Christi fidem Euangelizarat, eorumque linguam pro parte nouerat ad ipsorum Imperatorem Legatum destinauit. Is etiam comitantibus duobus socijs etiam è Prędicatoria familia, cũ literis Regis Ludouici, ac etiam Legati Pontificis, qui in castris erat, profectus fuit. Tunc autem ad fidem Catholicam nostrorum sermonibus venit Mango Cham, Tartarorum quartus Imperator cum maxima Tartaricæ nationis multitudine, atque in ista memorabili cõuersione ad Christi fidem, Prędicatores fratres strenue laborauerunt, simul cum aliquot ex fratribus Minoribus. Nam etiam Regi Galliæ Ludouico, in Cypro

Tartari ad fidem conuersi.

Innocentij IIII. anno 6.

cum exercitu existenti à quodam Tartarorum magni apud suos nominis Principe, oratores etiam aduenerãt, Epistolamque Arabicis exaratam literis attulerunt. Versa in nostram linguam, certiorem Regem sanctum faciebat, illum ante idololatram extitisse, nunc vero Religioné Christianam professum, sacroque lauacro renatum esse. Is nuncius summo Regis sancti gaudio exceptus. Nam viri sancti Prędicatorũ, & Minorum instituti, concionatores ab Innocentio ad Tartaros Lugduno missi, cuius rei gratia luerant consecuti fuerant, vt feritatem gentis lenirent: Ne cęteris mortalibus, imprimis ne regnis Christianis pesti forent, se homines natos scirent, societatem hominis cum hominibus esse sentirent, esse numen, cui mortalia curę sunt, esse qui se spectatorem, quique iudicem, quique quęstorem suo cuique tempore prębiturus sit, dignamque pro meritis mercedem statuat. Qui homo homini consulat, qui ad cęteros mortales iuuandos, se factum, creatum, editum in lucem, & ad aliquid in commune conferendum meminerit, illum quàm proxime ad superos accedere. Christum Dominum Deum eundemque hominem, sanctius inter se hominum consortium, ac veluti fœdus mortalium diuinius, cum numine se ipso victima cęsa fecisse, icisse, iunxisse, sanxisse, eundem cœlestia ad humana deduxisse, & humana ad cœlestia sustulisse. Qui ingentes viri esse vellint, hunc Ducem sibi imitandum vnum proponerent. Primum omnium se animo demitterent, in ordinem, in humilitatem se cogerent, diuitias, opes, gloriã ingens inter mortales nomen ignobilia & vilia existimarẽt, se nullos ducerẽt: quæ qui agerent eos cœli, & immortalitatis participes, neq; diuinitatis exsortes futuros. Hæc Innocentius Pontifex literis testabatur. Hæc sancti viri prædicarant. Et cum Tartarus ex ijs quęreret: quemnam Innocentium, quemnã Pontificem maximum dicerent. Respõderunt, Christum ita sępius repetisse, vt suos non desereret, statuisseque, qui vi-

cibus suis fungeretur, qui Pontifex diceretur, cui omnes, qui Christiano nomine cēserentur dicto audientes forent. Tartarus igitur missurum se ad Pontificem Innocentium n. oratores ostendebat. Prædicatores autem etiam atque etiam dissuadebant, eo quod iter illis faciendum esset per gentes, quas Tartari ferro facibusque vastassent, has à recenti memoria cladium minus tutum, iter daturas. Sed maior cogitatio pectoribus Prædicatorum insederat: ne multa vidissent Tartari contra; atque viri sancti vsi fuerant, collaudandis nostræ Religionis hominibus iactasse, spopondisseque, conspicerent bella intestina: Cęsarem in Pōtificem versum, Guelphos in Gibellinos, vt nefarios, & sceleratos arma sacra gerere, Gibellinos iurium Imperij specie gloriantes, specieque partis suæ cupiditate inseruire, nulli nefario sceleri, non prætendi nomen pietatis, animi demissionē, verbis collaudare, re tamen nullam esse, virtuti nullum locum, diuitias in honore, in pretio, admirationi esse. Cypri quoque non multa verę pietatis exempla contemplari potuere. Insula duos habebat Episcopos, Latinum, Græcumque, Latinum Imperantem Græco, Græcū, quod parere nollet, solum verrere coactum: Episcopis Grecis à Latino Archiepiscopo, re diuina facienda interdictum. Ad hoc nobilitatis veteris Cypriæ bonam partem loco impiorum ab Archiepiscopo habitos, distractam insulam, aliorū aliter de re sacra iureque Pontificio sentientium contentione, nullam formam consentientis germanæque pietatis. Tartari oratores ad suos rediere, cum muneribus, & literis vicissim à Rege sancto ad ipsorum Principem datis plerisque sancta gratulatione, ac laude, quod speciem veræ Religionis animo concepisset, simul confirmatione, exhortatione que vt initia incremento sanctitatis in dies adaugeret. Ante, gloria virtutis bellicæ præstitisse, nunc eandem palmam defendendo nomine Christi præstaret. Hæ literæ latinè scriptæ. Polliciti initio fuerant Legati proxima ęstate suos Duces rursus mediam in Asiā ducturos, & eam hostibus cruce signatorum infestam de integro facturos. Irrita ceciderunt promissa nimis veris vatibus sanctis viris, aduentum oratorum potius affuturum nouæ eorum Religionis rudimento, quam Christianis conductum, inspectis scilicet vitijs hominum moribusque sęculi corruptis. Inter hæc plurimi Sarracenorum, qui multo ante à Christianis capti fuerant visa S. Ludouici Regis sanctitate, licet ad eā diē abduci ab insita de Mahumeto persuasione non potuerint ministerio Prędicatorum fratrum legem conitantiū Christum pectoribus accepere & sacra aqua abluti fuere. *Hattonus Armenus de Tartaris, cap. 23. & 24. &. Antoninus 3. part. titulo 19 cap. 8. 9. 21. Fr. Antonius Lusitanus in Chronico p. 58. Annales Ecclesiastici num. 9.*

¶ Eodem anno Innocentius Pontifex Lugduni decimo tertio Kalendas Nouembris, cum multi hæreticorum ex vicino Comitatu Tolosano Narbonensem Prouinciam, & Aragoniam inficerent, Fr. Raymundo Peñafortio, ordinis Prædicatorum, & Prouinciali Hispaniæ eiusdem ordinis, eam, quę sequitur scripsit Epistolam dignam, quæ Legatur Ita habet.

II. *Inquisitores contra hæreses.*

INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs Priori Prouinciali in Hispania, & Fr. Raymundo de Peñaforti, ordinis Prædicatorum: salutē, & Apostolicam benedictionem.

Inter alia desiderabilia cordis nostri specialiter id optamus, & ad illud potissime dirigimus nostræ intentionis affectum, per quod salus prouenit animarū & nomen Domini gloriosum plenius collaudatur. Quia igitur Deo non est acceptabile obsequium, absque fide, ad propagationem, & corroborationē ipsius, & Christianæ Religionis augmentum, quanta possumus solicitudine, vigilare debemus, & hoc per nos & alios incessanter, verbo & opere procurare, vt diffundatur per orbem latius cultus Dei, & messe agri multiplicata Dominici, frumentum in cœlestia horrea inferatur.

Anno Christi. 1248.

feratur. In his autem nobis fratres vestri ordinis Dominus specialiter voluit esse adiutores, qui spretis mundi dissolutis blanditijs sub religionis arctæ rigore in voluntate Christo ad placitum famulantes, de fidelium campo extirpare noxia, & in eo plantare salubria, necnon muniti spirituali pro defensione fidei armatura, errorum laqueis irretitos eripere, ac in regione dissimilitudinis conuersantes ad vnitatem Matris Ecclesiæ reuocare, diligentia indefessa procurant, proficientes sibi per vitæ meritum, & alijs verbo pariter, & exemplo. Vnde, quia in inquisitione facienda contra hæreticos, eorumdem fratrum solertiam nouimus plurimum opportunam, ipsis huiusmodi negotium prouidimus specialiter committendũ. Ideoque deuotionem vestram monemus, & hortamur in Domino IesuChristo vobis per Apostolica scripta mandantes, quatenus ad ipsius prosequutionẽ negotij, solicite intẽdentes, ad quos fratres eiusdem ordinis de Regno Aragoniæ, quos ad hoc idoneos fore videritis, Inquisitores hereticæ prauitatis in Prouincia Narbonensi, per districtum tãtũ charissimi in Christo filij nostri Iacobi Aragonum Regis illustris, authoritate nostra deputare curetis, iniungẽtes eisdem, vt in negotio ipso secundũ formam à bonæ memoriæ Gregorio Papa prędecessore nostro editam, & à nobis postmodum innouatam, iuxta quam siquidem procedunt fratres dicti ordinis, in ipsa Prouincia, sicut eidẽ negotio expedire viderint, tam contra hæreticos, & ad ipsos accedentes, & fautores, & receptatores, ac defensores eorum, quam alios ipsi negotio aduersantes, neminem præter Deum in hac parte timendo efficaciter procedere non omittant. Tu vero Prior de consilio seniorum, & discretorum fratrum præfati ordinis eiusdem regni, Inquisitores huiusmodi authoritate nostra remoueas transferasque, alios substituas, vel supersedere facias, cum ex causa rationabili id videris faciendum. Datum Lugduni decimo tertio Kalendas Nouembris, Pontificatus nostri anno sexto. Quo factum est, vt Inquisitores Hispaniæ, à Prouinciali Hispaniæ instituti non tantum in Aragoniæ Regnis, verum in Gallia hereses exterminare cœperint, magno vtriusque nobilissimæ nationis in Religione Catholica incremento: *Diagus lib. 1. cap. 5. folio 10. Annales Ecclesiastici num. 5.*

Innocentij IIII. anno 6.

III. *Lituani conuersi.*

¶ Eodem anno B. Fr Vitus Predicatoriæ familię, à sacris confessionibus Boleslai Pudici Polonię Principis, strenuam cum Fr. Henrico (qui fuit Prouinciæ Polonię moderator) & alijs fratribus Prædicatoribus operam nauauit in Lituanorum Gentilium conuersione. Quam ob rem ab Innocentio quarto eidem genti recenter per ipsum baptizatæ primus Pontifex pręficitur. A quibus non multo post ad vomitum, & idololatriam redeuntibus, anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quarto, atrocibus contumelijs, & opprobrijs oneratus, quin & vulneribus affectus, tandem sede pulsus Cracouiã redijt, & dum ad gregẽ amissum regredi meditatur in grauissimã incidit infirmitatem, qua de terrena ad cœlestem patriam migrauit, maxima opinione sanctitatis, ingentibusque miraculis refulgens: *Fr. Abraham Bzonius, cap. 5. & in Annalibus Ecclesiasticis anno 1254. num. 8.*

I. *An. 1249.*

ANNO Domini millesimo ducentesimo quadragesimo nono, Pontificatus Innocentij quarti anno septimo, Fr. Henricus Prior Prouincialis Polonię, ordinis Prędicatorum ab eodem Pontifice diœcesis Culmensis antistes factus, tanta animi virtute curauit conuersionem Danielis Regis Ruthenorum, & Mendegonis Principis Lituanorum, ijsque subiectarum gentium, vt Mendegonem latice sacro abluerit, inque Regem Lituanorum sacro oleo inunxerit, diademate & alijs Regijs insignibus redimiuerit, Daniele Russiæ Rege ad vomitum postea redeũte,

Rutheni & Lituani eorumque Reg. conuersi.

Aposto-

Anno Christi 1249.

Innocentij IIII. anno 7.

Apostolicæ fidei desertore pœnas Apostasiæ in sua temeritate luente. *Frat. Abraham Bzouius cap. 3.*

II. *Haeretici debellati.*

¶ Eodem anno fratres Prędicatores plurimum laborauerunt in extirpatione quorũdam hęreticorum Circumcellionum in Germania, in clientelam á Federito Imperatore deposito, & filio eius Conrado susceptorum: quorum adiutorio mirabiles & miserabiles hęreses in suis prouincijs pullulabant. Nam isti Circumcelliones pulsatis campanis, & conuocatis Baronibus terrarum in Halis Sueuiæ feruntur prędicasse in publica statione: quasi Pontifex Romanus esset hæreticus, omnes Episcopi, & Pręlati Simoniaci, & hęretici, inferiores quoque prælati cum sacerdotibus, qui in vitijs, & peccatis mortalibus essent, non haberent authoritatem ligandi, & soluendi. Plurima etiam deliramenta his similia blaterabant, quę pudet referre: & quod Papa non haberet authoritatem ligandi atque soluendi, & quod Federicus, & Conradus filius eius essent iusti, atque perfecti. Hos enim Circumcelliones Conradus ipse in suos alumnos susceperat, arbitratus, sibi atque patri eis figmentis cunctos conciliari posse. Contra fictores istos strenuam operam nauarunt fratres Prædicatores: qui effecerunt, vt plures Principes Conrado adhærentes, eum reliquerint, & in partem Guillelmi ad instantiam Pontificis Imperatoris electi secesserint. Frater Ioannes Teutonicus Saxo ex Episcopo Bosnensi Magister generalis ordinis Prædicatorum Capellanus, & Pœnitentiarius Summi Pontificis, maxime ad eam hæresim extirpandam annisus est. Is enim non tantum Conradum, sed & Federicum ad tam putidas blasphemias conniuentes non minus libere, quam vt Summo Pontifici, clero, & Ecclesiæ suę dignitas, & maiestas staret integra. Aliquando Federicus pellicem quandam subornauit, vt Ioannem tantopere in hostes Ecclesiæ inuehentem ad commistionem pelliceret. Venit illa impudica, & tum vultus honestate, tum verborum lenocinio cœpit ignes in hominem iaculare libidinis. At ille, manu eleuata, tam fortiter scortum percussit, vt in terram prostrauerit. Obstupuit Federicus, qui ab exploratoribus didicerat eam Fr. Ioannis castitatem. Quam ob rem virum reueritus in maximo honore habuit, nec quidquam tamen ab eius exemplo, aut prædicatione, à libidinibus, & contumelijs abstinuit. Aliquando Basileę ad sacram militiam terræ Sanctę populos contra Sarracenos pro concione inuitans, quendam Canonicum, & alium ciuem insigniuerat. Coniux autem ciuis illius cum factum intellexisset, & ægre à marito diuelli tulisset, impotens animi, Fr. Ioanni imprecari cœpit, vt à tot dęmonibus insideretur, quot folia in arboribus virerent. Statim atque infelix ista euomuit, inflari oculis, & lepra infici cœpit, nec prius sanari potuit, quam errorem confessę, Fr. Ioannes manum imposuisset. Alius quoque eques armatus sub concionem, quam Fr. Ioannes contra hęreticos, & Sarracenos titulo sanctę Crucis instituerat, cum duellare singulari certamine cum altero voluisset, & adeo concionem perturbasset, vt fere omnes in fugam compulerit: & Fr. Ioannem placide monentem, vt abstineret, non modo non audiuerit, sed irriserit, atque contempserit, & propterea in vltionem contemptus amentia à Deo percussus fuerit, oratione effusa, & signo Crucis impresso illi mentem reuocauit. Quod cum plurimi hęreticorum aspexissent erroribus eiuratis ad Ecclesię gremium redibant. *Krantz libro 8. Metropol. Annales Ecclesiastici numero quinto & sexto.*

III. *Haeretici reducti.*

¶ Eodem tempore multos labores tulit pro Ecclesia Catholica dilatanda F. Henricus Coloniensis, is qui ab apparitione patrui sui pridem defuncti, Religioné Prędicatoriam professus est. Igne purgatorij se cruciari, neque posse liberari, dixit, priusquam Henricus

Anno Christi. 1150.

terram sanguine Christi imbutam lustrasset, & in recèns instituto Prædicatorum nomen Christo dedisset. Fuit ille rediuit. Prędicatoriam togam induit, tantosque in virtute progressus fecit, vt & miraculis claruerit, & plurimos hęreticorum conuerterit. Is autor fuit S. Ludouico Regi Francię, vt Thalmud Iudaicum expulerit, & tum contra hęreticos in Gallijs, vicinoque Belgio, tum contra Sarracenos in Syria arma susceperit. *Annales Ecclesiastici num. 7.*

I. *An. 1250.* *Schismatici reducti.*

ANNO Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo, Pontificatus Innocentij quarti anno octauo, idem Pontifex pręcepit Prouinciali Hungariæ ordinis Prędicatorum, vt aliquos fratres eruditione, ac pietate præstantes submitteret ad Schismaticos in cōuicinis Prouincijs ad gremiū Ecclesiæ conuertendos; ipsis vero potestatem fecit, vt reduces absoluerent, Lugduni sexto Idus Augusti. Insuper Priori ordinis Prędicatorum Mantuano, & Episcopo Teruisino commisit, vt Ezelinum de Romano, Ecclesiasticę disciplinæ non semel contemptorem, & in excommunicationibus toties in se prolatis insordescentem ad meliorē sensum reuocarent. Quod si is omnino pauci penderet, vt in tota diœcesi Teruisina, & Patriarchio Aquileiensi velut publicum hæreticum publice renunciarent, vtique mandauit. Enim vero Ezelinus meruerat, qui toties vindictam Sedis Apostolicę in se vocauerat. Namq; omnes Christiani nominis viros crudelitate superauerat, qui circa Teruisium & in Enganeis exercuit tyranidem, castrauit pueros, vitiauit virgines, matronis ademit mammas, pręgnantiū ventros execuit, partus exectos in ignem coniecit, & bis sena Patauinorum millia, qui secum militauerant audita Patauij defectione ad vnū interfecit. Lugduni sexto Kalendas Iulij scripsit Pōtifex has literas Priori Mātuano, vt Ezelinū velut publicū hæreticū denūciaret si nō ad meliorē sensum reuerteretur. *Sabellicus lib. 8. c. 3. Annales Ecclesiastic. num. 4.*

Innocentij IIII. anno 8.

II. *A Pontifice munus iniunctum.*

¶ Eodem anno Innocentius Pontifex cōmisit Priori Prouinciali ordinis Prædicatorum, & Ministro ordinis Minorum Alemaniæ, vt Frisiæ, Noruegię & aliorum Septentrionis regnorū cruce signatos, etiā anathematis sententia prolata compellerent ad transfretandū in Syriam, eo die, quem mater Regina Blancha designasset. Illa enim nomine S. Ludouici filij Regnū Galliarū administrabat, atque curam sacrorū subsidiorū, quę cruce signatis submitteret, vigilantissime gerebat. *Annales Ecclesiastici num. 1.*

III. *Agarenorum cōuersio.*

¶ Eodem anno in comitijs Prouincialibus familiæ Prædicatorū in Hispania habitis, in cōuentu Toletano S. Pauli. (Erat tunc in suburbio iuxta fluuiū Tagū, qui deinde in mediū vrbis S. Petro Martyri sacratus translatus est) ex mandato reuerendissimi Magistri generalis Fr. Ioannis Theutonici erectum est studiū linguæ Arabicę in cœnobio Maioricēsi insulę Balearis maioris pręDictæ tunc Prouincię duodecim fratribus eidē à comitijs assignatis, vt eandē discerent linguā. Per plures autem annos in ipsa Hispaniæ Prouincia Arabicū floruit studiū, & prędicta lingua, & idiomate plurimas Maurorū conuersiones operabantur, vt in hac Prędicatoria cōcertatione sæpius ostendetur: *Diagus lib. 1. cap. 2.*

IIII. *Heretici cōcremati.*

¶ Eodem anno in Gallia Belgica, apud vrbem Cameracū, ex Prædicatorū ordine Inquisitores plures hæreticos igni tradiderunt. Inter quos quidā nomine Eligius illius tēporis impostor, vt rogū, in quē timebat à Prędicatoribus fratrib⁹ imponi, euaderet, ab immūdo spiritu se diuexari dissimulauit: *Fr. Thomas Brabantinus lib. 2. de Apibus in fine. Paramus lib. 2. cap. 24.*

V. *Heretici combusti.*

¶ Eodem anno in Flādria seu Gallia Belgica iam Fratres Prædicatores Inquisitorum munere fungebantur: nā frater Robertus Inquisitor Apostolicus plures hæreticos combussit.

Anno Christi 1251.

Innocentij IIII. anno 9.

In Olandia autem & Zelandia eodem tempore Inquisitionis item sacrum officium viri è familia Prædicatoria exercebant: inter quos Frater Ioannes Ommacha hæreticos viriliter comprimebat: *Bernardus Lucemburg in Catalogo hæreticorũ, Iacobus Megerus in Annalibus Flandriæ, Paramus lib. 2. tit. 2. cap. 24.*

VI. ¶ Eodem anno in Ducatu Sabaudiæ, ac in Pedemontana Prouincia Fr. Petrus Ruffiensis ex Prędicatorio Taurinēsi cœnobio Inquisitor Pedemontanus, ac Taurinēsis, qui eximia virtute, solertia, indefessaque constantia hæreticos persequebatur, cum illos pro virib' exterminare conaretur, ab ipsis pro Catholicæ fidei defensione mactatus martyrij palmam promeruit: *Eymericus sermone secundo S. Petri Martyris, & Paramus lib. 2. tit. 2. cap. 23.*

Inquisitor ab hæreticis necatus.

III.

I. *An. 1251.*

ANNO Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo primo Innocentij quarti anno nono, idem Pontifex videns Federicum decessisse, & Conradum filium in Italiam abijsse extemplo F. Hugonem ex ordine Prædicatorum Presbyterum Cardinalem S. Sabinæ Legatum in Germaniam cum literis misit, ad Guillelmum in Regem Romanorũ electum, vt vir esset, seque ad capessendum regni Romanorum diadema, vt par erat, dignum exhiberet, omnesque Ecclesię fideles beneuolẽ complecteretur, infideles autem, ac refractarios præcipue vero illos Circumcelliones hęreticos, contra quos Prædicatoria familia verbis, concionibusque dimicabat, ille armis persequeretur materialib', perscripsit, officijque sui eum admonuit. Principibus vero Imperij, & regni Romanorum præcepit, vt repudiato Conrado Federici filio, Guillelmum Comitem Olandiæ legitime electum sequerētur. Insuper tunc Innocentius iniunxit Fr. Rogerio Lentino, ex Prædicatoria itē familia, vt se in Siciliam conferret, &

Legatio pro Ecclesia, & contra hæreticos.

A tiam, de medio Federico sublato, curam iterum Ecclesiæ, atque regni illius susciperet, omniaque ibidem ad quietē populi & perfectam regni administrationem pertinentia perageret mandauit, datis ad eum literis Lugduni ipsis Nonis Martij.

Pro Ecclesia legatio.

Præterea idem Pontifex Lugduni, Nonis Februarij curam dederat F. Guillelmo Bica ordinis item Prædicatorũ vt cruce ex vniuersa Alemania tantos quantos poterat signaret contra Conradum filium Federici, & maiores quã B posset cohortes cruce signatorum colligeret, qui tantas acies militum priorũ, Guillelmo Regi Romanorum electo collegit, vt in tantas angustias Conradum coegerit, vt salutē in effugio quæsiuerit: *Annales Ecclesiastici num. 2.*

Pro Ecclesia munus iniunctum.

II. ¶ Eodem anno Lombardiam, Marchiam Teruisanam, ac Romaniolam pestis hęretica infecerat: neque populares tantummodo, sed maxime illos, qui vel diuitijs, vel clientelis pręstabant, quiq; doctores sibi esse videbantur. Doluit C eã rem Innocentius. Itaque vt manum medicatricem huic vlceri admoueret, ex ordine Prędicatorum fidei Catholicę Inquisitores designauit, qui B. F. Petrũ Veronensem, Insubribus, Mediolanensique districtui rebus fidei prępositum in tuenda Catholica Religione sequerentur, gladiumque Inquisitionis aduersus hæreticos viriliter distringerent. Ideo Pontifex Brixiæ, quinto Kalendas Octobris super hoc scripsit Priori Prouinciali Lombardię ordinis D Prędicatorum literas in hunc modum.

Inquisitores contra hæreticos designati.

INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Dilecto filio Priori Prouinciali ordinis Prædicatorum in Lombardia salutem & Apostolicam benedictionem.

Tunc potissime Conditori omnium acceptabile obsequiũ exhibetur, cum sibi pro Catholicę cōseruatione fidei, cuius est ipse stabile, ac perpetuũ fundamentũ, pura intentione seruitur. Digne itaq; in hoc sibi prouidim' studiosũ, ac placidũ impēdere famulatũ, & pręcipue in partib' Italiæ propter ipsarũ vicinita-

Anno Christi. 1251.

Innocentij IIII. anno 9.

ciuitate, vigilare instantius, ac validius satagere cõtra diros hostes eiusdem fidei, vt cultura salubris impensa per vos vicinis agris Dominicis vtilis sit longinquis, & semen diuini verbi fusum in proximis, fructificet etiam in remotis, licet Apostolica Sedes tales hostes, vbique indefessa sollicitudine persequatur, nec vnquam ab huiusmodi exercitio cessauerit cura eius. Conuenit namque (vt quia contra pestem hæreticam Inquisitores roborare, ac renouare per diuersas sæculi volumus regiones) id agere in Italia maiori opportunitate nunc habita nullatenus dimittamus. Cùm quanto nostris propior adest aspectibus, tanto iustius possemus argui de neglectu, nisi saluti eius attente prospicere studeremus. Ideoque discretioni tuæ per Apostolica scripta districte præcipiendo mandamus, in remissionem tibi peccaminum iniungentes, quatenus huiusmodi negotium, quod principaliter residet cordi nostro in Lombardia & Romaniola per te, ac fratres tuæ curæ commissos, quos ad hoc videris opportunos, affectu prompto suscipias, ac feruenti animo prosequaris. Ita quod si per Inquisitionem de consilio diœcesanorum dictarum Lombardiæ, ac Romaniolæ, cum omni vigilantia, & solemni prouidentia faciendam aliquos in eis de contagio prauitatis hæreticę culpabiles, vel infectos inueneris, aut etiam infamatos, nisi examinati velint absolute mandatis Ecclesiæ obedire, contra ipsos, & receptatores, defensores, & fautores eorum humano timore postposito, iuxta sanctiones canonicas Apostolica authoritate procedas, inuocato ad hoc contra eos, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis: contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Si vero aliqui hæretica labe penitus abiurata, redire voluerint ad Ecclesiasticam vnitatem, iuxta formam Ecclesiæ consultis diœcesanis, eisdem beneficium absolutionis impendens, iniungas eis-

A

B

C

D

dem, quod iniungi talibus consueuit prouiso solerter, ne simulata conuersione redeant fraudulenter, & te imo potius se fallentes sub agni specie gerant lupum. Verum quia tam salubre negotium super omnia promouere cupimus, propter quod impedimenta, quælibet ab ipso intendimus penitus, cum Dei adiutorio remouere: quin si forte, quod non credimus, aliqua ciuitas, vel Cõmunitas, siue aliqui magnates, vel nobiles seu potentes, huic negotio se opponere, aut illum præsumpserint, aliquatenus impedire, vt non possit per deputatos ad hoc à nobis, procedi libere in eodem, imo, nisi fouerint illud, & iuuerint studiose nos procul dubio ad comprimendam, tam superbam, & perniciosam audaciam, & omnimodo confundendam, in illis gladium Ecclesiasticæ potestatis acriter extendemus. Et Reges ac Principes, aliosque Christi fideles, siue pro terræ Sanctæ succursu, siue alias pro Christi seruitio crucis caractere insignitos, necnon & cæteros Catholicos inuocabimus contra eos, vt & cœlum, & terra aduersus detestabilem temeritatem ipsorum pariter moueantur, cum non minus expediat, imo magis, fidem in locis prope positis, quam procul distantibus defensare. Quia enim futura volumus in quantum possumus (præcipue in supradictis partibus, quas speciali affectione diligimus) vitare discrimina, idcirco scribimus, quod ista palam exponere, & prænunciare procures, populos ipsarum partium diligentius admonens, vt debitum habentes respectum ad negotium memoratum, nullum prorsus promotioni eius inferant nocumentum: sed potius in exequendo illo tibi fauorem tribuant, & auxilium opportunum. Quia si forsan contrarium agere attentauerint, nullatenus dimittimus, quin per Reges ipsos, & Principes, aliosque fideles dictum promoueamus negotium, sicut superius est expressum. Vt autem prædicta per te, ac fratres

Anno Christi 1251.

eosdem possint liberius, ac vtilius exerceri, tibi ac eis largiendo viginti, vel quadraginta dierum indulgentiam, quoties opportunum videbitur omnibus vere pœnitentibus, & confessis, qui ad tuam, & ipsorum fratrum prædicationem propter hoc faciendam accesserint, plenam tenore præsentium concedimus facultatem. Datum Brixiæ quinto Kalendas Octobris, Pontificatus nostri anno nono: *Annales Ecclesiastici numero secundo, Paramus libro secundo titulo secundo, capite 53.*

III. *Haeretici extincti.* ¶ Eodem anno Beatus Raymundus Peñafortius eiusque sodales Inquisitores fratres Prædicatores extinxerunt penitus incendium Enzabbatorum hæreticorum, quod in Cathalonia, & Tarraconensi Prouincia ingentem stragem ediderat: *Paramus libro 2. tit. 3 cap. 4.*

IIII. *Legatio contra haereticos.* ¶ Eodem anno Innocentius Pontifex Fr. Stephano Capellano, & pœnitentiario suo ordinis Prędicatorum præcepit, vt in Prouinciam Prouinciæ in Gallias se conferret, atque vna cum Comite & administris illius ea, quæ pro fide Catholica, & pro pace publica stabilienda, necessaria viderentur procuraret, vt res fidei tanto diligentius contra hæreticos curarentur Lugduni decimo quarto Kalendas Martij. Insuper idem Pontifex Prouinciali Prouinciæ Prouinciæ (Hispanè de la Proença) eiusdem ordinis Prædicatorum iniunxit, vt ad eosdem perfidos hæreticos de Comitatu Tolosano, & de terris Pictauiensibus eliminandos totis viribus incumberet, atque potestatem plenariam excommunicandi, absoluendi, & reconciliandi concessit Ianuæ decimo quinto Kalendas Iunij Epistola 524 *Annales Ecclesiastici num. 8.*

V. ¶ Eodē anno Innocentius Pōtifex Lugduni Nonis Martij præcepit Prouinciali Poloniæ ordinis Prædicatorum vt fratres ad conuersionem Liuonum, & Pruthenorum mittat. Iuxta formam (ait) quam fælicis recordationis Gregorius nonus prædecessor noster, & nos etiam tibi olim tradidisse dignoscimus. Datis literis sub plumbo Idibus Ianuarij Pontificatus anno nono, quarū initium est. Pro negotio fidei, quod in Liuoniæ & Prussiæ partibus agitur. &c. Fratres igitur à Prouinciali destinati innumeros ad Christum adduxerunt, & in obedientia Romanæ Ecclesię conseruarunt. Insuper Pontifex Prioribus ordinis Prædicatorum in Liuonię Prouincia contra Paganos Crucem predicantibus imposuit, vt militibus Sanctę Marię Theutonicorum pecunias in subsidium belli sacri corrogatas numerarent, iisque cum armis, tum equis ad pugnandum indigentibus subuenirent: *Fr. Abraham Bzouius in historia Prouinciæ Poloniæ, cap. 2. & in Annalibus Ecclesiasticis numero octauo.*

...iuones, ...r Pruthe... ...i conuersi

Innocentij IIII. anno 9.

I. *An. 1252.* ANNO Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo, Pontificatus Innocentij quarti anno decimo, in Prouincia Mediolanensi, cum Beatus Frater Petrus Veronensis hæreticos Manicheos totis viribus exterminare satageret, non poterant eum ferre, atque adeo quadraginta nummis, cuidam siccario persolutis, improbum homicidam in innocentem Petrum prece, & pretio armarunt. Et cum Dominica in ramis Palmarum Mediolani concionatus esset assignauit quibusdam hæreticorum fautoribus, quindecim dierum terminum; vsque ad Dominicam in Albis inclusiue, & ad Comense cœnobium, vbi Prioris munere fungebatur, profectus est. Inde octauo Idus Aprilis Sabbato ante Dominicam in Albis Mediolanum reuertens, cum insidiarum ab hæreticis occultarum certos indices audiuit, & moriendum, sibi pro Christo fore; perlibenter accepit. Nihil ea res mouit san- ctum Inquisitorem mori pro Christo paratum. In consuetudinem namque illi abierat quotiescumque sacram Eu-

B. Petrus Martyr ab Haereticis occisus.

Anno Christi. 1252.

charistiam, siue eleuasset, siue eleuari animaduertisset implorare Deum, vt pro Christiana fide mori dignus esset. Reuertebatur igitur à Como Lombardiæ vrbe Mediolanum, vt prædicti hæreticorum fautores, redderent rationem criminis ipsis obiecti Ecclesiæ mandatis obediendo, sin autem contra eos, vt contra rebelles procederet. Ibat vnico socio comitatus Fr. Dominico; cum illum nefarius carnifex aggrediens aliquot vulneribus inflictis confecit. Mirandus in eo fidei ardor tunc visus est. Cum enim felicissimam animam per sanguinem purpureum effunderet, symbolum fidei, quod infans pene coram patruo suo olim defenderat, moriens alta voce recitauit, atque sanguine proprio, vt fama est terræ inscripsit prima verba, CREDO IN DEVM, & sequentia scribere aggressus, spiritum Deo reddidit. Frater Dominicus itineris eius Comes à prędictis hæreticis confossus vulneribus, quinta post die sanctissime obijt. Secuta sunt miracula ingentia, quę Innocentium Pontificem permouerunt, vt nondum elapso Martyrij anno Petrum albo Martyrum ascriberet: *Frater Thomas Malueuda, cap. 7. Leander Albertus libro secundo, Paramus libro secundo cap. 30. numero 12.*

II. ¶ Eodem anno Innocentius Pontifex Diuo Petro Martyre Inquisitore causa fidei in ipso munere Inquisitionis ab hęreticis occiso cupiebat hęreticos legibus extinguere. Quam ob rem in primis constitutiones Federici olim Imperatoris, contra eos latas approbauit, & data commissione Inquisitoribus hęreticæ prauitatis, ordinis Prędicatorum in Lombardia, Marchia Teruisana, ac Romaniola, præcepit vt omnes Potestates, Prefecti Consiliarij, & Communitates eas intra sua statuta conscriberet, inuiolabiliterque sub pœnis & censuris obseruarent, scriptis literis Perusij quinto Kalendas Maij & alteris secundo Idus Maij. Insuper ipse Pontifex constitutiones contra eosdem hæreticos edidit; dignas quę hic ascribatur. In illis mentionem facit Inquisitorum hęreticę prauitatis ordinis Prędicatorum Lombardię, Marchiæ Teruisanę, ac Romaniolę mandans eis vt Potestates, & Rectores vrbium, & oppidorum compellant per excommunicationem in personas, & interdictum in terram omni appellatione remota, ad procedendum contra hæreses.

Inquisitores contra hæreticos.

Innocentij IIII. anno 10.

INNOCENTIVS Quartus seruus seruorum Dei, dilectis filijs Potestatibus, siue Rectoribus, consilijs, & Communitatibus ciuitatum aliorumque locorum, per Lombardiam, Romaniolam, & Marchiam Teruisanam constitutis: salutem & Apostolicam benedictionem.

Ad extirpanda de medio populi Christiani hęreticæ prauitatis zizania, quæ abũdantius solito succreuerunt, superseminante illa licentius his diebus homine inimico, tanto studiosius iuxta commissam nobis solicitudinem insudare proponimus, quanto perniciosius negligeremus, eadem in necem Catholici seminis peruagari. Volentes autem, vt aduersus huiusmodi nequitiæ operarios consurgant, stentque nobiscum Ecclesię filij, ac orthodoxę fidei zelatores constitutiones quasdam ad extirpationem hęreticę pestis edidimus, à vobis, vt fidelibus eiusdem fidei defensoribus, exacta diligentia obseruandas, quæ seriatim inferius continentur. Quocirca vniuersitati vestrę per Apostolica scripta mandamus, quatenus singuli constitutiones easdem cõscribi in vestris capitularibus facientes nullis inde temporibus abolendas secundum eas contra omnem hæresim, se aduersus sanctam hanc Ecclesiam extollentẽ, sine omissione aliqua procedatis: alioquin dilectis filijs Priori Prouinciali, & fratribus Inquisitoribus hæreticæ prauitatis ordinis Prædicatorum in Lombardia, Marchia Teruisana, & Romaniola, damus nostris literis in mandatis, vt singulos vestrum ad id, per excommunicationem in personas, & interdictum in terram appellatione remota compellant.

Anno Christi. 1252.

Innocentij IIII. anno 10.

Constitutiones autem sunt hæ.

Statuimus, vt Potestas seu Rector, qui ciuitati præest, vel loco alij ad præsens, aut pro tempore præfuerit in futurum in Lombardia, Romaniola, vel Marchia Teruisana iuret præcise & sine tenore aliquo attendere inuiolabiliter, & seruare, & facere ab omnibus obseruari toto tempore sui regiminis, quod in terris suę ditioni subiectis omnes, & singulas, tam infrascriptas, quàm alias constitutiones, & leges, tàm canonicas, quàm ciuiles editas contra hereticam prauitatem, & super his precise obseruandis recipient â quibuslibet sibi in Potestaria, vel regimine succedentibus iuramenta; que qui prestare noluerint pro Potestatibus, vel Rectoribus nullatenus habeantur: & quę vt Potestates, vel Rectores fecerint nullam penitus habeant firmitatem nec vllus teneatur, aut debeat sequi eos, etiam si de sequela prestanda eis exhibuerint iuramentum. Quod si Potestas, vel Rector aliquis hęc omnia & singula seruare noluerit, vel neglexerit preter notam periurij, & perpetuæ iacturam infamiæ ducentarum marcharum pœnam incurrat, quæ irremissibiliter exigantur ab eo, & in vtilitatem Communis integra conuertantur. & nihilominus, vt periurus & infamis, & tanquam hereticorum fautor de fide suspectus officio & honore sui regiminis spolietur, nec vlterius Potestas, seu Rector in aliquo habeatur, aut de cetero, ad aliquam dignitatem, vel officium publicum nullatenus assumatur.

Item quoque Potestas, seu Rector cuiuslibet ciuitatis, vel loci in principio sui regiminis in publica concione more solito congregata, banno ciuitatis, vel loci supponat, tanquam pro maleficio omnes hæreticos vtriusque sexus quocumque nomine censeantur, & teneatur bannum huiusmodi à suis predecessoribus positum confirmare. Precipiant autem, quod nullus hereticus, vel heretica de cetero habitet, vel moretur, aut

A subsistat in ciuitate, seu aliquo oppido iurisdictionis, aut districtus eiusdem: & quicumque ipsum, vel ipsam inuenerit libere capiat, & capere possit impune, & omnes res ipsius, vel ipsorum eis licenter auferre, quę sint auferentium pleno iure, ni auferentes huiusmodi sint in officio constituti.

Idem quoque Potestas, seu Rector infra tertium diem post introitum regiminis sui, duodecim viros B probos, & Catholicos, & duos notarios, & duos seruitores, vel quotquot fuerint necessarij, instituere teneatur, quos diœcesanus, si præsens extiterit, & interesse voluerit, & duo fratres Prędicatores, & duo Minores ad hoc â suis Prioribus (si conuentus ibi fuerint) eorundem ordinum deputati, duxerint eligendos. Instituti autem huiusmodi, & electi possint, & debeant hæreticos, & hęreticas capere, & eorum bona illis au- C ferre, & facere auferri per alios, & procurare hęc tam in ciuitate, quam in tota eius iurisdictione, atq; districtu plenarie adimpleri. & eos ducere, & duci facere in potestatem diœcesani, vel vicariorum eiusdem.

Teneatur autem Potestas, seu Rector quilibet, in expensis Communis, cui præest, facere duci eosdem hereticos, ita captos quocumque diœcesanus, vel eius vicarij, seu Inquisitores, vel Inquisitor in iurisdictione, vel districtu diœcesani Episcopi, D seu ciuitatis, vel loci voluerit illos duci.

Officialibus verò predictis plena fides de his omnibus habeatur, quę ad eorum officium pertinere noscuntur, sine aliquo specialiter præstito iuramento, probatione aliqua in contrarium, non admissa vbi duo, vel plures presentes fuerint ex eisdem. Porro cum officiales huiusmodi eliguntur iurent hęc omnia exequi fideliter, & pro posse, ac super his semper meram dicere veritatem: quibus ab omnibus, in his, quæ ad officium eorum pertinent

Anno Christi. 1252.

Innocentij IIII. anno 10.

plenius pareatur: & tam dicti duodecim, quam seruitores, & notarij prætaxati simul, vel diuisim plenariam præcipiendi sub pœna, & banno, quæ ad officium suum pertinent, habeant potestatem. Potestas autem vel Rector teneatur habere firma, & rata omnia præcepta, quæ occasione officij sui fecerint: & pœnas exigere, non seruantium. Quod si dictis officialibus, aliquo tempore aliquod damnum contigerit in personis, vel rebus, pro suis officijs exequendis, à communi ciuitatis, vel loci per restitutionem plenariam seruentur indemnes: nec ipsi officiales, vel eorum hæredes possint aliquo tempore conueniri de his, quæ fecerint, vel pertinent ad eorum officium, nisi secundum quod eidem diœcesano, & fratribus videbitur expedire. Ipsorum autem officium duret tantummodo per sex menses: quibus completis Potestas teneatur totidem subrogare officiales secundum formam præscriptam, qui prædictum officium secundum formam eandem, in alijs sex mensibus sequentibus exequantur.

Sane ipsius officialibus dentur de camera communi ciuitatis, vel loci quando exeunt ciuitatem, vel locum, pro hoc officio exequendo vnicuique pro qualibet die decem, & octo Imperiales in pecunia numerata, quos Potestas, vel Rector teneatur eis dare, vel dari facere, infra diem tertium, postquam ad eandem redierint ciuitatem, vel locum: & insuper habeant tertiam partem bonorum hæreticorum, quæ occupauerunt, & mulctarum, ad quas fuerunt condemnati, secundum quod inferius continetur, & hoc salario sint contenti. Sed ad nullum aliud, quod istud officium impediat, vel impedire possit, vllo modo officium, vel etiam exercitium compellantur. Nullum etiam statutum conditum, vel condendum eorum officium vllo modo valeat impedire. Et si quis horum officialium propter ineptitudinem, vel inertiam, vel occupationem aliquam, vel excessum diœcesano, & fratribus supradictis visus fuerit amouendus, ipsum ad mandatum, vel dictum eorum teneatur amouere Potestas vel Rector, & alium secundum formam præscriptam substituere loco eius. Quod siquis eorum contra fidem, & sinceritatem officij sui in fauorem hæresis deprehensus fuerit excessisse, præter notam infamiæ perpetuæ, quam tanquam fautor hæreticorum incurrat per Potestatem, vel Rectorem ad diœcesani loci, & dictorum fratrum arbitrium puniatur.

Potestas prætereà militem suum, vel alium assessorem, si diœcesanus, vel eius vicarius, aut Inquisitores à Sede Apostolica deputati, seu dicti officiales petiuerint, cum ipsis officialibus mittere teneatur, & cum ipsis eorum officium fideliter exercere. Quilibet etiam si præsens in terra, vel requisitus fuerit, teneatur tam in ciuitate, quam in iurisdictione, vel in districtu quolibet, dare ipsis officialibus, vel eorum socijs consilium, vel iuuamen, quando voluerint hæreticum, vel hæreticam capere, vel spoliare, aut inquirere, seu domum vel locum aut aditum aliquem introire pro hæreticis capiendis sub viginti quinque librarum Imperialium, pro qualibet vice soluenda in pecunia numerata.

Quicumque autem hæreticum, vel hæreticam captum, vel captam auferre de manibus capientium, vel capientis ausus fuerit, vel defendere ne capiatur, seu prohibere aliquem intrare domum aliquam, seu turrim, vel locum aliquem ne capiatur, & inquiratur ibidem iuxta legem Paduę promulgatam, per Federicum, tunc Imperatorem, publicatis bonis omnibus in perpetuum relegetur, & domus illa, à qua prohibiti fuerint, sine spe reædificandi funditus destruatur, & bona, quæ ibi reperta fuerint fiant capientium, ac si hæretici fuissent ibidem inuenti: & tunc prop-

Anno Christi. 1252.

Innocentij IIII. anno 10.

ter hanc prohibitionẽ, vel impeditionẽ specialem, burgus componat communi librarum ducentarum, & villa librarum cẽtum, & vicinia, tàm burgi, quàm ciuitatis librarum quinquaginta Imperialium, nisi infra tertium diem ipsos defensores, vel defensorem hæreticorum Potestati captos duxerint personaliter pręsentandos.

Teneatur insuper Potestas, seu Rector quilibet omnes hęreticos, vel hæreticas, qui capti à modo fuerint per viros Catholicos ad hoc electos à diœcesano si fuerit præsens, & fratribus supradictis in aliquo speciali carcere tuto, & securo, in quo ipsi soli detineantur seorsum à latronibus, & bannitis, donec de ipsis fuerit definitum, sub expensis communis ciuitatis, vel loci sui facere custodiri.

Si quandoque aliqui, vel aliquæ non hæretici pro captis hæreticis, ipsis non contradicentibus fuerint assignati, vel se forsitã assignauerint, prædicti suppositi perpetuo carceri mancipentur, & hæretici nihilominus redire, & assignari cogantur: & qui hunc dolum fecerint iuxta legem prædictam bonis omnibus publicatis in perpetuum relegentur.

Teneatur insuper Potestas, vel Rector quilibet cum bono, & securo comitatu omnes hęreticos, & hęreticas, quocumque nomine censeantur infra quindecim dies postquam fuerint capti diœcesano, vel eius speciali vicario, seu hæreticorum Inquisitoribus præsentare, pro examinatione de ipsis, & eorum hæresi facienda. Damnatos vero de hęresi, per diœcesanum, vel eius vicariũ, seu per Inquisitores prędictos Potestas, vel Rector, vel eius Nuncius specialis, eos sibi relictos recipiat statim, vel infra quinque dies ad minus, circa eos cõstitutiones contra tales editas seruaturus.

Teneatur, præterea Potestas, seu Rector omnes hæreticos, quos captos habuerit cogere citra membri diminutionem, & mortis periculum, tanquam vere latrones, & homicidas animarum,

A & fures Sacramentorum Dei, & fidei Christianę errores suos expresse fateri, & accusare alios hæreticos, quos sciunt & bona eorum, & credentes, & receptatores & defensores eorum, sicut coguntur fures & latrones bonorũ temporalium, accusare suos complices & fateri maleficia, quæ fecerunt.

Domus autem, in qua repertus fuerit aliquis hæreticus, vel hęretica, sine vlla spe reędificandi destruatur: nisi dominus domus eos ibidem procurauerit B reperiri. Etsi dominus illius domus alias domos habuerit contiguas illi domui, omnes illæ domus similiter destruantur, & bona quæ fuerint inuenta in domo illa, & in domibus illis adhęrentibus publicentur, & fiant auferentium: nisi auferentes fuerint in officio constituti. Et insuper dominus domus illius pręter notam infamiæ perpetuæ, quam incurret componat Communi ciuitatis, vel loci quinquaginta librarum Imperialium in pecunia numerata: quã si non soluerit in perpetuo carcere de- C trudatur. Burgus autem ille, in quo hæretici capti fuerint, vel inuenti componat Communi ciuitatis librarum centum: & villa librarum quinquaginta & vicinia tam burgi, quam ciuitatis, librarum quinquaginta Imperialium in pecunia numerata. Quicumque vero deprehensus fuerit dare alicui hęretico, vel hæreticæ consilium, vel auxilium, seu fauorem præter aliam pœnam superius, & inferius prætaxatam, ex tunc ipso iure D in perpetuum sit factus infamis, nec ad publica officia, seu consilia, vel ad eligendos aliquos ad huiusmodi nec ad testimonium admittatur: sit etiam intestabilis, vt nec testamenti liberam habeat factionem, nec ad hæreditatis successionem accedat. Nullus præterea ei super quocumque negotio, sed ipse alijs respondere cogatur. Quod si forte iudex extiterit eius sententia nullam obtineat firmitatem, nec causę aliquę ad eius audientiam perferantur. Si fuerit aduocatus eius patrociniũ nullatenus admittatur.

Anno Christi 1252.

Innocē. IIII. anno. 10

si tabellio instrumenta confecta, per ipsum nullius penitus fiunt momenti, credentes quoque erroribus hæreticorum, tanquam hæretici puniantur. Teneatur insuper Potestas, seù Rector nomina virorum omnium, qui de hæresi fuerint infamati, vel banniti, in quatuor libellis vnius tenoris facere annotari, quorum vnum, Commune ciuitatis, vel loci habeat, & alium diœcesanus, & tertium fratres Prædicatores, & quartum fratres Minores; & ipsorum nomina ter in anno, & in concione publica solemniter faciat recitari.

Teneatur quoque Potestas, seù Rector, filios, & nepotes hæreticorum, & receptatorum defensorum, & fautorum diligenter inuestigare eosque ad aliquod officium publicum, seù consilium nullatenus admittere in futurum.

Teneatur præterea Potestas, seù Rector vnum de assessoribus suis, quem elegerit diœcesanus, si fuerit præsens, & Inquisitores prædicti, ab Apostolica Sede dati mittere cum eis quandocumque voluerint in iurisdictione ciuitatis, atque districtu: qui assessor secundum quod Inquisitoribus visum fuerit, ibi tres aut plures boni testimonij viros, vel totam viciniam, si eis videbitur iurare compellat, quod si quos ibidem hæreticos sciuerint, vel bona eorum, vel aliquos occulta conuenticula celebrantes, seù à communi conuersatione fideliũ vita, & moribus dissidentes, vel aut defensores, seù receptatores, vel fautores hæreticorum eos dictis Inquisitoribus studeant indicare. Ipsa autem Potestas contra accusatos procedat secundum Leges quondam Friderici tunc Imperatoris Paduę promulgatas.

Teneatur insuper Potestas, seù Rector in destructione domorum, & condemnationibus faciendis, & in rebus inuentis, vel occupatis consignatis, & diuidendis, de quibus superius dicitur, infra decem dies postquam accusatio facta fuerit, hęc omnia exequi, cum effectu: & condemnationes omnes in pecunia numerata infra tres menses

A exigere, & diuidere illas, sicut inferius cõtinetur, & eos qui soluere non poterint banno maleficij supponere, & donec soluant in carcere detinere; alioquin pro his omnibus, & singulis syndicetur, sicut inferius continetur, & insuper teneatur, vnum de assessoribus suis quemcunque diœcesanus, vel eius Vicarius, & dicti Inquisitores hæreticorum voluerint, ad hęc peragenda fideliter assignare, & mutare pro tempore, si eis visum fuerit opportunum. Omnes autem condemnationes, vel

B pœnę quę occasione hæresis factę fuerint, neque per consilium, neque advocem populi vllo modo, aut ingenio aliquo tempore valeant relaxari.

Teneatur insuper Potestas, seù Rector omnia bona hæreticorum, quæ per dictos officiales fuerint occupata, seù inuenta, & condemnationes pro his exactas diuidere tali modo, vt vna pars deueniat in commune ciuitatis, vel loci: secunda in fauorem, & expeditionem officij detur officialibus, qui tunc negotia ipsa peregerint: tertia pars po-

C natur in aliquo tuto loco, secundum quod dictis diœcesano, & Inquisitoribus videbitur reseruanda, & expendenda, per consilium eorundem, in fauorem fidei, & ad hæreticos extirpandos non obstante huiusmodi diuisioni statuto ali[quo] condito vel condẽdo. Si quis autẽ de cætero aliquod istorũ statutorũ, aut constitutionum attẽtauerit delere, diminuere, vel mutare, sine authoritate Sedis Apostolicę speciali, Potestas seu Rector, qui pro tẽpore fuerit in illa

D ciuitate, vel loco teneatur, eũ tanquã defensorem hæreticorum publicum, & fautorem secundum formam præscriptam perpetuo publice infamare, atque punire in librarum quinquaginta Imperialium in pecunia numerata, quam si exigere non potuerit eum maleficij banno supponat, de quo eximi non valeat, nisi soluerit duplam dictæ pecuniæ quantitatem.

Teneatur sane Potestas, seù Rector infra decem dies sui regiminis syndicare præcedentem proximo Potestatem,

Anno Christi 1251.

vel Rectorem, & eius etiam assessores, per tres viros Catholicos, & fideles electos ad hoc per diœcesanum, si fuerit præsens, & per fratres Prædicatores, & Minores de omnibus his, quæ in statutis istis, seù constitutionibus, & legibus contra hæreticos, & eorum cõplices editis continentur, & punire ipsos, si excesserint in omnibus, & singulis, quę omiserint, & cogere restituere de propria facultate: non obstante, si per aliquam licentiam consilij, vel alterius cuiuslibet à syndicatione fuerint absoluti. Iurabunt autem prędicti tres viri bona fide syndicare præfatos de omnibus supradictis.

Cæterum teneatur Potestas, seu Rector cuiuslibet ciuitatis, vel loci delere, seù abradere penitus de statutis, vel capitularibus Communis quodcumque statutum conditum, vel condendum, quòd inueniatur contradicere istis constitutionibus, seu statutis, & legibus, siue quomodo libet obuiare: & in principio, & medio sui regiminis, hæc statuta, seù constitutiones, & leges in publica concione solemniter facere recitari: & in alijs locis extra ciuitatem suã vel locum, sicut diœcesano, seu Inquisitoribus, & fratribus supradictis visum fuerit expedire. Porro hęc omnia statuta, seù constitutiones, & leges, & si quæ aliæ contra hæreticos, & eorum complices tempore aliquo authoritate Sedis Apostolicæ conderentur, in quatuor voluminibus, vnius tenoris debeant contineri: quorum vnum sit in statuario communis cuiuslibet ciuitatis: secundum apud diœcesanum: tertium, apud fratres Prædicatores: quartum apud fratres Minores, cum omni sinceritate seruentur, ne possint, per falsarios in aliquo violari. Datum Perusij Idibus Maij Pontificatus nostri anno nono.

Hactenus Innocentius Pontifex contra hęreticos.

Hic obiter est aduertendum, quod licet annus millesimus ducentesimus quinquagesimus secundus, sit annus decimus Põtificatus Innocentij quarti, non tamen A *vsque ad diem vigesimam quartam Iunij scilicet octauo Kalendas Iulij, in annum decimum ingressus est; quia ipse die anno 1243. fuit assumptus ad Pontificatum.*

Innocentij IIII. anno 10.

Inquisitores contra hereticos procedant

Scripserat Pontifex anno pręcedenti Inquisitoribus Ordinis Prædicatorũ, vt compellerent magistratus, per censuras Ecclesiasticas, vt contra hæreticos animaduerterent, ipsis verò iniunxerat, vt in hæreticos, ac in eorum cõplices diligenter etiam brachio sæculari inuocato inquirerent, pœnitentes autem reciperent, & absoluerent; præ- B sentibus autem suis actibus, quos in publico agerent, indulgentias viginti vel quadraginta dierum largirentur, quinto Kalendas Octobris anno 1251. *Annales Ecclesiastici num 3.*

III.

¶ Eodem anno Innocentius Pontifex Perusij quinto Kalendas Maij concessit Inquisitoribus Ordinis Prædicatorum, vt possint compellere per censuram Ecclesiasticam Magistratus sæculares, vt obseruent, & faciant obseruari leges, & quælibet statuta contra hęreticos, & eorum complices edita & C conscribant in suis statutarijs, literæ autem Pontificis sunt tenoris sequẽtis.

INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filijs Pot. statibus consilijs, & communitatibus ciuitatum, castrorum, & quorumlibet aliorum locorum Lombardiæ, Marchiæ Teruisanæ, ac Romaniolæ salutem, & Apostolicam benedictionem.

Orthodoxæ fidei commissum dilectis filijs Priori Prouinciali, & fratribus Inquisitoribus hæreticæ prauitatis Ordinis Prędicatorum in Lõbardia, Mar- D chia Teruisana, & Romaniola, negotium, ipsorum proficere ministerio cupientes, & considerantes attente, quod iurisdictio eorum, quo fuerit plenior, in hac parte, eo magis esse poterit fructuosa, volumus, & nostris sibi damus literis in mandatis, vt vos monere procurent, ac inducere diligenter, vt statuta ipsorum alia Ecclesiastica, & sæcularia, & constitutiones etiam quondam Federici Romanorum Imperatoris, tunc in deuotione Ecclesiæ persi-

stentis

Anno Christi 1251. | Innocentij IIII. anno. 10.

sistentis edita contra hæreticos fautores receptatores, & defensores eorum quę conscripta, & Bulla nostra munita transmittimus conscribi in statutarijs vestris, eaque obseruetis, & faciatis irrefragabiliter obseruari: nos enim eisdem Priori, & fratribus literis nostris iniungimus, vt si eorum imò potius Apostolicis acquiescere monitis, nõ curaueritis, in hac parte vos ad id, per censuram Ecclesiasticam appellatione remota cõpellant, Datum Perusij quinto Kalendas Maij Pontificatus nostri, anno nono.

Ex Archiuo Inquisitionis Bononiensis in Directorio Inquisitorum, pag. 6.

IIII. ¶ Eodem anno Innocentius Pontifex Perusij quinto idus Maij præcepit sæcularibus Principibus, & Magistratibus, vt quos Inquisitores Ordinis Prędicatorum declarauerint hæreticos esse, vel hæreticorum complices supponant eos, banno bonis eorum publicatis, literæ autem Apostolicæ sic habent.

Inquisitoribus fauor à Pontificib᷒ cõtra hæreticos darur.

INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs nobilibus viris vniuersis, Marchionibus, Comitibus Baronibus, ac Potestatibus, Rectoribus Consulibus, & Communibus ciuitatum, & aliorum locorum, per Lombardiam Marchiam Teruisanam, & Romaniolam constitutis salutem, & Apostolicam benedictionem.

Cum fratres Prædicatores generaliter in Lombardia, Marchia Teruisana, & Romaniola contra hæreticos, & omnes sectas eorum, quocumque nomine censeantur ad extirpandum, inde tam grauis contagij pestem, & malum tantæ prauitatis, in Ecclesia Dei nimium pestilens, duxerimus deputandos; Vniuersitatem vestram rogandam, hortandam duximus attente, & monendam per Apostolica vobis scripta districte pręcipiendo, mandantes, quatenus omnes illos, qui per Inquisitores eordem, vel per alios de ipsorum mandato, pro hæreseos crimine, vel pro defensione, seu receptatione, aut fauore hæreticorum excommunicationis innodati vinculo, vel denunciati excommunicati publice fuerint, bonis confiscatis ipsorũ, banno publico exponatis: alias contra eos temporaliter prout expedire videritis in fulcimentum Catholicæ fidei potestate vobis tradita processuri: alioquin noueritis nos eisdem Inquisitoribus nostris literis iniunxisse, vt vos ad id per censuram Ecclesiasticam appellatione remota compellant. Datum Perusij quinto Idus Maij Pontificatus nostri anno nono.

Ex Directorio Sabellano fol. 338.

V ¶ Eodem anno Innocentius Pontifex Perusij tertio Idus Maij iniunxit, & concessit Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, Ordinis Prædicatorum, & Prouinciali Lombardiæ eiusdem ordinis, vt possint compellere per censuram Ecclesiasticam Dominos temporales ad exponendum banno eos, quos Inquisitores notauerint. Literæ autem Pontificis, sic se habent.

Inquisitorum authoritas.

INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs Priori Prouinciali, & fratribus Inquisitoribus hæreticæ prauitatis Ordinis Prædicatorum, in Lombardia, Marchia Teruisana, & Romaniola salutem, & Apostolicam benedictionem.

Cum vos Inquisitores generaliter in Lombardia, Marchia Teruisana, & Romaniola contra hæreticos, & omnes sectas eorum quocumque nomine censeantur, ad extirpandam inde tã grauis contagij pestem, & malum tantæ prauitatis in Ecclesia Dei nimium pestilens, duxerimus deputandos dilectos filios nobiles viros vniuersos, Marchiones, Comites, Barones, ac Potestate, Consules, & communia ciuitatum, & aliorum locorum, per Lombardiam, Marchiam Teruisanam, & Romaniolam constitutos, rogandos, onerandos attente duximus, & monendos nostris sibi literis districte præcipiendo mandantes, vt omnes illos, qui per vos, vel per alios de vestro mandato, pro hæreseos crimine, vel pro defensione, seu receptatione, aut fauore hæreticorũ excommunicationis innodati vinculo, vel denunciati, excommunicati publice

fue-

Anno Christi 1252.

fuerint, bonis confiscatis ipsorum banno exponant publico, alias contra eos temporaliter prout expedire viderint in fulcimentum Catholicæ fidei potestate sibi tradita processuri. Quocirca discretioni vestrę per Apostolica scripta mandamus, quatenus, si dicti Marchiones, & alij mandatum nostrũ super hoc neglexerint adimplere, vos eos ad id per censuram Ecclesiasticam, appellatione remota, cogatis. Quod si duo ex vobis his non interfueritis, vnus ea nihilominus exequatur. Datum Perusij, tertio Idus Maij, Pontificatus nostri anno nono. *Ex Archiuo Inquisitionis Brixiensis.*

VI

Inquisitoribus potestas data à Pontifice.

¶ Eodẽ anno Pontifex Innocẽtius Inquisitoribus Ordinis Prædicatorũ in Lõbardia, Marchia Teruisana, & Romaniola iniunxit, vt moneãt Magistratus, vt Leges in hęreticos, & eorũ complices latas conscribant in suis statutarijs, ac faciant obseruari, & renuentes, ad id per censuram Ecclesiasticam compellant. Literæ autem Pontificiæ sunt infra scripti tenoris.

INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filijs Priori Prouinciali, & fratribus Inquisitoribus hæreticæ prauitatis Ordinis Prædicatorum in Lombardia, Marchia Teruisana, & Romaniola salutem, & Apostolicam benedictionem.

Orthodoxæ fidei commissum nobis negotium vestro proficere ministerio cupientes, & considerantes attente, quod iurisdictio vestra, quo fuerit plenior in hac parte, eo magis esse poterit fructuosa, volumus, & præsentium vobis tenore mandamus, quatenus Potestates, Consilia, & Communitates ciuitatum castrorum, & quorumlibet aliorum locorum Lombardiæ, Marchiæ Teruisanæ, & Romaniolæ monere curetis, ac inducere diligenter, vt statuta nostra, & alia Ecclesiastica, & sæcularia, & constitutiones etiam, quondam Federici Romanorum Imperatoris, tunc in deuotione Ecclesię persistentis editas contra hęreticos, fautores, receptatores, & defensores

Innocentij IIII. anno 10.

A eorum, quæ conscripta, & bulla nostra munita transmittimus conscribi in statutarijs vestris, eaque irrefragabiliter obseruari faciant, & obseruent. Si verò nostris in hoc, imò potius Apostolicis acquiescere monitis non curauerint, ipsos ad id per censuram Ecclesiasticam, appellatione remota cogatis. Quod si duo ex vobis his non interfuerint, vnus ea nihilominus exequatur. Datum Perusij secundo Idus Maij, Pontificatus nostri anno nono. *Ex Archiuo Inquisitionis*

B *Bononiensis in Directorio, p. 5.*

VII

¶ Eodem anno Innocentius Pontifex præcepit Inquisitoribus Ordinis Prædicatorum, quod compellant Magistratus, per censuram Ecclesiasticam obseruare Leges Federici Imperatoris, & secundum eas in hęreticos animaduerti. Literæ autem Pontificis, sic habent.

INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei Dilectis filijs Priori Prouinciali, & fratribus Inquisitoribus, hæreticæ prauitatis Ordinis Prædicatorum,

C *in Lombardia, Marchia Teruisana, & Romaniola salutem, & Apostolicam benedictionem.*

Cùm aduersus hęreticam prauitatem, quondam Federicus tunc Romanorum Imperator promulgauerit quasdam Leges, per quas ne peruagetur, compesci poterit pestis illa: nos illas volentes ad robur fidei, & salutem fidelium obseruari, dilectis filijs Potestatibus consilijs, & Cõmunitatibus ciuitatum aliorumque locorum

D Lombardiæ, Marchiæ Teruisanæ, ac Romaniolæ, nostris damus literis in mandatis, vt eas, quarum tenores ipsis mittimus insertos nostris literis faciant singuli in eorum capitularibus annotari, contra hęreticos sectæ cuiuslibet, secundum eas exacta diligentia processuri. Quocirca discretioni vestræ, per Apostolica scripta mandamus, quatenus, si dictę Potestates Cõsilia, & communitates, mandatum nostrum super hoc neglexerint adimplere, vos, eos ad id per excommunica-

Anno Christi, 1252.

nicationem in personis, & interdictũ in terris, appellatione remota cogatis. Quòd si duo ex vobis his non interfuerint, vnus ea nihilominus exequatur. Datum Perusij quinto Kalendas Iunij Pontificatus nostri anno nono. *Ex Archiuo Inquisitionis Bononiensis in Directorio, pag. 9.*

VIII ¶ Eodem anno Pontifex Innocentius præcepit Principibus sæcularibus, ac Magistratibus quod moniti, & requisiti, ab Inquisitoribus Ordinis Prædicatorum, pateant eis & auxilium, consilium, & fauorem præstent: alioquin ipse Pontifex ratas habebit sententias, ob hanc caussam in eos latas. Literę autem Pontificis sunt tenoris sequentis.

INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filijs nobilibus viris, vniuersis Marchionibus, Comitibus Baronibus, & Potestatibus, Rectoribus Cõsulibus, & communitatibus ciuitatum, & aliorum locorum per Lombardiam, Marchiam Teruisanam, & Romaniolam constitutis, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Ex commissi nobis Apostolatus tenemur officio super gregem Dominicum vigilare solicitè, ac prudenter, vt pestis hęreticę prauitatis, quæ dum serpit, vt cancer, in vniuersali Dei Ecclesia, quamplures corrumpit fidelium, & plurimos mortalium sauciat, exacto diligentiæ studio, ab ipsis eminus propellatur, ac tanto propensius intendatur, ad tam pestiferi morbi curam per nos, & alios, qui sunt animalia occulta, & lucernę ardentes super eiusdem candelabrum, quanto grauior, ex contagio ipsius morbi, & pestilentior animarum sequitur corruptela. Cùm igitur fratres Ordinis Prędicatorum Inquisitores generaliter, in partibus Lõbardię, Marchiæ Teruisanæ ac Romaniolæ, duxerimus super huiusmodi negotio deputandos, vt ipsorum prudencia deprehendat huiusmodi pestis contagione infectos, qui siquidem latentes, in eisdem partibus demoliuntur quotidie vineam Domini, tanquam vulpeculæ caudas habentes colligatas in vicem, sed diuersas ad magis nocendum faces prętendentes: vniuersitatem vestram rogandam, hortandam duximus, & monendam, quatenus ad reuerentiam Apostolicæ Sedis, & nostram, eisdem fratribus in ipsius prosecutione negotij, cuius quidem salutaris effectus, profectus est Catholicæ fidei, ac hæreticæ peruersitatis defectus requisiti, ab eis opportunum impendatis auxilium, consilium, & fauorem. & sic eis brachij sæcularis potentia, cũ necesse fuerit super hoc fauorabiliter assistendo, quod aduersus tales liberę potestatis Ecclesiæ, sibi commissæ valeant exercere censuram, & vestra inde deuotio dignis in Christo possit laudibus commendari: alioquin sententias, quas in rebelles, vel etiam negligentes, in hoc ijdem Inquisitores ritè duxerint promulgandas, ratas habebimus, & faciemus authore Deo vsque ad satisfactionem condignam, appellatione remota inuiolabiliter obseruari. Datum Perusij quinto Idus Iunij Põtificatus nostri anno nono. *Ex Directorio sabellano fol. 396.*

IX. ¶ Eodem anno Innocentius Pontifex concessit Inquisitoribus Ordinis Prædicatorum, vt non obstante incorrectione literarum Apostolicarum cõtra hęreticos editarum, earum tamen virtute procedant, eos debitis pœnis puniendo. Literæ autem Pontificis sunt tenoris sequentis.

Priuilegium Inquisitorũ.

INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filijs Priori Prouinciali, & fratribus Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, ordinis Prædicatorum, in Lombardia, Marchia Teruisana, & Romaniola, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Cùm literæ nostræ, quas super negotio hæresis in Lombardia, Marchia Teruisana, & Romaniola extirpandæ, nuper à Sede Apostolica fratres vestri ordinis reportarunt, processerint (sicut accepimus) in aliquibus propter nimiam festinationem incorrectæ, discretioni vestræ, per Apostolica scripta mandamus, quatenus in correctio-

Innocentij IIII anno 10.

Anno Christi 1253.

nis, non obstante dispendio, quod ex superfluitate, vel diminutione literæ, vel syllabæ, siue dictionis vnius, vel plurium inducatur in memorato negotio procedatis iuxta earundem continentiam literarum. Datum Perusij idibus Iunij Pontificatus nostri anno nono. *Ex Archiuo Inquisitionis Benoniensis in Directorio, pag. 10.*

X

A Pontifice munera iniuncta.

¶ Eodem anno Innocentius Pontifex iniunxit B. Raimundo Peñafortio Ordinis Prędicatorum, vt in criminibus grauissimis Pontio Episcopo Vrgellitano obiectis Inquisitionem faceret, & quidquid inuenisset, ad Sedem Apostolicam transmitteret. Datis literis Perusij Idibus Martij. Insuper idē Pontifex Perusij septimo Kalendas Decembris commisit Priori Viterbiensi Ordinis Prædicatorum, & Episcopo S. Sixti Inquisitionem miraculorum, & vitę B. Rossę Viterbiensis. Præterea Innocentius mandauit, F. Henrico Ordinis Prædicatorum Episcopo Culmensi in Regno Poloniæ, & Archiepiscopo Rigensi, vt Mendegonem Lithuaniæ Regem recens conuersum in clientelam Sedis Apostolicæ receptum nomine, & diademate Regio insignirent, atque solemni ritu inungerent. *Martinus Chromerus lib. 9. & Annales Ecclesiastici num. 5. & 6.*

XI

Inquisitor hæreticæ prauitatis in Mediolano, &c.

¶ Eodem anno in Mediolanensi, & Comensi diœcesibus in officio sacro Inquisitionis exercendo successit B. Petro Martyri, Fr. Roaldus designatus, ex sua Prædicatoria familia, qui strenue, ac viriliter sancto hoc munere functus est.

Eodem etiam tempore Fr. Boninsigna Florētinus pro fidē Christi serra à vertice capitis ad aures vsque ab impijs sectus gloriosum martyrium consummauit. *Leander Albertus lib. 2. fol. 59. & Fr. Michael Pius 1. p. lib. 2.*

I

An. 1253.

ANNO Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo tertio Pontificatus Innocentij quarti

A

Innocentij IIII. anno 11.

Prædicatur gentilibus.

anno vndecimo, idem Pontifex Perusij decimo quarto Kalendas Februarij indulsit vniuersis, & singulis fratribus Prædicatoribus apud Cumanos verbū Dei prædicantibus, vt viginti, triginta, vel quadraginta dierum indulgentiam elargiri possent iis, qui concionibus eorum interessent.

Item B. Raymundo Pennafortio Capellano suo, ac pœnitentiario præcepit, Datis literis Perusij Idibus Februarij, vt in vitam, mores, & qualitatem electi Abbatis Monasterij S. Saturnini Tabernetensis Vrgellensis diœcesis inquireret.

B

A Pontifice munus iniunctum.

Insuper Perusij Nonis Aprilis obsecrauit lachrymis effusissimis Priorem Parisiensem Ordinis Prædicatorum, vt inuitaret, adeoque compelleret populos Christianos, ad quam primum in terram Sanctam transfretandum, & ad auxilia D. Ludouico Regi Galliæ, vna cum Comite Pictauiensi, atque vniuerso exercitui Christiano periclitanti ferenda. *Annales Ecclesiastici nu. 5.*

C

II

Inquisitores de expensis prouisi.

¶ Eodem anno Innocentius Pontifex pręcepit Archiepiscopis, & Episcopis, quod prouideant fratribus Inquisitoribus hæreticę prauitatis Ordinis Prædicatorum in expensis, de pœnis pecuniarijs, exactis ab illis, qui data cautione pecuniaria promiserunt stare mandatis Ecclesiæ. Literę autem Pontificiæ sunt, quæ sequuntur.

D

INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei, venerabilibus fratribus Archiepiscopis, & Episcopis, per Lombardiæ prouinciam constitutis præsentes literas inspecturis salutem, & Apostolicam benedictionem.

Cùm per nostras vobis mandemus literas, vt hęreticorum credentes, fautores, receptatores, & defensores, qui post pręstitam cautionem, quod fidem Catholicam firmiter teneant, & vlterius hęreticis fauorem aliquem nō impendant, in id quod abiurauerant sunt relapsi, & quos in posterum relabi forte contigerit, ad soluendam pœnam, ab ipsis promissam iuxta ordinationem venerabilis fratris nostri Alba-

nensis

Anno Christi, 1253.

nensis Episcopi authoritate Apostolica factam, per censuram Ecclesiasticā appellatione postposita cōpellatis, Fraternitati vestræ per scripta Apostolica mandamus, quatenus de his quæ taliter recipere vos continget dilectis filijs Priori Prouinciali Ordinis Prædicatorum, & Inquisitoribus hæreticæ prauitatis in Lombardia, Romaniola, Marchia Anconitana, & Teruisana, & substituendis eisdem, in expensis prouidere curetis, ad Inquisitionis huiusmodi officium opportunis. Datum Perusij quinto Kalendas Februarij, Pontificatus nostri anno decimo. *Ex Archiuo Inquisitionis Bononiensis, in Directorio p. 12*

III. *Concessio Apostolica Inquisitoribus.*

¶ Eodem anno Innocentius Pontifex concessit Inquisitoribus Ordinis Prædicatorum, vt possint exigere cautionem pœnæ pecuniariæ à complicibus hæreticorum redeuntibus, de fide tenenda, & non redeundo ad priores, vel similes errores. Literæ autem Pontificiæ, sic se habent.

INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filijs Priori Prouinciali Ordinis Prædicatorum, & Inquisitoribus hæreticæ prauitatis in Lombardia, Romaniola, Marchia Anconitana, & Teruisana salutem, & Apostolicam benedictionem.

Cùm venerabilis frater noster Albanensis Episcopus, authoritate nostra super extirpatione prauitatis hæreticæ, inter alia duxerit statuendum, vt Inquisitores hæreticorū in prouincia Lōbardiæ, à credentibus, fautoribus, receptatoribus, & defensoribus hæreticorum ad obedientiam Ecclesiæ redeuntibus, sub pœna pecuniaria cautionem exigerent, quod fidem Catholicam firmiter teneant, & vlteriùs fauorem aliquem hæreticis nō impendent; & nos statutum huiusmodi approbauerimus, ex abundanti, vt firmior vester maneat in hac parte processus, prædicta vobis, & his quos in huiusmodi contigerit ministerio subrogari authoritate præsentium duximus committenda. Datum Perusij quarto Kalendas Februarij Pontificatus nostri anno decimo. *Ex archiuo Inquisitionis Bononiensis, in Directorio pag. 12.*

Innocentij IIII. anno 1

IIII. *Quod non publicentur testes in Inquisitione.*

¶ Eodem anno Innocentius quartus concessit Inquisitoribus fratribus Ordinis Prædicatorum, quòd statuta dubia contra hæreticos edita interpretarentur, & filios, & nepotes hæreticorum, & similium priuent beneficijs, & officijs, dignitatibus, & honoribus. Item quod nomina accusantium, & testium in causa heresis non publicentur. Literæ autem sunt infra scripti tenoris.

INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs fratribus Ordinis Prædicatorum, Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Cùm negotium fidei Catholicæ aduersus hæreticę prauitatis errores vobis, vt vestra prudentia deprehendat vulpeculas demolientes vineam Domini, sub certa forma per alias literas duxerimus committendum; vt commissum vobis ab Apostolica Sede, tam salubre, ac vtile ministerium exequi liberiùs, ac exerceri possitis efficacius, in hac parte interpretandi statuta Ecclesiastica, & secularia contra hæreticos edita; & hæreticorum filios, & nepotes, credentium quoque, fautorum defensorum, & receptatorum ipsorum dignitatibus personatibus, & honoribus quibuscumque, ac beneficijs Ecclesiasticis, & publicis officijs, illos etiam, qui hæreticorum; vel aliorum prædictorū interuentu, intuitu, vel gratia; talia sunt adepti, vel in posterū assequentur, priuādi huiusmodi dignitatibus, personatibus honoribus, beneficijs, & officijs liberam vobis authoritate præsentium concedimus potestatem, sane volumus, vt nomina, tam accusantium prauitatem hæreticam, quàm testificātium super ea, nullatenus publicentur, propter scandalum, vel periculū, quod ex publicatione huiusmodi sequi posset: & adhibeatur dictis huiusmodi testium nihilominus plena fides. Quod si simul his non interfueritis exequendis, vnus vestrum ea nihilominus exequatur. Datum Laterani septimo Idus

Anno Christi 1243.

Martij Pontificatus nostri anno decimo. *Nicolaus Eymericus in 2. p. Directorij Inquisitorum in Extrauagantibus, officio Inquisitionis congruentibus pag. 136.*

V.

Inquisitorũ authoritas, & Potestas.

¶ Eodem anno Innocentius Pontifex concessit Inquisitoribus hæreticę prauitatis Ordinis Prædicatorum, vt possint compellere quoscumque sęculi Magistratus, per censuram Ecclesiasticam, vt iurent seruare leges in hęreticos latas, non obstante quouis priuilegio cuiuscumque tenoris. Literę autem Pontificiæ sic habent.

INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs Priori Prouinciali, & fratribus Ordinis Prædicatorum, Inquisitoribus hæreticæ prauitatis in Lombardia, Marchia Teruisana, & Romaniola salutem, & Apostolicam benedictionem.

B Ad aures nostras peruenit, quod nõnulli nobiles, Potestates, & alij de Lombardiæ, Romaniolæ, Marchiæ, Teruisanæ partibus nolunt statuta nostra, & Imperialia cõtra hæreticos edita in statutis ciuitatum, & locorum, quibus præsunt facere scribi, neque iurare iuxta mandatum nostrum se obseruaturos eadem, & facturos pro posse ipsorum ab huiusmodi ciuitatum, & locorum hominibus obseruari. Ne igitur mandatum nostrum super hoc directum prætextu alicuius indulgẽtiæ, seu priuilegij valeat impediri discretioni vestrę per Apostolica scripta mandamus, quatenus nobiles Potestatem, & alios supradictos ad executionem præmissorum iuxta eiusdem mandati nostri tenorem monitione pręmissa, per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compellatis. Non obstante aliqua Sedis Apostolicæ indulgentia quibuscumque personis, subquacumquè forma verborum cõcessa cuiuscumquè tenoris existat, quod excommunicari, non possint, vel eorum terra supponi Ecclesiastico interdicto, absquè specia li eiusdem Sedis mandato faciente plenam, & expressam de verbo ad verbũ de indulgentia huiusmodi, & eorum nominibus mentionem. Datum Perusij

A quarto nonas Aprilis Pontificatus nostri anno decimo. *Ex Archiuo Inquisitionis Bononiensis, in Directorio, pag. 12.*

Innocentij IIII. anno. 11.

VI

Conuersi per fratres Prędicatores.

¶ Eodem anno Innocentius quartus Assisij decimo Kalendas Augusti Põtificatus anno vndecimo (qui ab octauo Kalendas Iulij, iam currebat, qua die anno 1243. assumptus fuerat ad Pontificatum) diploma expediuit, quod incipit, *cũ sit hora diei vndecima*, & apud nos authenticum extat. In eo testatur Pontifex, se hoc anno misisse fratres Ordinis Prædicatorum ad conuersionem & prędicationem Sarracenorum, Paganorum, Græcorum, Bulgarorũ, Cumanorum, Æthiopũ, Syrorum, Iberorũ, Alanorum, Gazarorum, Gothorum, Sicororũ, Ruthenorum, Iacobitarum, Nubianorum, Georgianorum, Armenorũ, Indorum, Mostelitarum, Tartarorum, Hungarorum maioris Hungarię, aliarumq; infidelium nationum ad Orientem, &c. Idem posteà fecisse professi sunt Nicolaus quartus, & Ioannes vigesimus secũdus, qui ad prædicandum Euangelium fratres missos plurimum laudat, eo quod incõmemoratis prouincijs, vt etiam in Regnis Vualachiorum, Nestorianorum, & Moschouitarum in prædicationis munere Apostolico egregiam, atq; strenuam operam nauauerint, &c. Et in istis literis inter alia priuilegia fratribus nostris concessa, sunt vt possint ad Acolythatus ordinem promouere, atq; cum irregularibus dispensare in his, quę Legati Sedis Apostolicę possunt, & cum clericis etiam patientibus defectum natalium (dummodo non sint de adulterio, vel de incestu, aut de regularibus procreati) & quod etiam absoluere possint occisores clericorum, & religiosarum personarum in illis prouincijs, ac fundare denuo Ecclesias, reconciliare profanatas, & in illis de Rectoribus prouidere, & eis qui de gentilibus, vel schismaticis conuerterẽtur, dare licentiam, vt vxores suas cum quibus contraxerant, nisi forsan in gradibus diuina Lege prohibitis valeant retinere. *F. Vincentius Iustinianus Antist. Scholiastes. Epistola S. Vincentij Ferrerij, ad*

Sarraceni. Pagani. Græci. Bulgari. Cumani. Ætiopes. Syri. Iberi. Alani. Gazari. Gothi. Sicori. Ruteni. Iacobitæ. Nubiani. Georgiani Armeni. Indi. Mostelitæ Tartari. Hungari. Vualachi. Nestoriani Moschouitæ, &c.

C D

ri j, ad

Anno Christi 1253.

rij ad Benedictum 13. Antipapam, F. Antonius Lusitanus Chronico anno 1250. Castillus 1. p. lib. 2. cap. 50. F. Thomas Maluenda de Antichristo lib. 3. capit. 26 pagin. 171.

VII ¶ Eodem anno Innocentius quartus ad negotiũ prædicationis fidei, Ruthenis, Scythis, & alijs Orientalibus, & Aquilonaribus vrget Prouincialem Poloniæ Ordinis Prædicatorum literis datis Assisij. Quibus & inprimis professionis suę memores quantum pro dilatatione fidei, in partibus Orientalibus, & Aquilonaribus laborauerint, indicio est primum, quod idem Pontifex primum Episcopum Lituanis B. Fr. Vitum discipulum B. Hyacinti, & primum Ruthenis B. Fr. Gerardum ex eadem disciplina concesserit. Indicio est deinde, quod fratres Apostolico isto munere, tunc apud barbaros fungentes amictu peculiari Cardinalibus Sanctæ Romanę Ecclesiæ tunc proprio vtebantur. Idem enim Innocentius Pontifex, qui Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus pileum roseum concesserat fratribus Prouinciæ Poloniæ inter gentes prædicantibus indulserat, vt rubeo quoque galero, rubeis sandalijs, ocreis, & chirotecis rubeis caput manus, & pedes tegerent. Visebantur quoque nostro tempore, plęrequè fratrum imagines, in Cœnobio Prædicatorio Leopoliensi ad eum modum depictę. Nuper etiam in sepultura quadam abditiore frater quidam, ab immemorando tempore humatus, talibus ornamentis rubescens imputris repertus est. His enim purpureis ornamentis significabant legati Apostolici fratres Prædicatores Prouinciæ Polonię mortibus deuota gestare capita, igneque ardentissimo exæstuare, ad præparationem Euangelij pacis. *Volaterranus libro 22. Genebrardus libr. 4. Diagus libro 1. cap. 9. Fr. Abraham Bzouius cap. 2. in fine, & in Annalibus Ecclesiasticis num. 5.*

Oritales, & Aquilonares Europæi populi conuersi.

Prędicatores fratres rubeis Ornamentis vsi.

VIII ¶ Eodem anno Innocentius quartus ad instantiam Iacobi Aragonũ Regis, apud Lateranum anno vndecimo Pontificatus, præcepit Prioribus Barchinonensi, Illerdensi, & Perpenianensi Ordinis Prædicatorum, vt instituerent, ac deputarent fratres Inquisitores ad vrbes, & diœceses, ad quas idẽ Rex efflagitaret. Et circa idem tempus à B. Fr. Raymundo authoritate Apostolica, qua fungebatur, statuti sunt Inquisitores Generales in cunctis Regnis, ac Prouincijs Iacobi Regis Aragonum Frater Petrus de Tonenes, & frater Petrus à Ladireta, qui pro suo administrando proviribus munere manibus impiorum occubuit. *Hieronymus Zurita, in Annalibus Regni Aragonia lib. 3. cap. 75. & Diagus lib. 1. capit. 5. & 6.*

Innocentij IIII. anno 11.

Inquisitores contra hæreticos.

IX ¶ Eodem anno Fr. Berchtoldus Lausutensis, Ordinis Prædicatorum egregius concionator, qua pollebat authoritate, conabatur Othonem Ducẽ Bauarię excommunicatum ab Innocẽtio, eo quod Federico contra Ecclesiã adhęsisset, ad obedientiã Ecclesiæ reducere: & erga Ecclesiã atq; clerũ mitigare. At ille & monitorẽ contempsit, & seueritatem diuinam contra se prouocauit: quamquam non sine premonitione diuina, si forte exaudiret. Quidam enim pauperculus nocte circa festum S. Michaelis per raptum aspexit se ductum ad tribunal iudicis cuiusdam; ibidèquè audiuit, & vidit, quia ad querimoniam sanctorum sententia morti data esset, in Othonem, & cæteros Principes pacis, & Ecclesiarum, ac pauperum turbatores. Asserebat pariter, sibi à sanctis ex parte Dei fuisse iniunctum, vt hoc Othoni, & alijs Principibus, vel si eos adire non permitteretur, alijs renunciaret. Cûm non admitteretur, fratri Bartholdo aliquotquè Abbatibus, ea quæ vidit, aperuit. Otho autem visiones, & monitiones à F. Berchtoldo factas suo malo risit. Nam in vigilia S. Andreæ Apostoli, cum in vespertinum tempus cum vxore, & familiaribus valde iucunde exegisset, præsentem vitam subitanea morte finiuit. *Trithemius in Chronica Hirsaugensi, hoc anno, & Annales Ecclesiastici num. 11.*

Pro Ecclesia munus

Anno Christi 1254.

X ¶ Eodem anno in Italia potissimum vero apud Lombardiam hæreses extingui cœperunt breuique tempore exterminatæ sunt miraculis, per B. Petrũ Martyrem Sanctorum catalogo nono Kalendas Aprilis ascriptum factis, doctrinaquè ab eodem disseminata, & iuuamine cęlesti orationum inuictissimi Martyris Christi impertito. Eodem tempore in Marchia Anconitana F. Paganus à Leuco, Bergomensis, ad ordinem per manus B.P. Dominici receptus, ab Innocentio Pontifice Inquisitor Apostolicus est designatus, qui prouincię illius solertissime curam habẽs labem hæreticam ab eadem totis viribus effugare conatus est, *Castillus 1.p. lib.2.cap. 33. & capit. 22. Leander Albertus lib.2.fol.58.*

Hæreses extinctæ.

XI ¶ Eodem anno iam in Genuensi Senatu Sanctæ Inquisitionis florebat officium, cuius primus aduersus hęreticam prauitatem Inquisitor videtur extitisse, Fr. Anselmus è Prædicatoria familia alumnus, sicut & reliqui successores: De quo loquitur Augustinus Iustinianus Archiepiscopus Genuensis anno Domini millesimo ducẽtesimo quinquagesimo sexto, *Paramus lib.2.ti.2.capit. 33.*

Inquisitores.

XII ¶ Eodem anno Innocentius Pontifex Prioribus, & fratribus Prædicatoribus, in Liuonię Prouincia prædicantibus præcepit, & hortatus est, vt Christianos à commercio Paganorum auerterent, & ad custodiam Castri in finibus Liuoniæ à Teutonicis militibus super fluuium Duina, scilicet, ne nauigio victualia, & reliqua necessaria gentilibus importarentur, animarent: Perusij decimo Kalendas Septembris Pontificatus anno vndecimo. *Annales Ecclesiastici num.5.*

Munus à Pontifice iniunctũ.

I ANNO Domini millesimo ducẽtesimo quinquagesimo quarto Pontificatus Innocẽtij quarti anno duodecimo, in quo obijt septimo Idus Decembris, & electus est Alexander quartus vndecimo Kalendas Ianuarij (qui obijt anno 1261. octauo Kalendas Iunij) F. Pontius Spirensis Burdegalensis Ordinis Prædicatorum, qui ab hęreticis plurima dãna passus fuerat, potissimum à Comite Tolosano Raimundo, & quibusdam Albigensibus Episcopis, atquè ab ipsorum fautoribus. Sed aduersus eorum errores intrepide disputans, ac feruide declamans, atquè viriliter dimicans Catholicæ fidei amplificandæ zelator eximius, cum semel & iterum Prouinciæ Tolosanę moderator existeret, maximam hæreticorũ stragem gladio spiritus suis concionibus fecit, plurimis ad Catholicam fidem reductis: hoc anno ad cęlestem patriam migrauit quinto Kalendas Maij. *Castillus 1.p.lib.2.cap.46.*

An. 1254.

Innocentij IIII. anno. 12.

Hæretici reducti.

II ¶ Eodem anno Innocentius Pontifex iniunxit Inquisitoribus hęreticæ prauitatis Ordinis Prędicatorum, vt cõpellant per excõmunicationem, in personas, & interdictum in terram, appellatione remota obseruari leges Federici in hęreticos, & eorum complices editas, literæ autem sunt tenoris sequentis.

Inquisitorum Potestas.

INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs Potestatibus, Consilijs, & Communitatibus ciuitatum aliorumquè locorum Lombardiæ, Marchiæ Teruisanæ, ac Romaniolæ, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Cùm aduersus hæreticam prauitatem, quondam Federicus Romanorũ Imperator promulgauerit quasdam leges, per quas, ne peruagetur compesci poterit pestis illa, nos illas volentes ad robur fidei, ac salutem fidelium obseruari, Vniuersitati vestræ, per Apostolica scripta mandamus, quatenus easquarũ tenores vobis mittimus insertos præsentibus, faciatis singuli in vestris capitularibus annotari, contra hæreticos sectę cuiuslibet, secundum eas exacta diligentia processuri: alioquin dilectis filijs Priori Prouinciali, & fratribus Inquisitoribus hæreticæ prauitatis Ordinis Prædicatorum, in Lombardia, Marchia Teruisana, & Romaniola literis

nostris

Anno Christi 1254.

nostris iniungimus, vt vos ad id per excommunicationem in personas, & interdictum in terram, appellatione remota compellant.

Tenores Legum sequebantur: sed quia eas anno Domini 1225. supra retulimus, hic non reponimus.

Datum Assisij vndecimo Kalendas Iunij Pontificatus nostri anno vndecimo. *Ex vetusto codice bibliotheca Vaticana, & Directorio Isabellano p. 2. fo. 710.*

III. Eodem anno Innocentius Pontifex potestatem concessit Priori Prouinciali Lombardiæ Ordinis Prædicatorum, vel eius Vicario in absentia eiusdem, quod de consilio discretorum fratrum instituat quatuor fratres Inquisitores hæreticę prauitatis, & eos ex causa possit amouere, & alios substituere loco ipsorũ. Literę Põtificis sic se habēt

Authoritas instituendi Inquisitores

INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei, dilecto filio Priori Prouinciali Ordinis Prædicatorum, in Lombardia, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Licet ex omnibus mundi partibus, quæ nomine Christiano censentur, teneamur, ex officij nostri debito expurgare lethiferam pestem hæreticæ prauitatis, in Italia tamen imminet nobis hæc solicitudo propensius, vbi eandē pestem propter malitiam tēporis (quæ in detrimentum fidei Catholicæ peruersos mores peperit) ex vicinitate persensimus abundantius subcreuisse. Volentes igitur, in Prouincia Lombardię â Bononia, & Ferraria inclusiue, vsque ad vltimos fines superiorum partium eiusdem prouinciæ, ac Marchia Ianuēsi, per aliquos de fratribus Prioratus tui, super hoc partes nostrę solicitudinis adimpleri discretioni tuę, per Apostolica scripta mandamus, quatenus tu vel Vicarius tuus, cum contigerit te ab esse de consilio discretorum fratrum, quatuor ex eiusdē Prioratus fratribus viros zelum habentes Christianæ fidei, & opere, ac sermone potētes assumas, eisq; Inquisitionis officium contra hæreticos eorumque fautores, & complices in prędictis prouincia, & Marchia,

A iuxta formā, quam eis per alias literas nostras expressimus exequendum iniungas, quos eam, quam, in eisdem literis comprehēdimus habere volumus potestatem. Si verò quemquam eorundem Inquisitorum, ex causa videris aliquando amouendum, alium alio amoto substituas, pari potestate functurum, quoties id faciendum deliberatione cū discretis fratribus habita, tibi vel eidem Vicario te absente visum fuerit

Innocentij IIII. anno 11.

expedire. Datum Assisij quarto Kalendas Iunij Pontificatus nostri anno vndecimo. *Ex Archiuo Inquisitionis Bononiensis in Directorio pag. 16.*

B

IIII. Eodem anno Innocentius Pontifex iniunxit Inquisitoribus Ordinis Prędicatorum, quod prędicent fidem Catholicam, ac per alios faciant prædicari, Cruce signatos recipiant, qui hæreticos insequantur, audientibus conciones Inquisitorum de fide habitas concedant indulgentiam viginti, vel quadraginta dierũ, & eis qui hęreticos persequũtur concedant plenariam indulgētiā. Literæ autē sunt tenoris sequētis.

Inquisitorū authoritas.

C

INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei, dilecto filio Priori Prouinciali Ordinis Prædicatorum, in Lombardia, salutem, & Apostolicam benedictionē.

V. Malitia huius temporis in diuersis mundi partibus, & maxime in Prouincia Lombardiæ, peruersorum morum peperit corruptelam: ex quibus pestifera pestis hæreticæ prauitatis abundantius solito noscitur pullulasse. Ad purgationem igitur eiusdem pestis iuxta officij nostri debitum, ex animo intendentes, volumus aduersus huiusmodi iniquitatis operarios, qui massam Catholicæ puritatis fermento propriæ cōtagionis inficiunt, fideles, vt consurgāt stentq; nobiscum pro Euangelicis, quas professi sunt legibus defensandis salubribus exhortationibus incitari. Quocirca deuotioni tuæ per Apostolica scripta districtè præcipiendo mandamus, quatenus tu vel Vicarius tuus cum contingit te abesse, per te ipsum ciuitatibus, & locis alijs, quæ infra Prioratus Prouincialis tibi commissi statutos,

D

Anno Christi 1254.

ab ordine tuo limites continentur prædicans contra hæreticos verbum Crucis, & per idoneos ad hoc fratres tuos faciens publice prædicari, ac consignari Crucis charactere eos, qui tacti zelo fidei contra hæreticos eorumque fautores voluerint Cruce signari fideles, ad huiusmodi prædicationis, & Crucis signationis officium exequendum, in ciuitatibus, & locis prædictis, tot de fratribus tibi commissis verbo, & opere potentes assumas: quot ex eisdem assumptis singulis ciuitatibus, & diœcesibus Prioratus eiusdem bini valeant deputari. Nos eorum tibi, & eorum singulis largiendi viginti, vel quadraginta dierum indulgentiam de iniunctis pœnitentijs vere pœnitentibus, & confessis, qui ad audiendum verbum ipsum deuote affuerint, necnon & illis, qui ad extirpandam hęreticam prauitatē signum Crucis acceperint, illam indulgentiam, illudque priuilegium concedendi, quæ transfretantibus in terræ Sanctæ subsidium in Generali conceduntur Cōcilio, plenam authoritate præsentium concedimus potestatem. Datum Assisij secundo Kalendas Iunij Pontificatus nostri anno vndecimo. *Ex Archiuo Inquisitionis Bononiēsis, in Directorio, p. 16.*

V

Inquisitorum Potestas.

¶ Eodem anno Innocentius quartus Anagniæ decimo tertio Kalendas Iulij, vt Inquisitores Crucis verbum cōtra hæreticos eorumque complices ardenter prædicent, eosq; qui Cruce signari voluerint recipiant concessit, contra hæreticos, & eorum complices, & fautores procedant, Cruce signatos â censuris Ecclesiasticis absoluant, eorum vota commutent: cumque clericis Cruce signatis super irregularitate dispensent, atque tum hoc, tum illos tempore interdicti generalis, ad diuina officia admittant, priuilegium donauit quod sequitur.

INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs fratribus Ordinis Prædicatorum, Inquisitoribus hæreticæ prauitatis in Lombardia, Marchia Teruisana, & Romaniola salutem, & Apostolicam benedictionem.

Innocentij IIII. anno. 12[...]

A Malitia huius temporis in diuersis mūdi partibus, & maxime in prouincia Lombardię peruersorum morum peperit corruptelam, ex quibus lethifera pestis hæreticæ prauitatis abundantius solito nosci:ur pullulasse. Ad extirpationem igitur eiusdem pestis iuxta officij nostri debitum ex animo intendentes volumus aduersus huiusmodi iniquitatis operarios, qui massam Catholicæ veritatis fermento propriæ contagionis inficiunt, fideles vt consurgant, stētque nobiscū pro Euangelicis, quas pro- B fessi sunt, legibus defendendis, salubribus adhortationibus incitari. Quocirca discretioni vestræ, per Apostolica scripta districtè præcipiendo mandamus in remissionem vobis peccaminū iniungentes, quatenus in locis, vbi contra hæreticos vobis Inquisitionis officium commissum est curetis singuli opportuna instantia, contra eosdem hæreticos, eorumquè fautores proponere populis publice verbum Crucis, & eos, qui tacti zelo fidei ad extirpādam prauitatem eandem votum assumpserint, C Crucis charactere consignare. Vt autē vobis de prædicatione huiusmodi, & fidelibus, qui eiusdem Crucis, ob hoc votum assumpserint, copiosę mercedis præmium afferatur, vobis & eisdem fidelibus illam indulgentiam, illudquè priuilegium elargimur, quæ transeuntibus, in terrę Sanctæ subsidium, in generali Concilio conceduntur. Cûm autem huiusmodi Crucis verbum, per vos proponi contigerit, relaxandi omnibus vere pœnitentibus, & confessis, D qui ad audiendum verbum ipsum deuote affuerint, quadraginta, vel viginti dies de iniunctis pœnitentijs, libera sit vobis, & singulis vestrum de nostra concessione facultas. Quod si forte, quod non credimus, aliqua ciuitas Communitas, vel persona cuiuscumq; cōditionis, vel gradus, huic tam salubri negotio se opponere, seu illud pręsumpserit aliquatenus impedire, vt per vos, vel per alios authoritate nostra ad hoc deputatos, vel in posterum deputandos libere procedi, non valeat in eodem: imò si qui-

cumque

Anno Christi, 1254.

cumquè requisiti illud fouere neglexerint, & iuxta officium, vel posse suum studiose iuuare: contra eos tanquam defensores, & fautores hæreticorum sublato appellationis obstaculo vos, vel vestrum singuli authoritate nostra intrepide procedatis. Contra quos prout audacia ipsorũ exegerit Reges & Principes Christianos, necnon Cruce signatos, pro terrę Sanctę succursu curabimus inuocare: cum non minus expediat, imò magis, fidem in locis propè positis, quam procul distantibus defensare. Porro vt non solum Inquisitionis vobis super hæretica prauitate cõmissæ, sed & huiusmodi prædicationis officium in manibus vestris congruis fauoribus adiuuetur, absoluendi iuxta formam Ecclesię omnes, qui contra prauitatem hęreticam assumpserint signum Crucis, ab interdicti suspensionis, & excommunicationis sententijs canonis, & præsertim ab illis, quas pro incendijs, vel effractionibus Ecclesiarum, seu iniectione manuum violentâ, in personas Ecclesiasticas incurrerunt, & alijs quoque sententijs â nobis, vel authoritate nostra generaliter promulgatis, nisi adeô grauis, & enormis excessus fuerit personarum, quod ab his oporteat absolutionis beneficium per Sedem Apostolicam obtineri, necnon & ab illis sententijs, quas adhærendo, & fauendo contra Ecclesiam, quondam Federico, se tunc pro Imperatore gerenti, seu Conrado nato eius, vel ipsorum fautoribus incurrerunt: Ezelino de Romanis, Vberto Marchione Pellauicino, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Capitaneis, Potestatibus, Rectoribusque ciuitatum, atque locorum, similibusque personis, qui in Ecclesias, & personas Ecclesiasticas sæua exercuisse noscuntur, aut eorum bona nequiter occupasse, dumtaxat exceptis. Dum modo assumpto Crucis signaculo votum huiusmodi, qui absoluti fuerint, efficaciter consequantur: & ipsi caueant, quod de cætero contra Ecclesiam, nunquam erunt, & tam ab ipsis, quam ab aliis præmissis plena de

Innocentij IIII anno 12.

A damnis, & iniurijs propter quæ excommunicati noscuntur, satisfactio, vel satisfaciendi sufficiens securitas impẽdatur, necnon, & dispensandi cum clericis super irregularitatibus, quas celebrando diuina, ligati sententijs Canonis contraxerunt. Commutandi quoque vota eorundem Cruce signatorum volentium, & votorum qualitate pensata, terrę Sanctę vobis alijsque perpetuis, quæ commutationis, non admittunt remedium, exceptis. Concedendi quoq; Cruce signatis ijsdem, quod tempore B generalis interdicti possint interesse diuinis officijs, & Ecclesiastica Sacramenta recipere, in locis, in quibus eadem, ex indulto Sedis Apostolicæ celebrantur, dummodo, si in præmissis casibus Ecclesiasticis tenentur ligati sententijs, prius beneficium absolutionis assequãtur, vobis, & singulis vestrum authoritate præsentium concedimus facultatem. Datum Anagniæ decimo tertio Kalendas Iulij, Pontificatus nostri anno vndecimo. *Annales Ecclesiastici numero 2. & 3.*

VI

Inquisitorum Potestas.

C ¶ Eodem anno Innocentius Pontifex potestatem fecit Inquisitoribus Ordinis Prędicatorum, vt possint compellere Magistratus sæculares, vt obseruẽt leges Federici Imperatoris contra hæreticos editas. Literas dedit ad hoc Anagniæ Nonis Iulij, hoc anno, ad eum modum, quo anno 1252. Perusij quinto Kalendas Iunij, alias expedierat.

INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filijs fratribus Ordinis Prædicatorum, Inquisitoribus hæreticæ prauitatis in partibus Lombardiæ, sa- D *lutem, & Apostolicam benedictionem.*

Cùm aduersus hæreticam prauitatem quondam Federicus Imperator, tunc Romanorum, promulgauerit quasdam leges, per quas ne peruagetur compesci poterit pestis illa, nos eas volentes ad robur fidei, ac salutem fidelium obseruari, dilectis filijs Potestatibus, Consilijs, & Communitatibus ciuitatum, aliorumque locorum Italiæ nostris dedimus literis in mandatis, vt ipsas quarum tenores, sibi præ-

Anno Christi 1254.

atis insertos literis mittimus singuli faciant in suis capitularibus annotari cõtra hæreticos sectæ cuiuslibet, secundum eas exacta diligentia processuri. Quocirca discretioni vestræ, per Apostolica scripta mandamus quatenus, si præfati Potestates, & alij ciuitatum, & locorum, in quibus vobis Inquisitionis officium contra hæreticos est commissum, mandatum super hoc Apostolicum neglexerint adimplere; vos vel quiuis vestrum eos ad id per excõmunicationẽ in personas, & interdictũ in terrã remoto appellationis obstaculo compellatis: non obstante, si aliquibus, ab Apostolica Sede sit indultum, vel indulgeri contigerit, quòd excommunicari, suspendi, vel interdici non possint, vel eorum terræ subijci Ecclesiastico interdicto. Datum Anagniæ Nonis Iulij Pontificatus nostri anno duodecimo, *Ex Archiuo Inquisitionis Bononiensis.*

VII

Inquisitorum Potestas.

¶ Eodem anno Innocentius Pontifex iniunxit Inquisitoribus hæreticæ prauitatis Ordinis Prædicatorum, in Lombardia, vt destruant domos hæreticorum, & turres. Literæ autem, sic habent.

INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs fratribus ordinis Prædicatorum, Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, in prouincia Lombardiæ, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Cùm in constitutionibus nuper à nobis contra hæreticos promulgatis inter alia contineri dicatur expresse, vt domus, in qua hæreticus, vel hæretica inuentus fuerit, ac ei contiguæ, si fuerint eiusdem domini, sine spe reparationis funditus destruantur, nostro petistis certificari responso; quid sit de turribus in casu huiusmodi obseruandum? Ad quod breuiter respondemus, quod nostræ intentionis extitit, & existit, vt in eo casu idem in turribus, & in domibus iudicium obseruetur. Lignamina vero, lapides, & tegulas domorum, & turrium, quæ taliter destruentur, eo modo distribui decernimus,

Innocentij IIII. anno 12.

A quo res alias ibidem inuentas diuidi mãdauimus in constitutionibus ante dictis. Datum Anagniæ quarto Kalendas Augusti Pontificatus nostri anno duodecimo. *Ex Archiuo Inquisitionis Bononiensis, in Directorio pag.* 19.

VIII

Prussi deficit.

¶ Eodem anno Mendocus Rex Lithuanorum, quem Innocentius Pontifex biennio ante Regem Lithuanorum renunciauerat, abiecta Religione Christiana, coacto ex suis Lithuanis pariterquè Prussis idem sentientibus, valido exercitu, in quo triginta armatorũ B millia censebantur Massouiam omnẽ crudelissime vastauit: & Crucigerorum ditionem hostili furore inuasit, ea peragrata, & exusta homines quidem captos immanitate barbarica trucidauit: Eiecitquè tunc Mendegonus B. fratrẽ Vitum, & alios fratres Ordinis Prædicatorum, qui in eorundem cõuersione plurimum laborauerant, præsertim ipse F. Vitus, qui eorum Episcopus â Pontifice designatus fuerat. *Annales Ecclesiastici num* 8.

IX

Idolatræ innumeri conuersi.

C ¶ Eodem anno cum maximus numerus fratrum Prædicatorum ad infidelium conuersionem destinatus fuisset, plures Barbarorum, ac Gentilium prouincias peragrarunt, in quibus nulla adhuc notitia Christi, nullum lumen erat, idquè eo fructu, vt scriptum sit iniri non posse numerum animarum, ad rectam fidem, per eos traductarum, præsertim vero in Cumanorum gente. Vnde Fr. Benedictus, qui cæteris præerat fratribus ad Magistrum Generalem Ordinis Prædicatorum F. Humbertum de D Romanis scribens (quæ adhuc extant literæ) narrat, quod ipse sodalesque eius in Cumanorum prouincijs prædicationi insistentes multa hominum millia, non solum ex plebe, sed etiam ex prima nobilitate, ad fidem Christi traxerint, aliquot Cumanorum Principibus baptismo sacro lauatis iuxta ritum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & ex nobilitate, atquè ex plebe innumera multitudine. Refert insuper, quod Cumani ieiunia quadragesimæ, & alias Ecclesiæ ceremonias ad vnguẽ obseruarent,

& quod

Anno Christi, 1254.

& quod ipsi Barbari profitebantur ingenue, hęc omnia bona per fratres Prędicatores esse consecutos. Et quia plurima damna à Tartaris patiebantur, ideò R. P. Magistrum Generalem ordinis efflagitabant, vt in Comitijs Generalibus cunctis fratribus iniungeret, vt suis orationibus, & precibus pro eorundem neophitorum conseruatione, & tegumento Dominum deprecarentur. *Castillus 1. p. lib. 2. cap. 50.*

X ¶ Eodem anno F. Paulus Polonus ex Prædicatoria familia hæreticæ prauitatis Inquisitor, & posteà Episcopus Posnaniensis fidei, atquè Ecclesiæ dilatandæ auiditate excellens, molestissima damna idcirco perpessus, excommunicauit namque D. Borziuoi Comitem Srzemensem propter transgressionem, iniurias, ac violentias Ecclesię illatas. Et cum ab eodem Comite fides, & securitas ei concessa fuisset, vt sanctus Episcopus, cum alijs prælatis, per oppidum Srzem transiret: fide fracta captus, & in vincula coniectus est. Sed cum à carcere euadens præsul intrepidus denuo Comitem fidefragum per vniuersum Poloniæ Regnum excommunicauit, ab ipso eiusque fautoribus grauissimas, & atroces persecutiones viriliter, atque æquissimo animo pro Ecclesia sustulit, *Fr. Seruetinus Cracouiensis, historia prouincia Polonia, & Fr. Michael Pius 1. par. lib. 1. col. 53.*

Pro Ecclesia defendenda passi

XI ¶ Eodem anno Innocentius Pontifex fratres Prædicatores, ad propagandam fidem Christi, ad Saladinum Thraciæ misit, eosdemque illi Principi, & Prælatis Georgiæ, vt eos benigne haberent, & veritatem Orthodoxam Ecclesiæ Romanę amplecterentur, commendauit. *Annales Ecclesiastici numero 6.*

Prædicatio fidei,

¶ Hoc anno Carthusiensium Ordo in perpetuum esu carnium renunciauit post centesimum sexagesimum octauum annum suæ primęuę institutionis. *Annales Ecclesiastici num. 7.*

XII ¶ Eodem anno assumptus est ad Pontificatum vndecimo Kalendas Ianuarij Alexander quartus, qui obijt anno millesimo ducentesimo sexagesimo primo, octauo Kalendas Iunij. Et mox atquè Sedem Pontificiam conscendit; in primis ex more, assumptionis suæ omnes per literas admonuit, orationesquè omnium, sed præcipue fratrum Ordinis Prædicatorum, quibus impensius fauebat, & quorum ministerio ad Ecclesiam administrandam fœliciter vsus est, pro fœlici administratione Pontificatus postulauit. *Annales Ecclesiastici num. 6.*

Innocentij IIII. anno 12.

Pontificis iuuamina

I ANNO Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto, sub Alexandro quarto F. Henricus, ex Prouincia Poloniæ, qui ab Innocentio quarto Culmensis Antistes factus est, cum Premislao Boemiæ Principe, ac alijs Cruce signatis, Prussiam contra Barbaros descendens in prouincia Sambiensi Pruthenos deditionem facientes Christi dogmate instruxit, atquè eos ad Ecclesiam introducens salutaribus baptismi aquis perluebat, *Fr. Abraham. Bzouius capitulo 3.*

An. 1255.

Rutheni conuersi.

II ¶ Eodem anno Fr. Anselmus nuncius, ac Legatus Apostolicus, cum alijs eiusdem Prædicatorij Ordinis sodalibus in Persidis intimos, sinus secundò penetrans, dum idololatras ab idolorum superstitionibus auertit, innumeris pro Christo cruciatibus toleratis vitam cum sanguine simul cum socijs profudit, *Martinus Baro allatus ab Abraham Bzouio cap. 3.*

Persæ conuersi, & fratres pro fide necati.

III ¶ Eodē anno Ezelinus tyrānus apud Veronenses, & Vicentinos maximus, & molestissimus Ecclesię hostis, plures fratres è Prædicatoria familia propterea quod Ecclesię, ac Pontificis partes intrepide gerebant, in carceribus fame, & pędore necauit, *Iacobus Cauaccius, ex Gerardo Valerio Muschetta, & alijs libr. 2. & 3. hist. Cænobij Patauini D. Iustinæ.*

Pro Ecclesia occisi.

¶ Eodem anno Alexander quartus Priorem Parisiensem, Ordinis Prædi-

Anno Christi 1255.

Hæretici Inquisiti.

catorum ad inquirendos in vniuerso Regno Franciæ, & Comitatu Tolosano hæreticos, cum amplissima potestate Inquisitorem instituit: vtque in ferendis sententijs maturos, ac prudentes viros consuleret, hortatus est. Neapoli sexto Idus Martij, & decimo septimo Kalendas Maij. Item prouinciali Germaniæ eiusdem ordinis potestatem fecit, vt Duci Saxoniæ permitteret filiam Ioanni Brandeburgico in matrimonium collocare; Neapoli Nonis Maij. Insuper prædicto Priori Parisiensi Ordinis Prędicatorum, & Archiepiscopo Bituricensi iniunxit: vt capitula concordiæ, ac pacis, quæ tunc à Rege Galliarum Ludouico inter Abbatē, & Monasterium Turonense ex vna, & Comitem Blessensem ex alia parte stabiliebatur, cognoscerent: & si Monasterio vtilia perspexissent, vt Abbati, atque Monasterio licentiam stabiliendi concederent, Laterani sexto Idus Decembris. *Annales Ecclesiastici nu.* 8.

V

Inquisitores contra hæreses.

¶ Eodem anno Alexander Pontifex iniunxit Fr. Raynerio, & alijs fratribus Ordinis Prædicatorum Inquisitoribus hæreticę prauitatis in Lombardia, vt procedant contra hæreticos iuxta constitutiones Innocentij, reliquis statutis nihilominus in hæreticos editis in suo robore seruatis. Literæ autem sunt tenoris sequentis.

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, dilecto filio Raynerio, ac alijs fratribus Ordinis Prædicatorum Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, in Lombardia, salutem, & Apostolicam benedictionē.

Cùm authoritate fœlicis recordationis Innocentij Papæ prædecessoris nostri, in Lombardia Inquisitionis officiū contra hæreticos fueritis hactenus executi, nos desiderantes, tam nociuam pestem prauitatis hæreticę, quæ pullulare in illis partibus consueuit, cum omni solicitudine extirpare, discretioni vestrę per Apostolica scripta mandamus, quatenus secundum à Deo vobis datam prudentiam authoritate nostra in eiusdem Inquisitionis officio procedatis, iuxta ipsius prædecessoris, directarum continentiam literarum. Statutis contra hæreticos editis, quæ idē prædecessor, in capitularibus ciuitatum, & locorum Italiæ annotanda, & seruanda mandauit, ac literis Ecclesiarum prælatis, & alijs Lombardis super negotio ipso directis, in suo robore duraturis. Datum Neapoli sexto Kalendas Maij, Pontificatus nostri anno primo. *Ex Archiuo Inquisitionis Bononiensis, in Directorio, pag.* 19.

Alexandri IIII. anno 1.

VI

Inquisitorum potestas.

¶ Eodem anno Alexander Pontifex scripsit Inquisitoribus Ordinis Prædicatorum, in Prouincia Lombardiæ, amplians, & declarans nonnulla capita constitutionum Innocentij quarti. Literę autem sunt tenoris sequentis.

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs fratribus Ordinis Prædicatorum, Inquisitoribus hæreticorum in prouincia Lombardiæ, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Cùm secundum tenorem constitutionum fœlicis recordationis Innocentij Papæ prædecessoris nostri, quas in capitularibus ciuitatum, & locorum Italiæ annotari mandauit, contineatur, quòd quilibet Potestas, seu Rector cuiuscumque ciuitatis, seu loci infra tertium diem post introitum regiminis sui, duodecim viros probos, & Catholicos, & duos notarios, & duos seruitores, vel quotquot fuerint necessarij instituere teneantur, quos diœcesanus, si prçsens extiterit, & interesse voluerit, & duo fratres Prædicatores, & duo minores, adhoc à suis Prioribus, si Conuentus ibi fuerint eorundem ordinis deputati, duxerint eligendos, per quos inquirantur hæretici, & etiam capiantur. Teneatur insuper idem Potestas, vel Rector infra decem dies sui regiminis syndicare præcedentem proximò Potestatem, vel Rectorem, & eius etiam assessores, per tres viros Catholicos, & fideles, electos ad hoc per diœcesanum, si fuerit præsens, & per fratres Prædicatores & Minores de omnibus, quæ in constitutionibus præfatis, & legibus, contra hęreticos, & complices eorum editis continentur. Et sicut

Anno Christi. 1255.

cut ad audientiam ipsius nostri prædecessoris peruenit earundem cõstitutionum super his, plerumque impediatur effectus, pro eo scilicet, quod interdum illi, qui prædictos viros debent eligere electioni huiusmodi non possunt interesse, vel nolunt, nos ad instar prædecessoris eiusdem super his, sicut conuenit, prouidere volentes statuimus, vt si diœcesanus, & fratres Minores prędictę electioni prędictorum virorum noluerint, vel non potuerint interesse per aliquem vestrum, seu illos, quibus id duxeritis committendum, in locis, in quibus Inquisitionis officium exercetis eligere personas, seu viros huiusmodi libere valeatis, vobis & vestrum singulis authoritate præsentium indulgemus: non obstante iuramento, quod prędicti Potestates, & Rectores de obseruandis pręfatis constitutionibus exhibere tenentur, à quo ipsos, quantũ ad hos articulos, siue casus duximus absoluẽdos. Nulli ergo omnino hominũ, &c. Datũ Neapoli secundo Kalendas Maij Pontificatus nostri anno primo: *Ex Directorio sabellano fol. 694.*

VII *Inquisitorum potestas.*

¶ Eodem anno Alexander quartus iniunxit Inquisitoribus ordinis Prædicatorum in Lombardia, & Marchia Ianuensi, vt procedant in negotio Inquisitionis, iuxta ordinationes Innocẽtij quarti. Literæ autem Pontificis sic habent.

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filijs Fr. Raynerio Placentino, & alijs fratribus ordinis Prædicatorum Inquisitoribus in Lombardia, & Marchia Ianuensi: salutem, & Apostolicam benedictionem.

Cum felicis recordationis Innocentius Papa prædecessor noster, contra hęreticos prędicationem crucis vobis duxerit per suas litteras committendam, discretioni vestrę per Apostolica scripta mandamus, quatenus in negotio procedatis eodem iuxta literarum continentiam earundem. Datum Anagnię quinto Idus Augusti. Pontificatus nostri anno primo. *Ex Archiuo Inquisitionis Bononiensis.*

Alexãdri IIII. anno 1.

I. *An. 1256.*

ANNO Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto, Pontificatus Alexandri quarti anno secundo, idem Pontifex Lateranii, tertio Nonas Ianuarij, vniuersis & singulis fratribus ordinis Prędicatorum in terra Sancta verbum Dei prędicantibus largitus est indulgentias, & priuilegia cruce signatorum. Insuper Priori Culmensi ordinis Prędicatorum & Fr. Bartholomęo ordinis Minorum prędicatoribus crucis Christi in Polonia, contra Paganos circumuicinos iniũxit, vt quosdam eorum ad fidem venire cupientes reciperent, & dominio Casimiri Lanscitię, & Cuiauiæ Ducis adiũgerent: Anagniæ Idibus Iulij: *Annales Ecclesiastici num. 5.*

Gentilei cõuersi.

II. *Inquisitorum potestas.*

¶ Eodem anno Alexander Pontifex scripsit Inquisitoribus ordinis Prędicatorum in Lombardia, amplians tria capita constitutionum Innocentij quarti incipientia. Ad extirpanda: quę ob nimiam terminorũ breuitatem non poterant commodè absolui. Literę autẽ sic habent.

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filijs Inquisitoribus hæreticorum ordinis Prædicatorum in Lombardia, & Marchia Ianuensi, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Exortis in agro fidei Christianæ per partes Italiæ abundantius solito hæreticæ prauitatis zizanijs, seminante illa per tẽporis impacati malitiam, homine inimico, felicis recordationis Innocentius Papa prędecessor, constitutiones quasdam ad pestis extirpationẽ prędictę, noscitur edidisse, quas in suis literis annotatas mandauit à dilectis filijs Potestatibus, seu Rectoribus, Consilijs, & Communitatibus ciuitatum aliorumque locorum per Lombardiam Romaniolam, & Marchiam Teruisij constitutis, tanquam fidelibus eiusdem fidei defensoribus exacta diligentia obseruari. Porro inter constitutiones huiusmodi tria contineri noscuntur à Potestatibus

Anno Christi 1256.

Alexãdri IIII. anno 2.

seu Rectoribus ciuitatum, & locorum sub debito iuramento infra certos terminos obseruanda. Primum videlicet, quòd Potestas, seu Rector infra tertiū diem post introitum sui regiminis, duodecim viros probos, & Catholicos, duos notarios, & duos seruitores, vel quotquot fuerint necessarij instituat, quos ad negotium fidei contra hæreticos, eorumque fautores, diœcesanus si præsens fuerit, & interesse voluerit, & duo fratres Prædicatores, & duo Minores ad hoc à suis Prioribus, & Ministris, si conuentus ibi fuerint eorundem ordinum deputati, duxerint eligēdos. Secūdum quod idem Potestas, seu Rector in destructione domorum condēnationibus faciendis, & in rebus inuentis, vel occupatis consignandis, & diuidendis infra decem dies, postquam accusatio, seu denunciatio super hæresi, vel hæreticorū fauore facta fuerit exequatur omnia cum effectu. Tertium vero, quod prædictus Potestas, siue Rector infra decem dies sui regiminis syndicet præcedentem proximò Potestatem, vel Rectorem, & eius etiam assessores, per tres viros Catholicos, & fideles, electos ad hoc per diœcesanum, si præsens extiterit, & per fratres Prædicatores, & Minores de omnibus his quę in statutis, seu constitutionibus, & legibus contra hæreticos, & eorum cōplices continentur, & eos puniant de omnibus & singulis, quæ omiserunt, & compellat restituere de propria facultate. Cùm igitur sicut accepimus, supradicta tria infra præmissos terminos propter ipsorum terminorum nimiam breuitatem, nequeant à Potestatibus, vel Rectoribus de facili adimpleri, propter quod ijdem Potestates, seu Rectores in animarum suarum periculum periurij retiaculo sæpius inuoluerētur. Nos de vestra fidei puritate, ac circunspectis industria plenam in Domino fiduciam obtinentes prorogandi eisdem Potestatibus, & Rectoribus terminos supradictos, vsque ad decem dies, prout expedire, vel necesse fore videritis, ad præmissa efficaciter exercēda, ita quod per prorogationem huiusmodi, nec periurij reatum, nec notam incurrant, plenam vobis, & singulis vestrum vbi conuenire ad hoc commodè nequiueritis concedimus authoritate præsentium facultatem. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Laterani secundo Idus Martij, Pontificatus nostri anno secundo: *Ex Archiuo Inquisitionis Bononiensis.*

III.

¶ Eodem anno Alexander quartus Anagniæ, quinto Kalendas Iulij, scripsit Priori Prouinciali Hispaniæ ordinis Prędicatorum, & seruantur literæ in Archiuo nostri Barchinonensis cœnobij, in quibus iniungit, vt mittat fratres ad Regna Sarracenorum in Hispania (tūc enim Regna Murciæ, Granatæ, & magna Bethicæ pars à Sarracenis habitabatur) & ad Regnum Tunisij in Africa & ad quascunque infidelium nationes ad earum conuersionem plurima priuilegia fratribus impartiendo, velut Apostolicæ Sedis Legatis. Literarum autē tenor sequitur.

Agareni, & alij infideles cōuersi.

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, Dilecto filio Priori Prouinciali fratrum Prædicatorum in Prouincia Hispaniæ, salutem & Apostolicam benedictionem.

Cùm hora vndecima sit diei, vt exeant ad opus, vsque ad mundi vesperam deputati, & illud Apocalypsis elogium, cito creditur cum matris Ecclesię consolatione complendum, videlicet, oportet viros spiritualis vitę munditiam, & intelligentię gratiam, cum Ioanne sortitos populis, gentibus, linguis, Regibusque multis denuo prophetare, quia non sequitur reliquiarum Israel per Isaiam Prophetam saluatio, nisi iuxta Paulum Apostolum prius introeat plenitudo gentium. Nos licet immeriti super Apostolicæ Sedis speculā, constituti fideliter, ac prudenter dispo-

Anno Christi. 1256.

ponendis Dei ministerijs, & operibus coadiuuandis intendimus, & vrgente plenitudine temporis post pia piorum studia vineam Domini Sabbaoth nouos, & pene nouissimos, qui sapientiam longum didicere per otium, operarios mittere procuramus. Sane, quia inter alios propugnatores fidei Christianę, fratres ordinis tui iuxta professæ Religionis officium zelus comedit animarum ex eis ad gentes, quę Christum Dominum non cognoscunt, & ad subtractionis filios, qui sacrosanctæ Romanę Ecclesiæ non obediunt decreuimus aliquot destinandos. Quocirca discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus aliquos ex fratribus tibi commissis, quos præpotentes videris in opere & sermone, ac fidei ampliandæ zelo feruentes ad terras Paganorum, & ad quascumque fidelium nationes, authoritate nostra transmittas, annunciaturos illis in virtute Dei Euangelicã veritatem, quos tibi amouere liceat, aliosque substituere cum videris expedire. Quibus vice nostra in peccatorum omnium remissionem iniungas, vt seminaturi super aquas multas in illo tantũ qui dixerat mundum se vicisse confisi, ad illuminationem cęcæ multitudinis, & exterminium hęreticæ falsitatis ad confirmandum nutantium animos, & fidelium confirmandos in luce sermonis, & certitudine operis, propositum sibi iter, sine qualibet offensione percurrãt. Vt autem ministerium ipsorum honoretur plenius, & honorabilius impleatur, eisdem fratribus quos ad hoc mise ris pręsentium authoritate cõcedimus, vt in terris, quę adhuc Sedis Apostolicę magisterio non intendunt proponere verbum Dei, & constitutis ibidem, non obstante si aliqua sunt excõmunicatione ligati in verbis, officio, & cibo, ac alijs secure communicare, & ipsos, seu etiam alios conuerti ad veritatem Christianã cupientes accipere baptizare, & aggregare Ecclesiæ filijs valeant, & presbyteri ex ijsdem fratribus ipsos aggregatos possint insignire charactere clericali, & ipsos ad Acolythatus ordi-

A nem promouere Liceat quoque fratribus ibidem redeuntibus ad obedientiã dictę Sedis, qui sunt excommunicatione ligati, absolutionis beneficium iuxtã formam Ecclesię impertiri, & super eo dispensare cum ipsis, qui sacros recepe runt ordines, & diuina celebrarunt officia sic ligati. Hoc ipsum ijsdem fratribus sit licitum circa illos de terris eisdem, qui temporibus indebitis, vel infra ętatem legitimam, aut qui omnes eodem die, vel superiores pręter missis inferioribus conferre, seu

B recipere ordines pręsumpserunt, si tamen in hoc seruata talis forma extiterit, propter quam ordines recepissent. Ipsis quoque fratribus dispensare liceat, vt hi qui ad Ecclesiæ Catholicæ redierunt vnitatem, inter suos habitent eisque communicent. Necnon quod clerici nationum ipsarum publice ad obedientiam Sedis redeuntes, eodem gaudeant priuilegio clericali. Sit etiam eisdem fratribus licitum, omnium fideliũ in terris prædictis confessiones audire,

C & ipsis iniungere pœnitentias salutãres, & excommunicatos à canone, vel in alio iuxta formam Ecclesiæ absolue re, dummodo iniuriam, & damna passis satisfaciant competenter. Cum irregularibus autem partium earundem in casibus, in quibus solent Legati Sedis Apostolicæ dispensare, ac etiam cum clericis ipsarum partium, patientibus defectum natalium, dummodo non sint de incestu, vel adulterio, vel regularibus procreati, sit fratribus præfatis dispensandi facultas. Quam circa illos si-

D militer habeant, qui ab vnitate Ecclesię Catholicæ, seu Religione, vel clericali ordine discesserunt, si humiliter re dire voluerint, & digne satisfacere de commissis, ita quod ipsi Religiosi, ad sua loca, salua disciplina ordinis resumãtur, & illos de iam dictis, qui excommunicationis vinculo sunt astricti, iuxta pręmissam formam, & pędictæ satisfactionis modum absoluere valeant, & cum irregularibus ex eisdem, sicut est expressum superius, dispensare, ad hoc sit memoratis fratribus absoluendi fa-

Alexãdri IIII. anno 2.

cultas

cultas occisores clericorum, & religiosarum personarum in prędictis partibus constitutos. Fundandi de nouo ibidem Ecclesias, & reconciliandi ipsas, quæ sunt casu aliquo profanatæ, ac de nouo fundatis Rectores idoneos prouidendi, & illis qui de gentibus Schismaticis nouiter sunt conuersi dandi licentiam, vt vxores suas primas, cum quibusuis gradibus à lege diuina non prohibitis contraxerunt, valeant retinere. De causis matrimonialibus, quas in partibus illis, ad audientiam ipsorum deferri contigerit, legitime cognoscendi, & discordantes interse ad inuicem, quoad pacem & concordiam redeant, necnon quod inordinate viuentes de suis excessibus, sicut iustum fuerit satisfactionem adhibeant compellendi per censuram Ecclesiasticam ipsis fratribus libera sit facultas. Insuper in locis, in quibus eos hospitari contigerit, vel in locis partium earundem, in quibus residentiam facient, Missam, & cætera celebrãdi officia, & in eisdem partibus cœmeteria benedicendi, ac dandi indulgentias, commutandi vota, liberam licentiam, & plenam etiam eos, qui ad Paganos res prohibitas detulerunt, vel detulerint absoluendi habeãt potestatem. Cæterum fratribus pręfatis concedimus, quod à Catholicis Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis possint ordines, & alia Ecclesiastica Sacramenta suscipere, ac vestes sacerdotales, altaris pallas, corporalia, necnon altaria per eos, qui ex fratribus ipsis sunt presbyteri, cũ eis necesse fuerit benedicere, vbi Catholicorũ Episcoporũ copia non habetur, necnõ altaria facere, quę ad honorem Dominici nominis, & amplintionem Catholicę fidei, & reprobationẽ, ac irritationẽ illorũ, quę sacriscõsecrationibus cõtradicunt, sicut pro loco, & tẽpore viderint expedire. Nõ obstantibus aliquibus literis, vel indulgẽtijs cuiuscumq; formę, vel expressione verborũ concessis, vel in posterũ cõcedendis, de quibus oporteret in nostris literis plenariã fieri mentionẽ. Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc paginã nostrę concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare pręsumpserit indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Anagnię quinto Idus Iulij, Pontificatus nostri anno secundo.

Tam ingentia ergo fidei incrementa fratrum Prędicatorũ his Apostolicis literis innitentium prędicatione secuta sunt, vt breui temporis interuallo Saracenorum decem millia ad Christi fidem adduxerint. Adeòque profecerunt, vt Beatus Frater Raymundus Peñafortius, qui in cœnobio Barchinonensi, tunc temporis morabatur huiusmodi saluberrimo inuigilans ministerio, scripsit Magistro Generali Prędicatorię suę familiæ Fratri Humberto de admirabili, & abundantissimo fructu prędicationis Fratrum in Regnis Murciæ, & Granatę, atque in Africæ oris. Primo in militibus Christianis, qui in illarum Prouinciarum fronte prędidio erant. Secundo in seruis Maurorum, filijs quidem Christianorum, qui in lege Christi optabant erudiri. Tertiò in illis, qui fidem Christi abnegauerant, & demum fratrum hortamentis ad illam reuertebantur: insuper in fide continebant innumeros captiuos Christi fideles laboribus, ac tormentis miserrime attritos. Quartò, in captiuis Christianis, & in Mauris, vel Agarenis, qui Christianos, vel idolatras reputabant, propter sacrarum imaginum reuerentiam, & cultum, ex qua deceptione fratres eos eduxerunt. Quintò, in Christianis captiuis, roborabant enim eos in fide, ne afflictionibus assiduis ab ea separarentur: & adquisitis pecunijs, ex fidelium eleemosynis, eos redimentes in patriam tantum reducebant. Sexto, in Agarenis, quibus adeo grati, & accepti erant, maxime Tunisij Regi, seu Miramolinio, vt ad illius nationis conuersionem, ianuæ viderentur amplissimæ patefieri; & insuper in Regno Murciano vbi

Agareni, conuersi.

com-

Anno Christi. 1256.

complures manifeste, innumeri autem occulte fidem Christi profitebantur. *Diagus lib. 1. cap. 9. & lib. 2. cap. 16. Castillus 1. p. lib. 2. cap. 30.*

IIII. *Inquisitor intrepide causam fidei defendit.*

¶ Eodem anno quam plurimum controuersiarum intercessit inter Fr. Anselmum ordinis Prædicatorum Inquisitorem Liguriæ, & magistratum Genuensem. Conabatur ille, vt nonnullæ constitutiones, tùm ab Apostolica Sede, tùm ab Imperatoria potestate editæ contra hæreticos diuulgarentur, & in leges ciuitatis reponerentur. Verumtamen Philippus Turrianus ciuitatis præfectus, siue quod hæreticis faueret, siue quod mãdata Inquisitoris flocci penderet, recusauit. Inquisitor autem Apostolica authoritate fretus contra Philippum eo nomine de hæresi suspectum, iudicium instituit, atque obtemperare, & comparere recusantem, tùm illum, tùm reliquos in administrãda Republica socios, criminis cõscios, anathemate damnauit, & sacris vrbi interdixit. Philippus ea censura notatus, appellationem ad Sedem Apostolicam interposuit, Legatosque ad Summum Pontificem misit, qui suspensionem â censuris impetrarent, & de tota re iudicium expectarent. Et quidem Pontifex ad præstitutam diem, eas, quas Fr. Anselmus protulerat diras, suspendit. Philippus vero antequam ea dies adueniret, dictis Fr. Anselmi obsequens, omnes cõstitutiones eas, quas volueràt Inquisitor tabulis legum vrbanarum inscripsit, & iuxta earundem præscriptum in male sanos animaduertit. *Augustinus Nobiensis libro tertio Annalium Genuensium.*

V. *Inquisitorũ authoritas.*

¶ Eodem anno Alexander Pontifex Viterbij, decimo quinto Kalendas Ianuarij commisit Episcopo Mutinẽsi, quod posset moderari, seu resecare statuta, quibus officium Inquisitionis directè, vel indirectè impeditur, & vt sibi exhibeantur, possent compellere magistratus ciuitatum per Ecclesiasticas cẽsuras, appellatione reiecta: nam Mantuana ciuitas statuta damnabilia ediderant, quibus fratres Prædicatores Inquisitores non valebant libere contrà hæreticos procedere, qui ad Pontificẽ deferentes Episcopo Mutinensi, vt remedium opportunum adhiberet iniunxit. Literę autem Pontificis sunt tenoris sequentis.

Alexãdri IIII. anno 2.

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, Venerabili fratri Episcopo Mutinensi, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Implacida relatio nuper nostrum turbauit auditum, quòd videlicet communitas Mantuana cum deberent dilectis filijs fratribus Prædicatoribus Inquisitoribus prauitatis hęreticę, in illis partibus à Sede Apostolica deputatis, circa extirpationẽ prauitatis huiusmodi de suis finib' toto posse assistere, tanquã fidei zelatores: ipsi agẽtes in cõtrarium statuta quędam damnabilia ediderunt, per quę negotium fidei, quod per fratres ipsos salubriter geritur, vt in eo procedi libere nequeat, directe impeditur, vel etiam indirecte. Quocirca fraternitati tuę per Apostolica scripta sub excommunicationis pœna firmiter pręcipiendo mandamus, quatenus associatis tecum aliquibus discretis, & Deum timentibus viris, statuta huiusmodi, quæ â Mantuanis, vel quibuslibet alijs hominibus ordinata, & facta dicuntur Mantuæ ac in toto ipsius districtu, per quæ ipsi negotio possit obstaculum prouenire diligenter inquirere, ac etiam inuenire, & quæsita & inuẽta ad tale reducere, ac reduci facere moderamen, procures, quod per ipsa dictorum Inquisitorum processus nõ impediantur in aliquo, vel quomodolibet retardentur: facies nihilominus, quod statuta quælibet ipsi negotio contraria & quibus possit impedimẽtum aliquod Inquisitoribus afferri, eisdẽ quominus per eos iuxta formam, sibi â prædicta Sede traditam procedi libere valeat in eadem ciuitate præfata, vel alibi, in illius districtu nullatenus obseruentur. Potestatem antianos, & consilium ciuitatis eiusdem per excommunicationẽ, in personas eorum & commune prædictum per interdicti in ciuitatem ipsam

sen-

Anno Christi. 1257.

ſententias ad id appellatione poſtpoſita compellendo. Datum Viterbij decimo quinto Kalendas Ianuarij, Pontificatus noſtri anno ſecundo. *Ex Archiuo Inquiſitionis Bononienſis in Directorio, pag. 21.*

I. *An. 1257.*

ANNO Domini milleſimo ducẽteſimo quinquageſimo ſeptimo, Pontificatus Alexãdri quarti anno tertio, idem Pontifex Laterani Nonis Ianuarij commiſit Prioribus Elbigenſi, & Cuiauienſi ordinis *Prædicatorum*, vt facti veritatem inquirerent, & tunc Sedi Apoſtolicę omnia renunciarent. Nam cum Pontifex Caſimiro Duci Cuiauiæ, y Lanciciæ omnes ex Paganis circunuicinis ſponte ad fidem Chriſtianam accedentes, & ſacrum baptiſma libere ſuſcipientes ſubieciſſet, cum Theutonici milites crucigeri in fraudẽ eius priuilegij vi, atque armis plurimos barbarorum ad ſacrum baptiſma compellerent, & nihilominus aſſererent iſtos ſponte ſuſcepiſſe, atque adeò complures poſſeſsiones, & oppida eo titulo ſibi vendicarent, ideo Pontifex prædictis Prioribus præcepit, vt facti veritatem inquirentes crucigerorum temeritatem reprimerent, atque ad reſtitutionem iniuſtè Caſimiro ereptorum, vſurpatorumque cõpellerent. Inſuper quinto Idus Februarij Priori Mediolanenſi ordinis Prędicatorum apud S. Euſtorgium ad confuſionem hæreticorum, & ad gloriam Antigoniſtę eorum S. Petri Martyris, vt eius feſtiuitas, apud Mediolanenſes ſolemni ceremonia, etiam tẽpore interdicti generalis ianuis Eccleſię apertis per totas octauas eiuſdem ſolemnitatis celebraretur, & diuina officia toto eo tempore pulſatis campanis, & excluſis à templo excommunicatis clara voce cantarentur. Præterea Viterbij quarto Nonas Octobris commiſit Priori Aberdonenſi in Scotia, ordinis Prædicatorum, vt in natalia Comitis Marchiæ inquireret, & Regi Scotiæ, quidquid inueniſſet decreuiſſetq; ſignificaret, nimirũ vt Rex Scotiæ poſtmodum decerneret, cui Comitatum Marchiæ tribueret. Item ipſo anno fratri Alberto Magno Lectori Coloniæ iniunxit, vt cuidam Canonico propter legitimas cauſas eam dignitatem auferret, & alteri conferret: *Annales Eccleſiaſtici num. 8.*

...ro Eccle... a mune... s iniun... ...a.

Alexãdri IIII. anno 3.

II. *Hæretici extermina ti.*

¶ Eodem anno fratres Prædicatores hæreticę prauitatis Inquiſitores in Regnis Hiſpaniarum, ſancti Officij executioni diligenter, ac viriliter incumbebãt, hęreſes omnes validiſsime profligantes. Atque adeo vndecima die Ianuarij in Eccleſia cœnobij Prædicatorij Barchinonenſis ſolemniſsimum actum fidei celebrarunt F. Petrus de Tonenes, & F. Petrus de Cadireta Inquiſitores coram Rege Aragonię Iacobo primo, cognomine expugnatore, & Arnaldo Epiſcopo Barchinonenſi, pluribus Magnatibus, Baronibus, & nobilibus, clero & populo aſsiſtentibus. In eo prædicti Inquiſitores ſententiam pro tribunali protulere contra Raymundũ Baronem ex Vrgellenſi diœceſi, atque ex illuſtriſsima ſtirpe ortum: quem damnarunt, vt hæreticum relapſum, mandantes, vt eius oſſa Eccleſiaſtica ſepultura effoderentur, cum ipſe, eiuſque vxor, & filius Guillelmus Raymundus nota hęreſis infamati, eam abiuraſſent, coram Fr. Pontio de Planedis Inquiſitore, è familia item Prędicatoria, promittentes cũ iuramento in ſuis oppidis non recepturos hæreticos, ſed illos denunciaturos, & manifeſtaturos, &c. *Diagus lib. 1. cap. 4.*

III. *Inquiſitores contra hæreticos.*

¶ Eodem anno Alexander Pontifex fratribus Inquiſitoribus ordinis Prędicatorum in Lombardia, & Marchia Ianuenſi iniunxit, vt hęreticos perſequantur, & inquirant, & vti faciebant, eos exterminare non ceſſent, ſeruatis conſtitutionibus Apoſtolicis circa eorum punitiones, ſupplicia, & pœnas infligendas. Literæ autem Pontificis ſunt tenoris ſequentis.

ALEXANDER Epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei, dilectis filijs fratribus Prædicatoribus, Inquiſitoribus hæreticæ praui-

Anno Christi. 1257.

Alexãdri IIII. anno 3.

tatis in Lombardia, & Marchia Ianuensi, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Felicis recordationis Innocentius Papa prædecessor noster constitutiones quasdam edidit, secundum quas rigor debet exerceri canonicus in extirpandis ex agro fidelium zizanijs hæreticæ prauitatis, quarum aliquę videntur ambiguæ, super quibus nostrę responsionis oraculum implorastis. Ne igitur ipsarum constitutionum obscuritas cõmissæ vobis solicitudini, perniciosas vineæ Domini pi●perſequendi, capiendi que vulpeculas obstaculum obijciat tarditatis; quinque ipsarum constitutionũ capitula, quæ vobis dubia videbantur authoritate præsentium de fratrũ nostrorum consilio duximus declaranda. Primum sane dubitationis vestræ capitulum continet, quod tam duodecim viri, quam notarij, & seruitores eorundẽ ad capiendum hæreticos deputati, simul & diuisim plenariam pręcipiendi sub pœna & banno, quæ ad officium suum pertinent, habeant potestatem. Potestas vero talis loci, vel Rector teneatur habere rata & firma omnia pręcepta, quæ officij sui occasione fecerint duo ex ipsis officialibus, siue plures, & pœnas exigere non seruantium. Hoc itaque, quod de pœna & banno dictũ est, de illis duntaxat pœnis interpretamur intelligi, quæ consequenter in eisdem constitutionibus sunt expressæ. Possunt autem pręd̄icti officiales, Cõmunitati, burgo, & villæ præcipere sub pœna, & pœna, vsque ad ducentas marcas argenti, & vltra ad arbitrium Potestatis loci eiusdem, quod Potestati, vel diœcesano, aut eius vicario, seu Inquisitoribus hæreticorum pręsentabunt infra præfigendum eis terminum competentem, omnes hęreticos, & hæreticas, quos sibi dicti officiales duxerint assignandos, & Potestas loci à non seruantibus pœnam huiusmodi exigere teneatur. Secundum verò est, quod domus in qua prohibiti fuerunt hęreticorum captores, sine spe reędificandi funditus destruatur, & bona, quæ ibi reperta fuerint, fiant capientium, ac si hęretici fuissent ibidem inuenti. Quodque habet, quod domus, in qua repertus fuerit aliquis hæreticus, seu hæretica, sine vlla spe reędificandi funditus destruatur, nisi dominus domus ibidem procurauerit capiendos. Et si dominus domus illius alias domos habuerit contiguas illi domui, omnes illę domus similiter destruantur, & bona, quę fuerint inuenta in domo illa, & in domibus illi adhærentibus, publicentur, & fiant auferentium, nisi auferentes fuerint in officio constituti. Hęc autem duo capitula vno declarationis Sedis Apostolicæ radio lucidantes, volumus absolute, vt pœnę taxatę per constitutiones easdem in præmissis casibus infligantur: nisi diœcesanis, vel in eorũ absentia vicarijs ipsorum vna cum Inquisitoribus, vel solis ipsis diœcesanis (cum ipsorum Inquisitorum pręsentia de facili haberi non poterit) legitime cõstiterit pręfatarum domorum dominos in his casibus penitus innocentes, & prorsus inculpabiles extitisse, ac etiã eos nõ esse credẽtes, vel receptatores, aut defensores, seu fautores hæreticorum, seu de hæretica labe suspectos. Bona vero, quæ inuenta fuerint in domibus supradictis debent in his casibus similiter publicari, nisi legitime constiterit per testes fide dignos, & omni exceptione maiores ipsa bona esse aliarũ personarum, quam dominorum domuum earundem. Quartum vero vestræ dubitationis capitulũ enodamus, quod videlicet, si dominus domus, pro eo quod in ipsa repertus fuerit hæreticus, vel hæretica, sine spe reædificationis funditus destruendæ, habeat alias domus illi domui demoliendæ contiguas, omnes illæ similiter destruantur: illud de appendicijs domus illius debere intelligi declaramus, vt scilicet domus illa cum alijs eiusdem domini domui ipsi contiguis, hoc est ipsa, & ipsius etiam appendicia, cum eadem, siue in domo, siue etiam appendicijs eius hæreticus, vel hæretica repertus fuerit destruatur. Cum domus quamuis diuersis

Anno Christi. 1257.

nansionibus distinguatur vna nihilominus sit censenda. In quinto autem dubitationis capitulo legitur, quod teneatur Potestas, seu Rector infra decẽ dies sui regiminis syndicare præcedentem proxime Potestatem, vel Rectorem, & eius etiam assessores per tres viros Catholicos, & fideles, electos ad hoc per diœcesanum, & per fratres Prędicatores, & Minores, de omnibus his, quæ in statutis ipsis, siue constitutionibus & legibus contra hæreticos, & eorum complices editis continentur. Hunc itaque dubitationis articulum declarantes respondemus, quod vnâ cum diœcesano loci, fratres Prædicatorum, & Minorũ ordinum à Priore, & Guardiano suis, vel ab eorum altero, si ibidem alterius duntaxat eorundem ordinum conuentus extiterit, assumendi viros eligant supradictos. Si vero neutrius ordinis conuentus ibi forsan habeatur, ad solũ diœcesanum eorundem virorum electio pertinebit. Quocirca discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus eadem capitula constitutionum prædictarum accipientes iuxta declarationis Apostolicę intellectũ tenore præsentium simul cum ijsdem constitutionibus faciatis de verbo ad verbum in capitularibus ciuitatum ad tollendas de aliorũ cordibus ambiguitates huiusmodi annotare. Datę Laterani secundo Nonas Martij Pontificatus nostri anno tertio. *Ex Directorio Inquisitorum.*

IIII. ¶ Eodem anno Alexander IIII instantibus F. Humberto de Romanis totius Prædicatoriæ familiæ Magistro generali, Ministro Generali ordinis Minorum, Ludouico nono Rege Galliarũ cũ alijs Principibus condemnauit Gulhielmũ de Sancto amore Canonicũ Matisconensem, & Gyraldum quendã Doctores Parisienses, eorũq; doctrinã, præcipue libellũ à prædicto Gullelmo cõpositũ cõtra ordines Mendicantiũ, qui incipiebat: *Tractatus de periculis nouissimorũ temporũ: Ecce videntes clamabũt foris, &c.* Damnauit autẽ illũ tanquã iniquũ, scelestũ & execrabilẽ mãdans, vt infra

Doctrina praua eliminata.

Alexãdri IIII. anno 3.

octo dies à notitia talis sententię, quicunq; talem haberet librũ ipsum cõbureret. Asserebãt enim prædicti Doctores non esse licitũ fratribus Prædicatoribus, & Minoribus nec mẽdicare neq; literis incũbere, nec ad populũ cõcionari, vel confessiones pœnitentiũ excipere. Itaque magnã aduersus Dei famulos procellã commouerunt, nec modo in plebe indocta sed in maioribus plerisque, quos calliditate quadã disputandi, & doctrinæ authoritate deceperãt. Repugnarunt his acerrime B. Thomas Aquinas, & D. Bonauentura, & hic quidẽ pauperũ apologiã (sic enim inscripsit) illi opusculũ edidit contra impugnantes Religionẽ, cuius initiũ est: *Ecce inimici tui sonuerunt, & qui oderunt te extulerunt caput, super populũ tuũ malignauerũt consiliũ, & cogitauerunt aduersus sanctos tuos.* Quãquã autẽ ij sanctissimi Doctores eruditis scriptis prauam illã doctrinam cõfutarũt, multo tamẽ grauius, & acerbius Deus ipse illorũ impietatẽ factis ipsis puniuit. Gullielmus enim Romã à Pontifice Alexãdro euocatus in publico Cardinaliũ consessu à F. Alberto Magno ordinis Prædicatorũ doctissimo Magistro cõuictus dãnatus est. Et nõ solũ libellus ipse in cõspectu omniũ igni traditus, sed author tũ Ecclesiastici ordinis functione, tum omnibus etiã redditibus exutus, & à Ludouico itẽ Rege tota Gallia interdictus est. Gyraldus autem aliquando etiã seueriori pœna affectus est: qui non multo post paralysi primum, deinde lepra diuinitus immissa interijt, vt ipsa extraordinariæ mortis fœditas, peccati quoque fœditatem ostenderet. Porro operę pretium erit inserere decretum, quod Pontifex hoc anno contra ipsorum errores edixit his verbis.

ALEXANDER Episcopus seruus seruorũ Dei, Venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, ad quos literæ istæ peruenerint, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Non sine multa cordis amaritudine, animique perturbatione audiuimus, quod nonnulli Magistri, & Doctores,

Anno Christi 1257.

Alexādri IIII. anno 3.

ac alij acuentes vt gladium, linguas suas,& venenum aspidum gerentes sub labijs ad infamiam,grauamen & dispendium innocentum,videlicet in sugillatione, & læsione dilectorum filiorum fratrum Prędicatorum,& Minorum nequiter vomuerunt. Et licet illos distinctè non nominauerint, nec vocabulis proprijs expresserint,eos tamen quibusdam verborum inuolucris, & certis & cautis circumlocutionibus apertius innuerunt,ita quod ex talibus eorum dictis,manifeste tāquam si expresse illos nominassent,innotuit,quod de ipsis fratribus loquebantur. Fuerunt, inquam virus, & contra eos in scholis prædicationib⁹,& alibi asserere præsumpserūt, quod in statu,& via saluandorum non erant,nec meritoria,nec salutifera eorum existebat mendicitas, cum deberent valetudine corporali,& alijs iustis impedimentis cessantibus,proprijs manibus operari,sub spe alieni auxilij non torpendo,nec pro sustentatione,vel necessarijs extranea mendicando suffragia,seu ab alijs adminicula expectādo, quodque de licentia,vel commissione Romani Pontificis,seu diœcesanorum Episcoporum, prædicationis exercere officium,& confessiones audire libere non valebant, tanquam per hoc sacerdotibus parochialibus præiudicium inferretur,ad alia nihilominus praua, & iniqua in detractionem eorum, & suorum ordinum derogationem ora maliloqua relaxando. Cum igitur ijdem ordines fuerint dudum à Sede Apostolica sicut sacri,clari,& conspicui approbati, ex quibus iam nonnulli fratres ad supernam prouecti patriam, & sanctorū numero sunt adscripti,& valde eminentia candelabra, & duo magna luminaria in Ecclesia Dei luceant, ac ab ipsorum fratribus,& cultoribus sacræ doctrinæ lumen diffundatur, vbique per orbem Christi Euangelium ardenter, & efficaciter prædicetur, ac recta, & sana consilia,exemplaque salutaria prębeantur: cum etiam dicti fratres sacræ Scripturę,ac verbi Dei studio,& animarum profectibus,necnō diuinis officijs & orationibus instanter,& incessanter intendant,nequaquam marcētes otio, sed opere optimo,& potissimo exercētes, cum sapientia opus existat maximum,ne sint plures,qui operantur exterius, quam qui studium cognoscendę diuinitatis exercent. Vnde & Dominus ministrante Martha,& operante: Mariæ audientiam, & attentionem, & studium circa verbum ipsiu. præcipue commendauit. Ex quo liquido patet ipsos fratres ad operandum suis manibus non teneri: quin imò si his intermissis laborarent manibus,potiora vtique,ac vtiliora,in minora minusque vtilia opera non sine animarum dispendio commutarent. Propter quę constat meritoriam existere eorum mendicitatem,& ipsos tam ab his quibus prędicant, quam ab alijs eleemosynas petere,accipere,illosque ipsaspro posse eisdem fratribus salubriter elargiri. Cum insuper dicti fratres, omnia propter Deum reliquerint, exigua vitæ subsidia mendicantes, Christumque imitentur pauperem, perfectionem Euangelicam amplexando. Propter quod euidenter apparet eos non solum in statu saluandorum existere,sed etiam perfectorum, & per suæ Religionis obseruantiam, quæ quidem ipsius perfectionis tenet formam in ęternæ retributionis pręmio pręcellentem gloriam promereri: cum etiam de licentia Romanorum Pontificum, seu Legatorum eius, vel ordinariorum locorum, licite possint prędicare populis, & confessiones audire, & pœnitentias iniungere salutares, aliorum inferiorum prælatorum, & Rectorum Ecclesiarum, ac Sacerdotum parrochialium assensu minime requisito: Volumus & per Apostolica scripta vobis districte præcipiendo mandamus, quatenus singuli vestrum, in ciuitatibus, & diœcesibus suis ad requisitionem fratrum dictorum ordinum earundem ciuitatum,& diœcesium per se, vel per alios inquirentes de plano, & sine strepitu iudicij super assertione huiusmodi dili-

Anno Christi. 1257.

gentiūs veritatē, omnes Magistros, Doctores, & alios, qui suis in Scholis, siue in prædicationibus, seu alibi præmissa, vel aliquid ipsorum dicere attentauerint, vel in posterum attentabunt, ex parte nostra monere studeant, vt intra terminum ab ipsis præfigendum eisdem, dictum suum in his publice reuocent, male se dixisse fatentes, illaque detestentur penitus & retractent, asserendo cōstanter contrarium, & illud etiam fideliter prædicando. Quod si forte ipsi monitis eorundem, hac in parte acquiescere non curauerint, ex tunc contra eos, ad suspensionis excommunicationis, & perpetuæ priuationis beneficiorū suorum Ecclesiasticorum sententias, sublato cuiuslibet appellationis impedimento procedant. Laicos de hoc culpabiles vel factores huiusmodi præsumptorum animaduersione debita percellentes, sæcularis brachij ad hoc, si opus fuerit, auxilio inuocato. Nos enim nihilominus authoritate præsentiū districtius inhibemus, ne quisquam præmissa, vel aliquid præmissorum pertinaciter astruere, vel quomodolibet præmissorum defensare præsumat. Quod si præsumpserit, tanquam contumax & Ecclesiæ Romanæ rebellis ab omnibus fidelibus habeatur, contra quem etiam taliter procedemus, quod pœna condigna ipsum pro sua temeritate feriet, & alij eius exemplo perterriti â præsumptione simili frænabuntur. Ne autem ex ignorātia aliquis velamen excusationis assumat, vobis vniuersis, & singulis districte præcipimus, vt ad requisitionem fratrū eorundem ordinū in ciuitatibus, & diœcesibus vestris, & synodis publicetis, & faciatis solemniter publicari. Non obstantibus aliquibus literis, vel indulgentijs alicui, vel aliquibus personis ab Apostolica Sede concessis, ne ipsi seu loca in causam trahi non possint per literas Apostolicas, quæ de indulto huiusmodi plenam, & expressam non fecerint mētionem, seu quibuscumque alijs indulgentijs, & literis Sedis ipsius, per quas effectus præsentium impediri valeat, vel differri, & constitutionibus de dua- A bus dictis editis in concilio Generali, literis venerabilibus fratribus nostris Turonensi, & Rothomagensi Archiepiscopis, & Episcopo Parisiensi, super hoc datis â nobis, nihilominus in suo robore valituris. Vos autem memoratos fratres omni beneuolētia, & gratia prosequentes, eos tanquam probatos, & acceptos Christi ministros habeatis, pro diuina, & nostra reuerentia propensius commendatos, ipsos ab iniurijs, & molestijs, opportunis præsidijs defendē- B tes: ita quod ex hoc vobis, & vestris Ecclesijs fortius obligemur. Datæ Laterani tertio Kalendas Aprilis Pontificatus nostri anno tertio. *F. Antonius Lusitanus Chronico anno* 1259. *pag.* 84. *&* 85. *F. Michael Pius* 1. *p. lib.* 1. *columna* 41. *& Annales Ecclesiastici num.* 5. *&* 6.

Alexādri IIII. anno 3.

I.

An. 1258. *Plurium nationum conuersio.*

ANNO Domini millesimo ducētesimo quinquagesimo octauo, Pontificatus Alexandri quarti C anno quarto, idem Pontifex per suas literas datas Viterbij Idibus Februarij, quarum initium est: *Cum hora vndecima sit diei, &c.* Prouincialem Poloniæ ordinis Prædicatorū admonuit, vt mittat fratres ad conuersionem gentium, quæ Christum Dominum non cognoscebant, plurimis gratijs, & priuilegijs eos exornans ad quascumque infideliū nationes missos. Literis igitur Pontificis Alexandri (quę in omnibus fere similes existunt eis, quas biennio ante Prouinciali Hispaniæ destinarat, quas anno D 1256. retulimus) F. Stanislaus, qui tunc temporis Prouinciæ Poloniæ præerat, & postmodum succedētes Priores Prouinciales quotidie operarios plures ad Christi vineā plantandā dirigebant. Isti autē Apostolici viri nō ipsis tantū Russię, vel Scythiæ aut Moschouiæ limitibus se continebant: verum ad viciniores Dacos, Bulgaros, Cumanos, Bosnēses, Græcos, imo ad lōgissimis tractibus remotos Sarracenos, Æthiopes, Syros, Iberos, Alanos, Gazaros, Gothos, Zileos, Iacobitas, Nubianos, Nestorianos

Rutheni. Scytha. Moschouitæ. Daci. Bulgari. Cumani. Bosnenses. Græci. Sarraceni. Æthiopes. Syri. Iberi. Alani. Gazari. Gothi. Zilei. Iacobitæ. Nubiani. Nestoriani.

Anno Christi 1258.

Georgiani Armeni. Mostelitæ Achemenij. Indi Orientales.

nos, Georgianos, Armenos, Mostelitas Achemenios, quin ad extremos Indos Orientales, quasi Gigantes ad sternendam parandamq; viã Domini excurrebant, adeo vt nulla fuerit gens ad Oriẽtẽ Solem, & gelidũ Septentrionẽ, quæ radijs sparsis à noua luce mundi fratribus Prędicatoribus non fuerit illustrata, & incalefacta. Sane ex solius Prædicatorum ordinis Prouincijs, & maxime à Prouincia Polonię totis ducentis triginta quatuor annis ab anno 1222. vsque ad annũ 1456. quousque fratrum peregrinantium ad conuersiones infidelũ congregatio extincta est ad prædictas nationes in fide erudiendas incessanter fratres Prędicatores se conferebant. Nam Prouinciæ fere omnes fratres dirigebant, vt tam salubri ministerio vigilantissime incumberent, & Priores Prouinciales Poloniæ Sedis Apostolicę commissarij ad submittendos fratres inter gentes erant. Qui inter hostes natura barbaros, moribus efferatos, impietate sacrilegos vitam degentes sanctissimam multis calamitatibus, & cruciatibus onerati sanguine roseo per martyrium fuso purpurascentes semẽ Christianæ fidei in locis inaccessis sparserunt *F. Abraham Bzouius c. 3. & in Annalibus Ecclesiasticis num. 6. & 7.*

II.

Heretici combusti, atque exterminati.

¶ Eodem anno F. Raynerius Sacconus Placẽtinus Lombardus, qui primũ per decem & septẽ annos hæreticorũ dux plura dãna Catholicis in AEmilia intulerat, tandem in se reuersus orthodoxã fidẽ totis viribus, totoque animo cõplectens Prædicatoriã togã assumpsit. Tantumq; in isto ordine virtutibus profecit, vt sacrum Inquisitionis munus tanquã viro integerrimo constantia, & claris animi dotibus ornato in Prouincia Lõbardiæ creditũ sit. Post transitũ, namq; fœlicissimũ B. Petri Martyris, ac B. Fr. Roboaldi ipsius in sancto officio immediati successoris Mediolanũ, cum Inquisitoris potestate legatur. Vbi plures hæreticos brachio sęculari tradidit cõburendos. Insuper oppidũ Gathę hęreticorũ latibulũ, ac propugnaculũ, cuius ruinam, & desolationẽ, B. F. Petrus

A Veronensis postea Martyr aliquando prædixerat, ad cementa vsq; deleuit, & exinaniuit. Itẽ in solemnissimo actu fidei corpora Nazarij, & Desiderij, eius oppidi Episcoporũ, quę ibi propter insignẽ eorũ impietatẽ, & hęreticã prauitatẽ, ab incolis maxime colebantur ignibus tradidit concremãda. Hoc tamẽ illius est opus, qui ex hęretico Augustinũ Ecclesiæ decus, atq; ex Paulo Iudęo persecutore magistrũ gẽtiũ, & Apostolũ mirabiliter fecit. Denique scripsit F.

B Raynerius Inquisitor Summã eruditã, contra hæreticos, & multa passus est, propter fidẽ Catholicã, vt sequẽti anno ostendemus. *Paramus lib. 2. tit. 2. c. 30. n. 14. F. Thomas Maluenda de S. Petro Martyre c. 6. F. Michael Pius 2 p. lib. 1. col. 57.*

Alexãdri IIII. anno 4.

III.

Inquisitores contra hæreses.

¶ Eodẽ anno Alexander Pontifex iniunxit denuo Inquisitionis munus fratribus ordinis Prædicatorũ in vrbe, ac Prouincia Parisiensi, dũ esset Viterbij quinto Kalendas Octobris, & Priori cõuentus nostri Parisiensis Inquisitori cõmisit, vt de erroribus cuiusdam Ioannis

C Parmensis inuestigaret. Cuius doctrina à Pontifice damnata est, & liber eiusdẽ qui errores continebat flammis addictus. Insuper cõstituit Põtifex, quod ipse Prior Parisiensis posset tres, vel quatuor idoneos fratres ad hoc opus assumere, qui parẽ cũ ipso potestatem haberent, & amouere illos, atque ipsorũ loco alios substituere quotiescumque viderit expedire. Et ipsi priori, & alijs ab eo assumptis concessit facultatem committendi citationes, & examina-

D tiones testium, cum de crimine hæresis, ac circunstãtijs eius inquirerent, ac facere denunciationes sentẽtiarum, quas super ijs contra quoslibet hæreticos contigerit ferri, & similiter ijs facere. *Annales Ecclesiastici num. 9.*

I.

An. 1259.

ANNO Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo nono, Pontificatus Alexãdri quarti anno quinto, Frater Raynerius Sadochus Placẽtinus hæreticæ prauitatis

Anno Chriſti. 1259.

Inquiſitores pro fide exilio relegati.

Inquiſitor in vrbe Mediolanenſi, & in Lõbardorum Prouincia iudex integerrimus, incorruptus, ac rigidus fidei zelator, grauiſsimas ab hęreticis ſubijt perſecutiones. Nam vt refert Bernardinus Corius in hiſtoria Mediolanenſi hoc anno vndecima die Nouembris, Hubertinus Pallauicinus Chriſti ani nominis parum ſtudioſus, qui Mediolanum regebat, F. Raynerium Inquiſitorem relegauit. Anno item ſequenti in exilium miſit F. Ayccardum eximium concionatorẽ, in cœnobio Prædicatorio, S. Euſtorgij cõmorãtem, eo quod publice in hęreticorum exitiũ declamaret. F. Leander Albertus lib. 4. fol. 148. refert indignationem Hubertini contra F. Raynerium ex eo ortam fuiſſe, quod Inquiſitor aduertens Hubertinum Pallauicinum, fortè errore ſeductum hæreticis fauere, & illi ſe non poſſe obſiſtere, vtpote viro potẽtia, & armis freto, & cũ Turrianis Mediolanum moderantibus arctiſsima coniunctum amicitia, & neceſsitudine, rem Pontifici Romano detulit, quod vt Pontifex intellexit iniquo ferens animo Hubertinum excommunicauit. Ex hoc valde ſuccenſus Hubertinus miſit ex amicis quoſdam ad conuentum S. Euſtorgij, in quo Inquiſitor degebat. Illi autem F. Raynerium rigidis, & aſperrimis verbis ſunt allocuti, quibus Inquiſitor intrepide, & ab omni internecionis formidine alien' reſpõdit. Prædicti autem emiſſarij aggreſſores virum occidere non auſi, indicto ex illo receſſerunt. Ille autem minime conſternatus animo, alacriter pro Catholica fide ſubijt exilium. Sed Deus non permiſit Hubertinum diu impune agere. Nam cum ille pluribus ſe nequitijs coinquinaret, & Mediolani Cremonæ, ac Placentię non ſineret hęreticos ad ſupplicia peti, Pontifex de his omnibus certior factus ab Inquiſitoribus ordinis Prædicatorum, noluit Hubertinũ ab excommunicationis vinculo abſoluere, ideoque ad extremam inopiam adactus, vt inde ſuppliciũ exoriretur, vnde iniquitas dimanabat, Inquiſitorũ Pręedicatorum poteſtati traditus, publicè profeſſus eſt ſuæ impudentiæ cauſam extitiſſe, non quod hęreticorum dogmatibus crederet, ſed quod eorum largitionibus ſuæ auaritię ſatisfaceret. *F. Leander Albertus lib. 4. fol. 148. Paramus lib. 2. cap. 30. num. 14.*

Alexãdri IIII. anno 5.

II.

Inquiſitorum indulgentia.

¶ Eodem anno Alexander Põtifex Anagniæ decimo ſeptimo Kalendas Octobris, fratribus ordinis Prędicatorum Inquiſitoribus hęreticæ prauitatis conceſsit indulgentiam plenariam, ſocijs vero, & adiutoribus aliam indulgentiam dedit, ſi modo in negotio fidei laborarent, atque ex animo conſilium, auxilium, vel fauorem pręſtarent. *Annales Eccleſiaſtici num. 7.*

I.

An. 1260.

Martyres quadraginta nouem fratres paſsi à Scythis.

ANNO Dñi milleſimo ducẽteſimo ſexageſimo, Alexãdri IIII. anno ſexto, B. F. Sadochus Prior cœnobij fratrũ Prædicatorum Sãdomirienſis in Polonia octo & quadraginta ſocijs Martyribus ſtipatus infracta animi cõſtantia genus mortis crudelis pertulit pro Chriſti laude ab immanibus Scythis. Hi enim ineſcati annis præcedentibus præda maxima ex Polonia capta, dum Poloniæ Principes ſocialia arma in inuicem exerunt Nogavo, & Celebuga Ducibus ingenti agmine in Poloniam ſe infuderunt. Qui longe lateque graſſantes plures mortalium incautos oppreſſerunt, intercepta Lublinenſi vrbe, Sandomiriam aduolant, incendunt, arcem die nocteque oppugnant. Ea dedita in hominum cęde promiſcua graſſantur, matronas tantum & puellas formoſiores ad explendam libidinem & cõtumeliam adſeruant. Defeſsi cædendo, reliquum vulgus hominum gregatim in Viſtulam fluuium impulerunt. Nocte antecedente eam cladem B. F. Sadochus Prior cœnobij deuotiſsimo fratrum grege vtrumque latus cinctus, in Eccleſia S. Iacobi Sandomirienſis, officio matutino media noctis hora intereſt. Pro antiquo more Religionis tyro in diculũ Martyrologij ad diẽ ſequẽtẽ recinens, extẽplo literis

Anno Christi. 1260.

aureis exaratos characteres aspexit eũ in modum. *Sãdomiriæ Passio quadraginta nouem Martyrum.* Legeret an taceret animi dubius fuerat. Timore tamen abiecto Cygnea, licet trepidante voce recitauit aureum edictum: *Sandomiriæ Passio quadraginta nouem Martyrum.* Lectione inaudita obstupescit Prior, cæterique fratres rigent. Diariam illam lectioné postulauit Prior videre, desideraueru it & reliqui pauore nimio perculsi sodales. Porrexit librum tyro, aureę interim literæ, cũ notis *Sãdomiriæ, &c.* inter manus fratrum legétium sensim euanuere. Diuina hæc est (ait Sadochus) pręmonitio fratres, cœlitus exaratę illę notę non frustra innocẽtis oculis obiectæ sunt. Auctor vitæ, & mortis certo certius nos ad vitam fęliciorẽ, & immortalitatem inuitat. Eia per gladios ancipites post vocantis indefesso pede eamus. Vitam nobis eripiet Sythæ? At per eam ad perpetis vitę gloriã nobis inter apertũ cõiicere licet. Reuocate in mẽtẽ, oro fratres: vt si quos animo habetis adhærentes nęuos, eos sacra exomologesi expiate. Dulcissimo postea viatico roborate spiritũ mox siderea regna petituri, sempiternę laudis proposito ornamento, obnixo in omnes causas pectore, mucronibus iugulos vestros pręparate. Moriẽdũ est? Sed alacri animo. Pro his aris sacratis, pro his imaginibus Christi, & sacrosanctæ Deiparæ, pro hoc incruento viuo sacrificio fortitudo nostra per patiẽtiã exercẽda est. Animati fratres diuino oraculo, quod superest tẽporis, totum impẽdunt pręparationi in aduentum magni Dei ex uno pectore suspirãtes. O quando optata illa hora aduenieti? quæ nos terris sublatos cœlis reddet! Fęlices vos optatos gladios, qui nos beatorum spirituum cœtibus inserẽt! Suauissime Iesu! Sacra spes suspirantiũ Maria: quãdo tandem? Illuxit tãdem illis optatissimus Sol, quo terrena compage soluta ex corporeo carcere euolaturi essent. Truculentissimi enim Scythę traiecto Vistula Sandomiriã populabãtur: pars eorũ magis cęteris efferata tẽplũ nostrũ S. Iacobi irruunt. Leones sanguinarij pastorẽ F. Sadochũ cum grege illo fratrũ deuotissimo in medio Ecclesiæ velut Cygnos aliquos extremã illam hymnodiã Salue Regina, Matri Misericordiæ suauiter occinentes reperiunt. Interruptũ morte canticũ D. Deiparæ Virginis cœlũ petentes longe suauiori harmonia prosecuti sunt, quãm voces mortaliũ possint efformare. Hanc frater quidam, qui se in superiori parte Ecclesiæ abdiderat, vt audiuit, illico descẽdens sanguinolẽtis Scytharũ gladijs se iugulãdũ obiecit, comitẽq; se adiunxit fratribus ad cœlum euntibus, & dulce melos tuũ (o sanctissima Virgo) personãtibus. Matthias Michouius rerũ Polonicarũ scriptor refert, quod hoc malũ cũ Boleslaus Pudicus Rex Poloniæ, & Prandotha Cracouiẽsis Ecclesię Pręsul Alexãdro IIII Põtifici per nũcios Bodzantã decanũ, & Albertũ Canonicũ Cracouienses declarassent, visitãtibus Ecclesiã S. Marię (nam in eam illata erant sanctorũ corpora) parẽ indulgentiã cõcessit Polonis, & peregrinis quotannis die secũda Iunij, quã habet Ecclesia S. Marię ad Martyres, seu etiã S. Mariæ Maioris in vrbe Romana. In hodiernũ sane, vsque diẽ strages illa, quasi Martyrũ Christi anniuersaria celebritate postridie Kalendas Iulij Sãdomirię magno populi concursu recolitur, magna ista Alexandri IIII. indulgẽtia cumulata, atq; dedicata: *Matthias Michouius lib. 3. c. 45. de rebus Poloniæ. & Martinus Chromer⁹ de Polonia li. 9. F. Abrahã Bzouius in Annalibus Prouinciæ Poloniæ ordinis Prædicatorũ c. 5. F. Michael Pius 1. p. li. 2. col. 333. & Annales Ecclesiastici n. 3.*

Alexãdri IIII. anno 6.

II. ¶ Eodẽ anno Alexander Pontifex datis literis inquisitoribus hæreticę prauitatis ordinis Prædicatorũ in Lõbardia, & Marchia Ianuẽsi Anagnię 13. Kalend. Februarij decreuit, quod Inquisitores cogere possint magistratus sęculares quocũq; nomine censeantur per excõmunicationẽ in personas, ac priuationem ab officijs, & interdictũ in terras, vt sublato omni dilationis & difficultatis obstaculo appellationeque remota

Inquisitorũ potestas

Anno Christi 1260.

Alexãdri IIII. anno 6.

executioni mandant sententias ab Inquisitoribus latas,& ferẽdas contra notatos,& suspectos de hęretica prauitate,credentes,fautores, & receptatores eorum,nõ obstante quacumque indulgentia Sedis Apostolicæ,per quam hoc decretum posſit impediri, vel differri. Insuper Agnagniæ decimo Kalẽdas Februarij idem Pontifex edixit,quòd prędicti Inquisitores per censurã Ecclesiasticã,appellatione remota,inuocato,si opusfuerit,auxilio brachij sęcularis per exactionẽ pœnarũ cogere possũt eos, qui cum ad Ecclesiã redirent,se obligauerunt,sub certis pœnis ad parendum mandatisEcclesię,atque idẽ faciunt cõtra fideiussores eorũ. Item ordinauit Anagniæ quarto Nonas Martij, quod prędicti Inquisitoresper censurã Ecclesiasticã, appellatione remota,cõpellãt edi sibi quælibet instrumenta,&scripturas Inquisitionisfactæ,vel faciendę cõtra hæreticos,& alios in fidem peccantes,aut aliâs ad sanctũ officiũ spectantia. Vt redeuntes ad Ecclesiã absoluãt eosque recõcilient ei, à qua fuerãt præcisi. Vt populum,& clerũ conuocent cõtra tales;vt in ferendis sententijs aduocent peritos,&vt dierũ quadraginta cõferant indulgentiã. Vt contra absentes procedant,qui in sua Prouincia deliquerunt. Vt simpliciter,& de plano procedant,vt contradictoresper censurã Ecclesiasticã compescant. Item idemPõtifex Anagniæ Idibus Martij concesſitInquisitoribus ordinis Prædicatorum, vt omnes pręlati Ecclesiarũ,& clerici Religiosi,& sæculares,tam exempti, quã non exempti, nobiles,&Barones,& cæteri Magistratus sęculares, & eorũ officiales,& Communitates ciuitatum per Inquisitores requisiti,sub pœna excommunicationis,& mille marcharũ argenti teneantur liberaliter, & sine dilatione Inquisitoribus,& eorum socijs de securo conducto de loco ad locum prouidere: *Annales Ecclesiastici num.* 4.

III. *Inquisitorũ potestas*

¶ Eodem anno AlexãderPontifex Anagniæ,Idibus Octobris,datis literis Inquisitoribus hæreticæ prauitatis ordinis Prędicatorum in Lombardia, & Marchia Ianuensi constituit, quod Inquisitores in causa fidei cõtra quoscũq; possunt,ac debent procedere:nullis priuilegijs in contrariũ editis, obstantibus aut quicquam iuuantibus. Ijdem pariter deficientibus notarijs sęcularibus,religiosos,qui prius fuerant notarij possunt ad acta sancti officij conscribenda assumere,& si hi desunt,duos viros idoneos,qui hæc scribant,eligere, cõtradictoresque per censuras Ecclesiæ cõpescere. Literæ autem Pontificis sunt tenoris sequentis.

ALEXANDER Episcopus seruus seruorũ Dei, Dilectis filijs fratribus ordinis Prædicatorum Inquisitoribus hæreticæ prauitatis in Lõbardia, Marchia Ianuẽsi, salutẽ, & Apostolicã benedictionẽ.

Ne commissæ vobis contra hæreticos Inquisitionis officiũ quocumq; contingat obice prępediri, vobis & singulis vestrũ præsentium authoritate cõcedimus,vt nõ obstãtibus aliquibus priuilegijs,vel indulgentijs quibuscumque personis,cuiusuis cõditionis, dignitatis,vel gradus Religionis, aut ordinis, & præsertim Cistercienſium,Prædicatorũ,Minorũ,seu Eremitarũ, siue Cõmunitatibus,vel vniuersitatibus ciuitatũ, & locorũ specialiter, vel generaliter, sub quacumque verborũ expresſione, vel forma ab Apostolica Sede concesſis, vel à modo cõcedendis: etiã si dicatur in illis,quod eis per aliquas literas totũ de verbo ad verbũ tenorẽ non cõtinentes priuilegiorũ,vel indulgentiarum ipsarũ nequeat derogari, maximè, quod illi excõmunicari,vel ipsorũ terræ supponi non posſint Ecclesiastico interdicto,aut quod prędictorũ, vel aliorum quorũlibet ordinũ fratres ad executiones negotiorũ,aut ad citationes quorũlibet,siue denũtiationes sentẽtiarũ, excõmunicationis,suspẽsionis,vel interdicti authoritate literarũ Apostolicarum minimè cogi posſint,nisi de ipsorũ ordinibus,& priuilegijs,vel indulgẽtijs eis super hoc à Sede Apostolica cõcesſis habeatur in eisdẽ literis mẽtio specialis,in eodẽ officio,&cõtra impediẽtes illud, vel in eo vobis iuxta officium,& posse

suum

Anno Christi. 1260.

Alexādri IIII. anno 6.

suum à vobis requisitos assistere non curantes libere iuxta formā vobis per literas nostras traditam procedatis, cū ex huiusmodi, vel alijs priuilegijs, & indulgentijs nullum vobis in tantæ pietatis negotio velimus obstaculum generari. Ad hęc si super his, quę circa idem officium illudque contingentia, in scriptis fuerint redigenda tabellionum sęcularium copia forte defuerit opportuna personis regularibus, cuiuscūque ordinis, qui tabellionatus officium in sæculo habuisse noscuntur, exercendi illud B in his, cum à vobis necessitate huiusmodi suadente fuerint requisiti authoritate nostra licentiam concedatis, quos ad hoc constitutione canonica, vel regulari contraria nequaquam obstante, ex districto volumus iussionis nostræ pręcepto teneri. Quod si nec tales habere poteritis, alios duos viros idoneos clericos, vel laicos, quoties talis imminebit necessitas assumatis, qui simul fideliter, ea quę fuerint à vobis, vel corā vobis ex prædicto officio gerenda cōscribant, quorum scripta, quantum ad C hunc necessitatis articulum pertinet, ac si vnius personę publicę manu cōfecta fuissent inconcussam habere decernimus firmitatem. Contradictores per censurā Ecclesiasticā appellatione postposita compescendo; non obstante constitutione de duabus dietis edita in cōcilio generali. Datum Anagnię Idibus Octobris Pontificatus nostri anno sexto. *Ex Archiuo Inquisitionis Bononiensis in Directorio pag. 39.*

IIII. *Inquisitorum exēptiones.*

¶ Eodem anno Alexander Pontifex hæreticę prauitatis Inquisitoribus D ordinis Pędicatorū, & Minorum concessit, & declarauit, quod non teneātur obedire pręlatis suorum ordinū in concernētibus officiū sanctę Inquisitionis. Literę autem Pontificis sunt infrascripti tenoris.

ALEXANDER Episcopus seruus seruorū Dei, Dilectis filijs vniuersis fratribus Prædicatorum, & Minorum ordinū Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, per diuersas Italię partes à sede Apostolica deputatis, & in posterum deputandis, salutem & Apostolicam benedictionem.

Catholicę fidei negotium, quod plurimum insidet cordi nostro in vestris prosperari manibus, ac de bono in melius procedere cupientes, ac volentes omne ab eo impedimentū omneq; obstaculum remoueri, pręsentiū vobis authoritate mandamus, quatenus in eodē negotio de diuino, & Apostolico fauore confisi omni humano tractare deposito constanter, ac intrepide procedentes circa extirpandam hęreticā prauitatem, tâm de Lōbardia, & Thuscia, quàm de omnibus alijs Italiæ partibus, cum omni vigilantia, omnique studio laboretis. Et si forsan Magister, & Minister Generalis, alijque Priores, & Ministri Prouinciales, ac Custodes, seu Guardiani aliquorum locorum vestrorum ordinum, prætextu quorumcunq; priuilegiorum, seu indulgentiarum eiusdem Sedis dictis ordinibus concessorū, aut concedendorum in posterum vobis, vel vestrum alicui, seu aliquibus iniunxerint, seu quoquo modo pręceperint, vt ad tempus, vel quoad certos articulos certasve personas negotio supersedeatis eidem, nos vobis vniuersis & singulis, authoritate Apostolica districtius inhibemus, ne ipsis obedire in hac parte, vel intendere quomodolibet pręsumatis. Nos enim priuilegia, seu indulgentias huiusmodi, quantum ad hunc articulū tenore præsentium reuocantes omnes excommunicationis, interdicti, & suspensionis sententias, si quas in vos vel vestrū aliquos, hac occasione ferri cōtigerit, irritas prorsus decernimus, & inanes. Nam si prędicta Sedes interdum prælatis aliquos vestrorum ordinum per suas sub certa forma committat literas, vt ad exercendum Inquisitionis officium contra hæreticam prauitatem aliquos suorum ordinū fratres assumere valeant, ipsosq; cū expedire viderint, amouere, ac alios subrogare, non tamen per hoc, quod ipsis ea duntaxat de causa in hac parte committit, quia de fratrum suorum ordinum idoneitate pleniorē habere notitiam præsumantur, aliqua eis super

Anno Christi 1261. | Vrbani IIII. anno 1.

huiusmodi Inquisitionis negotio vobis immediate à prædicta Sede commisso & cōmittendo facultas, vel iurisdictio attribuitur, seu potestas. Datum Laterani tertio Idus Decembris Pōtificatus nostri anno sexto. *Ex Archiuo conuentus S. Francisci de Assisio.*

V ¶ Eodem anno fratres duo Inquisitores ex Prædicatoria familia, F. Bernardus de Traueseris Vascus, & F. Franciscus Tolosanus ab hæreticis, varijs iste tormentis excruciatus, spinis coronatus, & sagittis cōfixus, ille vero ab eisdē sectus in duas partes & in ignem proiectus, pro Christi fide illustri martyrio decorati sunt. *F. Leander Albertus lib. 2 fol. 59. F. Michael Pius 1. p. lib. 2. col. 312.*

Inquisitores pro fide interfecti.

I. *An. 1261.*

ANNO Dñi millesimo ducētesimo sexagesimo primo, Alexādri IIII. anno septimo, in quo obijt octauo Kalendas Iulij, & electus est Vrbanus IIII. sexto Kalendas Septēbris qui obijt anno 1264. sexto Nonas Octobris, F. Benedictus Tomasellus Perusinus, ordinis Prædicatorū scripsit librū eruditū aduersus hæreses horū tēporū, ex quo maximę vtilitates sunt secutę, tùm in propugnatione Catholicæ veritatis, tùm in exterminatione atq; impugnatione errorū. *F. Antonius Lusitanus in Bibliotheca, verbo Benedictus, & F. Michael Pius 2. p. lib. 1. col. 58.*

Scriptor contra hæreses.

II. ¶ Eodē anno quidā Princeps in Hūgaria potentissimus (cuius nomē scriptores non produnt) cū relicto principatu, mūdi diuitijs, & filijs, sancto afflatus numine valedicens seculo ac eius illecebris Prædicatoriā togam accepisset, plurimū, tàm doctrina, quàm morū honestate profecit. Quo factū est, vt breui admodū tempore in prēclarū sacri verbi cōcionatorē euaderet. Irruētibus igitur hoc tempore Tartaris, & inuadētibus Pannonię vrbes, pagos, & oppida omnia diripientibus, ac populantibus, trucidātibus etiam, quos offendebant, præsidēte cœnobij cū cæteris fratribus immanitatē Tartaricā vitantibus, is sanctus senior, qui principatum reliquerat supplex prælatum rogauit, vt se manere permitteret in solatiū seniorū, debiliū, & ęgrotantiū in vrbe remanentiū, nec valentiū fuga sibi prospicere. Dicebat enim se esse iam senio fere confectū, & diu viuere non posse, etiā si à Tartaris non occideretur, & nullā, aut paruā iacturā ordinis Prædicatorū ex suo interitu prouenire. Eius ergo instātibus precibus prælatus acquiescens ipsum voti cōpotē fecit. Qui per vrbē discurrens inualidos, & ad fugā inhabiles dulcissimis verbis recreabat, eos adhortans ad mortē æquanimiter tolerandā potius, quā à Christi fide separari. Monebat enim eos verbis feruidissimo amore ęstuantibus, ne mortē corporis timerent, quādo vnicuiq; mori necessariū foret, sed bene, & laudabiliter vita defungi paucis cōcessum. Adsunt tādē Tartari, vrbē inermē à nullo custoditā aggrediuntur, & ingrediuntur, & sicut immanissimę feræ in homines ipsos debiles, & senio graues ferina rabie omni prorsus pietate reiecta, irruunt, mactant, laniāt, & trucidāt. At venerandus senex præsentiens hostes, iam vrbē in ore gladij depiste, & omnia ferro igneq; demoliri, in medio tēpli ante arā super terrā procūbēs, pāsis in modū crucis brachijs Dominū cū lachrymis interpellabat, vt se, ac reliquos fideles in fide Christi cōseruaret. Nec mora, Tartari templum ingredientes venerandum patrem eo in loco mactauerūt. Peste igitur Tartarica recedente, fratres ad cœnobium reuersi in medio templi egregium sodalem, ac parentem ante maiorem aram hastis terebratis manibus, & spiculis pedibus confossis cum cæteris mēbris, cerebro ex capite excusso inuenerunt. Ex qua indignitate lamentabilique spectaculo animi omnium ita sunt commoti, vt continuo in lachrymas resoluerentur. Verum inter collachrymantes, quidam ad eum conuersus inquit. Ah Domine Deus! Quid obsecro egit hic venerandus senex vnde, tale mortis genus promeruerit? Quomodo eum tulisti sic ab hostibus immaniter perimi?

Martyrium passus à Tartaris.

Anno Christi, 1262.

perimi? In lachrymasq; incessanter prorumpens, tres dies, & totidem noctes querens de Dei iustitia, & æquitate in somnes duxit: non enim à nimio dolore quiescebat. Tertia igitur die extra se positus prædictum sanctum Senem, sibi dicentem vidit. Siccine, nunc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriã, quæ reuelabitur in nobis. His vero dictis e uestigio euanuit. Et fratri quærenti diuina iudicia, quæ sunt inscrutabilia, verborum veritate, & authoritate conclusit, *F. Leander Albertus lib. 2. fol. 57. Castilius 1. p. lib. 3. cap. 66.*

I

An. 1262.

ANNO Domini millesimo ducẽtesimo sexagesimo secundo, Pontificis Vrbani quarti anno secundo, sexto enim Kalendas Septembris, primum implens, secundũ ingressus est: Ipse Pontifex Viterbij decimo tertio Kalendas Aprilis concessit fratribus Prædicatoribus Inquisitoribus, in Lombardia, & Marchia Ianuensi, quod nõ obstantibus quibuscumque priuilegijs procedant aduersus hæreticos, & possint conuocare clerum, & populum, & implorare auxilium brachij sæcularis, & quod Episcopi non possint impedire Inquisitores, ne processus forment, aut procedant contra hæreticos, & quod non obstante, quòd Episcopi aduersus hæreticos processus fecerint, possint nihilominus Inquisitores contra eos procedere, sententias pronunciare, condẽnare, in vincula cõijcere, &c. Literę autem Pontificis ita habent.

Inquisitorum priuilegia.

VRBANVS Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs fratribus Ordinis Prædicatorum Inquisitoribus hæreticæ prauitatis in Lombardia, & Marchia Ianuensi deputatis authoritate Apostolica, & in posterum deputandis, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Licet ex omnibus mundi partibus, quę Christiana Religione censentur, teneamur ex officij nostri debito extir- A pare lethiferam pestem hæreticæ prauitatis, in Italia tamen imminet nobis hæc solicitudo propensius: vbi eandem pestem propter malitiã temporis, quæ in detrimentum fidei Catholicæ peruersa genimina germinauit, ex vicinitate persensimus abundantius subcreuisse. Vt igitur Inquisitionis officium contra hæreticos, in Prouincia Lombardię, videlicet à Bononia, & Ferraria inclusiue, vsque ad vltimos fines superiorum partium eiusdem Prouinciæ, ac Marchia Ianuensi authoritate Apostolica possit efficacius adimpleri, discretioni vestrę, B per Apostolica scripta mandamus in remissionem vobis peccaminum iniungentes, quatenus in charitate Dei, hominum timore postposito; virtutem spiritus induentes, ex alto prędictum officium, vbique infra præfatos limites, simul vel separatim, aut singulariter, prout negotij vtilitas suadebit, sub spe mercedis æternæ, sic efficaciter prosequi, & exequi studeatis, vt per solicitudinis vestræ prudentiam, de prædictis Lombardia, & Marchia C radix iniquitatis hæreticę succidatur, & vinea Domini exterminatis vulpeculis, quæ peruersis morsibus demoliuntur eandem, fructus afferat Catholicæ puritatis. Si quos autem de prauitate prędicta culpabiles inueneritis, vel infectos, seu etiam infamatos, contra ipsos (nisi examinati absolute velint mãdatis Ecclesię obedire) necnon, & contra receptatores, defensores, & fautores eorum iuxta sanctiones Canonicas authoritate Apostolica, hominum metu, diuino timori postposito procedatis. D Non obstantibus aliquibus literis, ad quoscumque alios de Lombardia, & Marchia prędictis (exceptis locorum diœcesanis) super huiusmodi negotio, ab Apostolica Sede directis: quarum deinceps, ad Inquisitiones huiusmodi faciendas nolumus authoritate procedi: quinimo ne procedatur, per illas districtius inhibemus. Nec prętextu commissionis specialiter eisdem diœcesanis super hoc factę vestros processus, in eorundem diœcesanorum ciuitatibus, &

Vrbani IIII. anno 2.

Anno Christi 1262.

Vrbani IIII. anno. 2.

diœcesibus volumus impediri, nec per hoc quod fidei negotium generaliter, in ipsis Lombardia, & Marchia vobis committimus, commissiones à præfata Sede diœcesanis eisdem factas, si forsan illarum, seu etiam ordinaria velint authoritate procedere, intendimus reuocare. Verum tamen sine authoritate ordinaria, siue ex delegatione prędictæ Sedis, iidem diœcesani, in huiusmodi negotio, processerint nequaquã volumus, vel per cõcursum processuũ, vel alias quoslibet vestros impediri processus: quin diœcesanorũ ipsorum processibus non obstantibus, in eodem negotio procedere libere valeatis. Si verò aliqui ex prædictis, hæretica labe penitus abiurata, redire voluerint ad Ecclesiasticam vnitatem, eis iuxta formam Ecclesiæ absolutionis beneficium impendatis, & iniungatis eisdem, quod iniungi talibus consueuit: prouiso solerter, ne simulata conuersione redeãt fraudulenter, & vos imò potius se ipsos fallentes, sub agni specie gerant lupum. Quòd si aliqui iudicandi fuerint hæretici, vel incarcerationis pœna perpetuę alicui pro huiusmodi crimine fuerit infligenda, ad id per vos de diœcesanorum, vel vicariorum suorum, si ipsis diœcesanis absentibus pręsentes fuerint consilio procedatur: vt in tantæ animaduersionis iudicio, non postponenda Pontificis authoritas intercedat. Verum quia in tam graui crimine, cum multa cautela oportet procedi, vt in reos, sine vllo procedatur errore, duræ, ac dignæ seueritas vltionis, volumus, & mandamus, vt vos, vel illi, quos adhoc duxeritis deputandos, in examinatione testium, quos recipi super crimine prædicto, ipsumque contingẽtibus oportuerit, adhibeatis duas religiosas, & discretas personas, in quarum pręsentia, per publicam, si commode potest haberi personam, aut per duos viros idoneos fideliter eorũdem depositiones testium cõscribantur. Ad conscribendas quoque huiusmodi depositiones testium, & ad faciendum omnia, quæ in commisso vobis officio

A ad scriniarij, seu tabellionis officium pertinent, teneri districtius præcipimus, cum per vos, seu deputatos ad hoc vobis requisiti fuerint omnes, & singulos vestri ordinis fratres, qui dum essent in sæculo huiusmodi tabellionatus officiũ habuisse, & exercuisse noscuntur: & illos etiam, quibus idem tabellionatus officium, ratione præfati negotij fidei fuit à dicta Sede commissum, & in posterum committetur. Concedentes huiusmodi fratribus, necnon & alijs Religiosis quibuslibet, qui simi-

B liter, dum essent in sæculo dictum tabellionatus officium habuerũt, & exercuerunt, quibuscumque etiam clericis sæcularibus officium ipsum habẽtibus, etiam si ijdem fratres Religiosi, & clerici sint, in sacris ordinibus constitut exercendi libere officium quoad præmissa, non obstante aliquo contrario statuto Canonis, vel ordinis, quocumque vallato munimine, plenariam facultatem. Quòd si testibus, quos à vobis recipi, vel ab alio vice vestra super eo dem crimine examinari contigerit ex

C publicatione nominum eorundem, videritis periculum imminere, ipsorum nomina non publice, sed secrete, coram aliquibus personis, prouidis & honestis Religiosis, & alijs adhoc vocatis, de quorum consilio ad sententiam, vel cõdemnationem procedi volumus exprimantur: & sic non obstante, quod illis, contra quos huiusmodi testes deposuerint, eorum nomina non fuerint publicata ad cognitionem iudicis instruendum adhibeatur plena fides testium depositionis eorundem. Vt er-

D go commissi vobis officij debitum vtilius, & liberius exequamini, committendi citationes testium examinationes, cum de huiusmodi crimine, ac ipsius circumstantijs duxeritis inquirendum, & denunciationes sententiarum, quas in quoslibet, hac de causa tuleritis, accersendi quoque, prout expedierit peritos quoslibet, vt vobis in ferendis huiusmodi sententijs præbeant consilium opportunum: ac vobis assistant. Conuocandi etiam clerum, & populum ci-

Anno Christi, 1262.

Vrbani IIII. anno 2.

uitatum, castrorum, aliorumque locorum, prout dicto negotio fideli videritis expedire. Insuper in dicto negotio de plano, & absque iudiciorum, & aduocatorum strepitu, ac contra illos, quos in prędictis Lombardia, & Marchia Ianuensi, hæreseos crimen commisisse constiterit, licet ad alias partes se transferendos duxerint, procedendi, necnon faciendi obseruari inuiolabiliter omnes constitutiones Apostolicas, & leges Imperiales, quondã per Federicum, olim Romanorum Imperatorem, tunc in deuotione Romanæ Ecclesiæ persistẽtem Paduæ promulgatas aduersus huiusmodi pestem hæreticę prauitatis, necnon elargiendi viginti, vel quadraginta dierum indulgentiam, quoties opportunum videritis omnibus verè pœnitentibus, & confessis, qui ad vestram conuocationem propter hoc faciendam accesserint, plena sit vobis, & singulis vestrũ præsentium tenore facultas. Vobis autem pro huiusmodi negotio laborantibus, illam peccatorum veniam indulgemus, quæ succurrentibus terrę Sanctæ, in Generali Concilio est concessa. Socijs verò vestri ordinis, & notarijs vestris, qui vna vobiscum in prosecutione huiusmodi negotij laborabunt, & omnibus, qui personaliter vobis astiterint, in eodem negotio, & qui ad impugnandum hæreticos, fautores, receptatores, & defensores eorum, vobis ex animo prę̨stiterint cõsilium, auxilium, vel fauorem de omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius authoritate confisi, tres annos de iniunctis sibi pœnitentijs relaxamus. Et si qui ex his in prosecutione huiusmodi negotij forte decesserint, eis peccatorum omnium, de quibus corde contriti, & ore confessi fuerint, plenam veniam indulgemus. Compescendi præterea monitione præmissa, per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita, prædicatores quæstuarios à prædicationis officio, quod ad ipsos nullatenus pertinet, quorum interest, tantùm charitatiua subsidia simpliciter petere, ac indulgentiam, si quam forte habent exponere, liberam vobis, & singulis vestrum concedimus, authoritate præsentium, facultatem. Cæterum, si forte, quod non credimus, aliqui cuiuscumque conditionis, huic negotio vobis cõmisso, se opponere, seu illud prę̨sumpserint aliquatenus impedire, vt non possit procedi libere in eodem, imò nisi requisiti illud fouerint, & iuxta officium, & posse suum singuli iuuerint studiose, contra eos, tanquam contra hæreticorum fautores, & defensores secundum sanctiones Canonicas freti eadem authoritate intrepide procedatis. Nos enim nihilominus, ad reprimendam tam superbam, & perniciosam audaciam, & omnimode confundendam, in illos gladium Ecclesiasticæ potestatis acriter exeremus: & Reges & Principes, aliosque Christi fideles, siue pro terræ Sanctæ succursu, siue aliâs pro Christi seruitio, Crucis charactere insignitos, necnon & cę̨teros Catholicos, prout expedire viderimus, inuocabimus contra eos, vt cœlum & terra aduersus detestabilem temeritatem ipsorum pariter moueantur. Denique vt circa præmissa plenè vobis, & singulis vestrum, coërtionis expedita, & inuiolabilis adsit authoritas, volumus, vt ea omnia viriliter exequamini, inuocato, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis: contradictores, per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Non obstantibus aliquibus priuilegijs, vel indulgentijs quibuscumque personis cuiusuis conditionis, dignitatis, vel gradus, Religionis, vel ordinis, & præsertim Cisterciẽsis, Prędicatorum, Minorum, seu Eremitarum, siue Communitatibus, vel vniuersitatibus ciuitatum, & locorum specialiter, vel generaliter, subquacumque verborum expresione, vel forma à memorata Sede concessis, vel imposterum concedendis: etiam si dicatur in illis, quod eis per aliquas literas totum de verbo ad verbum tenorem, non continentes priuilegiorum, & indulgen-

Anno Christi 1262.

dulgentiarum ipsorum nequeat derogari: & illis maxime priuilegijs, vel indulgentijs, quibus ab ipsa Sede concessum est aliquibus, seu concedetur deinceps, quod excommunicari, vel ipsorum terræ supponi, non possint Ecclesiastico interdicto: aut quod Prædicatores, vel aliorum quorumlibet ordinum fratres ad executiones negotiorum, aut ad citationes quorumlibet, siue denunciationes sententiarum excõmunicationis, suspensionis, vel interdicti, authoritate literarum Apostolicarum minime cogi possent, nisi de ipsorũ ordinibus, vel priuilegijs, vel indulgentijs, eis super hoc à Sede concessis eadem habeatur in eisdem literis mentio specialis, cum ex huiusmodi, vel alijs priuilegijs, nullum vobis, in tantæ pietatis negotio velimus obstaculum interponi, & constitutione de duabus dietis edita in Concilio Generali. Datę Viterbij decimo tertio Kalendas Aprilis, Pontificatus anno primo. *Annales Ecclesiastici num. 3.*

II

Inquisitorum priuilegia.

¶ Eodem anno Pontifex Vrbanus quartus concessit Inquisitoribus hæreticę prauitatis Ordinis Prædicatorum, quod ipsi tantùm in Regnis Aragoniæ, Valentię, & Cathalonię Inquisitionis officium gererent, & non ex alia familia, cum animaduertisset, quam strenue & viriliter, eo fungerentur. Insuper cõcessit eisdem, plurima priuilegia, & alia declarauit, quæ ad eorum officium pertinent, vt videre licet in sequentibus literis Apostolicis.

VRBANVS Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs fratribus Ordinis Prædicatorum, Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, in Regno, & dominio charissimi in Christo filij nostri Regis Aragonum deputatis authoritate Apostolica & in posterum deputandis, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Prę cunctis nostræ mentis desiderabilibus Catholicæ incrementum fidei affectantes, nimio vtique dolore replemur, cum audimus aliquos, vel sentimus, ad illius deprehensionem, quacũque malignitate satagere, vel damna-

A bilibus ipsam deprouando reprehensionibus, aut detractionibus ei abrogabilibus derogando, seu commentis eandem mendacibus peruertendo, ad quorum iniqua conterenda molimina, eo animosius aspiramus, quo in animarũ stragem perniciosius eos agnoscimus conspirare. Sane, vt accepimus in aliquibus partibus Regni, & dominij charissimi in Christo filij nostri illustris Regis Aragonũ adeò infidelitatis error inualuit, quod ibi quam plurimi à via veritatis prorsus auersi, euntes per deuium falsitatis, pestiferas ad concutien-
B dum Orthodoxę murum fidei machinas cõstruxere, molientes ipsum fallacium argumentationum impulsibus demoliri. Verum licet vbilibet Sedis Apostolicę diligentia, contra talium dolosam astutiam, ne diffusius huiusmodi serpat morbus, remedium libenter adhibeat opportunum: in prædictis tamẽ partibus cupientes anxie, vt negotium fidei iugi profectu, elisis omnino erroribus conualescat, vigilare adhæc per nos, & alios, eo studemus attentius,
C quo prædictum Regem feruentiorem sentimus, ad idem negotium efficaciter promouendum. Prouidimus igitur ibidem ad præsens personas aliquas circumspectas, pro tanto negotio deputari, quarum honesta conuersatio exemplum tribuat puritatis, & doctrinam fundant erudita labia salutarem, vt sacro ipsarum ministerio prę fatæ partes, ab huiusmodi contagijs expurgentur. Vt autem Inquisitionis officium, in præfatis partibus possit
D efficacius adimpleri, discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, in remissionem vobis peccatorum iniungentes, quatenus in charitate Dei, hominum timore postposito virtutem spiritus induentes ex alto prædictum officium in dictis partibus simul, vel separatim, aut singulariter, prout negotij vtilitas suadebit ad extirpandam de ipsis partibus hæreticã prauitatẽ, sub spe mercedis æternæ, sic efficaciter prosequi, & exequi studeatis, vt per solicitudinis vestræ prudentiam, de partibus

Vrbani IIII. anno. 1.

Anno Christi 1261.

Vrbani IIII. anno 1.

ipsis radix iniquitatis hæreticæ succidatur: & vinea Domini exterminatis vulpeculis, quę peruersis moribus demoliuntur eandem, fructus afferat Catholicæ puritatis. Si quos autem de prauitate prædicta, culpabiles inueneritis, vel infectos, seu etiam infamatos, contra ipsos (nisi examinati velint absolute mandatis Ecclesię obedire) necnon contra receptatores, defensores, & fautores eorum, iuxta sanctiones Catholicas authoritate Apostolica huiusmodi, metu diuino timore postposito, procedatis; non obstantibus aliquibus literis ad quoscumque alios de partibus ipsis (exceptis locorum diœcesanis) super huiusmodi negotio, ab ipsa Sede directis, quarum deinceps ad huiusmodi Inquisitiones faciendas nolumus authoritate procedi: quinimo, ne procedatur per illas districtius inhibemus, nec prętextu commissionis specialiter eisdem diœsanis si per hoc factæ processus vestros, in eorundem diœcesanorum ciuitatibus, & diœcesibus volumus impediri. Nec per hoc quod fidei negotium generaliter in ipsis partibus vobis committimus, cōmissiones à prędicta Sede diœcesanis eisdem factas, si forsan illarum, seu etiam ordinaria velint authoritate procedere intendimus reuocare. Verumtamen, sine authoritate ordinaria, siue ex delegatione Sedis prædictæ, iidem diœcesani, in huiusmodi negotio processerint, nequaquam volumus, vel per concursum processuum, vel aliàs quo modolibet processus vestros impediri, quin diœcesanorum ipsorum processibus non obstantibus, in eodem negotio procedere libere valeatis. Si verò aliqui ex prędictis, hæretica labe penitus abiurata, redire voluerint ad Ecclesiasticam vnitatem, eis iuxta formam Ecclesiæ absolutionis beneficium impendatis, & iniungatis eisdem, quod iniungi talibus consueuit, prouiso solerter, ne simulata cōuersione redeant fraudulenter, & vos, imò potius se ipsos fallentes sub agni specie gerant lupum. Quòd si aliqui fuerint iudicandi A hæretici, vel incarcerationis pœna perpetuæ alicui, pro huiusmodi crimine fuerit infligenda, per vos ad illud de diœcesanorum, vel vicariorum suorū, si diœcesanis ipsis absentibus præsentes fuerint, consilio procedatur, vt in tantæ animaduersionis iudicio, nō postponenda Pontificum authoritas intercedat. Verum quia in tam graui crimine, cum multa oportet procedi cautela, vt in reos sine vllo procedat errore duræ, ac dignæ seueritas vltionis, volumus, & mandamus, vt vos vel illi B quos ad hoc duxeritis deputandos, in examinatione testium, quos recipi super hoc crimine prædicto, ipsumque contingentibus oportuerit, adhibeatis duas Religiosas personas, & discretas, in quarum pręsentia per publicam, si cō mode potestis habere personam, aut per duos viros idoneos fideliter eorūdem depositiones testium describantur. Quòd si testibus, quos à vobis recipi, vel ab alio vice vestra super eodē crimine examinari contigerit, ex publicatione nominum eorundem videritis periculum imminere, ipsorum no- C mina, non publice, sed secrete, coram aliquibus personis prouidis, & honestis Religiosis, & alijs adhoc vocatis, de quorum consilio ad sententiam, vel condemnationem procedi volumus, exprimantur: & sic non obstante, quod illis, contra quos huiusmodi testes deposuerint, eorum nomina non fuerint publicata, ad cognitionem iudicis instruendam adhibeatur plena fides testium depositionibus eorundem. Vt ergo commissi nobis officij debitum vti- D lius, & liberius exequamini, committendi citationes, & testium examinationes, cum de huiusmodi crimina, ac ipsius circunstantijs duxeritis inquirendum, & denunciationes sententiarum, quas in quoslibet hac de causa tuleritis: accersendi quoquè prout expedierit, peritos quoslibet, vt vobis in ferendis huiusmodi sententijs prębeant consilium opportunum, ac vobis assistunt. Conuocandi etiam clerum, & populum ciuitatum castrorum aliorumque loco

rum

Anno. Christi, 1262.

rum prout dicto negotio fidei videritis expedire: Insuper in dicto negotio de plano, & absque iudiciorum, & aduocatorum strepitu: ac contra illos, quos in prædictis partibus, in hæreseos crimen commisisse constiterit, licet ad alias partes se transferendos duxerint procedendi: Necnon faciendi vobis libros, seu quaternos, & alia scripta in quibus Inquisitionis factæ, & processus per quoscumque authoritate Sedis Apostolicæ, vel legatorum eius habiti, contra hæreticos continentur, à quibuslibet assignari, & obseruari omnia statuta, tam per Sedem Apostolicam, quam in concilijs eiusdem Sedis prouide edita, quæ negotium Catholicæ fidei tangere dignoscuntur, sicut promotioni negotij, & augmentationi fidei fuerit opportunum: Priuandi præterea de diœcesanorum, vel eis absentibus vicariorum suorum consilio hęreticos eorundem credentes fautores, receptatores, & defensores, eorumque filios & nepotes, personatibus, dignitatibus, & beneficijs Ecclesiasticis, & officijs publicis, & honoribus quibuscumque: nec non elargiendi viginti, vel quadraginta dierum indulgentiam quoties opportunum videritis omnibus verè pœnitentibus, & confessis, qui ad vestram conuocationem, propter hoc faciendam accesserint, plena sit vobis, & singulis vestrum pręsentium tenore facultas. Vobis autem pro huiusmodi negotio laborantibus, illam peccatorum veniam indulgemus, quæ succurrentibus terrę Sanctę, in Generali Concilio est concessa. Socijs verò fratribus vestri ordinis, & notarijs vestris, qui vna vobiscum in prosecutione huiusmodi negotij laborauerint, & omnibus, qui vobis personaliter astiterint, in eodem negotio, & qui ad impugnandum hæreticos fautores, & receptatores, & defensores eorum, ex animo vobis pręstiterint auxilium, consilium, aut fauorem de omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius authoritate confisi, tres annos de iniunctis sibi pœnitentijs re-

A laxamus. Et si qui ex ijs in prosecutione huiusmodi negotij forte decesserint eis peccatorum omnium de quibus corde contriti, & ore confessi fuerint plenam veniam indulgemus. Compescendi præterea monitione præmissa, per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita prædicatores quæstuarios à prędicationis officio (quod ad ipsos nullatenus pertinet, quorum interest tantum charitatiua subsidia simpliciter petere, ac indulgentiam, si quam forte habent exponere) liberam vobis, & singulis vestrum concedimus authorita-

B te præsentium facultatem. Cæterum si forte quod non credimus aliqui cuiuscumque conditionis, huic negotio vobis commisso se opponere, seu illud præsumpserint aliquatenus impedire, vt non possit procedi libere in eodem: imo nisi requisiti, illud fouerint; & iuxta officium, & posse suum singuli iuuerint studiose, contra eos, tanquam hęreticorum fautores, & defensores secundum sanctiones Canonicas treti eadem authoritate intrepide procedatis.

C Denique vt circa præmissa plene vobis, & singulis vestrum coercitionis expedita, & inuiolabilis adsit authoritas volumus, vt ea omnia vtiliter exequamini, inuocato (si opus fuerit) auxilio brachij sæcularis: contradictores, per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo: non obstantibus aliquibus priuilegijs, vel indulgētijs, quibuscumque personis cuiusuis conditionis, dignitatis, vel gradus, Religionis, vel ordinis, & præsertim Cistercensium, Prædicatorum, & Mino-

D rum, seu Eremitarum, siue Communitatibus, vel vniuersitatibus ciuitatum, & locorum specialiter, vel generaliter sub quacumque verborum expresione, vel forma à memorata Sede concessis, vel in posterum concedendis: etiam si dicatur in illis, quod eis per aliquas literas totum de verbo ad verbū tenorem, non continentes, priuilegiorum, vel indulgentiarum ipsarum nequeat derogari: Et illis maxime priuilegijs, & indulgentijs quibus ab ipsa Se

Vrbani IIII anno 2.

de con-

Anno Christi 1262.

de concessum est aliquibus, seu concedetur deinceps, quod excommunicari, vel ipsorum terræ supponi, non possunt Ecclesiastico interdicto, aut quod prædictorum, vel aliorũ quorumlibet ordinum fratres ad executiones negotiorum, aut ad citationes quorumlibet siue denunciationes sententiarum, excommunicationis, suspensionis, vel interdicti, authoritate literarum Apostolicarum minime cogi possint, nisi de ipsorum ordinum priuilegijs, vel indulgentijs eis super hoc à Sede concessis eadem habeatur in eisdem literis mentio specialis: cum ex huiusmodi, vel alijs priuilegijs, vel indulgentijs nullum vobis, in tanto pietatis negotio velimus obstaculum interponi, & constitutione de duabus dictis edita in Concilio Generali. Datum apud Montem Flasconem quinto Kalẽdas Augusti Põtificatus nostri anno primo, *Fr. Nicolaus Eymericus, in Directorio Inquisitorum 2. p. pag. 129. vsque 131. & Diagus libr. 1. cap. 6.*

III. *Inquisitorum priuilegia.*

¶ Eodem anno Pontifex Vrbanus concessit Inquisitoribus fratribus Ordinis Prędicatorum, & eorum notarijs, quod durante officio, non possunt excommunicari, suspendi, aut interdici, sine speciali mandato Sedis Apostolicæ, faciente de hoc priuilegio mentionem. Literæ autem Pontificiæ sic se habent.

VRBANVS Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs fratribus Ordinis Prædicatorum, Inquisitoribus hæretica prauitatis, in Regno, & dominio charissimi in Christo filij nostri illustris Regis Aragonum deputatis à sede Apostolica, & in posterum deputandis, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Ne inquisitionis negotium contra damnatam hæresim prudentiæ vestræ commissum impediri (quod absit) propter aliquorum astutiam, vel etiam retardari contingat: vobis authoritate pręsentium indulgemus, vt nullus Sedis Apostolicę delegatus, vel subdelegatus, ab eo conseruator, aut etiam executor à Sede Apostolica deputatus, eadem, seu etiam deputandus, in vos, vel quatuor notarios, siue scriptores vestros, super his vobis fideliter obsequẽtes, quandiu in prosecutione huiusmodi negotij, vos & ipsi fueritis: possit excommunicationis, vel suspensionis, aut interdicti sententiam promulgare absque speciali mandato prędictę Sedis faciente plenam, & expressam de hac indulgentia mentionem: decernentes irritum, & inane, si secus fuerit attentatum. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ concessionis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum apud Mõtem Flasconem secundo Nonas Augusti Pontificatus nostri anno primo. *Fr. Nicolaus Eymericus, in Directorio Inquisitorum 2. p. pag. 132.*

Vrbani IIII. anno 1.

IIII. *Inquisitorum priuilegium.*

¶ Eodem anno Vrbanus Pontifex concessit Inquisitoribus Ordinis Prædicatorum, & eorum socijs, quod mutuò se possint absoluere, ab excommunicatione, & irregularitate in casibus, de quibus loquitur.

VRBANVS Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filijs fratribus Ordinis Prædicatorum, Inquisitoribus hæretica prauitatis, in Regno, & dominio charissimi in Christo filij nostri illustris Regis Aragonum deputatis à sancta sede Apostolica, & in posterum deputandis, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Vt negotium fidei valeatis liberius promouere, vobis authoritate præsentium indulgemus, vt si vos, & fratres vestri ordinis socios vestros excommunicationis sententiam, & irregularitatem incurrere aliquibus casibus, ex humana fragilitate contingat, vel recolatis etiam incurrisse, quia propter iniunctum vobis officium ad Priores vestros de leui super hoc recurrere, non potestis, mutuo vos super his absoluere iuxta formã Ecclesiæ, & vobiscum authoritate nostra dispensare possitis in casibus, in quibus dictis Prioribus, vt dicitur

Anno Christi, 1262.

Vrbani IIII anno 2.

tur est ab Apostolica Sede concessum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurũ. Datum apud Montem Flasconem secundo Nonas Augusti Pontificatus nostri anno primo. *Eymericus, in Directorio 2. p pag.* 132.

V

Inquisitorum potestas.

¶ Eodem anno Vrbanus Pontifex declarauit Inquisitoribus hereticę prauitatis Ordinis Prædicatorum, quod filij, & heredes petentium in infirmitate sua hereticorum consolationem (vt dicebant) non admittuntur ad probandum, quod non sana mente, vel per dita loquela susceperint, si cõstat quod erant sanę mentis, quando consolationem petierunt, aliàs admittuntur, per testes idoneos. Literæ autem Pontificis, sic habent.

VRBANVS Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filijs fratribus Ordinis Prædicatorum Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, in Regno, & dominio charissimi in Christo filij nostri illustris Regis Aragonum deputatis à sancta sede Apostolica, & in posterum deputandis, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Olim ex parte dilectorum filiorum fratrum Ordinis Prædicatorum Inquisitorum hæreticæ prauitatis in Cathalonia aliàs Tolosa, & alijs terris nobilis viri N. Comitis Pictauiensis fœlicis recordationis Alexandro Papæ prædecessori nostro expositum fuit, quod nõ nulli de partibus, vbi eis contra hæreticos Inquisitionis officiũ est commissum, in mortis articulo constituti salutis medicum abhorrentes consolatores hæreticos ad se introduci faciunt, & ab eis per impositionem manus desolationis suæ consolationem accipiunt, secundum pessimam consuetudinem eorundem: sed filij & hæredes, sic decedentium, propter hoc exheredari timẽtes, & volentes ob id eorum malitiam excusare, proponunt se velle probare per

A testes, quod ijdem quando recipiebant consolationẽ huiusmodi loquelã amiserant, & erant alienati à mente, cum moris sit apud eos (vt dicitur) quòd nullum taliter consolentur, qui non sit sanę mentis, & memoriam habeat ordinatam: ac super hoc eodem prędecessore consulto, ab eisdem Inquisitoribus, vtrum tales debeant probationes admitti, idem prædecessor eis duxit, per suas literas taliter respondendum: vt si legitime cõstiterit, quod pręB dicti, dum sanę mentis essent petierint hæreticos consolatores, sicque viã fuerint vniuersæ carnis ingressi: licet consolationem huiusmodi, imò verius desolationem, non sanæ mentis effecti, vel post iam perditam loquelam suscepisse dicantur: nulla super hoc probatiò admittatur, cum in nullo sic decedentes debeant propterea releuari: in dubio vero admitti poterit. Non tamen vxores, vel filij seu familiares, aut de suis aliqui ad hoc probandum recipiantur in testimonium, sed alij testes idonei & specialiter fidei zelatores, cum contra C tales sit non modicum præsumendum: sicque in talibus propter fidei priuilegium, cum multa cautela summaq; diligentia pręcæteris negotijs procedendum. Vos igitur in hac parte iuxta ipsius prædecessoris nostri responsionem commissum vobis negotium fidei, sic prudenter, & fideliter exequi procuretis, quod labor vester vobis ad vitę pręmium, & alijs ad salutem (quæ tantum in talibus quæritur) proficiat animarũ. Datum apud Montem Flasconem duo D decimo Kalendas Septembris Pontificatus nostri anno primo. *Eymericus, in Directorio Inquisitorum 2. p pag.* 133.

VI

Inquisitorum facultas.

¶ Eodem anno Vrbanus Pontifex scripsit fratribus Ordinis Prædicatorũ Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, declarans eis plura dubia ad Inquisitionis officium spectantia, quæ hic sequũtur.

VRBANVS Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs fratribus Ordinis Prædicatorum, Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, in Regno, & dominio charissimi in Christo filij nostri illustris Regis Ara-

gonum

Anno Christi. 1262.

Vrbani IIII. anno. 2.

genum autboritate Apostolica deputatis, & in posterum deputandis, salutem, & Apostolicam benedictionem.

A Consultus fœlicis recordationis Alexãder prædecessor noster super articulis infra scriptis fidei causam cõtingentibus ab Inquisitoribus prauitatis hæreticę, in partibus Tolosanis à Sede Apostolica deputatis, per suas literas respõdit eisdem, cuius vtique responsionem pręsentibus, de verbo ad verbum duximus annotandam, quæ talis est.

B Quòd super nonnullis quæstionum articulis, in quibus causa fidei tangitur nos consulere voluistis, solicitudinis vestrę prudentiam in Domino commẽdamus. Primus igitur vestræ consultationis articulus continebat, vtrum dici debeat relapsus in hæresim, qui lapsus est in eam post abiurationẽ ipsius, in qua non inuenitur antea cõmisisse, cum secundũ proprietatẽ verborum, non videatur relapsus, qui nõ fuerat ante lapsus. Ad quod taliter respõdemus, quòd talis, si tanquã accusatus, vel suspectus de hæresi eam in iudicio abiurauit, & postea cõmittat in ipsam censeri debet

C quadã iuris fictione relapsus, licèt ante abiurationẽ suam plene probatum non fuerit crimen hæresis contra ipsum: dũ modo huiusmodi prius orta suspicio, violenta fuerit, & certis, ac veris indicijs cõprobata. Si vero leuis, & modica quanquã ex hoc sit grauius puniendus, relapsorum tamen in hęresim non debet pœna puniri: ex quo præsumi non potest verisimiliter ante lapsus in eã.

D Quæsiuistis etiã circa idem, si is qui hæresim abiurauit, & per solam inexcusabilem receptionem, vel receptationem aut deductionem, siue associationẽ, vel visitationẽ hæreticorum, siue dationẽ, vel missionẽ munerum, aut etiã alias in fauorẽ eorum, qui excusari non possit, sine adoratione tamen (vt verbis vestris vtamur) lapsus est, postmodum; propter hoc debeat iudicari relapsus, Et quidẽ si legitime constitit, vel etiam nunc constaret, quòd tales ante huiusmodi abiurationẽ in hæresi commisissent, non est dubium eos per hoc fuisse relapsos, quia tunc dubitari non debet illos ex approbati à se prius erroris consequentia id fecisse. Præterea nonnulli talium, vt proponitis, iurant corã Inquisitoribus tam de se, quam de alijs super facto hæresis veritatem dicere: sed periurant, non odio tamen, vel pretio, sed timore sui potius, & suorum, corrigunt autem se postmodum, super his contra se. ac alios suos complices deponendo: cum itaque periurus secundum iura etiam post pœnitentiam in criminalibus à testimonio repellatur: hinc quæritur, vtrum contra illos suos complices, sit per testimonia talium procedendum, super quo taliter respondemus. Quòd cum crimen huiusmodi sit exceptum, si ex manifestis indicijs apparuerit, tales non animi leuitate, aut odij fomite ductos, seu corruptos pecunia, sed zelo fidei tanquam pœnitentes proprię culpæ asserere, quod talia prius tacuerunt, & velint in hoc errorem suũ corrigere, ac alios nominare, stari debet in fauorem fidei (nisi aliud obsisteret) attestationibus ipsorum. Ad aliud autem, quod quæritur, vtrũ ad Inquisitores hæresis pertineat de diuinationibus, & sortilegijs, quæ contra aliquos sibi denũciãtur, cognoscere, ac punire talia exercentes; breuibus respondetur, quod cum negotium fidei, quod summe priuilegiatum existit, per occupationes alias non debeat impediri, Inquisitores ipsi de his, nisi manifeste saperent hæresim ratione huiusmodi officij, sibi commissi se nullatenus intromittant: sed eos relinquant suis iudicibus pœna debita castigandos. Quidam insuper, vt adijcitis pro his quæ cõmiserint, in hæresi astringunt se Inquisitoribus, sub obligatione bonorum suorum, ad recipiendam, ab eis pœnitentiam, & complendam, sed ea licet iniuncta, non tamen peracta, quin potius in toto; vel in parte neglecta decedunt, quæritur, ergo vtrum Inquisitores ipsi, vel qui in eorum locum succedunt, possint ad satisfactionem pro ipsis defunctis, hæredes, vel detentores bonorum, sic de-

Anno Christi, 1262.

Vrbani IIII anno 2.

cedétium coarctare. Ad quod dicimus, quod si per huiusmodi pœnitentiã aliquod onus ad salutem proficiens impositum fuerit in bonis téporalibus exequendum ad complementum ipsiusper Inquisitores cogi debent hæredes, vel alij, ad quos bona talia, cum suo onere deuenerunt. Iniungitur etiã aliquibus adpœnã, in pœnitentia pro hæresi, ab ipsius pestis Inquisitoribus, vt vsuras restituant, ad quod obligauerant in iudicio Ecclesię se, & sua: in quo quæritur, vtrum Inquisitores ipsi, vel qui succedunt in locum eorũ ad respondendum coram se conquerentibus de vsuris huiusmodi, & ad restitutionem earum, si de ipsis constiterit possint compellere taliter pœnitentes, prout ab eis in alijs iniunctis sibi pœnitentijs fieri consueuit. Ad quod respondemus quęstionem super vsuris motã contra tales iudicialiter, non debere audiri, ab Inquisitoribus hæresis, nec decidi; nolentes quod per causas huiusmodi offendiculum negotio fidei præparetur: eos tamen ad restitutionem vsurarum, de quibus cõstiterit compellere poterunt, quibus in satisfactionem pro prædicto crimine huiusmodi restitutionem in pœnitentiam iniunxerunt. Sunt & alij, qui confessi sunt in iudicio de hæresi, coram Inquisitoribus huiusmodi prauitatis; sed antequam eis iniungeretur pœnitentia, decesserunt. Super quo quęritur, si hæredes talium compelli possint, ab Inquisitoribus, vt ad ipsorũ arbitrium satisfaciant pro defunctis, præcipue, cum ijdẽ dũ viuerent ad faciendam pœnitentiã, quam Inquisitores eis vellent iniungere bona sua Inquisitoribus obligarint: cui quæstioni sic duximus respondendum, quod postquam tales non decesserunt hæretici, sed reincorporati potius Ecclesiæ vnitati, nõ videmus, quod eis post mortẽ, vel eorum hæredibus, qui ad successionẽ talium admittuntur, sit satisfactio pro extincto iam crimine iniungẽda. In eo vero casu, in quo hæredes huiusmodi ad successionem non deberẽt, ob culpam sui actoris admitti: non obstante quod actoribus ipsis viuentibus

A hoc non fuerit (intercedente ipsorum morte) per sententiam declaratum, ad confiscationem bonorum post mortem nihilominus procedatur.

Adiecistis pręterea negotium, seu officium Inquisitionis, contra hæreticos dilecto filio Priori fratrũ Prædicatorũ Parisiensium â Sede Apostolica fuisse super ea forma cõmissum, vt idem super hoc posset inquirere, tam per se, quam per alios, quos ad hoc idoneos reputaret. In quo quęritur vtrum tales delegati, vel subdelegati existant, & quid

B possint etiam sic electi? Super quo taliter duximus ordinãdũ, quod idẽ Prior possit tres vel quatuor idoneos ad hoc opus assumere, qui parẽ cũ ipso habeãt potestatem, & amouere illos, ac ipsorum loco alios substituere quotiescũq; viderit expedire. Ipsi tamen Priori, & alijs sic assumptis cõmittendi dũtaxat citationes, & examinationes testium, cum de huiusmodi crimine, ac circunstantijs eius inquiritur, ac denunciationes sententiarum, quas super his contra quoslibet cõtigerit ferri, & his similia fa-

C ciẽdi cõceditur ab eadẽ Sede facultas. Quęstioni vero, qua quęritur, vtrum constitutus in sacris deprehensus in hęresi, & propter hoc immurandus perpetuo, prius sit ab ordinibus â suo Episcopo degradandus antequã tradatur huiusmodi pœnitẽtię? Respõdemus quod talis, qui est perpetuo immurãdus, prius debet â suis ordinibus degradari. Nonnulli quoq; clerici, & quod est deterius sacerdotes prętextu pecuniæ, vel alicuius seruitij téporalis inueniũtur aliquã-

D do Inquisitionis impedire negotium instruendo citatos hæreticorũ credentes decelanda veritate, falsitate dicẽda, vel eos indebite liberando. De quibus quęritur, vtrũ Inquisitores possint tales capere, ac etiam retinere, aut quod sic accepta restituant coarctare. Dubiũ itaq; non videtur, quod hi quos constat exercere præmissa ea faciũt in fauorẽ hęreticę prauitatis: quare possunt â talibus per Inquisitores cõpesci, & pœna debita castigari, tã per captionẽ personarũ. Quam etiã alia, prout culpa exegerit

delin-

Anno Christi. 1262.

delinquentis. Quòd autem postmodū
quærebatur quomodo essent puniendi
Religiosi, qui inueniuntur in hæresim
deliquisse, cùm sæculares peccantes, in
simili casu inmutationis, vel alia pœna
plectantur? Eius solutio satis patet, cū
certum sit tales in hoc, & in consimili-
bus delinquentes grauius etiam sæcula
ribus puniendos. Frequenter etiam vo
bis ab Apostolica Sede committitur,
vt tam hæreticos, credentes, receptato
res, fautores, & defensores eorum, quā
ipsorum filios, & nepotes, ac illos etiā
qui prędictorum interuentu, vel gra-
tia talia essent adepti, vel assequeren-
tur, in posterum priuandi personatibus,
dignitatibus, & honoribus quibuscum-
que, & beneficijs Ecclesiasticis, & offi-
cijs publicis de diœcesanorum, vel eis
absentibus vicariorum suorum consilio
habeatis liberam facultatem, quod qua
liter intelligi debeat petiuistis eiusdem
Sedis oraculo declarari. Hoc sane de
filijs, & nepotibus illorum hæreticorū
credentium, & aliorum huiusmodi, qui
modo tales esse probantur, intelligen-
dum esse videtur, non autem illorum,
quos emendatos constiterit, & pro cul
pa huiusmodi ad mandatum Ecclesiæ
pœnitentiam recepisse, quam ipsi, vel
iam perfecerunt, vel humiliter prosecu
tioni eius insistunt, vel parati fuerunt
dum viuerent ad recipiendum eādem.
Diœcesani quoque in priuandis talibus
sunt generaliter requirendi, nisi for-
san constaret legitime, quod ijdem sciē
ter eis beneficia contulissent: tūc enim
eos in his requirendos esse, non credi-
mus, sed potius à suo iudice puniendos.
Vos igitur in pręmissis commissum vo
bis negotium in Regno, & dominio cha
rissimi filij nostri, in Christo illustris Re
gis Aragonum iuxta dicti prædecesso-
ris responsionem, sic prudenter, & fide
liter exequi procuretis, sic ad ea pure
propter Deum (cuius causam geritis) ve
stra feratur intentio, quod labor vester
vobis ad vitę pręmium, & alijs ad salu
tem (quę solum in talibus quęritur) pro
ficiat animarum. Datum apud Monté
Flasconem duodecimo Kalendas Se-

A tembris Pontificatus nostri anno pri-
mo. *Nicolaus Eymericus in 2. p. Directo-
rij pag. 133 vsque 135.*

Vrbani IIII. anno. 2.

VII

¶ Eodē anno Vrbanus quartus præ
cepit superioribus, ac prælatis Ordinis
Prędicatorum in locis, vbi per eos exer
cetur Inquisitionis officium, quod assig
nent Inquisitoribus socios prudentes,
& idoneos. Item vbi fuerint, ab Inqui-
sitoribus requisiti, alios fratres adiun-
gant, vt negotium Inquisitionis melius
valeat promoueri. Literæ autem Pon-
tificis sic habent.

Inquisitoribus detur socius idoneus.

B *VRBANVS Episcopus seruus ser
uorum Dei, Dilectis filijs Prouinciali, ac
cæteris Conuentualibus Prioribus, & sub
prioribus, eorumquè Vicarijs Ordinis Præd
catorum Lombardiæ, ac Marchiæ Ianuen-
sis, salutem, & Apostolicam benedictionē.*

Ne Catholicæ fidei negotiū dilectis
filijs fratribus vestri ordinis, in Lombar
dia, & Marchia Ianuensi, infra designa
tos eis limites Sedis Apostolicę autho
ritate cōmissum, & in posterū cōmit-
tendum, ex personarum defectu contin
gat (quod absit) quomodolibet impedi
C ri: volumus, & pręsentiū vobis authori
tate districte pręcipiendo mandamus,
quatenus, tu fili Prior Prouincialis singu
lis ex prædictis fratribus, singulos so-
cios, fratres videlicet ipsius ordinis pro
uidos, & discretos, ac eidē negotio con
gruentes, de quibus hi, quibus assignati
fuerint merito valeāt consolari sublata
difficultate qualibet assignare procu-
res, & nihilominus, tā tu, quam vos alij
Priores subpriores Cōuentuales, ac Vi
carij, quoties ab eisdē fratribus quibus
dictū est cōmissum negotiū, ac cōmit-
D tetur in posterū, fueritis requisiti, & di-
cto negotio fuerit opportunū, de alijs
etiā fratribus eiusdē ordinis præter il-
los, qui eis in socios deputati fuerint, cū
omni prōptitudine prouidere curetis:
Ita quod præfatū negotiū nullā ex ne-
gligētia vestra dilatationē capiat, sed
potius ex diligentia continuū suscipiat
incrementū. Datum apud Vrbem vete
rē septimo Kalendas Nouēbris Pontifi-
catus nostri anno 2. *Ex Archiuo Inqui-
sitionis Bono- -[illegible] ctorio pa. 43.*

Eo-

Anno Christi, 1263.

VIII

¶ Eodem anno, vt F. Michael Pius asserit in Hungariæ, Dalmatiæ, ac Bosfinæ prouincijs cētum, & nonaginta fratres Ordinis Prædicatorū pro fide Christi à Tartaris gloriosum martyrium cōsummauerunt, alij spiculis, ac telis confossi, alij cruciati partibulo, alij lapidibus obruti, alij capite truncati, alij viui decoriati, & alij flammis exusti, &c. *Fr. Michael Pius 1. p. lib. 2. col. 333.*

Martyres cētum, & nonaginta.

I

An. 1263.

ANNO Domini millesimo ducētesimo sexagesimo tertio, Pontificat' Vrbani quarti anno tertio, cum idem Pontifex fratres Prædicatores prouinciæ Poloniæ, ad infidelium Pruthenorum doctrinā destinasset, per literas datas Viterbij decimō Kalendas Ianuarij, Pontificatus primo, quarum initium est: *Inter multa discrimina*, autographumque illarum est in Conuentu Thorunensi; eæ literæ redditæ sunt fratribus, hoc anno pridie Idus Martij, apud Castrum Brod, insertæ suo instrumento publico, per Anselmum Episcopum Valniensem Apostolicæ Sedis Legatum. In illis præcipiebat Pontifex fratribus Prouinciæ Poloniæ, quōd multo plures, quam antea ad istam prædicationem irent, atq; diligentissimam operam nauarent: tam in reducendis schismaticis, quam in gentibus conuertendis. Quantum vero operæ fratres Prædicatores illic impenderint, testantur Religiosissimæ olim Prussiæ, & Liuoniæ templa innumerabilia, magnifico sumptu elata; Monasteria virorum, & virginum erecta, & ditata, vasa aurea, & argentea ad Diuini cultus splendorē & ornatum nullibi terrarum, vt apud Pruthenos, & Liuones opere, materia, pondere, & numero multiplicata. Tanto enim ardore illi exceperant semina vitæ sparsa à fratribus Prædicatoribus. Superscriptio, & præfatio literarum Vrbani quarti est. *Ad Priores Ordinis Prædicatorum Prouinciæ Poloniæ per Boemiā, Morauiam, Liuoniam, Curoniam & Prussiam, ac per Rigen. Gnesnen. & Salseburgen. prouincias degentes, &c. Fr. Abrahā Bzouius, in annalibus Prouinciæ Poloniæ cap. 3.*

Prutheni, & Liuones cōuersi

Vrbani IIII anno 3.

II

¶ Eodem anno Barchinonæ in ędibus Regis, coram Iacobo Rege, pluribus Toparchis, Baronibus, Episcopis, ac diuersorum ordinum primoribus fratribus, die vigesima Iulij F. Paulus Christianus Ordinis Prædicatorum (qui suis feruidis concionibus, ac disputationibus Iudęos plurimos à cęcitate, in lucem legis gratię transtulit) doctissimū Rabbinum Moysem Gerundensem conuicit publice, & confusum mutumquè reddidit, in conspectu omnium. Ex quo factum est, vt ipse Rex Iacobus quarto Kalendas Septembris, in eadem vrbe constitutionem ediderit, omnibus prętoribus, iudicibus, & gubernatoribus vrbium, & oppidorum suorum regnorum iubens, vt ipsum fratrem Prędicatorem benigne reciperent, & quocūque ad prędicandum Iudęis peteret, illuc eos venire compellerent, vt á prædicatore viam salutis edocti à suis deliramentis resipiscerent vt complures fecerāt. Cōstitutio autē Regis ita habet. *IACOBVS Dei gratia Rex Aragonum Maioricarum, & Valentiæ, Comes Barchinonæ, & Vrgelli, ac dominus Montis Pesulani, fidelibus suis vniuersis, & singulis Iudæis in toto districtu nostro vbiquè morantibus, ad quos præsentes peruenerint, salutem, & gratiam.*

Iudæi conuersi.

Mandamus, & districtè præcipimus vobis, quatenus cum dilectus filius noster Fr. Paulus Christiani, de ordine fratrum Prædicatorum, quem ad vos pro via salutis ostendenda mittimus, venerit ad vos, ad Synagogas, vel domos vestras, vel cætera loca causa prædicādi verbum Dei, vel disputandi, vel conferendi vobiscum de scripturis sanctis; in publico, vel in priuato, vel familiari collocutione, simul vel separatim ad eum teneamini venire, & mansuete, & fauorabiliter auscultare, suisque interrogationibus de fide, & scripturis sacris secundum quod sciueritis, humiliter, & reuerenter, & absquè calumnia, & subterfugio respondere. Et libros vestros

quibus

Anno Christi 1263.

Vrbani IIII. anno 3.

quibus ipse indiguerit ad veritatem vobis ostendendam eidem exhibere, & expensas, quibus indiguerit dictus frater circa libros suos asportandos, de loco ad locum, quos propter veritatem vobis ostendendam deferri fecerit, & fratres sui ordinis, ex constitutione sua habent, quod expensas non deferant, vos easdem expensas soluere teneamini, nobis illas imputantes, de tributo, quod nobis facere tenemini deducentes. Mandamus insuper, & districte præcipimus omnibus Baiulis, Vicarijs, & alijs officialibus nostris vniuersis, vt prædictos Iudæos, si prædicta gratis facere noluerint, authoritate nostra compellatis, si de nostri gratia confidunt, vel amore. Dat. Barchinonæ quarto Kalendas Septẽbris anno Domini 1263. *Diagus lib. 1. cap. 15. Fr. Michael Pius 2. par. lib. 1. col. 43.*

III. *Hæreticorũ machinamenta euersa.*

¶ Eodem anno in Theutonia quidam seductus à Dæmonibus fratrem quendam Prædicatorum sibi amicum ad hæresim inuitabat. Hunc cum videret omnimode resistẽtem ait: Si ipsum Christum & matrem eius, & Apostolos & Sanctos mecum sentientes, tibi ostendam, mihi credes? Frater autem cogitans eum phantasia deludi, esseq; deceptum ait: Non immerito credam, si vere probaueris quod promittis. Tunc hæreticus gauisus noctem statuit, qua promissa compleret. Frater vero cautus, & à numine instructus, secreto, & reuerenter Corpus Christi in pyxide, sub caputio ante pectus suum ponens, perrexit deuote orans Deum, ne illi aliqua illusio præualeret. Cùm autem hæreticus eum ad vicini montis pedem duxisset, vidit in momento palatium præclare refulgens nimio aromate redolens, atquè in circuitu thronos collocatos: in quorum primo Rex fulgore corusco, circumdatus multitudine candidatorum, & iuxta eum Reginarum pulcherrima residebat: hæc vt hæreticus aspexit, statim in faciem procumbens adorauit. Frater autem diuina virtute subnixus, cum è sinu corpus Dominicum extraxisset, & in soliũ Reginæ sedenti obiecisset ait: Si cœli, ac terræ Regina es: ecce filius tuus, adora vt Deum. Vix ista protulerat, & diuinam Eucharistiam ostenderat, cũ illico omnis illa illusio euanuit, & tenebræ tã densæ illatæ sunt, vt vix omnino eruperint. Simile quoddam accidit D. Petro Martyri, vt Annales Ecclesiastici afferunt, anno millesimo ducentesimo trigesimo secundo numero 6. & Castillus 1. p. lib. 2. cap. 35. *Hoc referunt ijdem Annales, hoc anno num. 19. & 8. Antoninus 3. part. titul. 23. capit. 10. §. 1.*

IIII. *Agarenici uersio mirabilis.*

¶ Eodem anno Fr. Petrus de Sezaria Gallus Ordinis Prædicatorum, pro sedanda Græcorum contradictione, aliquot fratribus sui ordinis comitatus Constantinopolim à Summo Pontifice missus est. Quo tempore venit illuc quidam Sarracenorum monachus paternarum suarum traditionum vehementissimus æmulator; virtutibus quidem politicis extrinsecus miro modo adornatus, simplicissimo aspectu, vilissimo habitu, modesto incessu, raro sermone, sed virtutibus veris prorsus inanis. Cùm ergo colloqueretur in porta quęrens eos auertere, & trahere discipulos post se, vocatus Fr. Petrus interuenit. Miratus est autem tantam in eo compositionem, quantam apud Christianos Religiosos in nullo fere vnquam aspexisset. Sed paulo post cum Dominum Iesum Christum blasphemasset, dicens, purum esse hominem, Fr. Petrus exhorruit vehementer: & fidei gratiam meritumque plus solito in se persentiens, fratres sui Ordinis Prędicatorum compescuit, & indicto silentio Sarracenum interrogauit: Si in lege eorum scriptum esset, vt quicumque in potestate eorum contra Mahumetum aliquid ediceret, sine vlla misericordia capite plecteretur? Affirmante Sarraceno, subintulit F. Petrus. Et tu à nobis capite imminuẽdus es, vel Mahometi constitutio est iniusta: Si enim ille qui coram Sarracenis Mahometum (quem prophetam Dei summi non tamen Deum asseritis)

Anno Christi, 1263.

blaſphemauit iuxta legẽ occiditur: eodem modo, & ille qui Chriſtũ Deum, non tantum magnum prophetam, ſed etiam Deum, & Dominum omniũ prophetarum, coram Chriſtianis blaſphemauit iuſta, imo iuſtiori lege ab eis occidetur. Legem itaque patiere, quam tu pro Mahumeto ſtatuiſti. Obmuteſcente illo ſubiunxit. Noli metuere, neque enim morieris. Lex enim Mahumeti iuſta non eſt: veruntamen, quia Deum blaſphemaſti, non impune tibi erit. Et cum hęc Præfecto Imperatoris ſignificaſſet: ille duobus miſsis apparitoribus Sarracenum in vincula coniecit: & detruſit in carcerem. Cumque in illo fere per biduum nihil mãducaſſet, aut bibiſſet, ſed in lapide ſedens immobilis oraſſet, venit F. Petrus cum interprete, in ergaſtulum, vt ægrum animi inuiſeret. Ille autem ad conſpectum Fr. Petri & Socij ſurrexit, & ait. Prius quam vos veniretis obdormiui ſuper lapidem iſtum, & videbar mihi videre meum Abbatem partem panis teterrimi mihi porrigentem: deindè, vos ſuperuenire, panemq́; vnum integrum, & ſplendidum mihi afferẽtes, & ad eſum illius inuitantes. Statimque F. Petrus panem integrum, & candidũ, quẽ ignorante ſocio ſecum detulerat, pauperi & famelico obtulit dicens. Ecce veram fecit Dominus viſionem tuam, accipe panem hunc, & manduca. Cumque ille accepiſſet, ait ad eum. Interpretationem viſionis veraciter quoquẽ tibi oſtendam. Partem panis teterrimi, quo canes, aut porci paſci ſolent quam vidiſti, certiſsime noueris Mahumeti eſſe doctrinam, quam faucibus auidis deuorant homines ferini, & animales, irrationabiliter contra veritatem latrãtes, exterius tantum delectati, ſed corde vacui, & inanes. Propter quod, & partem illius panis vidiſti in manu tui Abbatis, qui tibi hanc fœdiſsimam doctrinã miniſtrauit. Porro panis vnus integer, & candidus. Dominus Ieſus Chriſtus eſt, qui ſuos paſcit, ac reficit ſcientia & doctrina. Ipſe eſt enim panis, qui de cœlo deſcendit, quemadmodum ipſe de ſe pronunciauit. Hic eſt panis ſuperſubſtantialis, ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ Dei, qui totus aſſumitur à ſingulis, & integer perſeuerat, quẽ tu heri blaſphemaſti, quem nos tibi offerimus adorandum, & credendũ. His ad eum dictis diſceſſerunt: ille autem, ex mandato fratris Petri de carcere dimiſſus venit ad fratres Minores Pontificis Apocriſarios, qui eum ad fratres Prædicatores remiſerunt. Et doctus diligenter à fratribus, per quadraginta dies in horto Cœnobij Prędicatorũ, in quadam veteri Græcorum Eccleſia, ſolus commorans cibo parciſsimo contẽtus, ſymbolum fidei, & alia rudimenta Catholicę veritatis apprehendit: atque toto corde ad Dominum conuerſus, in die conuerſionis B. Pauli Apoſtoli initio anni ſubſequentis baptizatus Pauli nomen accepit: & Domino in poſterũ maxima cum deuotione, & humilitate ſeruiuit. *Annales Eccleſiaſtic. num. 21.*

Clemẽtis IIII. anno. 3.

V. *Inquiſitor contra hæreſes.*

¶ Eodem anno in Regnis Aragoniæ, & Valentię inſtitutus eſt Generalis Inquiſitor aduerſus hęreticam prauitatem Fr. Guillelmus Sanctius Ordinis Prædicatorum, qui in exterminatione hæreſum, ab illis Regnis ſtrenuam operam nauauit, plurimis eorum, vel ad fidem reductis, vel exterminio eliminatis, vel ſupplicijs extinctis, *Diagus lib. 1.*

I. *An. 1264.*

ANNO Domini milleſimo ducẽteſimo ſexageſimo quarto Pontificatus Vrbani quarti, anno quarto, qui obijt ſexto Nonas Octobris, & vacauit Sedes per quatuor menſes, idẽ Pontifex, apud vrbem Veterẽ ſeptimo Kalendas Martij Prouinciali Lombardiæ Ordinis Prædicatorum commiſit, vt inquireret, An Epiſcopus Placentinus ciuitatem ſuam Placentinam Huberto Pellauicino hoſti Eccleſiæ prodiderit; & ſi quid interim contra eum reperiſſet, vt ei diem apud Sedem Apoſtolicam daret, qua corã iudicio Eccleſiæ cauſam ſuam perageret. Idem Pontifex ibidem decimoquinto Kalendas Iu-

A Pontifice munere iniuncta.

Anno Christi 1264.

lij iniunxit officium legationis B. Fr. Ambrosio Sansedonio Ordinis Prædicatorum, Priori Cœnobij Vrbeuetani, per id temporis, vt is Ianuam se cōferret curaretque, vt ciues quosdam male sociatos Michaeli Paleologo dissociaret, ne contra Principem Achaiæ, & alios Latinos in Oriente, in Occidente autem, ne contra Ecclesiam Romanam, atque contra Venetos ipsius Ecclesiæ, tunc in summis discriminibus tutelares Manfredo impio opem ferrent. Erat quod B. Fr. Ambrosium impediret quominus Ianuam introiret, nimirum Ecclesiasticū interdictum, cui Vrbanus ciuitatem contumacem supposuerat. Cæterum, ne hæc censura, ex more prisco in refractarios vsurpata illum retraheret, Vrbanus Pontifex, eā adusque festiuitatem Sancti Michaelis, quæ in diem penultimum Septembris incidere solet authoritate Apostolica suspendit. Istud etiam non modicum impedimentum paci inter fæderatos seruandę fuerat, quod socias ciuitates grauissimis exa[illegible]onibus aliqui, cum potestate præfectorum deglubebant. Quamobrem Vrbanus, apud vrbem veterem Nonis Februarij Priori Parisiensi Ordinis Prædicatorum imposuit, ne à Magistro Gualla, & alijs nūcijs, & Legatis Apostolicis, vltra certa[illegible] summam à Sede Apostolica in eorum literis designatam clerum deuotum, ac pauperem propter exactiones Federici, & Marchionis Pellauicini intolerandas nouis, & grauissimis extorsionibus permitteret exhauriri. Insuper Vrbanus Pontifex ibidem, decimo septimo Kalendas Augusti Prouinciali Hungariæ Ordinis Prędicatorum iniunxit, & admonuit, vt Episcopos, & prę-latos ad pacem inter Belam, & Stephanum filium Reges Hungariæ conseruādam induceret. Præterea Fr. Thomæ Lentino Ordinis Prædicatorū Patriarchæ Hierosolymitano commisit, vt deferentes prohibita Sarracenis anathemate percelleret: vtque vna cum suis suffraganeis festiuitatem Corporis Christi celebraret, atque pacem inter Cru-ce signatos, necnon reliquos Christianorum, in Syria procuraret. *Annales Ecclesiastici num. 9. & 10.*

Vrbani IIII. anno 4.

II.

Iudæi puniti.

¶ Eodem anno Iacobus Rex Aragonum ad instantiam fratrum Prædicatorum, sexto Kalēdas Aprilis grauissima constitutione, sub pœnis, tum pecuniarijs, tum corporalibus iussit, vt in cunctis libris, & codicibus, quos Iudæi suorum regnorū haberent, blasphemias omnes, & dicteria circa Christum Dn̄m Cruci pro salute omniū affixū, aut Diuā cœlorū Reginam, eiusdem mediatoris iam nati Matrē, ac Virginem, proscinderent, atq; ex libris suis quam primū eraderent, & libri comburerentur, eademq; supplicia ex illis desumpsit, qui vel non erasissent, vel aliqua in contumeliā salutis nostrę vommisissent. Designauit ergo Rex Iudices super hoc, vt libros, & codices diligenter expurgarét B. F. Raymundum Pennafortium, & Fr. Arnaldum Segarra (ad quorum petitionem Regia constitutio emanauit) & Raymundum Martinum, & F. Petrum Genuensem omnes ex Prędicatoria familia electos, *Diagus lib. 1. cap. 15.*

III.

Errores Græcorum impugnati.

¶ Eodem anno B. F. Thomas Aquinas Doctor Angelicus scripsit tractatū de erroribus Græcorum, ad Vrbanum quartum, cum ipse Pontifex Legatos misit Constantinopolim, ad Paleologū Imperatorem ad instruendos Græcos in fide: in quo libro Græcorum errores erudite, & apertissime confutantur, *Castillus 1. p. lib. 3. cap. 31.*

I.

An. 1265.

Iudæi confutati.

ANNO Domini millesimo ducētesimo sexagesimo quinto Perusij Nonis Februarij Clemēs quartus assumptus est ad Pontificatum post quatuor mensium, & trium dierum Sedis vacationé (qui obijt anno 1268. tertio Kalendas Decembris.) Cùm igitur ex studijs linguarum Hebręæ, atq; Arabicæ, quę B. Fr. Raymundus Pennafortius instituit Tunisij, Murcię, &c. de consilio Magistri Generalis Ordinis Prędicatorum subsidijs Regum Aragoniæ, &

Anno Christi. 1265.

Castellæ vtilitates plurimæ in Iudæorum, & Agarenorum conuersionibus oriri probarentur: & concionibus crebrisque cōgressibus ad veritatem fidei plures deuenirent: Prior Conuentus Prædicatorij Barchinonēsis, B. F. Raymundus Pennafortius, Fr. Arnaldus Segarra, & F. Paulus Christiani accusarūt Rabbinum Bonastruch de Porta Gerundēsem de aliquot blasphemijs, quas cōtra fidei Catholicæ veritates, & Christum euomuerat, maximè in solemni disputatione pridie Idus Aprilis Barchinone, habita coram Rege Aragonū Iacobo, cuius meminit Clemens quartus in literis ad eundem Regem ita prosequens. *Vt autem Princeps inclyte zelus tuus erga defensionem eiusdem Orthodoxæ fidei, quam tanquam Christianissimus indefesse prosequeris, vndique contra ipsius hostes, & æmulos aperte reluceat, in ipsius auxilium, contra Iudæos, qui præ cæteris eandem fidem persequentibus, & nomen blasphemantibus Christianum, & illud blasphemant amarius, & illam nequissime persequūtur fauor tuus apertissime inualescat, vt Iudæos de cætero ad aliqua officia, non admittens, ipsos in aliquo non extollas; sed in quantum concessa eis à Sede Apostolica priuilegia patiūtur ipsorum refrænando malitiam deprimas, & conculces, nec prætereas illorum blasphemias incorrectas, sed illius præcipue castiges audaciam, qui in disputatione, quam in tua præsentia, cum dilecto filio Religioso viro Fr. Paulo de Ordine Prædicatorum habuerat multis confictis adiectisquē mendacijs librum composuisse dicitur, quem ad sui dilationem erroris, in varia exempla multiplicans, per regiones varias destinauit, cuius ausum temerarium, sic debita censura iustitia, absquē tamen mortis periculo, & membrorum mutilatione castigetur vt quod excessus meruerit districtionis seueritas manifestet, & ipsius exemplo aliorum audacia compescatur. super his igitur serenitatem Regiam monemus, &c. Diagus lib. 1. cap. 15.*

II ¶ Eodem anno Clemens quartus perpēdens animo eximium fructum in Ecclesia dimanantem, ex administratione sacrosancti muneris Inquisitionis per fratres Prædicatores, & animaduertens, quam valide, atque strenue prędicti fratres Inquisitores hæreticis se opponebant, ipsorum exterminio, totis viribus incumbentes Perusij decimo quinto Kalendas Nouembris concessit Priori Prouinciali Lombardiæ Ordinis Prædicatorum authoritatem designandi, & instituendi octo fratres Inquisitores, contra hæreticam prauitatem. Insuper in eisdem literis Perusij tunc expeditis concessit facultatem prędictis fratribus Inquisitoribus compellendi, per censuras, vel interdictum Magistratus, Gubernatores, Prætores vrbium, & oppidorum, vt in executione sancti officij omnem fauorem, & auxilium eis impertiantur. *In Directorio Inquisitorum Franciscus Peña de literis Inquisitionis pag. 44.*

Clemētis IIII. anno. 1.

Hæretici Inquisiti.

III ¶ Eodem anno Pontifex iniunxit Priori Prouinciali Ordinis Prædicatorum, in Regno Galliæ, vt in ciuitatibus, & Prouincijs Bituricēsi Narbonēsi, Senonensi, Rothomagensi, Rhemensi, & per totum Regnum Galliarum, piam Crucis militiam prædicare faceret, contra Manfredum, olim Principem Tarentinum, & contra Saracenos, ab eo adductos, & tum indulgentijs, tum alijs priuilegijs propositis, ad sacra arma, contra hostes Ecclesiæ sumenda omnes inuitarent. *Annales Ecclesiastici num. 6.*

Pro Ecclesia munus iniūctum.

IIII ¶ Eodem anno B. Fr. Raymundus Pennafortius ardenter desiderans infidelium conuersionem rogauit Doctorem Angelicum B. Fr. Thomam Aquinatem, vt opus aliquod scriberet, contra infidelium errores, per quod & tenebrarum caligo euanesceret & volentibus credere veri solis doctrina panderetur. Fecit sanctus Doctor quod tanti Patris humilis deprecatio flagitabat: & summam, quę Contra gentes inscribitur condidit, quæ in illo argumēto non habuisse parem creditur, *Petrus Marsilius, Diagus lib. 2. cap. 16.*

Contra errores gentium summa.

Anno

Anno Christi. 1266.

Clementis IIII. anno 2.

I.

An 1266.

Inquisitorū priuilegia.

ANNO Domini millesimo ducētesimo sexagesimo sexto, Clemētis quarti anno secundo, ipse Pontifex Perusij decimo quinto Kalendas Februarij speciali priuilegio concessit Inquisitoribus ordinis Prędicatorum, & Minorum, ne in causis fidei à suis prę latis, & superioribus impediri possent. Iisdemque commisit; vt Potestates Rectores, Cōsules, Capitaneos, Ancianos, & Communitates ad exequenda negotia fidei per censuras Ecclesiasticas valeant compellere, necnon priuilegia, & constitutiones Friderici secundi olim Imperatoris contra hæreticos ab alijs prædecessoribus suis approbata confirmauit, quod in sequentibus duobus diplomatibus continetur.

CLEMENS Episcopus seruus seruorū Dei, Dilectis filijs fratribus, tām Prædicatorum, quàm Minorum ordinum Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, salutem & Apostolicam benedictionem.

Catholicę fidei negotium, quod plurimum insidet cordi nostro in vestris prosperari manibus, ac de bono in melius procedere cupientes, ac volentes omne ab eo impedimētum, omneque obstaculum remoueri, præsentium vobis authoritate mandamus, quatenus in eodem negotio de Diuino, & Apostolico fauore confisi omni humano timore deposito constanter, ac intrepide procedentes circa extirpandam hæreticam prauitatem, cum omni vigilantia, omnique studio laboretis, & si forsan Magister, & Minister generalis, aliique Priores, & Prouinciales, ac Custodes, seu Guardiani aliquorum locorum vestrorum ordinum prætextu quorumcunque priuilegiorum, seu indulgentiarum eiusdem Sedis dictis ordinibus cōcessorum, aut concedendorum in posterum vobis, vel vestrum alicui, seu aliquibus iniunxerint, seu quoquo modo prçceperint, vt ad tempus, vel quoad certos articulos certasve personas in negotio supersedeatis eodem, nos vobis vniuersis, & singulis authoritate Apostolica districtius inhibemus, ne ipsis obedire in hac parte, vel intendere quomodolibet præsumatis. Nos enim priuilegia, seu indulgentias huiusmodi quantum ad hunc articulū tenore prę sentium, reuocantes omnes excommunicationis, interdicti, & suspensionis sententias, si quas in vos, vel vestrum aliquos hac occasione ferri contigerit, irritas prorsus decernimus, & inanes. Nam si prædicta Sedes interdū prælatis aliquib⁹ vestrorū ordinū per suas sub certa forma cōmittat literas, vt ad exercēdum Inquisitionis officium contra hęreticam prauitatem aliquos suorum ordinum fratres assumere valeant, ipsosque cum expedire viderint amouere, ac alios subrogare, non tamen per hoc, quod ipsis ea duntaxat de causa in hac parte committitur, quia de fratrum suorum ordinum idoneitate pleniorem habere notitiam præsumantur, aliqua eis super huiusmodi Inquisitionis negotio vobis immediate à prædicta Sede commisso, & committēdo facultas, vel iurisdictio attribuitur, seu potestas. Nulli ergo omnino hominum liceat, &c. *Hoc diploma fere est idem cum illo, quod Alexander Pontifex anno 1260. tertio Idus Decembris concessit Inquisitoribus Italiæ fratribus Prædicatoribus, & Minoribus. Eymericus in 2. p. Directorij Inquisitorum, pag. 136.*

CLEMENS Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filijs fratribus Prædicatorum, & Minorum Ordinum Inquisitoribus hæreticæ prauitatis per Italiam authoritate sedis Apostolicæ deputatis, & in posterum deputandis, salutem & Apostolicam benedictionem.

Ad extirpāda de medio populi Christiani hæreticę prauitatis zizania, quę abundantius solitò subcreuerunt, superseminante illa licentiùs his diebus homine inimico, tanto studiosius iuxta commissam nobis solicitudinem insudare proponimus, quanto perniciosius negligeremus eadem in necem Catholici seminis peruagari. Vt autem aduersus huiusmodi nequitiæ operarios con-

Anno Christi, 1262.

tur est ab Apostolica Sede concessum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurũ. Datum apud Montem Flasconem secundo Nonas Augusti Pontificatus nostri anno primo. *Eymericus, in Directorio 2. p pag. 132.*

V

Inquisitorum potestas.

¶ Eodem anno Vrbanus Pontifex declarauit Inquisitoribus hæreticæ prauitatis Ordinis Prædicatorum, quod filij, & hæredes petentium in infirmitate sua hæreticorum consolationem (vt dicebant) non admittuntur ad probandum, quod non sana mente, vel perdita loquela susceperint, si cõstat quod erant sanæ mentis, quando consolationem petierunt, alias admittuntur, per testes idoneos. Literæ autem Pontificis, sic habent.

VRBANVS Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filijs fratribus Ordinis Prædicatorum Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, in Regno, & dominio charissimi in Christo filij nostri illustris Regis Aragonum deputatis à sancta sede Apostolica, & in posterum deputandis, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Olim ex parte dilectorum filiorum fratrum Ordinis Prædicatorum Inquisitorum hæreticæ prauitatis in Cathalonia aliàs Tolosa, & alijs terris nobilis viri N. Comitis Pictauiensis fœlicis recordationis Alexandro Papæ prædecessori nostro expositum fuit, quod nõ nulli de partibus, vbi eis contra hæreticos Inquisitionis officiũ est commissum, in mortis articulo constituti salutis medicum abhorrentes consolatores hæreticos ad se introduci faciunt, & ab eis per impositionem manus de solationis suæ consolationem accipiunt, secundum pessimam consuetudinem eorundem: sed filij & hæredes, sic decedentium, propter hoc exhæredari sentẽtes, & volentes ob id eorum malitiam excusare, proponunt se velle probare per

A testes, quod ijdem quando recipiebant consolationẽ huiusmodi loquelã amiserant, & erant alienati â mente, cum moris sit apud eos (vt dicitur) quòd nullum taliter consolentur, qui non sit sanæ mentis, & memoriam habeat ordinatam: ac super hoc eodem prædecessore consulto, ab eisdem Inquisitoribus, vtrum tales debeant probationes admitti, idem prædecessor eis duxit, per suas literas taliter respondendum: vt si legitime cõstiterit, quod prædicti, dum sanæ mentis essent petierint B hæreticos consolatores, sicque viã fuerint vniuersæ carnis ingressi: licet consolationem huiusmodi, imò verius desolationem, non sanæ mentis effecti, vel post iam perditam loquelam suscepisse dicantur: nulla super hoc probatio admittatur, cum in nullo sic decedentes debeant propterea releuari: in dubio vero admitti poterit. Non tamen vxores, vel filij seu familiares, aut de suis aliqui ad hoc probandum recipiantur in testimonium, sed alij testes idonei & specialiter fidei zelatores, cum contra C tales sit non modicum præsumendum: sitque in talibus propter fidei priuilegium, cum multa cautela summaq; diligentia præ cæteris negotijs procedendum. Vos igitur in hac parte iuxta ipsius prædecessoris nostri responsionem commissum vobis negotium fidei, sic prudenter, & fideliter exequi procuretis, quod labor vester vobis ad vitæ præmium, & alijs ad salutem (quæ in talibus quæritur) proficiat animarũ. Datum apud Montem Flasconem duo D decimo Kalendas Septembris Pontificatus nostri anno primo. *Eymericus, in Directorio Inquisitorum 2. p pag. 133.*

Vrbani IIII anno 2.

VI

Inquisitorum facultas.

¶ Eodem anno Vrbanus Pontifex scripsit fratribus Ordinis Prædicatorũ Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, declarans eis plura dubia ad Inquisitionis officium spectantia, quæ hic sequuntur.

VRBANVS Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs fratribus Ordinis Prædicatorum, Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, in Regno, & dominio charissimi in Christo filij nostri illustris Regis Ara-

genum authoritate Apostolica deputatis, & in posterum deputandis, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Consultus fœlicis recordationis Alexãder prædecessor noster super articulis infra scriptis fidei causam cõtingentibus ab Inquisitoribus prauitatis hæreticę, in partibus Tolosanis à Sede Apostolica deputatis, per suas literas respõdit eisdem, cuius vtique responsionem pręsentibus, de verbo ad verbum duximus annotandam, quæ talis est.

Quòd super nonnullis quæstionum articulis, in quibus causa fidei tangitur nos consulere voluistis, solicitudinis vestrę prudentiam in Domino commẽdamus. Primus igitur vestræ consultationis articulus continebat, vtrum dici debeat relapsus in hæresim, qui lapsus est in eam post abiurationẽ ipsius, in qua non inuenitur antea cõmisisse, cum secundũ proprietatẽ verborum, non videatur relapsus, qui nõ fuerat ante lapsus. Ad quod taliter respõdemus, quòd talis, si tanquã accusatus, vel suspectus de hæresi eam in iudicio abiurauit, & postea cõmittat in ipsam censeri debet quadã iuris fictione relapsus, licèt ante abiurationẽ suam plene probatum non fuerit crimen hæresis contra ipsum: dũmodo huiusmodi prius orta suspicio, violenta fuerit, & certis, ac veris indicijs cõprobata. Si vero leuis, & modica quanquã ex hoc sit grauius puniendus, relapsorum tamen in hęresim non debet pœna puniri: ex quo præsumi non potest verisimiliter ante lapsus in eã. Quæsiuistis etiã circa idem, si is qui hæresim abiurauit, & per solam inexcusabilem receptionem, vel receptationem aut deductionem, siue associationẽ, vel visitationẽ hæreticorum, siue dationẽ, vel missionẽ munerum, aut etiã alias in fauorẽ eorum, qui excusari non possit, sine adoratione tamen (vt verbis vestris vtamur) lapsus est, postmodum; propter hoc debeat iudicari relapsus, Et quidẽ si legitime constitit, vel etiam nunc constaret, quod tales ante huiusmodi abiurationẽ in hæresi commisissent, non est dubium eos per hoc fuisse relapsos, quia tunc dubitari non debet illos ex approbati à se prius erroris consequentia id fecisse. Præterea nonnulli talium, vt proponitis, iurant corã Inquisitoribus tam de se, quam de alijs super facto hæresis veritatem dicere: sed periurant, non odio tamen, vel pretio, sed timore sui potius, & suorum, corrigunt autem se postmodum, super his contra se, ac alios suos complices deponendo: cum itaque periurus secundum iura etiam post pœnitentiam in criminalibus à testimonio repellatur: hinc quæritur, vtrum contra illos suos complices, sit per testimonia talium procedendum, super quo taliter respondemus. Quòd cum crimen huiusmodi sit exceptum, si ex manifestis indicijs apparuerit, tales non animi leuitate, aut odij fomite ductos, seu corruptos pecunia, sed zelo fidei tanquam pœnitentes proprię culpæ asserere, quod talia prius tacuerunt, & velint in hoc errorem suũ corrigere, ac alios nominare, stari debet in fauorem fidei (nisi aliud obsisteret) attestationibus ipsorum. Ad aliud autem, quod quæritur, verũ ad Inquisitores hæresis pertineat de diuinationibus, & sortilegijs, quæ contra aliquos sibi denũciãtur, cognoscere, ac punire talia exercentes; breuibus respondetur, quod cum negotium fidei, quod summe priuilegiatum existit, per occupationes alias non debeat impediri, Inquisitores ipsi de his, nisi manifeste saperent hæresim ratione huiusmodi officij, sibi commissi se nullatenus intromittant: sed eos relinquant suis iudicibus pœna debita castigandos. Quidam insuper, vt adijcitis pro his quæ cõmiserint, in hæresi astringunt se Inquisitoribus, sub obligatione bonorum suorum, ad recipiendam, ab eis pœnitentiam, & complendam, sed ea licet iniuncta, non tamen peracta, quin potius in toto; vel in parte neglecta decedunt, quæritur, ergo vtrum Inquisitores ipsi, vel qui in eorum locum succedunt, possint ad satisfactionem pro ipsis defunctis, hæredes, vel detentores bonorum, sic de-

Anno Christi, 1263.

Vrbani IIII anno 2.

cedẽtium coarctare. Ad quod dicimus, quod si per huiusmodi pœnitentiã aliquod onus ad salutem proficiens impositum fuerit in bonis tẽporalibus exequendum ad complementum ipsiusper Inquisitores cogi debent hæredes, vel alij, ad quos bona talia, cum suo onere deuenerunt. Iniungitur etiã aliquibus ad pœnã, in pœnitentia pro hæresi, ab ipsius pestis Inquisitoribus, vt vsuras restituant, ad quod obligauerant in iudicio Ecclesię se, & sua: in quo quæritur, vtrum Inquisitores ipsi, vel qui succedunt in locum eorũ ad respondendum coram se conquerentibus de vsuris huiusmodi, & ad restitutionem earum, si de ipsis constiterit possint compellere taliter pœnitentes, prout ab eis in alijs iniunctis sibi pœnitentijs fieri consueuit. Ad quod respondemus quęstionem super vsuris motã contra tales iudicialiter, non debere audiri, ab Inquisitoribus hæresis, nec decidi; nolentes quod per causas huiusmodi offendiculum negotio fidei præparetur: eos tamen ad restitutionem vsurarum, de quibus cõstiterit compellere poterunt, quibus in satisfactionem pro prædicto crimine huiusmodi restitutionem in pœnitentiam iniunxerunt. Sunt & alij, qui confessi sunt in iudicio de hæresi, coram Inquisitoribus huiusmodi prauitatis, sed antequam eis iniungeretur pœnitentia, decesserunt. Super quo quęritur, si hæredes talium compelli possint, ab Inquisitoribus, vt ad ipsorũ arbitrium satisfaciant pro defunctis, præcipue, cum ijdẽ dũ viuerent ad faciendam pœnitentiã, quam Inquisitores eis vellent iniungere bona sua Inquisitoribus obligarint: cui quæstioni sic duximus respondendum, quod postquam tales non decesserunt hæretici, sed reincorporati potius Ecclesiæ vnitati, nõ videmus, quod eis post mortẽ, vel eorum hæredibus, qui ad successionẽ talium admittuntur, sit satisfactio pro extincto iam crimine iniungẽda. In eo vero casu, in quo hæredes huiusmodi ad successionem non deberẽt, ob culpam sui actoris admitti: non obstante quod actoribus ipsis viuentibus

A hoc non fuerit (intercedente ipsorum morte) per sententiam declaratum, ad confiscationem bonorum post mortem nihilominus procedatur.

Adiecistis prȩterea negotium, seu officium Inquisitionis, contra hæreticos dilecto filio Priori fratrũ Prædicatorũ Parisiensium â Sede Apostolica fuisse super ea forma cõmissum, vt idem super hoc posset inquirere, tam per se, quam per alios, quos ad hoc idoneos reputaret. In quo quęritur vtrum tales delegati, vel subdelegati existant, & quid

B possint etiam sic electi? Super quo taliter duximus ordinãdũ, quod idẽ Prior possit tres vel quatuor idoneos ad hoc opus assumere, qui parẽ cũ ipso habeãt potestatem, & amouere illos, ac ipsorum loco alios substituere quotiescũq; viderit expedire. Ipsi tamen Priori, & alijs sic assumptis cõmittendi dũtaxat citationes, & examinationes testium, cum de huiusmodi crimine, ac circunstantijs eius inquiritur, ac denunciationes sententiarum, quas super his contra quoslibet cõtigerit ferri, & his similia fa-

C ciẽdi cõceditur ab eadẽ Sede facultas.

Quęstioni vero, qua quęritur, vtrum constitutus in sacris deprehensus in hęresi, & propter hoc immurandus perpetuo, prius sit ab ordinibus à suo Episcopo degradandus antequã tradatur huiusmodi pœnitẽtię? Respõdemus quod talis, qui est perpetuo immurãdus, prius debet à suis ordinibus degradari. Nonnulli quoq; clerici, & quod est deterius sacerdotes prętextu pecuniæ, vel alicuius seruitij tẽporalis inueniũtur aliquã-

D do Inquisitionis impedire negotium instruendo citatos hæreticorũ credentes de celanda veritate, falsitate dicẽda, vel eos indebite liberando. De quibus quęritur, vtrũ Inquisitores possint tales capere, ac etiam retinere, aut quod sic accepta restituant coarctare: Dubiũ itaq; non videtur, quod hi quos constat exercere præmissa ea faciũt in fauorẽ hęreticę prauitatis: quare possunt â talibus per Inquisitores cõpesci, & pœna debita castigari, tã per captionẽ personarũ. Quam etiã aliã, prout culpa exegerit

delin-

Anno Christi. 1261.

delinquentis. Quòd autem postmodũ quærebatur quomodo essent puniendi Religiosi, qui inueniuntur in hæresim deliquisse, cùm sæculares peccantes, in simili casu immutationis, vel alia pœna plectantur? Eius solutio satis patet, cũ certum sit tales in hoc, & in consimilibus delinquentes grauius etiam sæcularibus puniendos. Frequenter etiam vobis ab Apostolica Sede committitur, vt tam hæreticos, credentes, receptatores, fautores, & defensores eorum, quã ipsorum filios, & nepotes, ac illos etiã qui prędictorum interuentu, vel gratia talia essent adepti, vel assequerentur, in posterum priuandi personatibus, dignitatibus, & honoribus quibuscumque, & beneficijs Ecclesiasticis, & officijs publicis de diœcesanorum, vel eis absentibus vicariorum suorum consilio habeatis liberam facultatem, quod qualiter intelligi debeat petiuistis eiusdem Sedis oraculo declarari. Hoc sane de filijs, & nepotibus illorum hæreticorũ credentium, & aliorum huiusmodi, qui modo tales esse probantur, intelligendum esse videtur, non autem illorum, quos emendatos constiterit, & pro culpa huiusmodi ad mandatum Ecclesiæ pœnitentiam recepisse, quam ipsi, vel iam perfecerunt, vel humiliter prosecutioni eius insistunt, vel parati fuerunt dum viuerent ad recipiendum eãdem. Diœcesani quoque in priuandis talibus sunt generaliter requirendi, nisi forsan constaret legitime, quod ijdem sciẽter eis beneficia contulissent: tũc enim eos in his requirendos esse, non credimus, sed potius â suo iudice puniendos. Vos igitur in pręmissis commissum vobis negotium in Regno, & dominio charissimi filij nostri, in Christo illustris Regis Aragonum iuxta dicti prædecessoris responsionem, sic prudenter, & fideliter exequi procuretis, sic ad ea pure propter Deum (cuius causam geritis) vestra feratur intentio, quod labor vester vobis ad vitę pręmium, & alijs ad salutem (quę solum in talibus quęritur) proficiat animarum. Datum apud Montẽ Flasconem duodecimo Kalendas Se- A tembris Pontificatus nostri anno primo. *Nicolaus Eymericus in 2. p. Directory pag. 133 vsque 135.*

Vrbani IIII. anno. 1.

VII

Inquisitoribus detur socius idoneus.

¶ Eodẽ anno Vrbanus quartus præcepit superioribus, ac prælatis Ordinis Prędicatorum in locis, vbi per eos exercetur Inquisitionis officium, quod assignent Inquisitoribus socios prudentes, & idoneos. Item vbi fuerint, ab Inquisitoribus requisiti, alios fratres adiungant, vt negotium Inquisitionis melius valeat promoueri. Literæ autem Pontificis sic habent.

B *VRBANVS Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filijs Prouinciali, ac cæteris Conuentualibus Prioribus, & subprioribus, eorumquẽ Vicarijs Ordinis Prædicatorum Lombardiæ, ac Marchiæ Ianuensis, salutem, & Apostolicam benedictionẽ.*

Ne Catholicæ fidei negotiũ dilectis filijs fratribus vestri ordinis, in Lombardia, & Marchia Ianuensi, infra designatos eis limites Sedis Apostolicę authoritate cõmissum, & in posterũ cõmittendum, ex personarum defectu contingat (quod absit) quomodolibet impediri: volumus, & pręsentiũ vobis authoritate districte pręcipiendo mandamus, C quatenus, tu fili Prior Prouincialis singulis ex prædictis fratribus, singulos socios, fratres videlicet ipsius ordinis prouidos, & discretos, ac eidẽ negotio congruentes, de quibus hi, quibus assignati fuerint merito valeãt consolari sublata difficultate qualibet assignare procures, & nihilominus, tã tu, quam vos alij Priores subpriores Cõuentuales, ac Vicarij, quoties ab eisdẽ fratribus quibus dictũ est cõmissum negotiũ, ac cõmit- D tetur in posterũ, fueritis requisiti, & dicto negotio fuerit opportunũ, de alijs etiã fratribus eiusdẽ ordinis præter illos, qui eis in socios deputati fuerint, cũ omni prõptitudine prouidere curetis: Ita quod præfatũ negotiũ nullã ex negligẽtia vestra dilatationẽ capiat, sed potius ex diligentia continuũ suscipiat incrementũ. Datum apud Vrbem veterẽ septimo Kalendas Nouẽbris Pontificatus nostri anno 2. *Ex Archiuo Inquisitionis Bononiensis, in Directorio pa. 43.*

Anno Christi, 1263. VIII

¶ Eodem anno, vt Fr. Michael Pius asserit in Hungariæ, Dalmatiæ, ac Bosinæ prouincijs cẽtum, & nonaginta fratres Ordinis Prædicatorũ pro fide Christi à Tartaris gloriosum martyrium cõsummauerunt, alij spiculis, ac telis confossi, alij cruciati patibulo, alij lapidibus obruti, alij capite truncati, alij viui decoriati, & alij flammis exusti, &c. *Fr. Michael Pius 1. p. lib. 2. col. 333.*

Martyres cẽtum, & nonaginta.

I

ANNO Domini millesimo ducẽtesimo sexagesimo tertio, Pontificat' Vrbani quarti anno tertio, cum idem Pontifex fratres Prædicatores prouinciæ Poloniæ, ad infidelium Pruthenorum doctrinã destinasset, per literas datas Viterbij decimo Kalendas Ianuarij, Pontificatus primo, quarum initium est: *Inter multa discrimina*, autographumque illarum est in Conuentu Thorunensi: eæ literæ redditæ sunt fratribus, hoc anno pridie Idus Martij, apud Castrum Brod, insertæ suo instrumento publico, per Anselmum Episcopum Valniensem Apostolicæ Sedis Legatum. In illis præcipiebat Pontifex fratribus Prouinciæ Poloniæ, quòd multo plures, quam antea ad istam prædicationem irent, atq; diligentissimam operam nauarent: tam in reducendis schismaticis, quam in gentibus conuertendis. Quantum vero operæ fratres Prædicatores illic impenderint, testantur Religiosissimæ olim Prussiæ, & Liuoniæ templa innumerabilia, magnifico sumptu elata, Monasteria virorum, & virginum erecta, & ditata, vasa aurea, & argentea ad Diuini cultus splendorẽ & ornatum nullibi terrarum, vt apud Pruthenos, & Liuones opere, materia, pondere, & numero multiplicata. Tanto enim ardore illi exceperant semina vitæ sparsa à fratribus Prędicatoribus. Superscriptio, & præfatio literarum Vrbani quarti est. *Ad Priores Ordinis Prædicatorum Prouinciæ Poloniæ per Boemiã, Morauiam, Liuoniam, Curoniam & Prussiam, ac per Rigen. Gnesnen. & Salebur-gen. prouincias degentes, &c. Fr. Abrahã Bzouius, in annalibus Prouinciæ Poloniæ cap. 3.*

An. 1163.

Pruthenì, & Liuonés cõuersi

B

Vrbani IIII anno 3. II

¶ Eodem anno Barchinonæ in ędibus Regis, coram Iacobo Rege, pluribus Toparchis, Baronibus, Episcopis, ac diuersorum ordinum primoribus fratribus, die vigesima Iulij Fr. Paulus Christianus Ordinis Prædicatorum (qui suis feruidis concionibus, ac disputationibus Iudęos plurimos à cęcitate, in lucem legis gratię transtulit) doctissimũ Rabbinum Moysem Gerundensem conuicit publice, & confusum, mutumquè reddidit, in conspectu omnium. Ex quo factum est, vt ipse Rex Iacobus quarto Kalendas Septembris, in eadem vrbe constitutionem ediderit, omnibus prętoribus, iudicibus, & gubernatoribus vrbium, & oppidorum suorum regnorum iubens, vt ipsum fratrem Prędicatorem benigne reciperent, & quocũque ad prędicandum Iudęis peteret, illuc eos venire compellerent, vt à prædicatore viam salutis educti à suis deliramentis resipiscerent vt complures faciebãt. Cõstitutio autẽ Regis ità habet.

Iudæi conuersi.

C

IACOBVS Dei gratia Rex Aragonum Maioricarum, & Valentiæ, Comes Barchinonæ, & Vrgelli, ac dominus Montis Pessulani, fidelibus suis vniuersis, & singulis Iudæis in toto districtu nostro vbiquè morantibus, ad quos præsentes peruenerint, salutem, & gratiam.

Mandamus, & districtè præcipimus vobis, quatenus cum dilectus filius noster Fr. Paulus Christiani, de ordine fratrum Prædicatorum, quem ad vos pro via salutis ostendenda mittimus, venerit ad vos, ad Synagogas, vel domos vestras, vel cætera loca causa prædicãdi verbum Dei, vel disputandi, vel conferendi vobiscum de scripturis sanctis, in publico, vel in priuato, vel familiari collocutione, simul vel separatim ad eum teneamini venire, & mansuete, & fauorabiliter auscultare, suisque interrogationibus de fide, & scripturis sacris secundum quod sciueritis, humiliter, & reuerenter, & absquè calumnia, & subterfugio respondere. Et libros vestros

D

Anno Christi 1263.

quibus ipse indiguerit ad veritatem vobis ostendendam eidem exhibere, & expensas, quibus indiguerit dictus frater circa libros suos asportandos, de loco ad locum, quos propter veritatem vobis ostendendam deferri fecerit, & fratres sui ordinis, ex constitutione sua habent, quod expensas non deferant, vos easdem expensas soluere teneamini, nobis illas imputantes, de tributo, quod nobis facere tenemini deducentes. Mandamus insuper, & districte præcipimus omnibus Baiulis, Vicarijs, & alijs officialibus nostris vniuersis, vt prædictos Iudæos, si prædicta gratis facere noluerint, authoritate nostra compellatis, si de nostri gratia confidunt, vel amore. Dat. Barchinonæ quarto Kalendas Septēbris anno Domini 1263. *Diagus lib. 1. cap. 15. Fr. Michael Pius 2. par. lib. 1. col. 43.*

III. *Hæreticorū machinamenta euersa.*

¶ Eodem anno in Theutonia quidam seductus à Dæmonibus fratrem quendam Prædicatorium sibi amicum ad hæresim inuitabat. Hunc cum videret omnimode resistētem ait: Si ipsum Christum & matrem eius, & Apostolos & Sanctos mecum sentientes, tibi ostendam, mihi credes? Frater autem cogitans eum phantasia deludi, esseq; deceptum ait: Non immerito credam, si vere probaueris quod promittis. Tunc hæreticus gauisus noctem statuit, qua promissa compleret. Frater vero cautus, & à numine instructus, secreto, & reuerenter Corpus Christi in pyxide, sub caputio ante pectus suum ponens, perrexit deuote orans Deum, ne illi aliqua illusio præualeret. Cùm autem hæreticus eum ad vicini montis pedem duxisset, vidit in momento palatium præclare refulgens nimio aromate redolens, atquè in circuitu thronos collocatos: in quorum primo Rex fulgore corusco, circumdatus multitudine candidatorum, & iuxta eum Reginarum pulcherrima residebat: hæc vt hæreticus aspexit, statim in faciem procumbens adorauit. Frater autem diuina virtute subnixus, cum è sinu corpus Dominicum extraxisset, & in soliū Reginæ sedenti obiecisset ait: Si cœli, ac terræ Regina es: ecce filius tuus, adora vt Deum. Vix ista protulerat, & diuinam Eucharistiam ostenderat, cū illico omnis illa illusio euanuit, & tenebræ tā densæ illatæ sunt, vt vix omnino eruperint. Simile quoddam accidit D. Petro Martyri, vt Annales Ecclesiastici afferunt, anno millesimo ducentesimo trigesimo secundo numero 6. & Castillus 1. p. lib. 2. cap. 35. *Hoc referunt ijdem Annales, hoc anno num. 19. & S. Antoninus 3. part. titul. 23. capit. 10. §. 1.*

Vrbani IIII. anno 3.

IIII *Agarenici uersio mirabilis.*

¶ Eodem anno Fr. Petrus de Sezaria Gallus Ordinis Prædicatorum, pro sedanda Græcorum contradictione, aliquot fratribus sui ordinis comitatus Constantinopolim à Summo Pontifice missus est. Quo tempore venit illuc quidam Sarracenorum monachus paternarum suarum traditionum vehementissimus æmulator; virtutibus quidem politicis extrinsecus miro modo adornatus, simplicissimo aspectu, vilissimo habitu, modesto incessu, raro sermone, sed virtutibus veris prorsus inanis. Cùm ergo colloqueretur in porta quærens eos auertere, & trahere discipulos post se, vocatus Fr. Petrus interuenit. Miratus est autem tantam in eo compositionem, quantam apud Christianos Religiosos in nullo fere vnquam aspexisset. Sed paulo post cum Dominum Iesum Christum blasphemasset, dicens, purum esse hominem, Fr. Petrus exhorruit vehementer: & fidei gratiam meritumque plus solito in se persentiens, fratres sui Ordinis Prędicatorum compescuit, & indicto silentio Sarracenum interrogauit: Si in lege eorum scriptum esset, vt quicumque in potestate eorum contra Mahumetum aliquid ediceret, sine vlla misericordia capite plecteretur? Affirmante Sarraceno, subintulit F. Petrus. Et tu à nobis capite imminuē dus es, vel Mahometi constitutio est iniusta: Si enim ille qui coram Sarracenis Mahometum (quem prophetam Dei summi non tamen Deum asseritis)

Anno Christi 1263.

blasphemauit iuxta legē occiditur: eodem modo, & ille qui Christū Deum, non tantum magnum prophetam, sed etiam Deum, & Dominum omniū prophetarum, coram Christianis blasphemauit iusta, imo iustiori lege ab eis occidetur. Legem itaque patiere, quam tu pro Mahumeto statuisti. Obmutescente illo subiunxit. Noli metuere, neque enim morieris. Lex enim Mahumeti iusta non est: veruntamen, quia Deum blasphemasti, non impune tibi erit. Et cum hęc Præfecto Imperatoris significasset: ille duobus missis apparitoribus Sarracenum in vincula coniecit: & detrusit in carcerem. Cumque in illo fere per biduum nihil māducasset, aut bibisset, sed in lapide sedens immobilis orasset, venit F. Petrus cum interprete, in ergastulum, vt ægrum animi inuiseret. Ille autem ad conspectum Fr. Petri & Socij surrexit, & ait, Prius quam vos veniretis obdormiui super lapidem istum, & videbar mihi videre meum Abbatem partem panis teterrimi mihi porrigentem: deinde vos superuenire, panemq; vnum integrum, & splendidum mihi afferētes, & ad esum illius inuitantes. Statimque F. Petrus panem integrum, & candidū, quē ignorante socio secum detulerat, pauperi & famelico obtulit dicens. Ecce veram fecit Dominus visionem tuam, accipe panem hunc, & manduca. Cum que ille accepisset, ait ad eum. Interpretationem visionis veraciter quoquē tibi ostendam. Partem panis teterrimi, quo canes, aut porci pasci solent quam vidisti, certissime noueris Mahumeti esse doctrinam, quam faucibus auidis deuorant homines ferini, & animales, irrationabiliter, contra veritatem latrātes, exterius tantum delectati, sed corde vacui, & inanes. Propter quod, & partem illius panis vidisti in manu tui Abbatis, qui tibi hanc fœdissimam doctrinā ministrauit. Porro panis vnus integer, & candidus, Dominus Iesus Christus est, qui suos pascit, ac reficit scientia & doctrina. Ipse est enim panis, qui de cœlo descendit, quemadmodum ip-

A se de se pronunciauit. Hic est panis supersubstantialis, splendor gloriæ, & figura substantiæ Dei, qui totus assumitur à singulis, & integer perseuerat, quē tu heri blasphemasti, quem nos tibi offerimus adorandum, & credendū. His ad eum dictis discesserunt: ille autem, ex mandato fratris Petri de carcere dimissus venit ad fratres Minores Pontificis Apocrisarios, qui eum ad fratres Prædicatores remiserunt. Et doctus diligenter à fratribus, per quadraginta dies in horto Cœnobij Prędicatorū, in

B quadam veteri Græcorum Ecclesia, solus commorans cibo parcissimo contētus, symbolum fidei, & alia rudimenta Catholicę veritatis apprehendit: atque toto corde ad Dominum conuersus, in die conuersionis B. Pauli Apostoli initio anni subsequentis baptizatus Pauli nomen accepit: & Domino in posterū maxima cum deuotione, & humilitate seruiuit. *Annales Ecclesiastici num. 21.*

Clemētis IIII. anno. 3.

V.

¶ Eodem anno in Regnis Aragoniæ, & Valentię institutus est Generalis Inquisitor aduersus hęreticam prauitatem Fr. Guillelmus Sanctius Ordinis

C Prædicatorum, qui in exterminatione hæresum, ab illis Regnis strenuam operam nauauit, plurimis eorum, vel ad fidem reductis, vel exterminio eliminatis, vel supplicijs extinctis, *Diagus lib. 1.*

Inquisitor contra hæreses.

I.

An. 1264.

ANNO Domini millesimo ducētesimo sexagesimo quarto Pontificatus Vrbani quarti, anno quarto, qui obijt sexto Nonas Octobris, &

D vacauit Sedes per quatuor mensēs, idē Pontifex, apud vrbem Veterē septimo Kalendas Martij Prouinciali Lombardiæ Ordinis Prædicatorum commisit, vt inquireret, An Episcopus Placentinus ciuitatem suam Placentinam Huberto Pellauicino hosti Ecclesiæ prodiderit; & si quid interim contra eum reperisset, vt ei diem apud Sedem Apostolicam daret, qua corā iudicio Ecclesiæ causam suam perageret. Idem Pontifex ibidem decimoquinto Kalendas Iu

A Pontifice munere iniuncta.

lijin-

Anno Christi 1264.

Vrbani IIII. anno 4.

lij iniunxit officium legationis B. Fr. Ambrosio Sansedonio Ordinis Prædicatorum, Priori Cœnobij Vrbeuetani, per id temporis, vt is Ianuam se cōferret curaretque, vt ciues quosdam male sociatos Michaeli Paleologo dissociaret, ne contra Principem Achaiæ, & alios Latinos in Oriente, in Occidente autem, ne contra Ecclesiam Romanam, atque contra Venetos ipsius Ecclesiæ, tunc in summis discriminibus tutelares Manfredo impio opem ferrent. Erat quod B. Fr. Ambrosium impediret quominus Ianuam introiret, nimirum Ecclesiasticū interdictum, cui Vrbanus ciuitatem contumacem supposuerat. Cæterum, ne hæc censura, ex more prisco in refractarios vsurpata illum retraheret, Vrbanus Pontifex, eā adusque festiuitatem Sancti Michaelis, quæ in diem penultimum Septembris incidere solet authoritate Apostolica suspendit. Istud etiam non modicum impedimentum paci inter fæderatos seruandę fuerat, quod socias ciuitates grauissimis exa[illegible]onibus aliqui, cum potestate præfectorum deglubebant. Quamobrem Vrbanus [illegible], apud vrbem veterem Nonis Februarij Priori Parisiensi Ordinis Prædicatorum imposuit, ne à Magistro Gualla, & alijs nūcijs, & Legatis Apostolicis, vltra certa[illegible] summam à Sede Apostolica in eorum literis designatam clerum deuotum, ac pauperem propter exactiones Federici, & Marchionis Pellauicini intolerandas nouis, & grauissimis extorsionibus permitteret exhauriri. Insuper Vrbanus Pontifex ibidem, decimo septimo Kalendas Augusti Prouinciali Hungariæ Ordinis Prędicatorum iniunxit, & admonuit, vt Episcopos, & prę latos ad pacem inter Belam, & Stephanum filium Reges Hungariæ conseruādam induceret. Præterea Fr. Thomæ Lentino Ordinis Prædicatorū Patriarchæ Hierosolymitano commisit, vt deferentes prohibita Sarracenis anathemate percelleret: vtque vna cum suis suffraganeis festiuitatem Corporis Christi celebraret, atque pacem inter Cru-

A ce signatos, necnon reliquos Christianorum, in Syria procuraret. *Annales Ecclesiastici num. 9. & 10.*

II. ¶ Eodem anno Iacobus Rex Aragonum ad instantiam fratrum Prædicatorum, sexto Kalēdas Aprilis grauissima constitutione, sub pœnis, tum pecuniarijs, tum corporalibus iussit, vt in cunctis libris, & codicibus, quos Iudæi suorum regnorū haberent, blasphemias omnes, & dicteria circa Christum Dñm Cruci pro salute omniū affixū, aut Diuā cœlorū Reginam, eiusdem mediatoris iam tati Matrē, ac Virginem, proscinderent, atq; ex libris suisquam primū eraderent, & libri comburerentur, eademq; supplicia ex illis desumpsit, qui vel non erasissent, vel aliqua in contumeliā salutis nostrę vomuissent. Designauit ergo Rex Iudices super hoc, vt libros, & codices diligenter expurgarēt B. F. Raymundum Peñafortium, & Fr. Arnaldum Segarra (ad quorum petitionem Regia constitutio emanauit) & Raymundum Martinum, & F. Petrum Genuensem omnes ex Prędicatoria familia electos. *Diagus lib. 1. cap. 15.*

Iudæi puniti.

B

C

III. ¶ Eodem anno B. F. Thomas Aquinas Doctor Angelicus scripsit tractatū de erroribus Græcorum, ad Vrbanum quartum, cum ipse Pontifex Legatos misit Constantinopolim, ad Paleologū Imperatorem ad instruendos Græcos in fide: in quo libro Græcorum errores erudite, & apertissime confutantur, *Castillus 1. p. lib. 3. cap. 31.*

Errores Græcorum impugnati.

D

I. ANNO Domini millesimo ducētesimo sexagesimo quinto Perusij Nonis Februarij Clemēs quartus assumptus est ad Pontificatum post quatuor mensium, & trium dierum Sedis vacationē (qui obijt anno 1268. tertio Kalendas Decembris.) Cùm igitur ex studijs linguarum Hebręæ, atq; Arabicæ, quę B. Fr. Raymundus Pennafortius instituit Tunisij, Murcię, &c. de consilio Magistri Generalis Ordinis Prędicatorum subsidijs Regum Aragoniæ, &

An. 126[illegible]

Iudæi confutati.

Anno Christi. 1265.

Clemẽtis IIII. anno. 1.

Castellæ vtilitates plurimæ in Iudæorum, & Agarenorum conuersionibus oriri probarentur: & concionibus crebrisque cõgressibus ad veritatem fidei plures deuenirent: Prior Conuentus Prædicatorij Barchinonẽsis, B. F. Raymundus Pennafortius, Fr. Arnaldus Segarra, & F. Paulus Christiani accusarũt Rabbinum Bonastruch de Porta Gerundẽsem de aliquot blasphemijs, quas cõtra fidei Catholicæ veritates, & Christum euomuerat, maximè in solemni disputatione pridie Idus Aprilis Barchinone, habita coram Rege Aragonũ Iacobo, cuius meminit Clemens quartus in literis ad eundem Regem ita prosequens. *Vt autem Princeps inclyte zelus tuus erga defensionem eiusdem Orthodoxæ fidei, quam tanquam Christianissimus indefesse prosequeris, vndique contra ipsius hostes, & æmulos aperte reluceat, in ipsius auxilium, contra Iudæos, qui præ cæteris eandem fidem persequentibus, & nomen blasphemantibus Christianum, & illud blasphemant amarius, & illam nequissime persequũtur fauor tuus apertissime inualescat, vt Iudæos de cætero ad aliqua officia, non admittens, ipsos in aliquo non extollas; sed in quantum concessa eis à Sede Apostolica priuilegia patiũtur ipsorum refrænando malitiam deprimas, & conculces, nec prætereas illorum blasphemias incorrectas, sed illius præcipue castiges audaciam, qui in disputatione, quam in tua præsentia, cum dilecto filio Religioso viro Fr. Paulo de Ordine Prædicatorum habuerat multis confictis adiectisquè mendacijs librum composuiße dicitur, quem ad sui dilationem erroris, in varia exempla multiplicans, per regiones varias destinauit, cuius ausum temerarium, sic debita censura iustitia, absquè tamen mortis periculo, & membrorum mutilatione castigetur vt quod excessus meruerit districtionis seueritas manifestet, & ipsius exemplo aliorum audacia compescatur. super his igitur serenitatem Regiam monemus, &c. Diagus lib. 1. cap. 15.*

II ¶ Eodem anno Clemens quartus perpẽdens animo eximium fructum in Ecclesia dimanantem, ex administratione sacrosancti muneris Inquisitionis per fratres Prædicatores; & animaduertens, quam valide, atque strenue prędicti fratres Inquisitores hæreticis se opponebant, ipsorum exterminio, totis viribus incumbentes Perusij decimo quinto Kalendas Nouembris concessit Priori Prouinciali Lombardiæ Ordinis Prædicatorum authoritatem designandi, & instituendi octo fratres Inquisitores, contra hæreticam prauitatem. Insuper in eisdem literis Perusij tunc expeditis concessit facultatem prędictis fratribus Inquisitoribus compellendi, per censuras, vel interdictum Magistratus, Gubernatores, Prætores vrbium, & oppidorum, vt in executione sancti officij omnem fauorem, & auxilium eis impertiantur. *In Directorio Inquisitorum Franciscus Peña de literis Inquisitionis pag. 44.*

Hæretici Inquisiti.

III ¶ Eodem anno Pontifex iniunxit Priori Prouinciali Ordinis Prædicatorum, in Regno Gallię, vt in ciuitatibus, & Prouincijs Bituricẽsi Narbonẽsi, Senonensi, Rothomagensi, Rhemensi, & per totum Regnum Galliarum, piam Crucis militiam prædicare faceret, contra Manfredum, olim Principem Tarentinum, & contra Sarracenos, ab eo adductos, & tum indulgentijs, tum alijs priuilegijs propositis, ad sacra arma, contra hostes Ecclesiæ sumenda omnes inuitarent. *Annales Ecclesiastici num. 6.*

Pro Ecclesia munus iniũctum.

IIII ¶ Eodem anno B. Fr. Raymundus Pennafortius ardenter desiderans infidelium conuersionem rogauit Doctorem Angelicum B. Fr. Thomam Aquinatem, vt opus aliquod scriberet, contra infidelium errores, per quod & tenebrarum caligo euanesceret & volentibus credere veri solis doctrina pãderetur. Fecit sanctus Doctor quod tanti Patris humilis deprecatio flagitabat: & summam, quę Contra gentes inscribitur condidit, quæ in illo argumẽto non habuisse parem creditur, *Petrus Marsilius, Diagus lib. 1. cap. 16.*

Contra errores gentium summa.

Anno

Anno Christi. 1266.

I.

An 1266.

Inquisitorũ priuilegia.

ANNO Domini millesimo ducẽtesimo sexagesimo sexto, Clemẽtis quarti anno secundo, ipse Pontifex Perusij decimo quinto Kalendas Februarij speciali priuilegio concessit Inquisitoribus ordinis Prędicatorum, & Minorum, ne in causis fidei à suis prę latis, & superioribus impediri possent. Iisdemque commisit; vt Potestates Rectores, Cõsules, Capitaneos, Ancianos, & Communitates ad exequenda negotia fidei per censuras Ecclesiasticas valeant compellere, necnon priuilegia, & constitutiones Friderici secundi olim Imperatoris contra hæreticos ab alijs prædecessoribus suis approbata confirmauit, quod in sequentibus duobus diplomatibus continetur.

CLEMENS Episcopus seruus seruorũ Dei, Dilectis filijs fratribus, tàm Prædicatorum, quàm Minorum ordinum Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, salutem & Apostolicam benedictionem.

Catholicę fidei negotium, quod plurimum insidet cordi nostro in vestris prosperari manibus, ac de bono in melius procedere cupientes, ac volentes omne ab eo impedimẽtum, omneque obstaculum remoueri, præsentium vobis authoritate mandamus, quatenus in eodem negotio de Diuino, & Apostolico fauore confisi omni humano timore deposito constanter, ac intrepide procedentes circa extirpandam hæreticam prauitatem, cum omni vigilantia, omnique studio laboretis, & si forsan Magister, & Minister generalis, alijque Priores, & Prouinciales, ac Custodes, seu Guardiani aliquorum locorum vestrorum ordinum prætextu quorumcunque priuilegiorum, seu indulgentiarum eiusdem Sedis dictis ordinibus cõcessorum, aut concedendorum in posterum vobis, vel vestrum alicui, seu aliquibus iniunxerint, seu quoquo modo pręceperint, vt ad tempus, vel quoad certos articulos certasve personas in negotio supersedeatis eodem, nos vobis vniuersis, & singulis authoritate Apostolica districtius inhibemus, ne ipsis obedire in hac parte, vel intendere quomodolibet præsumatis. Nos enim priuilegia, seu indulgentias huiusmodi quantum ad hunc articulũ tenore prę sentium, reuocantes omnes excommunicationis, interdicti, & suspensionis sententias, si quas in vos, vel vestrum aliquos hac occasione ferri contigerit, irritas prorsus decernimus, & inanes. Nam si prædicta Sedes interdũ prælatis aliquib⁹ vestrorũ ordinũ per suas sub certa forma cõmittat literas, vt ad exercẽdum Inquisitionis officium contra hęreticam prauitatem aliquos suorum ordinum fratres assumere valeant, ipsosque cum expedire viderint amouere, ac alios subrogare, non tamen per hoc, quod ipsis ea duntaxat de causa in hac parte committitur, quia de fratrum suorum ordinum idoneitate pleniorem habere notitiam pręsumantur, aliqua eis super huiusmodi Inquisitionis negotio vobis immediate à prædicta Sede commisso, & committẽdo facultas, vel iurisdictio attribuitur, seu potestas. Nulli ergo omnino hominum liceat, &c. *Hoc diploma fere est idem cum illo, quod Alexander Pontifex anno 1260. tertio Idus Decembris concessit Inquisitoribus Italiæ fratribus Prædicatoribus, & Minoribus. Eymericus in 2. p. Directorij Inquisitorum, pag. 136.*

CLEMENS Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filijs fratribus Prædicatorum, & Minorum Ordinum Inquisitoribus hæreticæ prauitatis per Italiam authoritate sedis Apostolicæ deputatis, & in posterum deputandis, salutem & Apostolicam benedictionem.

Ad extirpãda de medio populi Christiani hæreticę prauitatis zizania, quę abundantius solitò subcreuerunt, superseminante illa licentiùs his diebus homine inimico, tanto studiosius iuxta commissam nobis solicitudinem insudare proponimus, quanto perniciosius negligeremus eadem in necem Catholici seminis peruagari. Vt autem aduersus huiusmodi nequitiæ operarios con-

Clemẽtis IIII. anno 2.

Anno Christi. 1266.

surgant itemque firmiter Ecclesiæ filij ac orthodoxæ fidei zelatores constitutiones quasdam felicis recordationis, Innocentius Papa prædecessor noster ad extirpationem hereticæ pestis edidit, & tam ipse, quam felicis memoriæ Alexander Papa prædecessor noster dilectis filijs Potestatibus, siue Rectoribus, Consulibus, Capitaneis, Ancianis, Consilijs, & Cōmunitatibus ciuitatum, castrorum aliorumque locorum per Italiam constitutis mandarunt, vt constitutiones ipsas in suis conscribi capitularibus facerent, & exacta diligentia obseruarent. Vnde prædictis Potestatibus siue Rectoribus, Cōsulibus, Capitaneis, Ancianis Consilijs, & Communitatibus damus nostris literis in mandatis, vt ipsi, & singuli eorum constitutiones easdem, cum quibusdam adiectionibus modificationibus, & declarationibus per dictum Alexandrum prædecessorem nostrum, & etiam per nos factas conscribi in suis capitularibus facientes, nullis in se temporibus abolendas secundum eas contra omnem heresim se ad uersus hanc sanctam Ecclesiam extollentem, sine aliqua omissione procedant. Quocirca discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus si dicti Potestates, siue Rectores, Consules, Capitanei, Anciani, Consilia, & Communitates mandatum nostrum super hoc neglexerint adimplere; vos, & singuli vestrum illos, & singulos eorum infra designatos vobis limites per excommunicationem in personas, & interdictum in terras eorum monitione præmissa appellatione remota cogatis. Non obstante si aliquibus à Sede Apostolica, sit indultum, vel in posterum indulgeri contingat, quod personæ excōmunicari, & ciuitates castra, terræ, & loca ipsorum interdici non possint, siue qualibet alia indulgentia Sedis eiusdem per quam effectus præsentium impediri valeat, vel differri, & de qua cuiusque toto tenore de verbo ad verbum specialem, & expressam in nostris literis oporteat fieri mentionem, & constitutione de duabus dietis edita in Concilio generali. Datū Perusij decimo quinto Kalendas Februarij Pontificatus nostri anno primo. *Ex Archiuo conuentus S. Francisci Assisij in Directorio Inquisitorum pag. 43.*

Clemētis IIII. anno 1.

II.

Hæresiarcha combustus.

¶ Eodem anno in Ducatu Brabantino Gullielmus Cornelius hæresiarcha qui paupertati adeo fauebat, vt impudenter doceret peccata omnia, tàm cōmissa, quàm committenda paupertate sola remitti: atque adeo callide, & vafre simulatam sanctitatis speciem præ se tulit, vt Antuerpiēses ciues post eius mortem in templo maximo, ac si sanctorū albo esset ascriptus illū, per quadriennium fuerint venerati. Tamen F. Nicolaus ordinis Prædicatorum hereticæ prauitatis Inquisitor, & Cameracensis Episcopus summa diligentia eius praua & nefanda delicta examinarunt matura, & solerti facta Inquisitione, & pestiferam etiam doctrinam eius agnoscentes publice ossa concremarunt. *Thomas Cantipratensis, siue Brabantinus Doctoris Angelici socius lib. 2. de bono vniuersali cap. 47.*

III.

Pro Ecclesia munera iniuncta.

¶ Eodem anno Clemens Pontifex, cum Rex Castellæ Alphonsus decimus dictus Sapiens post partam à Mauris insignem victoriam gratitudinis causa diuinum cultum amplificaret, atque ideo Castrum Sorianum diœcesis Oxomensis in ciuitatem erexisset, eamque Ecclesiam in Cathedralem eleuari, eique Episcopum præfici à Sede Apostolica postularet, Priori Prouinciali Hispaniæ ordinis Prædicatorum, & Ministro Minorum in Regno Castellæ cōmisit, vt postulatis Alphonsi Regis authoritate Apostolica satisfacerent, ciuitatis titulum Castro donarent, Ecclesiā parrochialem in Episcopalem erigerēt, Episcopum illi præponerent, cum Oxomensi tamen Ecclesia illam conuenirent, quoadusque meritis, & opibus augeretur. Ex quo Ecclesia ad Collegiatum, cū Decano, & Canonicis assumpta est, non tamen Cathedralis effecta. Datæ sunt literæ ad hoc Viterbij, quinto Idus Iunij. *Annales Ecclesiastici numero 15.*

¶ Eodem

Anno Christi. 1267. IIII

Inquisitorum priuilegia.

¶ Eodem anno Clemens Pontifex multa concesit priuilegia Inquisitoribus ordinis Prædicatorum in Regno, & dominio Regis Aragonum deputatis, & deputandis in bulla quadam, quæ est eadem fere cum illa Vrbani quarti edita anno millesimo ducentesimo sexagesimo primo, & ambæ incipiūt: *Præ cunctis nostræ mentis desiderabilis, &c.* Dat. Perusij sexto Nonas Octobris. Insuper idem Pontifex B. F. Ambrosium Sansedonium, ordinis Prędicatorum Legatum destinauit, data ei plenaria potestate Legati, & vt oppidanos S. Geminiani in Hetruria absolueret excommunicatos, eo quod Manfredo hosti Ecclesiæ adhæsissent: *F. Nicolaus Eymericus in Directorio Inquisitorum 2. par. pag. 131. Annales Ecclesiastici num. 19.*

I. *An. 1267.*

Potestas instituendi Inquisitores.

ANNO Domini millesimo ducētesimo sexagesimo septimo, Pontificatus Clementis quarti anno tertio, Kalendis Februarij, ipse Pontifex Clemens quartus Inquisitorem hæreticę prauitatis in Hispania instituit Priorem Prouincialem Hispaniç ordinis Prędicatorum: insuper concesit ei potestatem designandi, & instituēdi alios duos fratres ex suo ordine Inquisitores, vt aduersus hæreticos, etiam procederēt, atque quando ei visum fuerit eos deponendi, & loco ipsorum, tam in morte, quam in depositione alios substituere. Qui diligenter & viriliter sacro Inquisitionis munere fungentes hęreticorū colluuiem ab Hispania eliminarunt: *Paramus lib. 2. tit. 2. capit. 2. Diagus libro 1. cap. 6.*

II. *Prædicatur infidelibus.*

¶ Eodem anno in Polonia Fr. Henricus Antistes Culmensis in synodo Vratislauiensi iussu Clementis Pontificis congregata per Guidonem Cardinalem S. Laurentij in Lucina Legatum, omnem lapidem mouit crucis Christi prædicandę contra barbaros, adiunctis sibi sui ordinis Prædicatorum fratribus ad eorundem infidelium conuersionē, quos fratres, iam Vrbanus quartus ad id munus obeundum destinarat: *Frat. Abraham Bzouius in Annalibus Poloniæ cap. 3.*

Clemētis IIII. anno 3. III.

Pro Ecclesia legatio

¶ Eodem anno Clemens Pontifex misit Fr. Eliam ordinis Prædicatorum ad Patriarcham, & administratorem Regni Hierosolymitani, & ad Magistrum Templariorum datis literis eis, cita auxilia à cruce signatis futura promittentem, atque ad constantiam animantem. Nam summus Pontifex Regē Galliarum in adiutorium euocarat, & omnes Reges, ac Principes Europęos, contra Sarracenos arma sumerę hortatus fuerat, Regem quoque Armeniæ Aytonem in adiutorium Christianorū inuitauit, qui duos filios in Palæstinam cum exercitu misit: *Annales Ecclesiastici num. 3.*

I. *An. 1268.*

Agareni conuersi.

ANNO Domini millesimo ducentesimo sexagesimo octauo Pontificatus Clementis quarti anno quarto, qui obijt Viterbij tertio Kalendas Decembris, & in conuentu Prædicatorio est sepultus, & vacauit Sedes per duos annos, & nouem menses, F. Raymundus Martinus ordinis Prædicatorum in vrbe, ac Regno Tunisij, quam plurimos Arabes Mahometanos ad fidem Christi adduxit. Insuper doctissimus Magister scripsit contra Mahumeti Alcoranum summam quandā eruditione plenam in qua cuncta eius deliramenta aperte ostendit, & dissoluit. Vir extitit præclarissimus, qui præter eruditionē Theologicam, & sacrā, qua excellebat, Hebraicam, & Arabicā linguas callebat: ideoq; magni ęstimabatur à Regibus Tunisij, licet Arabe, Galliç S. Ludouico, & Aragoniæ Iacobo De fructu igitur, quem erga Iudęos fecit infra suo loco dicemus. *Diagus lib. 2 cap. 28.*

II. *Martyres à Sarracenis passi.*

¶ Eodem anno cum à Saladino Bōdocudar ducenta millia Sarracenorum in exercitu habente, vt historiæ asserūt capta esset Antiochia inter cęsos Martyrij, & virginitatis palmam obtinentibus

Anno Christi. 1269.

bus, quam plurimis vestalibus cuiusdam cœnobij omnibus nasum sibi nouaculis præscindentibus, ne stuprorum libidinosis barbaris occasio essent. Qui cũ se arte delusos animaduertissent in furorem versi omnes ad vnam ferro peremerunt, & plusquam centum viginti millia Christianorum Innocentium occiderunt. Inter alios pro Christo iugulatos cæsus est B. Fr. Christianus Antiochiæ Patriarcha, simul cum quatuor sui ordinis Prædicatorij fratribus. Cum enim Sarracenos in cædibus occupatos accepisset Pontificalem indutus pompam, infula capiti imposita ante aram maiorem templi procubuit: ibidemque cladem ciuitatis deplorans, atque Deo commendans, ouium suarum vlulatus miserabiles, lamenta horrenda, clamores validos, gladijs barbarorum cadentium lachrymabundus Pontifex audiebat. Denique nefarij hostes templum ingressi sanctum Pastorem adoriuntur, & cum prædictis fratribus crudelissime peremerunt. In conuentibus autem Prouinciæ terræ Sanctæ à Sarracenis, tunc solo ęquatis fere centum fratres Prædicatorię familiæ hoc anno gloriosũ pro Christi nomine Martyriũ cõsummauerunt: *F. Ioannes Michael Pius 1 p. lib. 2. columna 342. & 2. p. libro 1. col. 67. de F. Ioannis Vercellensis generali magisterio Fr. Leander Albertus lib. 2. folio 58. Castillus prima parte libro tertio capite octauo.*

I. *An. 1269.*

ANNO Domini millesimo ducẽtesimo sexagesimo nono, sub Sede Apostolica vacante in Regnis Aragonię, Frater Guillelmus de Colonico, & Frater Petrus Cadireta Prædicatorię familiæ hęreticæ prauitatis generales Inquisitores, apud Barchinonam in capitulo cœnobij Prędicatorij Barchinonensis coram Fratre Arnaldo Segarra, Fratre Petro de S. Pontio Fr. Petro de sancta Pace, & Priore, seu Abbate monasterij Montis Serrati, ac pluribus alijs fratribus, ac nobilium, & ciuium Barchinonensium copiosa multitudine sedentes pro tribunali sententiam protulerunt aduersus Arnaldum Vicecomitem Castelli Episcopalis (Hispanè Catelbo) iam vita functum hęreticum eum declarantes, & vt ossa effoderentur, atq; à sepultura Ecclesiastica eijcerẽtur. Similem item sententiam isti validissimi pugiles fidei ex Prędicatorio agmine contra filiam prędicti Vicecomitis D. Ermesendam Foxi Comitissam, iam defunctam pronunciarunt, eam, vt hęreticam damnantes, & vt eius etiam corpus longius à cæmeterio Ecclesiæ proijceretur. Insuper in iudicium vocauerunt, & diem dixerunt iubentes, coram se comparere eiusdem Comitissæ filium Rogierum Bernardũ Foxi Comitem, vt de infamia, qua tanquam hæreticorum fautor laborabat, se expiaret, ac rationem redderet. Et tunc præterea hæreticorum fautoribus, atque receptatoribus graues pœnas inflixerunt: *Hieronymus Zurita in Annalibus Regum Aragoniæ, prima parte, libro 3. cap. 75. Diagus libro 1. cap. 5.*

Sede vacãte.

Hæreticorum ossa effossa.

¶ Eodem anno, & præcedentibus floruit in Regno Gallię, Beatus Frater Pontius de sancto AEgidio, Prædicatorum ordinis, hæreticæ prauitatis Inquisitor in Prouincia Tolosana, ibique suæ familiæ Prouincialis, qui Clementi quarto Pontifici maximo, & sancto Ludouico Galliæ Regi longe charissimus, Inquisitoris munus aduersus hęreticos viriliter exercuit, qui plurimos labores pro fidei defensione passus est, cum in hęreticis exterminandis, etiam Principum, & Toparchorum vultus, non timuerit, sed validissime sui officij executioni semper incubuit. *Leander Albertus libro quinto folio centesimo nonagesimo quinto, Annales Ecclesiastici num. 6.*

II. *Inquisitor contra hæreticos.*

¶ Eodem anno apud Insubriam, ex decreto Inquisitoris Mediolanensis ordinis Prędicatorum Castrum Mozanigum hæreticis refertum dirutum solo que æquatum est, sumpto de hęreticis

III. *Hæretici exterminati.*

ex

Anno Christi 1270.

ex lege supplicio. *Bernardinus Corius in historia Mediolanensi, 2. p.*

Agareni conuersi.

Item eodem anno B. F. Raymundus Peñafortius in insula Maioricę (isto enim anno mare traiecit miraculosè nullo innixus nauigio ab eadem insula Barchinonam vsque) plures Arabes infideles ad fidem Christi traxit, quos baptismi aquis lauari faciebat, & quotquot ad fidem conuertebantur eleemosynis, vndequaque à Regibus, Baronibus, Episcopisque adquisitis alebat, atque eis in omnibus, sicut filijs charissimis ab ipsomet genitis fauebat. *Diagus libro 2. cap. 16. & 17.*

I. *An. 1270.*

Martyres ab Agarenis passi.

ANNO Domini millesimo ducentesimo septuagesimo, Sede Apostolica vacante F. Guido Longimellus ordinis Prędicatorum sanctitate, ac doctrina celebris, qui multo tempore in regionibus vltramarinis verbi Dei prædicationi incumbens, Christique fidem annuncians plures infideles ad Ecclesiam fidelium traxit, tandem pro Christi nomine, cum fratre socio ab Agarenis interemptus Martyrij palmã promeruit: *F. Leander Albertus libro secundo folio 58. Castillus 1 part. libro 3. capit. 8.*

II.

Agarenis prædicatur.

¶ Eodem anno in Africa ab exercitu Crucesignatorum sancitum est fœdus cum Rege Tunisij, vt fratres ordinis Prædicatorum, & Minorum in suis vrbibus reciperet: eisque de Christo publice verba faciendi ius esset, ac siquis Agarenorum Christianam Religionem profiteri permotus sacris concionibus vellet, sacra lauatione initiandi lustrandique fieret potestas, & quod captiuos Christianos liberos dimitteret. His vtrinque propositis decennes induciæ iuramento pactę sunt. *Annales Ecclesiastici numero 7.*

I. *An. 1271.*

ANNO Domini millesimo ducentesimo septuagesimo primo, quo post diuturnam duorum annorum, & nouem mensium Sedis Apostolicæ vacationem, electus est Kalendis Septembris Gregorius decimus, qui obijt anno millesimo ducentesimo septuagesimo sexto, tertio Idus Ianuarij Fr. Ioannes Hungarus ordinis Prædicatorum, hæreticorum censor Apostolicus in Tolosana Prouincia, dum Christi causam cõtra hęreticos valide, atque strenue exercet, lapidibus obrutus, & lancea confossus Martyrium impleuit: *Frat. Ioannes à cruce, historia ordinis Prædicatorum Hispanica lib. 3. cap. 10. F. Antonius Lusitanus Chronico, anno 1271. p. 135.*

Sede vacãte.

Martyr Inquisitor.

I. *An. 1272.*

Agareni conuersi.

ANNO Domini millesimo ducentesimo septuagesimo secundo, Pontificatus Gregorij decimi anno secundo, F. Raymundus Coruasinus Episcopus Maioricensis ex ordine Prædicatorum assumptus in Regno Maioricę plures Mahometanos ad Christũ adducens aquis baptismi abluit. Propter mirabiles autem conuersiones complurium Agarenorum, quas vigilantissimus præsul alijs fratribus sui ordinis associatus faciebat, Iacobus Rex Aragoniæ, & Maioricæ biennio post, dum esset Barchinone scripsit gubernatori, & pretoribus Maioricæ in laudes fratrum Prædicatorum pluribus priuilegijs eos fouendo, & fauẽdo. *F. Michael Pius 2. part. lib. 1 col. 79. & Diagus lib. 2. cap. 42.*

II.

Pro Ecclesia munus iniũctum.

¶ Eodem anno Gregorius decimus quarto Nonas Martij, apud Viterbum iniunxit F. Gaufredo de Belloloco ordinis Prædicatorum, olim D. Ludouico Regi Galliarum à secretis confessionibus, vt omnem rationem viuendi præsertim secretiorem omnesque actiones ac virtutum insignia eius Regis describeret, & sigillo suo signatas ad Sedem Apostolicam, quam primum transmitteret: *Annales Ecclesiastici numero primo.*

Anno Christi. 1273.

I.

An. 1273.

Hæresiarcha combustus.

ANNO Domini millesimo ducentesimo septuagesimo tertio, Gregorij decimi anno tertio, apud Brixiam Lombardię celebrem vrbem Guido Lacha hæresiarcha famosus, ita ficta sanctitate scelera, & flagitia infanda occultauerat, vt Brixienses eum tanquam sanctissimum virum venerarentur, adeo quidem, vt eius nominis fama celebri plerique Prouinciæ ipsius incolę allecti gregatim ad eum veluti ad sanctum Dei hominem confluerent, qui tamen hęretica prauitate nimium infectus erat. Cum igitur vita functus honorificæ sepulturæ esset demandatus, Inquisitores fidei ex Prędicatoria familia post annos aliquot sedulo, ac diligenter eius doctrinam, vitam, & mores examinantes per fidelissima testimonia eum hæreticum extitisse, ac obijsse inuenerũt, quapropter cadauer effodiendum, & ossa comburenda iudicarunt. Populo itaque cum Episcopo circunstante in vrbis foro hæresiarchæ ossa flammis proiecta sunt. Statim dęmones ea, ex rogo in aera attollentes suspensa superflammas sustentabant, nõ tamen illi videbantur. Tali portento plebs mirum in modum stupefacta exclamauit repetens: Inquisitores, & Episcopi interficiãtur, eo quod inuidia moti sanctissimũ Guidonem Lacham exurere aggressi sunt id, vt impium Deo nolente, nec permittente. Cumque seditio populi commoueretur aduersus Inquisitores, & Episcopum, illi intrepidi, & imperterriti Episcopum pauidum bono animo esse dixerunt, in hæc verba prorumpentes. Domine Episcope, non te frangat ista res, siquidem hic pro Christi fide tuenda astamus, sed ad sacrum peragẽdum te potius prępara, experiẽtia ipsa probaturus, quod Deus nullo modo patietur fidei causam periclitari, & in discrimen venire. Missa fuit de Beata Virgine. Cumque ad illud ventum esset, cum corpus Dominicum sursum ab Episcopo eleuabatur, omnis

A populus dæmonum vlulatus in sublimi audiuit in sequentia verba exclamantium. O Guido Lacha hucusque pro viribus te defendimus: sed iam amplius procedere nõ valemus, quia maior nobis potentia adest. Mox in ignem ossa ceciderunt, & in momento combusta, & in cineres conuersa sunt. Ex his diaboli fraudes facile perpẽdi possunt, qui prauum, & hęreticum hominem vita functum defendebat, quo plures eius sequentes vestigia deciperẽtur: *Prateolus contra hæreses lib. 7. in fine num. 16. Paramus libro 2. tit. 3. cap. 4. num 40. Bernardus Lucemburg in catalogo hæreticorum Castillus 1. p. lib. 3. cap. 54.*

B

Gregorij X. anno 3.

II.

Pro Ecclesia munus iniũctum.

¶ Eodem anno cum Alphonsus tertius Rex Lusitaniæ sequens Dionysium patrem suum (qui aliquas Ecclesias possessionibus, & redditibus exuerat, multasque iniurias Episcopis, atq; clero intulerat) Ecclesiæ AEgiditanæ plurima haberet nõnullaque indigna committeret Gregorius Pontifex vtrumque redarguit, vtque tum à violandis personis, ac rebus Ecclesiasticis abstineret

C tum iniuriarum, ac damnorum nomine ijs, quos affecerant latis darent seuerius admonuit: quod si contemnerent Priori cœnobij Vlisiponensis ordinis Prędicatorum, & Custodi ordinis Minorum mandauit, vt censuras Ecclesiasticas in vtrumque distringerent, & sacris omnibus regnum Lusitaniæ interdicerent: *Annales Ecclesiastici num. 9.*

III.

Pro Ecclesia munus iniũctum.

¶ Eodem anno & sequẽti cum Gregorius Pontifex Lugdunum pro Conci-

D lio celebrando in Gallias proficisceretur non alterum, quam fratrem Aldrobandinum Caualcantes ordinis Prędicatorum Vrbis veteris Episcopum in vrbe, atque Italia vniuersa vicarium suum esse voluit, cuius precibus permotus Pontifex Florentiam accessit, & inter Guelphos, Gibellinosque concordiam induxit. Mirum fuit quanta sanctitate, virtute, fortitudine, ac dexteritate in Italia res Ecclesiæ administrauit, quantumque adiutorium Inquisitoribus hæreticæ prauitatis ad expurgandam nobilissimam Christiani orbis par-

tem à labe errorum prǣstiterit: *Annales Ecclesiastici num.16.anno 1279.*

I. *An.1274.* *Lugdunense Concilium secundum.*

ANNO Domini millesimo ducētesimo septuagesimo quarto, Pōtificatus Gregorij decimi anno quarto, celebratum est Concilium Lugdunense secundum ad vnionem Ecclesię Græcæ, & Latinę, ad expeditionem in Sarracenos, ad pacem Principum Christianorum, cui interfuerunt Constantinopolitanus, & Antiochenus Patriarchę, quingenti Episcopi, oratores, & Legati septem Regum, & Imperatoris Constantinopolitani, & Tartarorum. Fuit vocatus à Pontifice ad Concilium Angelicus Doctor B. Fr. Thomas Aquinas, vt certamini cum Græcis de processione Spiritus sancti, alijsque mysterijs Catholicæ Romanæ Ecclesiæ fidei, sua incōparabili eruditione assisteret, sed in itinere positus ad cœlestem patriam migrauit. Astiterunt Concilio tres Sanctę Romanæ Ecclesiæ Cardinales, è Prędicatoria familia assumpti, & triginta Episcopi sanctitate, ac doctrina excellentes. Inter quos F. Petrus de Tarentasia Cardinalis doctissimus, qui postmodum fuit electus Pontifex, & Innocentius quintus vocatus, & Fr. Albertus Magnus in publico Concilij congressu Græcos Doctores de erroribus conuicerunt, & ad vnionem Ecclesię Romanæ adduxerunt. Affuit doctissimorum Fratrum acies, cum Magistro generali ordinis F. Ioanne Vercellensi (qui comitia generalia totius Prædicatoriæ familiæ Lugduni, etiam hoc anno in festo Pentecostes, tempore Concilij celebrauit) per quos decreta omnia sanctionesque Cōcilij discussæ sunt & ordinatæ, F. Petrus de Tarentasia Cardinalis, die decima sexta Iulij in quinta sessione vnum oratorem Abagha Regis Tartarorum, cum duobus socijs baptizauit, quibus Dominus Papa fecit fieri vestes de escarlato more Latinorum, dieque septima Iunij sermocinatus fuerat coram Concilio, incipiens thema: *Leua in circuitu oculos tuos, & vide, omnes isti congregati sunt, venerunt tibi.* Et in die sexta mensis Iulij concionem habuit etiam coram Cōcilio, incipiens thema: *Illuminans se, &c.* Obijt B Fr. Bonauentura Cardinalis, Albanēsis Episcopus, sepultusque est in cœnobio suorum Fratrum Minorum Lugduni, cuius funeri interfuit Dominus Papa cum omnibus prelatis, & Fr. Petrus de Tarentasia Cardinalis, Ostiensis Episcopus celebrauit missam & prædicauit proposito themate: *Doleo super te frater mi Ionatha*, & Pontifex mandauit in Concilio omnibus prelatis, & omnibus presbyteris per totum mundum, vt quilibet eorum vnā Missam cantare deberet pro anima ipsius, & aliam pro animabus omnium aliorum, qui mortui sunt adueniendo, stando, seu redeundo ad Concilium. Ex decreto Concilij sacra militia contra Sarracenos in Syriam suscepta est. Atque vt Christi fideles eo feruentius sacram militiam susciperent, & tanto maiora subsidia corrogarent, scripsit Pontifex Lugduni Idibus Nouembris, ex decreto Concilij vndecim Prouincialibus ordinis Prædicatorum Lombardię, Romano, Francię, Prouincię, Hispaniæ, Hungariæ, Græcię, Theutonię, Angliæ, Daciæ, & Poloniæ, vt sacrum bellum indicerent, & ad illud, siue iuuandum, siue prosequendum Christi fideles incitarent. Insuper iniunxit eis, quod indulgentiam plenariam prædicarent his, qui in Syriam proficiscerentur, multaque priuilegia, gratias, & immunitates fidelibus impertirent, qui vel armatos, vel pecunias, vel aliqua alia sacræ expeditioni necessaria submisissent. Cum autem Tartarorum nonnulli proceres domi candidati, Christumque professi ad Concilium generale, opera fratrum Prædicatorum (vt AEmilius in Philippo ait) rudimentis fidei imbuti addictique venissent, eos Pontifex sacro baptismate tinxit: *Annales Ecclesiastici numero 6.7. & 16. Alphonsus Ciaconius 2. part. de Gregorio decimo Fr. Leander Albertus*

Fratres Prædicatores qui Cōcilio astiterunt.

Anno Christi. 1275.

bertus libro 3. folio 126. Frat. Antonius Lusitanus Chronico decada 1270. F. Michael Pius 2. p. lib. 1. columm. 67. & Castillus 1. p. lib. 2. cap. 39.

II. *Pro Ecclesia munus iniũctum.* ¶ Eodem anno Pontifex Gregorius Lugduni decimo Kalendas Augusti iniunxit Priori Mediolanensi ordinis Prædicatorum, vt cum Patriarcha Aquileiensi, & Guardiano Minorum anathemate exolueret Guidonem Comitẽ Montisfortis, qui Henricum Anglum occiderat, dummodo sponderet stare mandatis Ecclesiasticis cum ipse sponte ad Castrum Leucum diœcesis Mediolanensis venisset, & suapte voluntate se carceri inclusisset seueramque admodum pœnitentiam peregisset. *Annales Ecclesiastici numero* 16.

III. *Inquisitor Neapolitanus.* ¶ Eodem anno in Regno Neapolitano Inquisitionis sacrum munus gerebat Fr. Paulus Aquilanus ex Prędicatoria familia designatus, cui D. Paulus Apostolus prænunciauit Doctoris Angelici B. Fr. Thomæ Aquinatis fœlicem obitum, cui alij Fratres Prædicatores in eodem Regno causis sancti officij exequendis successerunt. *Paramus libro secundo, titulo secundo, capite decimo.*

I. *An. 1275.* *Contra hæreses scriptor.* ANNO Domini millesimo ducentesimo septuagesimo quinto, Pontificatus Gregorij decimi anno quinto Fr. Paganus de Leco Bergomensis Inquisitor hæreticæ prauitatis in Lombardia, ex Prædicatoria familia designatus, qui biennio post pro fide ab hæreticis martyrij palmam reportauit, scripsit inter alia plura, Summam eruditam aduersus hæreses, qua omnes errores hęreticorum, & deliramenta diluuntur: *F. Michael Pius 2. p. lib. 1. col.* 83.

II. *Pro Ecclesia munus iniũctum.* ¶ Eodem anno Gregorius Pontifex potestatem fecit fratribus Prędicatoribus Vlisiponensibus suspendendi interdictum Ecclesiasticum in toto Regno Lusitaniæ, si intra septem menses Rex Dionysius authoritatem Apostolicam pensi habuisset, atque ad mentem reuersus errati pœnitentiam præ se tulisset. *Annales Ecclesiastici numero septimo.* Gregorij X. anno 5.

I. *An. 1276.* ANNO Domini millesimo ducentesimo septuagesimo sexto, tertio Idus Ianuarij obijt Gregorius decimus, & decimo tertio Kalendas Februarij assumptus est ad Pontificatum Innocentius quintus ex Prædicatoria familia, qui obijt decimo Kalendas Iulij & quarto Idus Iulij electus est Adrianus quintus, qui obijt duodecimo Kalendas Septembris, postquam euectus est ad Sedem Petri Idibus Septembris Ioannes vigesimus primus, qui obijt anno millesimo ducentesimo septuagesimo septimo, decimo, tertio Kalendas Iunij, Pontifex autem Innocentius quintus, sacro diademate ex ritu prisco coronatus, animum ad pacem Italiæ conciliandam adiecit; quam ob rem duos Cardinales Legatos in Hetruriam destinauit, qui Lucanos, & Pisanos discordes ad concordiam reuocarent, Michaelem Paleologum Imperatorem Orientis, fidei in Concilio Lugdunensi datæ admonuit. Venetos quoque, & Genuenses rursum inter se altercantes, in officio & pace continuisset, nisi improuisa morte sublatus fuisset. Post quintum enim mensem, & aliquot dies, maximo Ecclesiæ damno defunctus est, & in basilica Lateranensi sepultus: *Annales Ecclesiastici numero quarto.* *Munera pro fide, & Ecclesia.*

II. *Pro Ecclesia munus iniũctum.* ¶ Eodem anno Rodulphus Rex Romanorum destinauit F. Edmundum ordinis Prędicatorum, qui Prior Prouincialis Theutoniæ extiterat Internũcium, & oratorem ad Summum Pontificem Innocentium quintum in grauissimis quibusdam negotijs ad Ecclesiam & Imperium Romanum pertinẽtibus, qui laudabiliter eodem munere functus est: *Annales Ecclesiastici numero* 16.

Anno Christi. 1276.

III.

Legatio pro Ecclesia.

¶ Eodem anno Pontifex Ioannes vigesimus primus misit aliquos fratres Prędicatorum Legatos ad Michaelem Paleologum, Imperatorem Constantinopolitanum ad hortandum in Concilio Lugdunensi promissa. Hi fuerunt Frater Rayno Prior Viterbiensis, & Frater Saluus Lector Lucanus, qui confessionem fidei, ex Concilij Lugdunensis decreto conceptam, Imperatori, & Patriarchæ Constantinopolitano, ad profitendum repræsentarent, & ad vnionem Ecclesiarum perfectam inducerent. Feliciter cessit negotium legatis: Michael enim Paleologus, & Andronicus eius filius Iosepho Patriarcha in ordinem redacto, & Ioanne Beco in eius locum subrogato, professionem fidei Romanę ex symbolo sibi à Sede Apostolica præscripto coram omnibus vna cum Patriarcha Constantinopolitano emiserunt. Et tunc eandem fidei confessionem, tùm primatum Romani Pontificis, tùm dignitatem Romanæ Apostolicę Ecclesię super omnes Ecclesias, datis literis, & missis apocrisiarijs ad Ioannem Pontificem, testatam orbi fecerunt. In professione autem fidei, circa finem ait idem Imperator, ea quæ sequuntur.

Schismatici reducti.

Nunc sanctissimus, & beatissimus vniuersalis Papa, & venerabilis Pater Imperij nostri Dominus Ioannes vigesimus primus petijt per venerabiles nuncios suos Iacobum Ferrentium Episcopum, & Gaufredum Episcopum Taurinum, & fratres, hoc est Raynonem Priorem conuentus Viterbiensis, & saluum Lectorem Lucanum fratres ordinis Prædicatorum, vt affirmet, ratificet per corporale sacramentum Imperium nostrum, ea quæ dictus magnus Logotheta in præsentia dicti illius sanctissimi, & beatissimi vniuersalis Papæ Domini Gregorij decimi, & dicti apud Lugdunum sacrosancti Concilij iurauit, vt sæpius dictum est, Imperium nostram perficiens petitionem sanctissimi vniuersalis, & venerabilis Patris Imperij nostri Domini Ioannis vigesimiprimi, consequenter suprascriptis iurat sic. Ego Michael, &c. in Christo Deo fidelis Imperator, & moderator Romanorum, Ducas Angelus Comnenus Paleologus omne schisma prorsus abiuro, & supra scriptam fidei veritatem, prout plane lecta est, veram, sanctam, Catholicam, & orthodoxam fidem esse cognosco, eam accepto, & corde & ore profiteor, &c. Annales Ecclesiastici num. 7. 8 & 9. F. Michael Pius 2. p. lib. 1. col. 67.

Innocentij V. anno 1.

I.

An. 1277.

ANNO Domini millesimo ducentesimo septuagesimo septimo, Pontificatus Ioannis vigesimi primi anno primo, qui obijt hoc eodem anno decimo tertio Kalendas Iunij, & assumptus est ad Pontificatum septimò Kalendas Decembris Nicolaus tertius (qui obijt anno millesimo ducentesimo octuagesimo, vndecimo Kalendas Septembris) Frater Petrus Cadireta ordinis Prędicatorum, in Cathalonia Apostolicus Inquisitor, cum viriliter hæreticorum technis, & versutijs se opponeret, ab ipsis lapidibus obrutus est, & tandem egregium pro fide Christi martyrium compleuit. Sepultum est eius clarissimum corpus in cœnobio Vrgellensi, quod ipse fundauerat, vbi plurimis refulget miraculis. *Diagus libro 1. capite 5. Frater Michael Pius 1. parte lib. 2. col. 301. Zurita lib. 3. Annaliũ c. 75.*

Inquisitor Martyr ab hæreticis passus.

II.

Legat. ad Pōtificem, pro regno Siciliæ.

¶ Eodem anno Frat. Ioannes Marinus ordinis Prędicatorum pro regno Siciliç ad Pontificem Legatus missus, â Gallis varijs tormentis, & carceribus oppressus est pro iustitia. Siculi enim oppressi erant Gallorum excessibus, qui iura, & magistratus dabant, superbia, luxuria, & crudelitate omnia complentes, inaudita vectigalia imponentes, inuita nobilium, & diuitum fœminarum coniugia inibant, nuptarum recens virginum pudorem primi delibabant, pręque violatas, tunc maritis suis relinquebant,

Anno Christi. 1277.

atque adulteria, etiam in nuptas machinabantur, innumeraque alia flagitia infanda, & dictu horribilia perpetrabant. Sub prætextu præterea laneorum substragulorum, quæ Iudęi, ac cęteri pro modo suarũ facultatũ militibus ac ministris Regijs iussu curiæ Regiæ exhibere tenebantur, domos ingressi supellectilem omnem rapiebant, mulieres impudice contrectabant. Sequuta inde nefanda crudelitatis exempla, expulsiones ciuium, bonorum publicationes, iudicia priuatorum, ac proscriptiones, non aliam ob causam nisi, quia diuites essent, quos, vt opprimerent fraude, & malis artibus Regnum prędę loco habebant, plebem, nobilesque potenti dominatu exagitabant, & vni tantum rapinę, auaritiæ, & libidini ita studebant, vt alienas nobilesque fœminas publice, per vim inuadere non timerent. Zelotipiæ furore viri, tum percussi, tum alijs grauissimis calamitatibus oppressi, rem Carolo Regi Viterbij, tunc agenti detulerant. Et quidem is, cum Legationem audiuisset, Herberto Arcribiono Præsidi Sicilię, datis literis pridie Kalendas Augusti anno millesimo ducentesimo septuagesimo sexto, sub mulcta mandauit, vt ministros retrænaret, à rapinis, & à stupris cohiberet, deprehensosque in crimine pœnis afficeret condignis. Cæterum Franci efferatiores effecti, eadem & peiora, velut in mandati actorumque ludibrium perpetrabant: Propter quæ Siculi coacti, ne quid inexpertum reliquisse viderentur, coram Summo Pontifice per Bartholomęum Factentem Episcopum, & Fratrem BonIoannem Marinum, ordinis Prædicatorum causam studiose proposuerunt, atque opem à Sede Apostolica implorarunt. Eius legationis exordium istud fuisse perhibebant: ***Miserere mei fili Dauid: filia mea male à dæmonio vexatur.*** Hoc finito statim suo ordine enormes libidines, rapinas, exactiones, exilia, deportationes, publicationes bonorum, carceres, mortes, aliasque illatas à Francis iniurias exposuerunt, atque Carolum admoneri petierunt. His à conspectu Pontificis reuertentibus, ministri Caroli Regis manus iniecerunt, ac vinculis oneratis Episcopo, & Fratri Ioanni Marino, eas, quas à Pontifice acceperant literas, & reliqua eripuerunt. Propter quæ superante patientiam contumeliarum multitudine, anno sequenti millesimo ducentesimo octuagesimo primo, tertio Kalendas Aprilis Siculi à Gallis se subtrahentes Regi Aragoniæ Petro vltrò se dederunt, Gallis omnibus ferro necatis. *Annales Ecclesiastici numero 7.*

Ioannis XXI. anno 1.

II. *Legatio pro Ecclesia.*

¶ Eodem anno Frater Martinus de Tuscania ordinis Prædicatorum à sacro Cardinalium Collegio post mortem Ioannis vigesimi primi, ante electionem Nicolai tertij, Legatus missus est, vt pax inter Rodulphum Regem Romanorum, & Carolum vtriusque Siciliæ componeretur, scilicet vt Carolus eos inuidiæ titulos, Senatoris vrbis Romanæ, & Pręfecti Heturiæ, siue Vicarij Imperij, vtque Rodulphus arma dimitteret, nec ante concordiam stabilitam Italiæ armatus irrumpere tentaret, atque ideo Carolus vtramque dignitatem, qua oculos Rodulphi perstringebat, volens lubens deposuit: *Annales Ecclesiastici num. 9.*

III. *Inquisitor Martyr ab hereticis passus.*

¶ Eodem anno dum Frater Paganus de Lego Bergomensis ordinis Prędicatorum Inquisitor Comensis, dum sacrum Inquisitionis munus intrepide, ac seuere contra hęreticos exercet, animaduertens Conradus de Venusta, nobili familia procreatus, diuitijs pollens, Fratrem Paganum Inquisitorem sectam suam acriter persequi, suasu, & pollicitationibus, siue prece, & pretio quosdam ex sua familia hęreticos ad illum necandum induxit. Qui propere iussa perficientes, in festo D. Stephani Protomartyris, sanctum Inquisitorem aggrediuntur, ac manus in crucis formam

Anno Christi. 1278.

mam ſuper pectus tenentem, plurimis confoderunt vulneribus: & nequid ſæuiſsimę crudelitati deeſſet, poſtremo lancea latus eius transfixere. In die vero ſancti Syluestri cum Martyris cadauer in templum Comenſe ordinis Prędicatorum delatum eſſet, recentia vulnera apparuerunt, & mox coram vrbis antiſtite & toto clero, ac vniuerſa ciuitate riuus cruoris, ex lateris vulnere deriuatus eſt, veluti cruoris agni recenter iugulati. Neque hoc prætermittendum eſt, quod ſex diebus, quibus inhumatum iacuerat nullum horrorem vulnera, alicui incuſſere, nec computruere, nec vllum emiſere fętorem, ſed recentia, ac rubicunda ſemper manſerunt. Frater Chriſtophorus eius Comes grauiter ab hęreticis ſaucius, non perijt. Sepultum eſt Inquiſitoris corpus in ędе Prędicatoria Comenſi ſub maiori altari: atque eius meritis glorioſis Dominus tot miranda patrare dignatus eſt, vt in Comitijs generalibus totius ordinis Prędicatorum Mediolani anno ſubſequenti milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo octauo, celebratis, publica facere, ac prędicari ad populum, ordinatum ſit. *F. Michael Pius libro 2. columna 321. Frat. Leander Albertus libro 2. folio 58. & Caſtillus prima parte libro ſecundo capite 12.*

I. *An. 1278.* *Legationes plures pro Eccleſia.*

ANNO Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo octauo, Pontificatus Nicolai tertij anno primo, cum inter Regem Caſtellę Alphonſum decimum, & Regem Franciæ Philippum arma infeſta expedirentur, & Pontifex Ioannes ad eos conciliandos, & pacificandos Legatos mittere decreuiſſet, Fr. Ioannem Vercellenſem Magiſtrum generalem ordinis Prædicatorum, & Frat. Hieronymum Aſculanum ordinis Minorum, Miniſtrum generalem, tamen cum morte præreptus eam curam ſuc-

Nicolai III. anno I.

A ceſſori Nicolao reliquiſſet, is quò magis cum authoritate negotium ageretur Fr. Ioannem Vercellenſem Patriarchæ Hieroſolymitani dignitate exornauit, irritata electione Hieroſolymitani Capituli. Fr. Hieronymum autem inter Cardinales cooptauit. In qua re Rex Philippus propenſior fuit, quam Alphonſus ad arma deponenda. Parum tamen, aut nihil fecit Nicolaus Pontifex, tot monitis, totque mandatis Alphonſo Rege magis, ac magis ob
B durante, ne Sanctius filius Regno exueretur, quem propoſuerat nepotibus ex Ferdinando filio maiori, & Blancha filia S. Ludouici ſorore ipſius Regis Philippi, propter quod exortæ fuerant diſcordiæ inter Reges.

Inſuper cum prædictus Alphonſus Rex Caſtellę Archiepiſcopo Compoſtellano iniurias aliquot intuliſſet, plurimas iuriſdictionis Eccleſiaſticæ poſſeſsiones ei eripiens, Nicolaus Pontifex Romæ Idibus Februarij nuncium miſit Fratrem Iacobum Priorem
C Spoletanum, ordinis Prædicatorum, qui Regem Alphonſum à perſequendo Archiepiſcopum dehortaretur, & ad ſatisfaciendum Eccleſiæ induceret, vel ſi nollet anathemate percelleret, atque Regnum interdicto ſupponeret. Functus eſt ille officio ſuo nimis exacte, quam ob rem cum libera oratione Regem offendiſſet, & eapropter Rex Nicolao conqueſtus fuiſſet, habuit eundem Pontifex nimiæ auſteritatis arguere.

D Item cum aliqui ciues Bononienſes ciuitatem à poteſtate Summi Pontificis ſubtraherent, Pontifex Nicolaus miſit ad eos Fratrem Ioannem Viterbienſem ordinis Prędicatorum, qui moneret, ne res Apoſtolicæ Sedis vſurparent, ne diſcordias inter ciues ſeminarent, neve iniurij Eccleſię eſſent. Poſt hunc vero, apud Viterbum ſeptimo Kalendas Octobris, cum poteſtate plenaria virum inſignem, rerum vſu prudentem, & pro neceſsitudine ciuitatis, & ſanguinis Eccleſiæ Romanæ fidum magis

Anno Christi. 1278.

quam alium ad Bononiam, & Romaniolam destinauit Fr. Latinum Vrsinum Cardinalem ex ordine Prædicatorum assumptum, qui ciuitates alienatas ad Sedem Apostolicam reduceret, & refractarios compesceret. Qui rem pro voto Pontificis optime confecit. Ad Flaminiam autem Italiæ Prouinciam misit Nicolaus duos fratres ex ordine item Prædicatorio, Fr. Laurentium Tudertinum, & Fr. Ioannem Viterbiensem, qui Prouinciam sua diligentia ad voluntatem Pontificis adduxerunt. Pręterea Pontifex decimoquinto Kalendas Septembris authoritatem dedit Fr. Philippo ordinis Prędicatorum Inquisitori Marchiæ Teruisanæ, vt Veronenses, qui Conradum Venustæ insignem hęreticum exceperant, & auxilia ei ministrauerant, & ideo à Clemente quarto anathemate percussi, & sacris priuati fuerant ijs censuris exolueret: & Kalendis Iunij eidem iniunxerat ne prędicto Conrado Venustæ, Cumanæ vel Comensis diœcesis impune esset, neque ipsius nepotibus, quod Fr. Paganum ordinis Prædicatorum Inquisitorem occidissent, & duos eius notarios dum Conradum captum duceret Conradumque è manibus satellitum, ac ministrorum Inquisitionis eripuissent, ideo eum ac nepotes, & complices amicos, ac familiares anathemate percussit, & tum Rodulphum Imperatorē, tum quosdam proceres Tridentinę diœcesis in eos animauit.

Denique Nicolaus Pontifex ipso anno Kalendis Octobris Priori Messanensi ordinis Prædicatorum in Sicilia seuerius edixit, vt Archimandritæ Messanensi diem, apud Sedem Apostolicam diceret, in qua is ipse tum negligentiæ in administratione officij, tum reliquorum crimium rationem redderet. Item Romę decimo tertio Kalendas Ianuarij Pontifex Nicolaus præcepit Fr. Saluo Romano ordinis Prædicatorum vt Acheruntem iret, & an canonice Archiepiscopus electus esset inquireret. *Annales Ecclesiastici nu. 13. 14. 15. 18. 19. 25. 33.*

Nicolai. III. anno 1.

II.

¶ Eodem anno Eduardus Rex Angliæ ad Pontificem misit Fr. Ioannem Berlenthonium ordinis Prędicatorum, qui à Sede Apostolica postularet, vt Regi potestas foret nonnullas possessiones, quibusdam Abbatibus conferendi, ex quorum redditibus illi censum mille marcharum sterlinguorum nomine Regnorum Angliæ, & Hiberniæ Romanæ Ecclesiæ in annos singulos numerarent. Noluit quidquam concedere Nicolaus, illa apud Regem excusatione vsus: *Quia (inquit) nec honori sedis Apostolicæ congruit, nec tuis vtilitatibus expedit, & ideo nec nos ipsi proponimus circa ea, quæ super eodem censu per nostros prædecessores, & tuos sunt acta solemnius, & seruata diutius, aliquid immutari. Dat. Viterbi Kalendas Augusti. Annales Ecclesiastici, numero vigesimo secundo.*

III.

Scriptor contra Schisma Græcorum.

¶ Eodem anno Fr. Martinus Strempus Carsulanus Polonus, ordinis Prędicatorum Archiepiscopus Gnesnensis, è supremo Pœnitentiario Nicolai tertij factus, inter alia pręclara scripsit librum, de Schismate Ecclesię Gręcorum in quo doctissime agit, quod tantum sub vna Ecclesia Catholica, Apostolica Romana saluari oportet *Fr. Abraham Bzouius in Annalibus Prouinciæ Poloniæ cap. 6. & Frater Michael Pius secunda parte libro primo columna 72.*

IIII.

Iudæis prędicatur.

¶ Eodem anno Nicolaus Pontifex secundo Nonas Augusti scripsit Priori Prouinciali ordinis Prædicatorum in Lombardia, iubens prædicari Euangelium Iudæis in terris Christianorum commorantibus, vt pulsa perfidia, Christianę Religionis veritatem agnoscant, & quod pręlatis & dominis temporalibus commēdentur Iudæi conuersi ex Iudaismo, & humanissime tractentur, & quod non debent molestari in personis, & in rebus: qui vero conuerti noluerint, Summo Pontifici sint denunciandi, vt opportunum remedium circa tales adhibeatur. Literæ autem Pōtificis sic habent.

NI-

A *NICOLAUS Episcopus servus servorum Dei Dilecto filio Priori Prouinciali fratrum Prædicatorum ordinis in Lombardia, Salutem & Apostolicam benedictionem.*

Vineam Soreth velut electam plantauit dextera Dei Patris, & omne semen verum seminauit in ipsa, Angelica custodia sepiuit illã: lapides nociuos abiecit ex ea. Hanc de Ægypto in luto, & latere sub iugo Pharaonis oppressam in signis, & prodigijs transferens dux itineris eius existens in terram pro- B missionis adduxit. Vinea enim Domini exercituum domus Israel est viri Iuda, delectabile germen eius. Hanc si mire translatam, quasi adhuc rudem campum vomere legali proscindens prophetali doctrina sulcauit, & vt ipsam ad maturam frugem, idest, ad regenerationis gratiam præpararet. Sed proh dolor peccatorum spinis obsita nullum imbrem gratiæ spiritualis excipiẽs quæ sperabatur, vt vuas educeret, labruscas eduxit, vnde sperabatur iudicium: processit iniquitas, vnde iustitia C inde clamor. Hęc est vinea, in qua fici arbor scilicet, Synagoga Iudęorum plãtata Euangelica veritate describitur, cuius plantator Christus, cętus Apostolicus cultor existit. Hæc triplici tempore, quasi tribus annis, vt fructum produceret expectata infructuosa reperta cultori succidenda prædicitur. Nam nec tempore circuncisionis, ad perfectum deducta est, quia circumcisionem animæ, non quærebat, D nec sanctificata per legem, quia per eam tantum carnalia sequebatur, nec tandem iustificata per Euangelij gratiam, quia gratiam recipere noluit: quin potius latorem gratiæ iustum iniuste peremit, & quodammodo indurationem Pharaonis excedens omne curantis, & curę refutauit antidotum, adeo, vt nec verbis, nec signis, nec Sacramentis, quinimo, nec ipsa Christi, & Dei corporali pręsentia molliretur. Multifarie enim, multisque modis olim Deus loquens antiquis ipsius Synagogæ patribus in Prophetis nouissime in fine temporum locutus est ipsi, & nobis in filio, quem constituit hæredem vniuersorum per quem fecit, & sęcula, sed omnem escam abominata est anima eius, & idcirco iuste iusto Dei iudicio reprobatam exterminauit eam aper de sylua, & singularis ferus depastus est eam. Ablata est sepes eius, prosternata maceries, & in direptionem posita, vt deserta, nec inuētus est in terris amplius locus eius. Verum, quia miserationes Dei super omnia sua opera prædicãtur, qui omnes saluos fieri, & neminẽ vult perire, qui se ipsum pro nobis & ipsis hostiam salutis exhibuit Deo Patri, qui exaltatus à terra expansis in cruce manibus ad se cũcta trahere Euãgelica voce prædixit. Nos licet immeriti vicem eius tenentes in terris, qui etiam Iudaicam perfidiam à sua misericordia non repellit: libenter pro illius populi obcæcatione labores appetimus, vt affectum nostrum diuina prosequẽte clemẽtia cognita veritatis luce, quę Christus est, à suis tenebris eruantur. Porro, quia Iudæorum ipsorum, quasi per vniuersum mundum diuino iudicio præuisa dispersio ipsos ad recipiendum Sacramenta fidei, ac doctrinam commodè in vnum conuenire, non patitur, necessitate nos voluntarios vrgente compellimur, per diuersas mundi partes diuersos seminatores eligere, per quos semen verbi Dei prout possibile est spargamus in singulos, quorum salutem vniuersaliter, & singulariter affectamus. Ad te igitur inter alios sub spe diuinę gratiæ mentis nostrę oculos conuertentes, cum tui ordinis claritate reluceas, & credaris vbilibet per opera vtilia, & exempla laudabilia fructuosus, & ex data tibi diuinitus gratia scire te confidamus, & posse fructus vberes in domo Domini germinare, discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus confidens in illo, cui proprium est spirituales gratias elargiri, tales vmbrarũ tenebris obcęcatos in cõmissa tibi Prouincia per te, ac alios fratres tui ordinis, quos ad hoc honestate motũ

Anno Christi. 1278.

experta scientia, probatis virtutibus circumspectione prouida, & experientia cōprobata idoneos esse cognoueris, & quorū industria atque doctrina diuinis donis â Domino fœcundata intrepide, pro Catholica fide reluceat, & in tui claritate non titubet, sed tenebrosis mentes radiorū repercussione clarificet, & obstinatas ceruices reprimat peruersorū: Iudęos eosdem in terris & locis, in quibus habitant generaliter, & singulariter conuocando semel, & pluries, ac toties repetitis instantijs, quoties proficere posse putaueris, prout melius fieri poterit prædicationibus salutaribus, monitis, & discretis inductionibus, Euāgelicis doctrinis informās ipsos studeas iuxta datam tibi à Domino gratiam fugatis tenebrarum nubibus ad viam reducere claritatis, vt renati fonte baptismatis reluceant in lumine vultus Christi, & exinde Chorus Angelicus delectetur. Tu quoque ac alij, quos ad prosecutioné tanti negotij duxeris eligendos peremnis boni prĕmiū, nostramq; benedictionem, & gratiam vobis de bono in melius vendicetis. Et vt affectum, quem ad salutē status ipsorū gerit mater Ecclesia percipiant per effectum: tu illos ex eis quos ad susceptionem sacri baptismatis gratia diuina perduxerit, Prĕlatis, ac dominis locorum in quibus tales habitare contigerit ex parte nostra affectatissime recōmendes: vt Deo gratias in recuperanda oue deperdita, & filio prodigo redeunti vitulum exultationis, & gaudij exhibentes eos charitatiue foueant fauoribus, muniant, benigne pertractent, nec ipsos in personis, aut rebus per Iudęos, vel alios indebite molestari permittāt, quin potius in omnibus fauorabiliter, ipsis assistant auxilijs opportunis. Sed forte (quod absit) aliqui ex ipsis in eorum obstinata perfidia perdurantes, & velut aspis surda suas aures incredulas obturantes, ne tui & illorum, quos ad hæc salutis opera deputabis, vocem audiant, vt de tenebris ad lucé exeant incantantium sapienter tuas, & per te ad hæc deputandorum fratrum salutares, conuocationes aspernanter effugerent de istis (si tales inueneris) qui sint in quibus locis, & sub quorum dominio cōmorentur nobis rescribere non omittas, vt circa pertinaces huiusmodi de salutari eorum remedio, sicut expedire videbimus, cogitemus. Vt autē de præmissis auidis nostris conceptibus iuxta nostra desideria satisfiat, frequēter nobis intimare studeas, qualiter commissum tibi negotiū prosperetur, & qualē fructum seminata semina repromittāt. Datum Viterbij secundo Nonas Augusti Pontificatus nostri anno primo.

Nicolai III. anno 1.

Ex Archiuo Inquisitionis Bononiensis in Directorio, p. 53. & 54.

I.

An. 1279.

ANNO Domini millesimo ducentesimo septuagesimo nono, Nicolai tertij anno secundo, Fr. Latinus Malabranca de Vrsinis S.R.E. Cardinalis, e Prędicatoria familia assumptus per Romandiolam, & Tusciā Sedis Apostolicę Legatus cum F. Florio Inquisitore Ferrariensi strenue operam dedit, tùm vt Bonifacius Ferrariēsis neophitus, sub Inquisitionis patrocinio reciperetur cum alijs recenter â Iudęis conuersis, vt constat ex literis Legati, datis Imolæ decimo quarto Kalēdas Martij, Pontificatus Nicolai tertij anno secundo, & vt supplicijs afficerentur aliquot Iudæi cōuersi vrbiū Mātuæ, Aquileię, & Castelli, qui ad vomitum redierant, ab alijs Iudęis peruersi, sacrilegia nefanda committentes, etiam eos brachio sæculari tradendo, si opus esset, & eorum Synagogas, vbi apostatauerant solo ęquarent, Bononiæ expeditę sunt literæ Legati, octauo Kalendas Septembris ad Inquisitorem Lombardię Fr Florium, qui iussa complens plures Iudęorum supplicio affecit, eorumque Synagogas solo æquauit. *Fr. Camillus Campegius, Inquisitor in additionibus ad Zanchinum cap. 56.*

Iudęi supplicijs affecti.

Anno

Anno Christi 1280.

I. An. 1280.

ANNO Domini millesimo ducentesimo octuagesimo, Nicolai tertij anno tertio, qui obijt vndecimo Kalendas Septembris, & vacauit Sedes per sex menses, quidam F. Germanus insignis Ecclesiastes aduersus sectam Flagellantiũ, quę quinquaginta articulos contra Catholicam fidem docebat, declamãs iuxta Mossam in Germania, & in pestilentem colluuiem, eiusque infandos errores inuehens ab eisdẽ Flagellãtibus necatus pro Christi religione occubuit: *F. Michael Pius 1. part. lib. 2. col. 329.*

Martyr ab hæreticis passus.

II. ¶ Eodem anno F. Latinus Vrsinus Cardinalis Legatus, magnam dexteritatẽ in AEmilia, & pręsertim Bononię in reconciliandis hominibus Ecclesię ostendebat. Itaque hunc Nicolaus Pontifex Florentiã ire iussit, vt acerbas inimicitias, quibus ciuitas vniuersa conflictabatur in amicitias cõuerteret. Is porro cũ primũ ad eos venisset, & authoritate Pontificia cũ priuatim, tũ publice, & maxime concione in foro aduocata egisset, tandẽ ciuitati pacẽ restituit, formã Reipublicæ administrandæ ex quiete publica instituit. Matrimonijs eos in uicẽ deuinxit, vadibus altrinsecus datis, in officio cõtinuit obliuionem omniũ, quę patrata fuerant exuitis, & iudiciarijs processibus & priuatis scripturis induxit cautionibus, seu pœnis pecuniarijs atq; alijs à turbis excitãdis, & ab inimicitijs resumendis omnes deterruit: Magistratũ, nec perpetuum nec ex vnica factione, sed mixtũ ex Gibellinis, & Guelphis, scilicet ex illis sex, ex Guelphis octo viros vrbi pręposuit, duobusq; tantũ mensibus potestatẽ illorũ definiuit, & alios deinde succedere iussit ingenti prudentiæ fama, ex rebus fœliciter gestis parta, relicta ciuitate pacata reuersus est, liberaq; iam ciuitas, ac sui iuris facta à quatuordecim viris gubernabatur, primũ lapidẽ Florentię Basilicæ S. Mariæ Nouellæ, quæ ordini Prædicatorũ dicata est die S. Lucæ Euangelistæ, posuit per totam fere Italiã pacis oleam vbiq; depanxit, refractarios cõpescuit, obsequentibus Romanę Sedis benignitatis radios exeruit, hæreses grassantes eradicauit in eos, qui inquisitores fidei iniurijs Parmæ affecerant, ex disciplina Ecclesiastica animaduertit, bona Ecclesię Romanæ à malę fidei possessoribus eripuit, atque Sedi Apostolicę vindicauit, dignitatẽ, authoritatemque Romani Pontificis constanter aduersus plurimos asseruit, Ecclesię orthodoxę Celestinũ V. Pontificẽ sanctissimũ suis studijs impo.uit. *Annales Ecclesiastici nu. . & anno 1294. n. 37.*

Pro Ecclesia munera iniuncta.

Nicolai III. anno 3.

Hæretici puniti.

ANNO Domini 1281. in quo electus est octauo Kalendas Martij Martinus IIII (qui obijt anno 1285 quarto Kalendas Aprilis) F. Ioannes de Podioventoso in Regno Valentino strenuã nauauit operã in Agarenorũ conuersione, plurimis eorũ ipsiuspręḍicatione ad Christũ venientibus. Iam enim florebat ab anno ducentesimo quinquagesimo supra millesimũ in Prouincia Prędicatorũ Hispaniæ studium Arabicũ, & hoc anno idem studiũ statutũ est in cœnobio Valentino, & in capitulo ipso anno celebrato in cœnobio Stellẽsi designatus est lector prędictus F. Ioannes, cui & alijs ordinis Prædicatorum fratribus Rex Aragonũ Petrus tertius iniunxerat curam habere in visitandis, instruendis, & etiam corrigendis neophitis in Regno Valentino, vt ipsorũ fratrũ diligenti cura præfati neophiti in gratia susceptę fidei confirmarentur, à criminibus erroris pristini reuocati: *Verba sunt Regis Petri apud Diagum lib. 2. cap. 47.*

I. An. 1281.

Agareni conuersi.

II. ¶ Eodẽ anno Martinus Põtifex misit F. Iacobum ordinis Prædicatorũ ad Regem Aragonum Petrum, vt numero sæ classis præparatæ in Aragonię litoribus constructę Africę inuadendæ specie, vel sacri Hierosolymitani belli causa, ab eo cognosceret: respondit Rex Põtifici cũ tempus ferret se causam classis instructę reuelaturum, quæ postea

Pro Ecclesia legatio

Anno Christi. 1282.

III.

Siciliæ occupandæ parata apparuit: *Annales Ecclesiastici num. 8.*

¶ Eodem anno mense Ianuarij Bononiæ, ac Ferrariæ à Fr. Florio Inquisitore ordinis Prædicatorum virorum sapientium congregatio facta est, in quâ conuenerunt præter quatuor Doctores Iurisperitos Fr. Raganus Prior Bononiensis, & Magistri Fr. Iulianus Cremonensis, & Fr. Franciscus Renginus & Ferrariæ Fr. Guelicius Prior, F. Christianus Supprior, cum alijs aliorum ordinum viris doctis circa Iudæos recens conuersos ad fidem, qui suis superstitionibus sæpius incidētes ad Moysis sectam reuertebantur, decretumque est, tàm Bononiæ, quàm Ferrariæ, quod seuere ab Inquisitoribus punirentur, non tantum ipsi Hebræi, sed eorum fautores, & protectores, & illi, quorum suasu ad vomitum redierant, atque etiam, vt Synagogæ, in quibus à fide Apostatauerant, destruerentur. In his actibus fuit notarius Fr. Artusius ordinis Prædicatorum, & testes Fr. Bontadus Mediolanensis, & Domnus Henricus à Mainardis, quæ omnia Frater Florius Inquisitor validissime executioni mandauit: *Hæc anno ista contigerunt, & anno secundo Nicolai tertij, qua anno millesimo ducentesimo septuagesimo nono retulimus, Camillus Campegius in additionibus ad Zanchinum, Hugolinum capit. 36.*

Iudæi puniti.

I. *An. 1282.*

Pro Pontifice munus iniūctum.

ANNO Domini millesimo ducentesimo octuagesimo secūdo, Martini quarti anno secundo, ipse Pontifex Kalendis Septembris, apud montem Flasconem commisit Priori Romano ordinis Prædicatorum, vt sedaret Romanas turbas pacemque inter discordes cōciliaret, vt Francisco Nicolai Crescentij inter Proceres vrbicos nomini secundo potestatem faceret, nomine Pontificis, in matrimoniū assumēdi Magdalenā filiā Nicolai Ioannis de insula quarto gradu sanguinis sibi coniūctā, vt ea cōiūctione vrbs pacaretur, & discordiæ tollerentur: *Annales Ecclesiastici num. 4.*

Martini IIII. anno 2.

I. *An. 1283.*

ANNO Domini 1283. Martini IIII anno tertio, F. Raymundus Martinus eruditione præstans linguarum Hebraicæ, & Arabicæ cognitione clarus duo doctissima volumina edidit, & ad conuincendum Iudæorum perfidiam apprime necessaria, alterum præscripsit Capistrum Iudæorum, alterum vero pugionem Iudæorum appellauit: quibus præter alia quam plurima docet multa loca sacræ Scripturæ corrupta esse, ac vitiata ab eis. De quibus meminit Nicolaus Lyranus pro se eundem F. Raymūdum Martinum afferēs. Laborauit indefesse doctissimus vir in Iudæorū conuersione, & quā plurimos disputationū cōgressibus cōuincens ad verā fidem traxit: *Diagus lib. 2. cap. 28.*

Iudæi explosi.

II.

¶ Eodem anno Pontifex Martinus Fratrē Pyrronum de Aydeno Siculū, & F. Antonium de Monte, Apulum ordinis Prædicatorum in Siciliam misit, qui Siculos hortarentur, vt à Rege Aragoniæ ad Romanam Ecclesiā deficerent. Hi Messanā ad S. Mariā de Scalis aduecti Gullielmū Mamacis Abbatem, vt à Romano Pontifice in mandatis acceperant conuenerunt, illiusque opera vsi sunt. Porro re detecta Iacobus infans Petri Aragonij Regis filius fratres Prædicatores cepit, & vt pacem cum Pontifice tractarent Romam remisit: *Annales Ecclesiastici num. 3.*

Pro Ecclesia munus iniūctum.

I *An. 1284.*

ANNO Domini 1284. Martini IIII anno quarto, apud vrbē Veterē secūdo Nonas Iunij, ipse Pōtifex iniūxit Prouincialibus ordinis Prædicatorum, & Minorum in Sardinia, Gallijs, Corsica, & alijs Prouincijs, vt sacrum bellum prædicarent contra Petrum Aragonium Regem, qui Siciliam occupauerat Siculorum voluntate, & ius Regni, etiam Aragonij, & Valentini ei abrogauit Pontifex

Pro Pontifice munus iniūctum.

Anno Christi 1285.

Carolo Valesij Comiti illud attribuẽs, Rex autem Petrus quia Pontifex Martinus, nomen ei regium sanctione abrogarat, vetueratque ei, Rex adscribi, per superbam ludificationẽ Pater duorum regnorum marisque Dominus scribebat. Eodem anno Pontifex, apud Castrum plebis Perusinæ diœcesis octauo Kalendas Octobris Priori Moguntino Ordinis Prædicatorum authoritate Apostolica indulsit, vt Henrico Lanthgrauio Hassiæ, qui cum Theodorica Comitis Cliuensis sorore, in quarto gradu contraxerat, potestatem faceret, in matrimonio iam contracto perseuerandi. *Annales Ecclesiastici num. 3. & 4.*

II. ¶ Eodem anno Parmæ, in Lombardia quoddam accidit admirandum, Fr. Florius de quo supra, diligentissimus hęreticæ prauitatis Inquisitor, in Lombardia, inter innumeros, quos combussit hæreticos, quandam mulierem relapsam Parmę rogo imponendam, dum curat: ecce conspiratione facta hæreticorum, qui in pellibus ouium erant excitatoque tumultu magna seditio repente orta est, & à multiplici sacrilegorum hominum grege, ad Cœnobium Prædicatorum, in quo Inquisitor erat concurritur. Vbi valuis Ecclesiæ confractis tecta lapidibus obruerunt, & ipse Inquisitor reliquique fratres capitalibus iniurijs, ac diuersis vulneribus affecti sunt, nonnulli etiam fustigati, quorum vnus ex contractis vulneribus, nõ multo post expirauit. Tandem direpto expilatoque cœnobio alumni fratres, ab illius vrbis terminis cedentes malitiæ recesserunt, quod sane flagitium Legatus Pontificis Fr. Latinus de Visiorio Cardinalis, ferre non sustinẽs excõmunicatione mulctauit Magistratum, & ciuitatem & interdicto supposuit. *Paramus lib. 2. cap. 30. num. 13.*

Cœnobiũ expilatũ pro exercẽdo Inquisitionis sancto officio

Frater vnus martyrio affectus.

I. ANNO Domini millesimo ducẽtesimo octuagesimo quinto Martino quarto extremũ diẽ cõplẽte quarto Kalend. Aprilis electus est in

An. 1285.

A Pontificẽ Nonis Aprilis Honorius quartus (qui obijt anno millesimo ducentesimo octuagesimo septimo, tertio Nonas Aprilis) iste Pontifex initio Pontificatus videlicet Nonis Maij Bullam expediuit, quæ incipit: *Olim, sicut accepimus, dilectus filius Fr. Florius, & c.* Romã citat, & vocat communitatem, & Magistratum Parmensem, Potestatem, Capitaneum, Ancianos, Primicerios, Consiliarios, & Commune prædictæ ciuitatis, & iubet, vt infra vnius mensis spatium, coram se veniant, ad recipiendã

Honorij IIII. anno 1.

Fautores hæreticorum puniti.

B pœnitentiam, & punitionem, pro tanto facinore commisso aduersus Inquisitorem Parmensem Fr. Florium, & Cõuentum Prædicatorum Parmensem, vt anno precedenti ostẽdimus occasione cuiusdam mulieris relapsę rogo ab Inquisitore imponendæ. Pontifex autem in hunc modum rescripsit, quid vero exin de fratribus Prędicatoribus Parmæ accidisset clarissime renunciauit. ita habet.

C *HONORIVS Episcopus seruus seruorum Dei venerabili fratri Episcopo Parmensi salutem, & Apostolicam benedictionem.*

Olim sicut accepimus, dilectus filius Fr. Florius Ordinis Prædicatorum Inquisitor hęreticę prauitatis, in partibus Lombardiæ à Sede Apostolica deputatus, quandam mulierem crimine dictę prauitatis infectam, quam post abiurationem ipsius criminis, in idem commiserat fuisse relapsam; de crimine ipso sententialiter exigente iustitia legitime condemnauit, quæ subsequenter

D curię sæculari relicta de mandato Potestatis Parmensis fuit propter hoc incendio deputata. Verum nonnulli, qui in loco incendij prædicti conuenerant, & etiam quamplures alij, ex diuersis prædictæ ciuitatis partibus confluentes diabolico spiritu concitati, ad locũ fratrum dicti ordinis in ciuitate prędicta morantium hostiliter cõcurrerunt, ac in prędictum locum impetum faciẽtes valuas Ecclesiæ confringere, tecta lapidibus obruere, & officinas loci eiusdem violenter ingredi pręsumpserunt,

Anno Christi, 1285.

Honorij IIII. anno 1.

ac libris, vestibus, & rebus alijs eorundem fratrum inique direptis nonnullos ipsorum verberibus, ac vulneribus affecerunt, quorũ vnus post paucos dies ex illatis sibi vulneribus expirauit. Vnde præfati fratres his alijsque diuersis iniurijs damnis, & grauaminibus, per eosdem malefactores affecti, non audentes in prædicto loco absque personarum periculo remanere exinde, cedentes mali"tę recesserunt. cumq; tam grauis excessus, tamque notorius, ad venerabilis fratris nostri, Fr. Latini Ostiensis Episcopi, tunc in partibus illis Apostolicę Sedis legati notitiam peruenisset, idem Episcopus intellecto, quod illi, per quos tunc prædicta ciuitas regebatur, & Commune ipsius ciuitatis, ad correctionem tam enormis, & euidentis facinoris, prout spectabat ad eos procedere negligebant, Potestatem, Capitaneum, Ancianos Primicerios, Consilium, & cõmune ciuitatis eiusdem, per suas literas, sub certa forma citauit, vt ijdem Potestas, & Capitaneus, vel eorum alter, cum certo Ambasiatorum numero, & sufficienti syndico ciuitatis prę fatę, coram eodem Episcopo certis loco, & termino personaliter comparerent. Et licet dictus Capitaneus, cum quibusdam ambassiatoribus, & syndico in prę fixo termino, ad ipsius Legati pręsentia n accessisset, quia tamen iuxta formam citationis prędictæ nullus prædicto communi sufficiens syndicus comparuit, coram eo etiam post dictum terminum diebus pluribus expectatus: idem Episcopus prętatos, officiales, & Commune reputans contumaces propter hoc in ipsos officiales, & consiliarios ciuitatis eiusdem excommunicationis, & in ciuitatem prædictã interdicti sententias promulgauit. Postmodum verô ambasiatoribus, & syndicis dicti communis fœlicis recordationis Martino Papæ prædecessori nostro humiliter supplicantibus: vt cum officiales, & commune ciuitatis ipsius parati essent, super huiusmodi contumacia eiusdem prædecessoris, & Apostolicæ Sedis mandato, & beneplacitis obedi-

A re, ac de stando iuri, super excessibus offensis, & iniurijs supradictis impendere sufficientem iuratoriam, & fideiussoriam cautionem, præfatas excommunicationis, & interdicti sententias facere relaxari, prædecessor ipse volẽs in hac parte, non asperitatem rigoris, sed lenitatis mansuetudinis obseruare cautionem, eandem nomine Potestatis Capitanei, & aliorum prædictorum, ab ambasiatoribus, & syndicis præfatis oblatam, & pro parte etiam adimpletã admisit: tibique suis literis dedit in mã-

B datis, vt receptis à præfato communi fideiussoribus idoneis, personis scilicet singularibus de mille marchis argenti, quod super prędictis omnibus dicti prędecessoris, & Ecclesiæ Romanæ mandatis, & beneplacitis parerent omnino illis, quos eiusdem excommunicationis contingebat sententia, iuxta formam Ecclesiæ beneficium absolutionis impenderes, si illud â te humiliter postularent, ac interdictum huiusmodi sublata difficultate authoritate Apostolica relaxares iniuncto talibus, quod

C de iure existeret iniungendum: & nihilominus Potestatem, Capitaneum, Ancianos Primicerios Cõsiliarios, & commune præfatos ex parte prædicti prędecessoris perẽptorie citare curares, vt infra vnius mensis spatium post citationem tuam per se, vel per syndicos, seu procuratores idoneos ad hoc sufficienter instructos, coram prædecessore cõparerent prędicto super excessibus offensis, & iniurijs huiusmodi ipsius prædecessoris, & Apostolicæ Sedis bene-

D placitis parituri, ac facturi, & recepturi super his quod ordo exigeret rationis: tuque mandatum Apostolicum fuisti super hoc iuxta formam, per prædictas literas tibi traditam executus. Et quanquam Potestas, Capitaneus, Anciani, Primicerij, Consiliarij & Commune præfati, per syndicos infra huiusmodi terminum eis â te prę fixum, coram prędecessore cõparuerint supradicto, nullus tamen in huiusmodi negotio vlterius habitus est processus. Nos igitur in huiusmodi negotio iuxta officij nostri

debi-

Anno Christi 1288.

debitum efficaciter procedere intendentes fraternitati tuæ, per Apostolica scripta mandamus, quatenus Potestatem, Capitaneum, Ancianos, Primicerios, Consiliarios, & Commune prędictæ ciuitatis, ex parte nostra per te, vel per alium peremptorie citare procures, vt intra vnius mensis spatium post citationem huiusmodi per se, vel per syndicos, seu procuratores idoneos ad hoc sufficienter instructos nostro se conspectui repręsentent: super excessibus, offensis, & iniurijs supradictis nostris, & eiusdem Sedis parituri beneplacitis & mãdatis, ac facturi, & recepturi super his, quod ordo dictauerit rationis. Diem vero citationis, & formam, & quidquid inde feceris nobis per tuas literas harum seriem continentes studeas fideliter intimare. Datum Romę, apud S. Sabinã, Nonis Maij, Pontificatu nostri anno primo. Hactenus Honorius contra Parmenses in causa fidei Catholicę. *Annales Ecclesiastici numero. 12. F. Michael Pius 2. part. libr. 1. columna 90.*

II. *Pro Ecclesia munus iniũctum.*

¶ Eodem anno Honorius Pontifex Romę apud S. Sabinam decimo tertio Kalendas Ianuarij commisit Prouinciali Lombardiæ Ordinis Prædicatorũ vt contra Marchionem Montis Ferrati, qui rumore incerto ferebatur, Episcopum Terdonensem occidisse, inquireret, & si inculpabilem eum reperisset, vt ei purgationem canonicam indiceret, ad cautelam absoluerent, atque pœnitentiam salutarem imponerent. Insuper Pontifex Prouinciali Poloniæ eiusdem Ordinis potestatem fecit, vt in censuris, & irregularitatibus à Capelanis Lesci Ducis Cracouiensis anathemate damnati, coram quo diuina celebrauerant, & ideò in irregularitatis Canoné inciderant, dispensaret. *Annales Ecclesiastici num. 11.*

I. *An. 1288*

ANNO Domini millesimo ducentesimo octuagesimo octauo mortuo Honorio quarto anno millesimo ducentesimo octuagesimo septimo, tertio Nonas Aprilis post decem mensium, & decem & octo dierum interregnum Nicolaus quartus assumptus est ad Pontificatum, octauo Kalendas Martij (qui obijt anno millesimo ducentesimo nonagesimo secundo pridie Nonas Aprilis) Hic Pontifex Reate Nonis Septembris Pontificatus primo in Bulla *cum hora, &c.* de verbo ad verbum integre concessit priuilegia Innocentij quarti fratribus Prædicatoribus euntibus ad prædicationem Sarracenorũ, Paganorum, Gręcorum, Bulgarorum, Cumanorum, Æthiopum, Armenorum, Tartarorum, Indorum, cæterarumque gentium infidelium, de quibus supra mentionem fecimus. Porro fratres huiusmodi fauoribus, & gratijs animati maximos in Christiana re progressus fecerunt, *Fr. Abraham Bzouius de Prouincia Polonia cap. 3. Fr. Michael Pius 2. part. libr. 1. columna 90.*

Nicolai IIII. anno 1.

Infidelib. prædicatur.

II. *Pro Pontifice legati*

¶ Eodem anno Nicolaus Pontifex Romæ Idibus Martij, cum Carolus secundus Tarentinus Princeps, in custodia Alphonsi Regis Aragonię hactenus detineretur, tres viros grauissimos, duos ex eis, ex Ordine Prædicatorum, ad Regem Alphonsum misit, Fr. Bonifacium è Lauania Archiepiscopum Rauenatem, virum magno rerum vsu, & prudentia singulari, Fr. Raynerium Viterbiensem ex Ordine Prædicatorum, & Petrum Archiepiscopum montis Regalis, qui cum in viam se dedissent, magna spes omnibus facta est fore, vt res è sententia conficeretur, cùm propter eorum virtutem, tum quia fratres Prędicatores, ex quibus duo in ijs erant, ita ad Pontificum maximorum sensum pro pensionemque incensi videbantur, atque ob eam rem ad Caroli partes sequẽdas, vt alio anno dum Augustam Siciliæ oppidum, quod paulo ante vna cũ arce Galli ceperant, Aragonenses ingressi essent, & per vicos pręliarentur se se etiam in Aragonenses Prædicatores fratres numero tredecim pugnę, pro iuribus Ecclesiæ, cum Gallis, qui

Anno Christi, 1288.

Nicolai IIII. anno 1.

ex arce eruperant immiscuerint. itaquè cum recenti succedēte Aragonensibus subsidio Galli cum ipsis Prędicatoribus recipere se in arcem tandem cogerentur, ex ijs cum sex tantum receptus in arcem patuisset exclusi reliqui, ad quinquè interfecti sunt, duo capti. Profecti igitur legati Alphōsum tertio Idus Septembris Iaccæ conuenerunt, diemquè ei apud Apostolicam Sedem dixerunt vt rationem redderet, cur vna cum Iacobo fratre Regnum Siciliæ vsurparet, perturbaret, & Carolum Principem dimittere contemneret. Audiuit Nuncios Alphonsus, & se obsequentem fore mandatis ostendit, si modo illi tutum esset Romanum Pontificem accedere, conuenit tandem vtrinquè vt Carolus Princeps dimitteretur his legibus. Primo Carolus Valesius annuente Sede Apostolica iuri à Martino quarto Pontifice, in Regnum Aragoniæ adquisito renunciaret. Deinde Philippus Rex Galliarum arma contra Alphonsum Regem Aragoniæ deponeret. Insuper Alphonsus rationem Sedi Apostolicæ redderet occupatę à Iacobo fratre Rege Siciliæ. Præterea Carolus Princeps quinquaginta millia nūmûm, triginta quidem millia aureorum, in pręsens numeraret, pro viginti autem in futurum persoluendis cautionem iuratoriam, & fideiussoriam exhiberet, atquè Eduardus Rex Angliæ proeo fide iuberet. Tres item filios maiores natu, & quadraginta primogenitos Procerum Prouincię Burgensis obsides ab Alphonso Rege electos Carolus Princeps daret, &c. *Annales Ecclesiastici numer. 2. 3. & 4.*

III. *Pro Pontifice munus iniunctum.*

¶ Eodem anno cum plurimi Genuensium Duce Rogerio Auria hactenus, contra Carolum, & Ecclesiam, sub signis merentes, Siculisquè anathemate damnatis plurimam opem ferentes ijsdem diris se se implicauerant, domum reuersi Ecclesiæ Conciliari, & sacris communicare postulabant. Nemo præter Summum Pontificem eos exsoluere, aut poterat, aut audebat. Huic itaquè supplices facti obtinuerunt

A vt is Fr. Iacobo de Voragine Ordinis Prædicatorum potestatem faceret pœnitentes absoluendi ex Reate decimoquinto Kalendas Iunij. *Annales Ecclesiastici num. 6.*

IIII. *Pro Ecclesijs munus iniunctum.*

¶ Eodem anno cum grandimontensis religio, non postremo loco habita, siue per negligentiam Prælatorum, siue per occasiones bellorum multum à primo viuendi genere in Gallijs deflexisset, neque monitore Honorio quarto Pontifice maximo, ad strictum vitæ genus redire curaret, com-B misit Nicolaus Papa apud Sanctum Petrum Septimo Kalendas Maij, Fratri Bernardo Ordinis Prædicatorum Prouinciali Francię, vt in delinquentes monachos, ex legibus Ecclesiasticis animaduerteret, & id quidquid collapsum in moribus, vel ritibus fuerat, corrigeret, adeoque ad formam promissionis, Religionem vniuersam conformaret. *Annales Ecclesiastici numer. 10.*

V. *Inquisitores contra Iudaos.*

¶ Eodem anno Nicolaus Pontifex Reate, Nonis Septembris, quia in Ger-C mania à Christianismo ad Iudaismum plures transibant, scripsit Inquisitoribus Ordinis Prędicatorum, contra Iudæos eam, quæ sequitur, constitutionem.

Turbato corde audiuimus, & narramus, quod non solum quidam de Iudaica cæcitatis errore, ad lumen Christianæ fidei conuersi, ad priorem reuersi esse perfidiam dignoscuntur: verum etiam quamplurimi Christiani veritatem Catholicæ fidei abnegantes se damnabiliter, ad ri-D tum Iudaicum transtulerunt, quod tanto magis reprobum fore cognoscitur, quanto ex hoc Christi nomen sanctissimum quadam familiari hostilitate securius blasphematur. Cùm autem huic pesti damnabili congruis, & festinis deceat remedijs obuiare, vniuersitati vestræ, per Apostolica scripta mandamus, quatenus infra terminos vobis, ad inquirendum contra hæreticos authoritate sedis Apostolicæ designatos super præmissis, tam per Christianos, quam etiam per Iudæos Inquisita diligenter, & solicite veritate, con-

tra omnes quos talia inueneritis hactenus comisisse, ac committere in futurum, tanquam contra hæreticos, contra fautores quoque, receptatores, & defensores eorum tamquam contra fautores receptatores, & defensores hæreticorum procedere studeatis. Iudæos autem, qui Christianos vtriusquè sexus, ad eorum ritum exe crabilem induxerint, aut inueneritis de cætero inducentes pœna debita puniatis. Contradictores, per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo vocato ad hoc, si opus fuerit auxilio brachij sæcularis. Datum Reate Nonis Septembris Pontificatus anno primo. Annales Ecclesiastici num. 9.

I.

An. 1289.

Pro Ecclesiæ munus initum.

ANNO Domini millesimo ducētesimo octuagesimo nono, Nicolai quarti anno secundo, ipse Pontifex totis visceribus cupiens Syriā terram nostræ Redemptionis â Sarracenis liberare Prouinciali Romano Ordinis Prædicatorum iniunxit, vt triginta fratres diuini verbi præcones insigniores, tum reliquis Prouincialibus, & ministris, vbique terrarum, vt tot quot possent prædicatores Crucis militię destinarent, qui populo Christiano piam militiam indicerent, omnesque ad suscipienda arma, vel ad subsidia ferenda inuitarent, decimationem quoque bonorum, & fructuum Ecclesiasticorum in triennium omnibus Ecclesijs imposuit, &c. *Annales Ecclesiastici num.* 1.

II.

Inquisitores contra hæreses.

¶ Eodem anno Nicolaus Pontifex, cum in Italia occasione bellorum ciuilium, quam plurimæ hæreses emergentes plures prouincias infecissent, non sibi ferendum putauit nobiliorem Christiani orbis partem colluuie perfidorū contaminari. Quamobrem anathema strinxit, in omnes promiscue hęreticos & Inquisitoribus Lombardiæ Ordinis Prædicatorum, Beneuentanæ prouinciæ, Genuæ, Emiliæ, Insubriæ, & reliquarum Italiæ ditionum, & Regni Siciliæ præcepit Romæ decimo Kalendas Maij, vt tam in eos, quàm in fautores

A recipientes defendentesque disciplinā Ecclesiasticam exercerent. Cæterum ne tantummodo, in eos agere videretur, etiam constitutiones Imperatoris Friderici secundi, in eos latas voluit cōfirmare, vt tanto magis efficacius eos afficerent, quo ab authoritate Apostolica maius robur accepissent. *Annales Ecclesiastici, num.* 7.

III.

Pro Ecclesiæ munus initum.

¶ Eodem anno, cum apud Pontificem dissensiones inter Regem Portugaliæ Dionysium, & Episcopos, & clerum eiusdem Regni agitarentur Nicolaus præfecit, Fr. Latinum Cardinalem B Ostiensem, & Veletrensem Ordinis Prędicatorum, & tandem istæ discordiæ finem hoc anno acceperunt. Pontifex enim dato apud Sanctam Mariam Maiorem, Nonis Martij Pontificatus anno secundo diplomate authoritate Apostolica approbauit conditiones, & pacta ex consensu mutuo vtriusquè partis transacta, Priorique Ordinis Prædicatorū ciuitatis Vlisiponensis, & Guardiano Ordinis Minoris, vt ex more Ecclesiæ recepto â Rege Dionysio, & re- C liquis, qui deliquerant iuramentum dé parendo mandatis Ecclesiæ, & obseruandis pactis conditionibus reciperent commisit; eisquè potestatem fecit adeoquè præcepit, vt tam Regem, quá reliquos anathemate exoluerent, & vniuerso Regno sacra interdicta, inter dicto Ecclesiastico sublato restituerēt vniuersumquè Regnum multis in rebus pietatis deformatum ad normam Ecclesiasticam conformarent. Monuit etiam Dionysium Regem, ne amplius res, aut personas Ecclesiasticas viola- D ret, vt veram pietatem coleret, & Regnum â cōtemptu sacrorum inueterato expurgari curaret. *Annales Ecclesiastici numero* 10.

ANNO Domini millesimo ducētesimo nonagesimo primo Nicolai quarti anno quarto, in Comitijs Generalibus Ordinis Prędicatorum in Conuentu Palentino S Pauli a-

Anno Christi 1291.

pud Hispaniam celebratis, statutum fuit ad conuersionem Iudęorum, & Agarenorum, cui diligenter familia nostra incumbebat, vt in Cœnobio Setabitano (Hispane de Xatiua) in Regno Valentino linguarum Hebraicę, & Arabicæ studia erigerentur, ex quo viri eruditi egredientes prædicatione sua Iudęorum, & Agarenorum plurimos, ad Christum ducebant, quorum fructus mirabiles perpendens animo Blácha Aragonię Regina, vxor Iacobi secúdi ducentarum librarum censum annualem reliquit in testaméto, quæ quotánis in festo S. Michaelis fratribus Prædicatoribus Conuentus Setabitani prę dictarum linguarum cognitioni incúbentibus, ad habitum, & vestes darentur, *Diagus lib. 1. cap. 2.*

Iudęorum & Agarenorum cõuersio.

II. ¶ Eodem anno Nicolaus Pontifex apud Vrbem veterem decimo Kalendas Septembris iniunxit officium prædicandæ sanctæ Crucis, ad res Christianorum in Syria iuuandas fratribus Prædicatoribus, & Minoribus, qui in vniuersis prouincijs verba ad populum facerent, atque vniuersos, & singulos ad suppetias ferendas allicerent, proposita remissione peccatorum his, qui vel pecunias, vel arma, vel commeatum reliquum Cruce signatis contulissent, vel ipsi arma contra Sarracenos assumpsissent, *Annales Ecclesiastici num. 6.*

Pro Pontifice munus iniũctum.

III. ¶ Eodem anno die vigesima septima mensis Nouembris Otho Archiepiscopus Mediolani synodo Prouinciali Episcoporum, & vniuersi cleri congregata, fratre Stephanardo Ordinis Prædicatorum verba ad omnes faciente, plurimos Christi fidelium ad auxilia terrę Sanctæ à Sarracenis oppressę authoritate Summi Pontificis Cruce signauit, *Annales Ecclesiastici num. 11.*

Pro Ecclesia munus iniũctum.

I. ANNO Domini millesimo ducentesimo nonagesimo secúdo pridie Nonas Aprilis obijt Nicolaus quartus, & vacauit Sedes per biennij & trium mensium spatium, vsque

An. 1292.

A ad Celestinũ quintum (qui anno millesimo ducétesimo nonagesimo quarto, assũptus est ad Pótificatũ Nonis Iulij) Rex Aragoniæ Iacobus secundus Barchinonę decimo Kalendas Maij, cum in Aragonia, & Italia hæreses passim volitarent, in fauorem fratrum Inquisitorum Ordinis Prædicatorum contra hęreticos eam, quæ sequitur, legem tulit.

Sede vacante.

Pro Inquisitoribus cõtra hæreticos.

¶ Quoniam fidei Catholicæ defendendæ pariter, ac promouendæ sanctum negotium, illos potius viriliter de-

B cet assumere, quibus ex officio potestatis, & dignitatis incumbit, tanta circumspectione regere, & gubernare subiectos, vt ab impiorum non solum violentia, sed etiam fraudulentia conseruentur immunes, & si terrena potestas cęlesti potestati, à qua esse dignoscitur deuotæ subiectionis obsequiũ, ac fidelitatis debitum reddere fideliter comprobetur: Nos IACOBVS Dei gratia Rex Aragonum, Siciliæ, Maioricarum, & Valentię, ac Comes Barchinonensis volumus, & ordinamus, ac præ-

C senti statuto inuiolabili, atque perpetuo firmiter stabilimus, quod omnes hæretici cuiuscumque sectę nomine cẽseantur, eliminentur, extirpentur, & exterminentur de cunctis terris, & locis dominationi nostræ subiectis, ne infectionis suæ contagione pestifera fidem simplicium corrumpere valeant, aut in aliquo deprauare. Quod, vt perfectius, & commodius expleri valeat, ac debitæ executioni mandari districte præcipiendo mandamus vobis vniuersis, &

D singulis baiulis nostris, iustitijs, Salmedinis, Merinis, Alcaldis, iuratis, emptoribus reddituũ, necnon & Vicarijs, paciarijs, & alijs officialibus nostris quocũmque vocabulo nominentur in Aragonia, Cathalonia, & in Regno Maioricarum, & Valentiæ institutis, & in posterum instituendis, quod ad notificationem, seu denunciationem dilectorum fratrum Ordinis Prædicatorũ, qui nunc sunt, vel erunt in posterum hæreticæ prauitatis Inquisitores faciatis, cóplea-tis, & executioni mandetis, siue in ca-

Anno Christi. 1294.

piendo homines, & incarcerando eosdem, siue in alijs, quæ ad ipsius Inquisitionis negotium pertinere videbuntur, cum & ipsi in huius Inquisitionis officio Romanæ Ecclesiæ authoritate funguntur, quidquid per se, vel per alios nuncios suos, ex parte Domini Papæ, & nostra vobis mandauerint exequendum, si de nostri confiditis gratia vel amore. Et hoc volumus, quod faciatis quotiescunque, & vbicumque ab eis vel ab altero eorum fueritis requisiti. Nos enim ipsum negotium fidei, pro quo & in quo dicti fratres laborare intendunt, omni occasione remota ex corde, & cura peruigili ad Dei gloriā ipsius fidei exaltationem, & Ecclesiæ Romanæ reuerentiam promouere intendimus, & iuuare volumus insuper, & mandamus, quod cum dicti Inquisitores, vel alter eorum habeant ire, & discurrere, per terras dominationi nostræ subiectas, nullum eis, nec familiæ, nec equitaturis, nec alijs bonis suis impedimentum, vel contrarium faciatis, nec fieri permittatis, sed si necesse fuerit requisiti ab eis prouideatis ijsdem de securo transitu & ducatu. Similiter etiam volumus, & mādamus, quod prouideatis ijsdem in expensis, & soluatis omnes sumptus, quos ipsi pro dicta Inquisitione fecerint, tam in equitaturis, quam in alijs, prout ipsi vobis dixerint, quotiescumque ab ijs, vel ab altero ipsorum fueritis requisiti. Datum Barchinone decimo Kalendas Maij anno millesimo ducentesimo nonagesimo secundo. *Annales Ecclesiastici num. 5. ex Diago in historia prouincia Aragoniæ, lib. 1. cap. 16.*

An. 1294.

ANNO Domini millesimo ducentesimo nonagesimo quarto, sub Celestino quinto, qui Nonis Iulij assumptus est ad Pontificatum, & sub Bonifacio octauo, qui post abdicationem Celestini nono Kalendas Ianuarij est electus (qui obijt anno 1303. quinto Idus Octobris) Sceleratissimi

Hæretici extincti.

A hæretici orti sunt ausi, sibi vendicare Apostolorum nomen, & non solū plurimos simplices, & imprudentes in errorem adduxerunt, sed peculiarem etiam Religionem impudenti audacia confingentes multorum animas pestilenti doctrina perdiderunt donec à fratribus Prædicatoribus, in Lombardia hæreticæ prauitatis Inquisitoribus exterminati sunt, *Paramus lib. 2. titulo 3. capit. 4.*

Celestini V. anno. 1.

B

I.

An. 1295.

ANNO Domini millesimo ducentesimo nonagesimo quinto Bonifacij octaui anno primo, ipse Pontifex, Romę apud S. Petrum sexto Idus Decembris, Fr. Guillelmum Ordinis Prędicatorum electum Vrgellitanum Episcopum, virum industrium in Siciliam legatum misit, & tunc Constantiæ Reginæ, tum Friderico, & Petro Regi Sicilię scripsit, tum reliquos Proceres Siculos admonuit insulam Siciliæ iuris Ecclesiæ esse sinerent, adeo què Romanę Sedi restituerent. *Annales Ecclesiastici num. 5.*

Pontificis legatus.

C

II.

¶ Eodem anno Bonifacius Pontifex Fr. Dytherium Ordinis Prædicatorū, Adolphi Regis Romanorum fratrē ad ipsum Adolphum Regem in grauissimis negotijs Reipub. Christianæ, & precipue ad conciliandam pacem inter eū & Regem Gallorum destinauit Veletri decimo Kalendas Septembris, *Annales Ecclesiastici num. 18.*

Pro Ecclesia legatus

D

I.

An. 1296.

ANNO Domini millesimo ducētesimo nonagesimo sexto, Bonifacij Octaui anno secundo Fr. Guido Ordinis Prædicatorum Inquisitor Ferrariensis, cum cognosceret Hermanum hæresiarcham, à cuius morte trigesimus iam trāsierat annus, in Cathedrali Ecclesia sepultum, vt sanctū à Ferrariensibus venerari, Inquisitione diligentissima de vita illius facta hæreticum fuisse declarauit, & ossa illius

Hæresiarcha effossus, & combustus.

effossa

Anno Christi. 1297.

Bonifacij VIII. anno. 3.

effossa comburi fecit. *Paramus lib. 2. titu. 3. ca. 5. nu. 38. Castillus 2. p. li. 1. cap. 6.*

II. *Pro Ecclesia munus iniunctum.* ¶ Eodem anno Bonifacius Pontifex Anagniæ sexto Idus Septẽbris Priori Ordinis Prædicatorum, & Guardiano Ordinis Minorum, vt Caietanos ciues ob participationem cum Siculis anathemate astrictos absoluerent potestaté fecit, *Annales Ecclesiastici nu. 6.*

III. *Pro Ecclesia munus iniunctum.* ¶ Eodem anno Iacobus secundus Rex Aragoniæ, in gratiam Pontificis Bonifacij conatus est, vt Ecclesiæ, & Carolo Regi Regnum Siciliæ à Friderico fratre restitueretur, In primis enim Fr. Petrum Corbalium ordinis Prædicatorum Magistrum in Theologia eruditum summa in rebus agendis dexteritate virum ad Fridericum fratrem destinauit, qui eum à bello contra Carolum auerteret. Quod si nollet bellum ei nomine suo denunciaret seque futurum copiarum Ecclesię contra eum, & Siculos ducem, ediceret Nihil profecit, Fr. Petrus apud Fridericum, nã is insolenti animo ex victorijs frequẽtioribus factus aduersus fratrem, sibi arma esse in promptu dixit; & ostendit, *Annales Ecclesiastici num. 4.*

IIII. *Inquisitor hæreticæ prauitatis.* ¶ Eodem anno Fr. Bernardus Guido Inquisitor Tolosanus strenuam operam in hæreticis exterminandis nauabat, nulli labori parcẽs, vt eos extinguer et, & eradicaret, ab eadem prouincia, *Fr. Michael Pius 1. par. lib. 1. col. 119.*

An. 1297. *Pro Ecclesia munus iniunctum.*

ANNO Domini millesimo ducẽtesimo nonagesimo septimo, Bonifacij octaui anno tertio, Põtifex apud Vrbẽ veterem septimo Idus Iulij vniuersis Inquisitoribus ex Ordine Prædicatorum, & Minorum institutis, vel in posterum instituendis precepit, vt contra Columnenses, tanquam schismaticos, & schismaticorum fautores, necnon contra complices, fautores receptatores, consilium, vel auxilium eis dantes procederent, atque pro cõcionibus publicis diras contra eos Sedis Apostolicę promulgatas diuulgarent, *Annales Ecclesiastici num. 4*

An. 1299. *Pro Ecclesia relegati.*

ANNO Domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono Bonifacij octaui anno quinto, cum Eduardus Angliæ Rex Scotiam inuaderet, Episcopósq; carceribus mancipar et, & Pontifex ostendisset Regnũ Scotiæ, non Anglici iuris, sed Ecclesiastici esse, & pro Scotis totis viribus iugum Anglicanum aspernantibus sententiam tulisset, iterum Scotiam aggressus armisque subigens, tyrannidem extremam exercuit, omnes viros eruditos Oxoniã relegauit. Verebatur enim ne illorum doctrina effecti sapientiores Scoti iugum reijcerent; ex his precipue Canonici mendicantes, ac reliqui aliorum generum monachi excellebant, ex solis fratribus Prædicatoribus, qui in Monasterio Enuernes degebant, vndecim Doctores Theologos ablegauit cõtra iura Ecclesię, & decretum Pontificis, &c. *Annales Ecclesiastici num. 6.*

I. *An. 1300.* *Hæresiarchæ cremati.*

ANNO Domini 1300. Bonifacij octaui anno 6. Geraldus Segarellus Parmensis, & Dulcinus Nouariensis non tantum Parmam, sed multas alias Italię in Insubria ciuitates falsis dogmatibus infecerant. Quod enim Apostolorum vitam, & mores se dicerent imitari breui, quam plurimis seductis sectam fecerant, quam orthodoxi pseudoapostolorũ appellabant: hi Christi Apostolos se vocabant, sub nullius obedientia viuebant, sed tantum se subiectos soli Deo asserebant; publice mẽdicabant tunica alba, ac desuper pallij albi instar, mantello ad collum eleuato induebantur, super tunica non corrigia de corio, sed funiculo adstringebãtur; crines longos nutriebant, caput non operiebant, sed nudato vertice & nudis pedibus incedebãt, quandoq; soleis subductis vtebantur, seu sandalijs per vrbes & vicos discurrebant, pœnitentiam per pagos & plateas prædicabant: virus hæresium variarum disseminabant: cantabãt per vias publicas, Agite pœnitentiã

quia

quia appropinquat Regnum cœlorum: aliquando, Salue Regina concinebant, atque vitam se soli tenere Apostolicam mentientes, suam colluuiem ordinem Apostolorum vocabant viginti, & amplius hæreses non dissimiles in multis, ab Vvaldensium, & Pauperum de Lugduno, cum autem Inquisitor Parmensis, Fr. Manfredus Orsinis Prædicatorum prædictum Gerardum Segarellũ hæresiarcham talibus irretitum erroribus comprobasset, in eum manus injiciens, & duro carceri mancipans, quinto Kalendas Augusti publice concremauit. *Paramus lib. 2. titu. 3. capit. 4. numero. 19.*

II. *Heretica effossa & combusta.*

¶ Eodem anno Inquisitor Mediolanensis Ordinis Prædicatorum effodi iussit Guillelmam fœminam, quæ ficta & simulata sanctitate tantã sibi apud vulgus opinionẽ cõciliauerat, vt à fide Catholica numerosam, tam virorum, quam fœminarum multitudinem auocauerit, quorum preconijs factum est, vt omnes post mortem, tanquam sanctam colerent, sed prædictus Inquisitor veritate indagata, & comperta Guillelmę ossa concremari iussit, & virum suum Andream Saramitam, brachio seculari tradidit comburendum. *Paramus lib. 2. tit. 3. cap. 9. num. 39.*

III. *Martyr a b infidelibus passus.*

¶ Eodem anno F. Andreas Perusinus martyrij auiditate prædicationem infidelium aggressus, post plurium conuersionem, in vltramarinis regionibus capitis obtruncatione interemptus est. Cadauer eius cęlesti lumine circundatum martyrij pretiosa merita indicauit *Fr. Michael Pius 1. p. lib. 2. col. 322.*

IIII. *Contra hæreses scriptor.*

¶ Eodem anno Fr. Angelus Negronius Viterbiensis ad instantiam Pontificis Bonifacij scripsit librum eruditum de authoritate Pontificia aduersus eos, qui ipsam labefactare curabant. Porro viuebant, hoc ipso anno è nostra Prædicatoria familia (vt Massilię in Comitijs Generalibus, totius ordinis in actibus eorum nominati sunt) Archiepiscopi, & Episcopi quadraginta nouem; & triginta alij fratres scriptores insignes, qui omnes totis viribus Ecclesiæ Sanctæ Sum-

A mi Pontificis obsequio, & decori incumbebant, *Fr. Michael Pius 2. p. 4. lib. 1. columna 113.*

An. 1302.

ANNO Domini millesimo trecentesimo secundo Bonifacij octaui anno octauo, F. Guillelmus Militis Inquisitor hæreticæ prauitatis, erat in Regno Galliarum, in vrbe Carcasonensi preclare contra hæreticos sacrosanctum munus Inquisitionis exer-

I.

B cens, plurimis eorum supplicijs affectis, *Fr. Michael Pius 2. par. lib. 1. col. 119.*

An. 1303.

ANNO Domini millesimo trecẽtesimo sexto mortuo Bonifacio octauo, quinto Idus Octobris assumptus est ad Pontificatum Benedictus vndecimus, ex nostra Prædicatoria familia (& obijt Perusij, Nonis Iulij anno millesimo trecentesimo quarto) qui concessit Prouinciali Lom-

Inquisitores decem designati contra hæreses.

C bardiæ eiusdem familię potestatem instituendi decem fratres Inquisitores, qui contra hæreses valide dimicarent. Incipit bulla, *Licet olim*, & est authentica in Bononiensis Inquisitionis archiuo. *Ita Franciscus Penna, in Directorio Inquisitorum, de literis Apostolicis Inquisitionis pag. 44. asserit.*

II.

An. 1304.

ANNO Domini millesimo trecentesimo quarto, sub Benedi-

D cto vndecimo, qui obijt Perusij, Nonis Iulij, & vacauit Sedes vndecim menses, erat Inquisitor Generalis Regnorum Aragoniæ, & Valentiæ Fr. Bernardus Peregrinus, qui Iacobi secundi Regis Aragonię ope, & auxilio hęreticos à prædictis Regnis exterminauit. *Diagus lib. 1. cap. 2.*

Inquisitor.

An. 1305.

ANNO Domini millesimo trecentesimo quinto sub Clemente quin-

Anno Christi. 1307. *Inquisitor.*

Clementis V. anno. 3.

to assumpto ad Pontificatum Nonis Iunij (qui obijt duodecimo Kalendas Maij anno millesimo trecentesimo decimo quarto in vrbe Bononiẽsi Inquisitoris sacro munere fungebatur, F. Ioãnes Tas herius fidei optimus zelator, qui hæreticorum colluuiem, ab eiusdem ciuitatis ingressu effugauit. *Leander Albertus lib. 4. fol. 148. & Paramus lib. 2. capit. 30.*

I. *An. 1307.* *Hæretici combusti.*

ANNO Domini 1307. Clementis quinti anno tertio, Dulcinus Nouarensis hæresiarcha pertinax in Gerardi Segarelli erroribus nouis inuentis ab ipso additis colluuiem plebis, ita commouit, vt ad easdem hæreses defendendas trium millium hominum exercitum coegerit: verum fratres Prædicatores Inquisitores Lombardiæ numerosam Cruce signatorum aciem contra istos hæreticos in montibus obsessos partim trucidarunt, partim comprehensos publice cum Dulcino Duce combusserunt. Margarita vero de Trento Dulcini uxor, vel potius concubina, & dogmatista obstinata, & pertinax exquisitis tormentis flagitiorum grauissimorum dignas pœnas persoluit. *Bernardinus Corius in historia Mediolanensi anno 1307. Paramus li. 2. tit. 3. ca. 4. nu. 19. & 20. Castillus 1. par. lib. 3. cap. 54.*

II. *Inquisitor.*

¶ Eodẽ anno F. Guillelmus Parisiensis Inquisitor Generalis Regni Galliarum existebat à Pontifice Clemente quinto institutus, qui de Templariorum excessibus cognouit, & sedulo sanctum officium administrauit. *Diagus lib. 1. capit. 8.*

An. 1308. *Templarij Religiosi extincti propter hæreses.*

ANNO Domini 1308. Clementis quinti anno quarto Hierosolymitani Templarij milites Religiosi, qui diuitiarum affluentia, & militari exercicio, adeò præualebant, vt Europę Regnum aliquod facile expugnare possent; Fr. Guillelmo Parisiensi

A Inquisitore Generali Franciæ è Prędicatoria nostra familia designato eorũ crimina detegente, & secreta arte adhibita eodem tempore ab Inquisitoribus comprehensi sunt, & postea in Viennẽsi Concilio, anno Domini millesimo trecentesimo duodecimo, tertio Nonas Aprilis in secunda sessione publice à Clemente quinto damnati sunt. In re tanti momenti strenuam, & diligentissimã nauarunt operam, cum Inquisitore, F. Guillelmo F. Durãdus de S. Portiano Fr. Herueus Natalis Fr. Romeus è Burgacia, è nostro ordine Prædicatorio. B In Hispanijs vero in Regno Aragoniæ, & Valentino, ac in principatu Cathaloniæ Inquisitor Generalis Fr. Ioannes Lothgerius Barchinonensis, & Fr. Guillelmus Aragonius confessarius Iacobi secundi Regis Aragonum ex cõsilio & mandato eiusdem Regis, tertia die Decembris huius anni millesimi trecentesimi octaui, diem dixerunt cunctis Religiosis Templarijs eorundem Regnorum, vocantes, & citantes eos, vt in Cœnobio Prædicatorio Valentino C comparerent, intra terminum eis assignatum ad examinandum eos de fide Catholica, quid sentirent, &c. Posteà vero ex commissione Pontificis Fr. Raimundus Valentinus Episcopus è nostra item Prędicatoria familia cognouit etiam de Templariorum criminibus, in Regno Valentino, ac tandem Pontifex ad concilium Viennense remisit eorum causas, & processus, vt ibi decerneretur, quid de Templarijs esset executioni mandandum, *F. Alphonsus Ciaconus 1. p. p. 675. Paramus lib. 2. tit. 3. ca. 4. num. 24. Diagus lib. 1. cap. 8.* D

I. *An. 1309.* *Agarenorum conuersio.*

ANNO Domini millesimo trecentesimo nono, sub Clemente quinto F. Ricardus de Mõte Crucis, Florentinus linguarũ Syriacæ, & Arabicæ cognitione clarus, traduxit Alcoranũ ex Arabico in Latinũ. Agarenorũ errores detegens, & modũ cum eis disputandi docens. ex quo ad eorum con-

uer-

Anno Christi, 1309.

uersionem doctrinam satis eruditam, & vtilem exhaurire possent, scripsit, item de differentia Hebræorum Mahometanorum,&Gentium,atque per plures annos, in Asia eorundem conuersioni inuigilauit salubri fructu, *Fr. Michael Pius. 2. p. lib. 1. col. 128.*

II. ¶ Eodẽ anno animaduertens sacra familia Prædicatoria doctrinam Angelici Doctoris, D. Thomę Aquinatis, adeò sacræ scripturę, Concilijs, sanctisq; Patribus consonam, atque tot veritates, & articulos, tam præclare, & solide aduersus hæreticos agentem, in Capitulo Generali Cæsaraugustæ in Hispanijs celebrato ante ipsius Angelici Doctoris Canonicam in Diuos relationem, anno decimo sexto statuit decreuit, & præcepit sub grauibus pœnis, vt omnes fratres Lectores eam legerent, ac defensarent, & iuxta illam Doctrinam in omnibus dictent, & doceant. *Diagus lib. 1. cap. 7.*

Contra hæres. 1.

III. ¶ Eodem anno F. Philippus de Peyre linguarum cognitione præstans scripsit Græce,& Latine librum contra errores Grecorum multa eruditione refertum, *Fr. Michael Pius 2. p. lib. 1. co. 128.*

Contra errores Græcorum.

An. 1311.

ANNO Domini 1311. Clemẽtis quinti anno septimo celebratum est Concilium Viennense pro reformatione Ecclesię, cuius prima sessio habita est die decima tertia Nouẽbris, in qua trecenti Episcopi conuenerunt, & cum Pontifex scripserit ad omnes Episcopos mandans, vt singuli, quę vtilia viderentur Ecclesiæ Dei populoq; Christiano in diœcesi sua quisque scriberet, & ad Concilium secum ferrent F. Guillelmus Durandus Episcopus Minatensis eruditissimum librum edidit de rebus in Concilio Viennensi decernẽdis, & iuxta illum omnes fere ordinationes sunt constitutę. Templariorũ causa discussa est, & expeditio transmarina decreta. In sessione tertia dãnati sunt à Concilio hæretici Begardi, & Beguinę afferentes, vsuram non esse peccatum, quod homo in statu perfectionis

Cõcilium Viennense.

A existens non tenetur alicui homini obedire, neque vlla bona opera debere facere, & plures alios errores. Huic Cõcilio astiterunt, Fr. Aymericus Placentinus,& Fr. Berengarius, cum plurimis Magistris in Theologia Episcopisque è nostra Predicatoria familia, *Ciaconius 2. par. 75. & 676. Fr. Michael Pius 2. lib. 1. col. 131. & 122.*

Clementis V. anno 5.

I. ANNO Domini 1312. Clementis quinti anno octauo, plures fratres nostri è commissione Magi-
B stri Generalis F. Berengarij erexerunt quandam Congregationem, siue vice prouinciam ordinis in Africa ad conuersionem Agarenorum,& cum in Hispania linguæ Arabicę studijs diligenter incumberent, ex ea communiter fratres assumebantur. Hoc anno etiam, Fr. Petrus Ferrer de Manusa est institutus Congregationis prædictæ Vicarius, absoluto ab officio Vicario præcedenti Fr. Petro Scarramat, Fratrum huius Congregationis concionibus & exhor-
C tationibus frequentibus plurimi Agareni Africani ad veram fidem spretis Mahumetis deliramentis deuenerunt, *Diagus lib. 1. cap. 9. fol. 19.*

An. 1312

Agarenis prædicatur.

II. ¶ Eodem anno F. Durandus de Sãcto Portiano Episcopus Meldensis, & Anitiensis, ex Magistro sacri palatij assumptus præter plures alios librũ scripsit eruditum contra hęreses doctissime atq; acerrime eas dissoluens, & confutans, *F. Michael Pius 2. p. lib. 1. col. 136.*

Contra hæreses.

D

An. 1314.

ANNO Domini 1314. quo mortuus est Clemens quintus duodecimo Kalendas Maij, & vacauit Sedes duorum annorũ, & trium mensium interuallo, vsq; ad annũ 1316. quo septimo Idus Augusti electus est Ioannes 22. in Regno Aragoniæ & Valentino Inquisitoris Generalis officio fungebatur Catholicæ Ecclesię eximio incremento, Fr. Bernardus Puigcercos, nam hęreticos plurimos magno fidei ardore exterminauit, *Diagus lib. 1. ca. 14.*

Anno Christi. 1316.

An. 1315. ANNO Domini 1315. Sedis Apostolicę interpontificio multa hęreticorum millia â nostræ familiæ Inquisitoribus comprehensi, & concremati sunt, qui in Cremensi vrbe Paduanæ diœcesis, & in aliis oppidis Archiducatus Austrię emerserunt, dogmata insana, & errores detestabiles prædicantes, atque omnia Sacramenta Ecclesię peruertentes: impudenter etiam, vsque in virginitatis statū debacchati. *Trithemius, in historia Hisaurgensi anno* 1315 *Paramus li.* 2. *tit.* 3. *cap.* 4. *num.* 17.

Millia hereticorū combusta.

An. 1016. ANNO Domini 1316. post longum interpontificium duorum annorum, & trium, cum dimidio mensium tandē electus est in inCœnobio Prædicatorio Lugdunensi septimo Idus Augusti Ioannes vigesimus secundus (& obijt anno 1334. pridie Nonas Decembris) sub quo die sexta Nouembris Fr Ioannes Lothgerius, Inquisitor Generalis in Regnis Aragonię, Valētiæ &c. Aliquos libros Arnaldi â Villanoua medici celeberrimi, in Cathedrali Ecclesia Tarraconensi erroribus scaturientes damnauit, expurgatos quidem, seu potius examinatos prædicti Inquisitoris iussu per F Bernardum Dominicum Lectorem Theologiæ Cœnobij nostri Barchinonensis, Fr Bernardum â Pino Lectorem Ilerdensem ipsius ordinis & F. Bernardum Simonem Lectorē Theologię Tarraconensis Prædicatorij Conuentus, & Fr. Iacobum Ricardum Monasterij Pobleti Lectorem Ordinis Cistercienfis, Fr. Raymundum Othgeriū eiusdem Ordinis Monasterij sanctarū, atque etiam duos fratres Minores Theologiæ Lectores. Et iussit prędictus Inquisitor cunctos libros, & codices præfati Arnaldi medici diligenter inquiri, & ad tribunal sancti officij adduci, &c. *Nicolaus Aymericus Directorio quæstione* 11. *Diagus lib.* 1. *cap.* 13.

Libri hæretici expurgati.

A

Ioannis XXII. anno. 2.

An. 1317. ANNO Dominini millesimo trecentesimo decimo septimo Ioannis vigesimi secundi anno secundi, decimo quarto Kalendas Martij, Fr. Arnaldus Burgnetus Inquisitor, in Regnis Aragoniæ diligentissime confecit processus de erroribus aliquorum hæreticorum Beguinorum, qui reuisi, & attente circumspecti, per aliquos Theologiæ Lectores nostri etiam ordinis, & per Fr Guillelmum Araniōnum Episcopum Ilerdensem, è nostra item Prædicatoria familia assumptum, & quosdā alios viros graues, & eruditos inuenti sunt hęresibus pleni, atque ideo hæreticos illas docentes, & tenentes dignis supplicijs affecit. *Diagus lib.* 1. *cap.* 13.

Hæretici puniti.

B

An. 1318. ANNO Domini 1318 Ioannis vigesimi secundi anno tertio, damnatis Auinioni ab eodem Pontifice Septimo Kalendas Martij Pontificatus anno secundo Fratricellorum erroribus atq; eisdem hæreticis â Roma, Tuscia, & Sicilia expulsis, Inquisitores Regnorum Aragoniæ, Valentię, & Cathaloniæ principatus, F. Ioannes Lothgerius & F. Arnaldus Burguetus eorundem errores, & perniciosam doctrinā damnauerunt, atque eos â Regnis Aragonię propulsauere. *Diagus lib.* 1. *ca.* 17.

Hæretici damnati.

C

An. 1319. ANNO Domini 1319. Ioannis vigesimi secundi anno quarto, Fr. Bartholomęus Paucus, Bononiēsis Episcopus Armeniæ, alijs nostrę Prędicatoriæ familiæ alumnis comitatus Armenos schismaticos ad fidem Catholicam, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ vnionem adduxit. Et factum est quasi miraculum, & in medio Persarum, & Turcarum Mahometanorum, Armeni isti numero circiter viginti millia duodecim oppidis distributi â fratribus Prędicatoribus in obedientia Ecclesiæ Ro-

Armeni ad Romanam Ecclesiam veniunt.

D

ma-

Anno Christi 1320.

manæ ritu item Latino post tot annorum curricula conseruentur. Quorum Archiepiscopus Naxiuanensis (Naxiuan enim Armeniæ vrbs est)modo est Fr. Thomas Armenus è nostro item ordine, sicut omnes eius prædecessores à fratre Bartholomęo Paruo eius Christianitatis fundatore. Eius coadiutores sunt fratres centum & decem, qui grauissimas molestias, ac intolerabiles persecutiones iugiter perpetiuntur pro conseruanda ista prouincia in Christi Domini Catholica fide, atque in Ecclesiæ Romanæ obedientia. Beatus autem Fr. Bartholomæus plurimis cruciatibus, pro Christo ab infidelibus toleratis tandem ab ipsis pro fide interemptus martyrij palmam cœlum triumphans inuexit, *Fr. Dominicus Granina de Christianitate Armenia 2. par. cap. 3. Fr. Michael Pius 2. par. lib. 2. co. 148 & 1. par. lib. 2. col. 323.*

Martyr ab infidelibus passus.

I. *An. 1320.* *Hæretici combusti.*

ANNO Domini millesimo trecentesimo vigesimo Ioãnis vigesimi secundi anno quinto, F. Bernardus Puigcercos Aragoniæ Inquisitor damnauit errores plurium hęreticorũ, & Petrum Olerium Maioricensem, & complices in vincula coniecit, & deinde brachio sæculari tradidit, qui igni traditi sunt Barchinonæ. *Diagus lib. 1. cap. 14. Castillus 2. p. lib. 1. cap. 57.*

II. *Inquisitores.*

¶ Eodem anno Inquisitionis munere sedulo fungebatur in Regno Siciliæ, Fr. Matthęus de Pontiniano è nostra Prędicatorum familia, & etiam apud prouincias, & Regna Dalmatiæ, Croatiæ, Istriæ, Bosnæ, Ragusiæ Inquisitores existebant fratres nostri, vt patet ex Gonzaga in sua historia de origine ordinis Seraphici in prouincia Dalmatię, de Conuentu Iaderæ pag. 434. asserente, quod in eodem Cœnobio seruatur bulla Ioannis vigesimi secundi, in qua statuit, ne Prædicatorum ordinis fratres in eadem prouincia Inquisitores asciscãt, sibi in coadiutores Fratres Minores. *Paramus li. 2. titul. 2. cap. 11. & cap. 28.*

Ioannis XXII. anno 5.

An. 1321. *Hæresiarcha combustus.*

ANNO Domini millesimo trecentesimo vigesimo primo Ioannis vigesimisecundi anno sexto, Fr. Arnaldus Burguetus Aragoniæ aduersus hæreticam prauitatem Inquisitor Petrum Durandum de Baldach, qui plures abiurauerat errores damnauit in ciuitate Gerundensi, & Brachio sæculari tradidit, à quo concrematus est. Celeberrimus extitit ille Inquisitionis actus quarto Idus Iulij Dominica die mane in foro portæ Cathedralis Ecclesiæ assistentibus prædicto Inquisitori Fratri Arnaldo ipso Rege Aragonię Iacobo secundo, cum duobus filijs Alphonso Principe primogenito, & Petro infante, & Episcopis Valentino, & Derthusensi Abbate Pobleti Cisterciẽsi, Canonicis pluribus, & Religiosis, atq; clero, & populo. *Nicolaus Aymericus, in Directorio quæstione 11. Diagus lib. 1. cap. 13. Castillus 2. p lib. 1. cap. 57.*

I. *An. 1322.* *Infideles conuersi.*

ANNO Domini millesimo trecentesimo vigesimo secundo Ioãnis vigesimi secundi anno septimo, Fr. Gerardus de Monte Pesulano Episcopus Diataragensis in Persia plurimos infideles sua prædicatione, ad Christum traxit. Is enim fuit vnus è pluribus Prædicatoriæ familiæ fratribus, qui ad orientem excolendum profecti sunt, qui maximos, & vberrimos fructus Ecclesię parientes, eam numerosa fidelium multitudine fœlicissimis incrementis dilatauere, *Fr. Michael Pius 2. par. lib. 2. col. 105.*

II. *Infideles conuersi.*

¶ Eodem anno Ioannes vigesimus secundus creauit quemdam fratrem Ordinis Prædicatorum in Archiepiscopum Sultaniensem, apud Septentrionales populos dato ei pro se, & successoribus pallio, ad regiones quoque illas Aquilonis, vt maiestatem suã inter illos populos augeret consecrauit eiusdem Prædicatoriæ familiæ Episcopos septem, & misit etiam in septen-

Anno Christi, 1323.

trionem, qui infideles conuersos, & cõuertendos in Ecclesiæ Christi ouili continerent, nam cum ibi, & vbiq; à fratribus nostri ordinis plurium gentium cõuersiones fierent necessum erat, vt ad neophitos in fide conseruandos Episcopi aliquot crearentur. *Genebrardus li. 4. Hieronymus Paulus in Prouinciali Ecclesiarum, Maluenda de Antichristo lib. 3. ca. 26 Fr. Abraham Bzouius, in Annalibus Poloniae ca. 26. Fr Vincentius Iustinianus Antist. in scholijs editis Epistola S. Vincentij Ferrerij ad Benedictum 13.*

An. 1323. Haeretici combusti.

ANNO Domini millesimo trecentesimo vigesimo tertio Pontificatus Ioannis vigesimi secundi anno octauo, ipse Pontifex Auinioni pridie Idus Nouembris damnauit aliquot errores Fratricellorum, quorum caput fuit quidam Michael de Cesena, qui dogmatizare cœperũt publice prædicando Christum ita pauperem extitisse, quod ipse cum collegio suorum Apostolorum, nihil habuit in mũdo proprium, nec in cõmuni, nec in particulari nec immobilia, nec mobilia. Et quia huic sententiæ expresse cõtradicit textus Euãgelij Ioãnis c. 4. dicẽtis: quod discipuli (dum Christus loquebatur, cũ Samaritana) iuerant in ciuitatem, vt emerent cibos, vbi innuitur, quod pecuniã habebant reseruatam, qua emerent: & alibi quod Iudas loculos portabat, & ea, quæ mittebantur in eis tenebat. Et cũ Christus dixit Iudæ, Quod facis fac citius, intellexerunt discipuli, quod Iudæ mandaret necessaria preparare solemnitati Paschali, aut vt egenis aliquid daret. Et vnde, nisi ex pecunia reseruata in communi ex eleemosynis datis ei? Ideò multi prælati, & prædicatores veritatis, zelatores fidei, non ferentes tantam blasphemiam contra doctrinã Euãgelicam, prædicabant contrarium rationibus errorem illum confutantes. Summus vero Pontifex, cum plurimis Doctoribus sacræ Theologię professoribus, ac iuris prudentibus diligenter fecit examinare doctrinam illam & dictã

Ioannis XXII. anno 8.

A damnatenam, & comperta veritate declarauit, & decreuit hoc ab omnibus fidelibus esse tenendum, Christum, cum Apostolis habuisse quędã mobilia in cõmuni, & pecuniam ei ex eleemosynis datã. Vnde D. Augustinus duodecima quęst. : Habebat Dominus loculos à fidelibus oblata conseruans, vt suorum, & aliorum necessitatibus prouideret: & si quis contrarium pertinaciter teneret hęreticus haberetur. Multi igitur infecti errore illo capti in diuersis mundi partibus ab Inquisitoribus Predicatoriæ familię obstinati in sua hæresi combusti B sunt & F. Pace de Vedano Mediolanensis Inquisitor Generalis in Lombardia postea ab eodẽ Pontifice Ioanne Episcopus Triestensis factus, Fr Lambertus Inquisitor Lombardiæ inferioris & Fr. Bartholomęus Ferrariensis omnes Inquisitores è nostra familia, diligẽter de prędictis hæreticis cognoscentes damnauerunt eos, & in vincula conijcientes igni tradiderunt. Abundauit enim talibus magno tempore Marchia Anchonitana, & præcipue Fabrianum, Esiũ, Maiorita, & Massatium, nec Florentia C caruit fęce huius erroris: in aliquibus demum eorum plurimi expulsi, ad terras Gręcię dicuntur se transtulisse. In Gallia item F. Bernardus Guido Inquisitor Tolosanus Episcopus postea Lemouicẽsis cum alijs sedulò de illis inquirentes dignis supplicijs affecit, *Diagus li. 1. c. 13 F. Michael Pius li. 2. col. 156. 158 & 172. Alphonsus Ciaconius 2. p. pa. 692. &c. & D. Antoninus 3. p. tit. 21. cap. 5. § 1.*

D

An. 1324 Conuersiones gentiũ

ANNO Domini 1324. Pontificatus Ioãnis 22. anno nono, ipse Pontifex iniunxit Magistro Generali nostri ordinis F. Barnabę Vercellẽsi in bulla, cuius initiũ est, *Gratias agimus, &c.* Vt Vicariũ instituat super fratres peregrinantes inter gẽtes, nã pręlati prouinciarũ mittebant, & adiungebãt fratres huic Congregationi, qui verbum vitæ gentibus annunciarent, plurimosq; & vberrimos fructus Euangelij referebant laborum suorum lucratas

scilicet

Anno Christi 1325.

Ioannis XXII. anno 10.

ſcilicet innumeros animas creatori, ac Redemptori. Hi ergo inter infideles multiplicati, quo in vnum quaſi corpus coaleſcerent, vt acrius ad opus adeò vtile inflammarentur, Ioanni Pontifici ſupplicarunt, vellet eos in vnam ſocietatem redigere, Vicariumque Generalem illis præponere, cuius opera ſolicitudine, atque directione huic vni curę incumberent, vt gentiles poſſent à tetra idolatriæ caligine ad veritatis lucem traducere, atque inſuper iuxta informationem Vicarij Generalis Priores Prouinciales eidem ſocietati fratres ſubminiſtrarent. Porro illi indefeſſo labore fidei Chriſtianæ vexillum ad remotiſsimas barbarorum prouincias, & Regna intulerunt, multas, eas que efferas gentes Chriſti iugo ſubdiderunt, proprioque ſanguine abunde, prò Chriſti nomine fuſo plurimos Eccleſię filios feliciter pepererũt, *F. Abraham Bzouius, in Annalibus Poloniæ capit. 4. F. Michael Pius 2. pa. lib. 2. col. 154.*

An. 1325. ANNO Domini milleſimo trecenteſimo vigeſimo quinto Ioãnis vigeſimi ſecũdi anno decimo, nonnulli Alemanorum hæreſi imbuti peſtiferâ, in Poloniam penetrare cupientes à fratribus Prædicatoribus retardati ſunt, & vt remedium adhiberetur opportunum ad Summum Pontificem mala imminentia retulerunt, ad quod Pontifex initio anni ſubſequẽtis (vt dicemus) Inquiſitores conſtituit, in Poloniã fratres Ordinis Prędicatorum, qui tantam labem ab illo Regno propulſarent, *Fr. Abraham Bzouius capit. 8.*

Hæretici Inquiſiti.

An. 1326. ANNO Domini milleſimo trecenteſimo vigeſimo ſexto Ioãnis vigeſimiſecundi anno vndecimo, F. Lambertus Inquiſitor, in Lõbardia inferiori, diligenter, ac validiſsime inquirens de aliquot cũ hæreticis confœderatis, atque de his, qui conſilium, auxilium, vel fauorem eis pręſtabant, in Romãdiola dignis ſupplicijs affecit, tam hæreticos, quam ſuſpectos de hæreſi, quo omnibus occulte errantibus maximum terrorem incuſsit. Literæ autem Pontificis, ſic habent ad eũdem Inquiſitorem.

A

IOANNES Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilecto filio Lamberto, de ordine fratrum Prædicatorum Inquiſitori hæreticæ prauitatis, in inferiori parte Lombardiæ, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

B

Cùm nonnulli de prouincia noſtra Romandiolæ, tam clerici, quam laici Deum, & Romanam matrem Eccleſiã offendere ſeque in prę cipitium damnationis, & mortis immergere, non verentes, adeò fauere, & fauiſſe dicantur damnatis hæreticis, cõfœderationes, ligas, & ſocietates ineundo cũ ipſis eoſque receptando, & ſibi præſtando multipliciter auxilia conſilia, & fauores, quod de labe hæreſis ſe reddiderunt, & reddunt vehementer ſuſpectos: Nos tã ipſorum, quam multorum aliorum periculis, & præmiſsis imminentibus obuiare ſalubriter cupientes, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus quatenus contra fautores huiuſmodi, & alios quoſlibet de crimine prauitatis hęreticę culpabiles, vel ſuſpectos, ſic ſolerter ſecundum formam canonum, ac priuilegiorum conceſſorum Inquiſitionis officio procedere, non poſtponas, quod inde debeat tua diligentia merito commendari. Datum Auinioni, duodecimo Kalẽdas Septembris, Põtificatus noſtri anno decimo, *Fr. Ioannes Michael Pius 2. par. lib. 2. col. 156. Ex Archiuo Inquiſitionis Bononienſis, in Directorio pa. 63.*

C

D

I.

An. 1327. ANNO Domini milleſimo trecẽteſimo vigeſimo ſeptimo, Ioãnis vigeſimi ſecũdi anno 12. ipſe Pontifex certior factus, quod nonnulli Catholicorũ Regni Poloniæ fraudibus

Anno Christi, 1327.

Ioanni XXII. anno 12.

hæreticorum paulatim in errores serperent, Prouincialem Poloniæ Ordinis Prædicatorum Fr. Petrum de Colomeis Prouincialesque omnes in posterum iuxta seriem succedentes, contra hæreticam prauitatem Inquisitores esse decreuit. Animaduertebat enim Pontifex, quod fratres Prædicatores hæreticis pro virili resistebant, & valide tantum, ac tam lethalem morbum suis feruidis declamationibus â Polonia propulsabant. Eam obcausam monet Ladislaum Regem Poloniæ, & Archiepiscopum Gnesnensem Regni primatem, Regnique Principem cæterosque omnes Episcopos, Palatinos etiam regioque lateri quoscumque assidentes Senatorij ordinis viros, vt Prouincialem Poloniæ Ordinis Prædicatorum eiusque subdelegatos, quo poterunt maiori studio iuuent, vt errores purgentur, deuij ad viam veritatis deducantur, pestifera dogmata vulgantes arceantur corripiantur igne quoque si opus fuerit, à Magistratu Ciuili expientur. Extant diplomata Pontificia in archęo nostræ prouinciæ Poloniæ in Conuentu Cracouiensi, ex quibus referam tria tantum, quę Fr. Abraham Bzouius, in Annalibus fratrum Prædicatorum Prouinciæ Poloniæ â suis originalibus literis translata affert, capite octauo pluribus alijs omissis, Primum est ad Prouincialem Poloniæ, quod sequitur.

Heretici inquisiti & sanctū officium in Polonia statutū in Prædicatoria familia.

IOANNES Episcopus seruus seruorum Dei, Dilecto filio Priori Prouincialis fratrum Ordinis Prædicatorum, in Polonia, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Inter alia, quæ nobis ex Apostolatus incumbunt officio animarum, precipue nos conuenit inuigilare saluti, vt eas Regi Regum, qui nos illarum licet immeritos voluit preesse regimini lucrifacere sua nobis cooperante gratia valeamus. Verum quia non est acceptum apud Deum obsequium, quod sine fide præstatur, nec peruenitur operum ędificio, ad salutem, quod supra firmitatem fidei non consurgit ad

A propagandam eam, & corroborandam in mentibus hominum intentione tota, omnique solicitudine, & verbi, ac operis efficacia laborare debemus, vt Christiana Religione latius diffusa per orbem Patris æterni Filius multiplicatis seruitoribus plenius honoretur. Porro plures oppositę intentionis prosequentes affectum, in contrarium studia malignitatis exercent, dum fidem ipsam detractionis iaculis feriunt, & eam de fidelium abolere pectoribus aduersi dogmatis instructione conan-

B tur. Quibus sic est cura vigili, & labore sedulo assumptis armis spiritualibus resistendum, vt eorum detestandum propositum, & conamen auxiliante Domino penitus vacuetur, & fide catholica per Christi pugiles virtuose defensa nomen Domini gloriosum dignis semper laudibus efferatur. Cùm igitur, sicut accepimus, in Regno Polonię, hostes Crucis de remotis partibus Alemaniæ, & circumpositis regionibus, frequenter, & latenter inuadant simplices, & Catholicos dicti

C Regni, eosque inficere, & à veritatis limine deuiare fallacium argumentationum impulsibus moliantur. Nos volentes contra talium dolosam astutiam, ne diffusius in Regno prędicto huiusmodi serpat morbus, opportunum remedium, per Sedis Apostolicæ diligentiam adhiberi, ac cupientes anxie, vt negotium fidei iugi profectu, elisis omnino quibuslibet erroribus, fortius inualescat, discretioni tuę aliquos de fratribus tui ordinis tuę pro-

D uincię, idoneos in lege Domini eruditos, quorum honesta conuersatio exēplum tribuat puritatis, & doctrinam fundant erudita labia salutarem, ad huiusmodi opus Dominicum exequendum authoritate Apostolica deputandi per partes ipsius Regni, & alias partes tibi per ordinem tuum limitatas ipsosquè amouendi, ipsisquè amoris, vel de hac luce subtractis, alios similiter idoneos instituendi quoties tibi visum fuerit, plenā, & liberam concedimus tenore pręsentiū facultatē. Qui quidē fra

tres

tres cum per te ad hoc deputati seu instituti fuerint, vt præfertur, iuxta & secundum instituta canonica super his promulgata, authoritate prædicta clero, & populo cõuocatis generalem prędicationem in dicto regno, vbi & quoties expedire viderint, facientes Inquisitionis officium contra labem hæreticæ prauitatis diligenter, & solicite, prout eis Deus dederit, exequantur. Cõtra hæreticos, credentes, fautores, defensores, & receptatores eorum, iuxta & secundum eadem statuta authoritate prędicta nihilominus processuri. Et si aliqui labe hæretica penitus abiurata ad Ecclesiæ redire voluerint vnitatem ipsis iuxta formam Ecclesię, ac secundum prędicta statuta absolutionem impendant, & iniungant eis, quod talibus est secundum statuta huiusmodi iniungendum, attentius prouisuri, ne qui videntur reuerti sub palliata specie pietatis impietatem committant, & Angelus Sathanæ in lucis Angelum transformetur: propter quod statuta super hoc promulgata respicere poterunt, & ab eorum insidijs secundum discretionem eis traditam à Domino pręcauere. Ad hoc vt ijdem Inquisitores super prǽmissis omnibus officium sibi commissum libentius, & efficacius possint exercere, omnibus, qui ad prædicationem eorum accesserint, & singulis stationibus viginti dies, illis vero, qui ad impugnandum hæreticos, fautores, receptatores, & defensores eorum in munitionibus, & Castellis, vel aliàs contra Ecclesiam rebellantes ipsis ex animo auxilium, cõsilium præstiterint, vel fauorem tres annos de iniuncta sibi pœnitentia authoritate Apostolica relaxandi. Et si quis ex eis in prosecutione huiusmodi negotij forte decesserint, eis omne peccatorũ suorũ, de quibus corde contriti, & ore confeisi fuerint plenã indulgentiam concedendi. Ac ne aliquid fratribus ipsis desit ad prędictum negotium prosequendum in contradictores, & rebelles Ecclesiasticam proferendi censuram, Prædicatores quoque quęstuarios, quorum interest charitatiua tantum subsidia simpliciter petere ad indulgentiam, siqua forsan habent exponere à prædicationis officio, quod ad illos nullatenus pertinet, compescendi censura simili tenore præsentium liberam eis concedimus facultatem. Datũ Auinioni tertio Kalendas Maij, Pontificatus nostri anno vndecimo. In his literis Pontifex concedit authoritatem Inquisitoribus à Priore Prouinciali designatis procedendi per censuras, & pœnas à iure canonico impositas, non solum contra hæreticos, sed contra fautores, defensores, & receptatores eorundem, & insuper concedit eisdem Inquisitoribus idem Summus Pontifex authoritatem concedendi auxiliantibus officium Inquisitionis tres annos indulgentiæ, & illis, qui prædicationi suæ contra hæreticos assederint viginti dies, at vero omnibus his, qui fauentes Inquisitoribus consilio, auxiliove contra hęreticos, ac eorum fautores, vel receptatores decesserint indulgentiam plenariam suorum peccatorum concedendi tribuit facultatem.

Sequitur exemplar literarum Pontificis ad Regẽ Poloniæ Vladislaum Lacticum primum, vt fratribus Prædicatoribus Inquisitoribus suum regium auxilium contra hæreticos pręstet.

IOANNES Episcopus seruus seruorum Dei, Charissimo in Christo filio Vladislao Regi Poloniæ illustri, salutem & Apostolicam benedictionem.

Quantum honoris, & laudis Deo, & vniuersali Ecclesiæ, quãtemque vtilitatis & exultationis Christianitati prouenit de multis innumerisque solicitudinibus, & laboribus indefessis, quos tu ad expiandas de regno abominationes hæreticę prauitatis dudũ exhibuisti, ac incessanter exhibere dignosceris, tua magnifica opera, prout fide dignorum testimonio percepimus, manifestant. Tu namque velut victoriosus pugil eiusdẽ Ecclesiæ ac fidei Christianę zelator eximius, ad hoc semper tua vota fœliciter direxisti, vt exterminares inimicos crucis, & tam fidei, quam fidelium terminos dilatares. Cùm igitur, sicut accepimus

Anno Christi. 1317.

Ioannis XXII. anno 11.

mus in regno tuo Poloniæ hostes crucis de remotis partibus Alemaniæ, & Boemiæ & circumpositis regionibus frequenter, & latenter inuadant simplices & Catholicos dicti regni, eosque inficere, & à veritatis limine deuiare fallaciũ argumentorum impulsibus moliantur, Nos volentes contra talium dolosam astutiam, ne diffusius in regno prædicto huiusmodi serpat morbus, opportunum remedium per Sedis Apostolicæ diligentiam adhiberi, ac cupientes anxie, vt negotium fidei iugi profectu elisis omnino, quibuslibet erroribus fortius inualescat dilecto filio Priori Prouinciali fratrum ordinis Prędicatorum Polonię aliquos de fratribus sui ordinis suę Prouincię idoneos in lege Domini eruditos, quorum honesta conuersatio exemplum tribuat puritatis, & doctrinam fundant erudita labia salutarem, ad huiusmodi opus Dominicũ exequendum authoritate Apostolica deputandi per partes ipsius regni, sibi per ordinem suum limitatas, ipsosque amouendi, eisque amotis, vel de hac luce subtractis, alios similiter idoneos instituendi, quoties sibi visum fuerit plenam, & liberam concessimus per nostras literas facultatem. Qui quidem fratres, cum per eundem Priorem ad hoc deputati, seu instituti fuerint, vt præfertur iuxta, & secundum instituta canonica super his promulgata, authoritate prædicta clero, & populo conuocatis generalem prædicationem in dicto regno vbi, & quoties expedire viderint, facientes Inquisitionis officium contra labem hereticæ prauitatis diligenter, & solicite, prout Deus dederit exequātur cōtra hæreticos, credētes, fautores, defensores, & receptatores eorũ iuxta, & secundum eadem statuta authoritate, præfata, nihilominus processuri. Et aliqui hæretica labe penitus abiurata ad Ecclesię redire voluerint vnitatem ipsis iuxta formam Ecclesiæ, ac secũdum prefata statuta beneficium absolutionis impendant, & iniungant eis, quod talibus est secundum statuta huiusmodi iniungendum. Ideoque magnificentiam Regiam rogamus, monemus, & hortamur attente in remissionem tibi peccaminum iniungentes, quatenus eosdẽ Inquisitores pro reuerentia diuina, & Apostolicę Sedis, ac nostra benigne recipias, & honeste pertractes, eis in his, & alijs consilium, auxilium, & fauorẽ, taliter impendendo, quod ipsi commissum sibi officium exequi valeant inoffense, & nos sinceritatis tuæ zelum possimus in Domino merito commendare. Tuque exinde bonum, quod suis fidelibus diuina clementia pollicetur ad diuini nominis laudem animæ tuæ salutem, dictique regni exaltationem consequi merearis. Dat. Auinioni Kalendis Aprilis Pontificatus nostri anno vndecimo.

Sequuntur literæ eiusdem Pontificis ad Prælatos Regni Poloniæ, quatenus fratribus Prædicatoribus Inquisitoribus omne auxilium, consilium, atque fauorem ad hoc munus Inquisitionis peragendum impendant.

IOANNES Episcopus seruus seruorum Dei; Venerabilibus fratribus Archiepiscopo Gnesnensi, & eius suffraganeis ac Episcopo Caminensi; & dilectis filijs vniuersis alijs Ecclesiarum prælatis in Regno Poloniæ constitutis, salutem & Apostolicam benedictionem.

Præ cunctis nostræ mentis desiderabilibus, Catholicæ incrementum fidei affectantes, nimio vtique dolore replemur, cum audimus aliquos, vel sentimus, ad illius depressionem; qualicumque malignitate satagere, vel damnabilibus ipsam deprauando reprehensionibus, aut detractionibus ei abrogabilibus derogando ac commentis eandẽ mordacibus peruertendo, ad quorum iniqua consternenda molimina, eo animosius aspiramus, quo in animarum stragem perniciosius eos agnoscimus conspirare. Cum igitur, sicut accepimus in regno Polonię hostes crucis de remotis partibus Alemanię, & Boemię, & circumpositis regionibus frequenter & libenter inuadant simplices, & Catholicos dicti regni, eosque inficere & à veritatis limine deuiare fallacium ar-

Anno Christi 1327.

Ioannis XXII. anno 11.

gumentationum impulsibus moliantur Nos volentes contra talium dolosam astutiam, ne diffusius in regno prædicto huiusmodi serpat morbus, opportunum remedium per Sedis Apostolicę diligentiam adhiberi, ac cupientes anxie, vt negotium fidei iugi profectu elisis omnino quibuslibet erroribus fortius inualescat, dilecto filio Priori Prouinciali fratrum ordinis Prędicatorum Poloniæ aliquos de fratribus sui ordinis suæ Prouincię idoneos, in lege Domini eruditos, quorum honesta conuersatio exemplum tribuat puritatis, & doctrinam effundant erudita labia salutarem, ad huiusmodi opus Dominicū authoritate Apostolica deputandi per partes ipsius regni, & alias partes sibi per ordinem suum limitatas, ipsosque amouendi, eisque amotis, vel de hac luce subtractis, alios similiter idoneos instituendi quoties sibi visum fuerit, plenā, & liberā concessimus per nostras literas facultatē. Qui quidē fratres cum per ipsum Prouincialem Priorem ad hoc deputati, seu instituti fuerint, vt pręfertur iuxta, & secundum instituta canonica super his promulgata, autoritate prędicta clero, & populo conuocatis generalem prædicationem in dicto regno vbi, & quoties expedire viderint facientes Inquisitionis officium contra labem hęreticæ prauitatis diligenter, & solicite prout Deus eis dederit, exequantur contra hæreticos, credentes, fautores, defensores, & receptatores eorum iuxta, & secundum eadem statuta authoritate nihilominus prædicta processuri. Et qui hæretica labe penitus abiurata ad Ecclesiæ redire voluerint vnitatem, ipsis iuxta formam Ecclesiæ, ac secundum præfata statuta beneficiū absolutionis impendant, & iniungant eis, quod talibus est secundum statuta huiusmodi iniungendum. Ideoque vniuersitatē vestram rogamus monemus, & hortamur attente, per Apostolica vobis scripta præcipiendo mandātes, quatenus eosdem Inquisitores pro reuerentia diuina, & Apostolicę Sedis, ac nostra benigne recipientes, & honeste tractantes eis in his, & alijs consilium, auxilium, & fauorem impendatis, quod ipsi commissum sibi officium exequi valeant inoffense, & nos sinceritatis vestrę zelum possimus in Domino meritò commendare. Datum Auinioni Kalendis Aprilis, Pontificatus nostri anno vndecimo.

His Pontificis literis excitati Reges Poloniæ, Archiepiscopi, Episcopi, Barones, & Proceres maximum fratribus Inquisitoribus præstiterunt auxilium, atque adeo his adminiculis roborati pullulantes hæreses ab eo regno exterminarunt, magno rei Catholicæ incremento: *Frater Abraham Bzouius capite octauo.*

II. *Contra schismaticos maximos perpessi.*

¶ Eodem anno Fr. Barnabas Vercellensis Magister generalis ordinis Prędicatorum stricte iniunxit omnibus fratribus sibi subditis, vt Ludouicum Bauarum electum Imperatorem tanquam schismaticum, & excommunicatum vitarent, atque constanter obseruarent interdictū in terris, vrbibus, ac prouincijs prædicto Ludouico subiectis à Pontifice impositum. Præcepit insuper, vt quod tam in conuersationibus, quam in concionibus causam Pontificis Romani Ioannis vigesimi secundi totis viribus defenderent contra Ludouicum & Nicolaum Antipapam ab eo creatum. Porro cum hęc omnia fratres cuncti pro viribus, & constantissime executioni mādassent plurima damna & intolerabiles persecutiones passi sunt, vt infra dicemus: *Fr. Michael Pius libro 2. columna 155.*

III. *Hæretici combusti.*

¶ Eodem anno hæretici Fratricelli, qui quandam præse ferentes sanctitatē cum summa paupertate coniunctam omnium ad se animos facile alliciebāt Ioannem Pontificem auxilio Ludouici Bauari Imperatoris electi schismate excitato in magnas angustias compulerunt, & vniuersam Dei Ecclesiam perturbarunt. Summum enim Pontificem Christi vicarium hæreticum, & Apostatam incredibili, atque effronti audacia appellabant. Alterum de sua secta Pontificē, seu potius Antipapam creari

summa

Anno Christi. 1328.

summa industria, & diligentia curarũt. Cui incendio, vt remedium opportunum adhiberetur, opus fuit Ludouicũ Bauarum, quem illi pręcipitem in errores suos agebant, Imperatoria dignitate priuare, & Antipapam illum ad hęresim abiurandam cogere. Multis denique illius sectæ viris, ac fæminis ab Inquisitoribus familiæ Prędicatoriæ cõcrematis, radicitus hæresis euulsa est. De seditione autem in Ecclesia Dei à Fratricellis commota tres bullę extãt Ioannis vigesimi secundi in Bullario sancti Officij, & Robertus Cenalis in libro de vtroque gladio aliam Bullam eiusdem Pontificis descripsit, qua Fratricellorum, Antipapæ & Ludouici Bauari proteruia declaratur.

Inter cæteros vero fratres Prędicatores, qui omni timore postposito pro vero Pontifice validissime dimicarũt, extitit F. Benedictus Asinagus Episcopus Comensis, qui in Lõbardia præsertim in sua diœcesi, vt Legatus Apostolicus omnes fautores Ludouici, & Antipapæ beneficijs priuauit, ea alijs reddẽdo, & in Cremonensi vrbe aliquos prædictorum fautores Antipapæ, & Ludouici anathemate notauit, & aliquot oppida, & vrbes schismaticis fauentes interdicto Ecclesiastico supposuit. *F. Michael Pius 2. p lib. 2. col. 158. Paramus lib. 2. tit. 3. cap. 4. num. 23.*

An. 1328.

ANNO Domini 1328. Ioannis XXII. anno decimo tertio, Magister generalis ordinis in comitijs generalibus Tolosę celebratis pręcepit vt fratres omnes Prædicatores in concionibus, & vbique publicos facerent processus, & causam Ludouici Bauari, & Antipapæ, & totis viribus defenderent Ioannem Pontificẽ. Propter quod vrbes innumeræ, quæ in Germania Ludouico adhærebant, pluribus diuexabant modis fratres nostros, quia interdicta, & censuras à Sede Apostolica prolatas obseruabant. Et non tantũ in Germania, sed in Italiæ Prouincijs, quę

Damna ingentia passi pro defendendo Pontifice

Ioannis XXII. anno 13.

Ludouico, & Antipapæ adhęrebant plurima damna, & tribulationes perpetiebantur. Nã Pisani, Lucenses, Aretini Castellani Viterbienses, & alij populi fratribus nostris exilio relegatis, & expulsis (quia Ludouico Bauaro schismatico, & hæretico adhęrere nolebant) cœnobia illarũ vrbiũ, & oppidorũ occupabant. Fratres vero constantissime, vt fideles, & veri Ecclesiæ filij, quoduis potius dispẽdiũ pati, quã eis assentire mallebant. Factũ est autẽ, vt quia cæteri conuentus finitimi, qui tot fratres expulsos exceperant nimiũ grauabantur, Summus Pontifex concessit facultatẽ ordini recipiendi loca de nouo ad construendum conuentus, vt in oppido S. Geminiani, de sancto Miniate de Monte Politiano, Volaterrano, & alijs. Isto tẽpore F. Guillelmus Costa Prior Barchinonensis in Siciliam profectus est, vt Fridericum Regem Siciliæ à Ludouici Bauari amicitia segregaret, & vt Ecclesiæ Romanę partes amplecteretur: *F. Antonius Lusitanus in Chronico, pag. 179. &c. Castillus 2. p. lib. 1. cap. 56.*

An. 1329.

ANNO Domini millesimo trecentesimo vigesimo nono, Ioannis vigesimi secundi anno decimo quarto ipse Pontifex in quadam bulla magnificat fratres ordinis Prædicatorũ, quorũ alij Archiepiscopi, alij Episcopi, alij presbyteri erant gentibus prædicãtes & plurima regna ad Oriẽtẽ Meridiẽ & Septẽtrionẽ posita prędicando lustrarent. Hortaturque illos, vt siquidẽ à Deo gratiam obtinuerant, tot infideles ad veram fidem pertrahendi, non grauarentur in eodem munere perseuerare. Atque ideo plurima illis priuilegia concessit, quæ in eius diplomate inueniuntur: *Incipit Bulla Inexplicabili, &c. Fr. Michael Pius libro 2. col. 157. Fr. Antonius Lusitanus in Chronico pag. 180. Maluenda de Antichristo libro 3. capit. 26.*

Gentilibus prędicatur.

Anno Christi. 1330.

Ioannis XXII. anno 15.

I.

An.1330.

ANNO Domini millesimo trecentesimo trigesimo, Ioannis vigesimi secũdi anno decimo quinto, cum fratres Prædicatores magna animi fortitudine vbique terrarũ causam veri Pontificis Ioannis defensarẽt, & schismaticorum Ludouici Bauari, & Petri Coruarij Antipapæ dicti Nicolai errores patefacerent, dum Coloniæ cõgregati Priores ordinis, vt comitia generalia celebrarent, videlicet P Prouinciales, & Diffinitores omnium Prouinciarum, tunc Ludouicus Bauarus Imperator prętensus decreuit dictos Patres repente inuadere interficiendos. Apparuit autem S Seruatius cuidam sacerdoti, reuelans Ludouici decretum, ac immanissimam, & sacrilegam resolutionem; quo Patribus manifestante subito festinanterque recesserunt, Traiectum superius inde trãsmigrantes: quæ vrbs à Colonia per duodecim leucas distat, & ibi adeo honorifice excepti fuerunt, quasi à multo antea tempore eorum prętolarentur aduentum. Ibique iam à furore Ludouici liberi (nam Traiectũ nõ erat Ludouici ditionis) comitia prosequentes, duo inter alia cõstituerunt: primum, vt de S. Seruatio per totum orbinem festum celebraretur tertio Idus Maij perpetuis futuris temporibus propter beneficium ipso die ab illo toti ordini collatum, secundum, vt fratres omnes se in cunctis cõstantiores ostenderent, & in omnibus conuentibus, & monasterijs processiones, letanias, orationes, & supplicationes quotidie fierent, pro destructione schismatis, & sospitate Pontificis, atque etiam publicarent errores schismaticorum Ludouici pseudopõtificis, Nicolai, Michaelis Cesenatis eorumque sectatorum, ne fideles à veri Pontificis Ioannis obedientia submouerentur. Quapropter animaduertens Pontifex per familiam Prędicatoriam se in Sede Apostolica stabiliri, & conseruari, & aduersarios opinione cadere in laudem ordinis eiusdem sæpius

Dĩna plurima patitur ordo pro defẽsione Pontificis.

A prorumpens dicebat: *Hic ordo Prædicatorum venit, vt testimonium perhiberet veritatis.* Et plura præclara repetebat. Tunc ad Cardinalatum assumpsit Fr. Matthæum de Vrsinis, & plures alios fratres Episcopos creauit, vt Fr. Simonem Saltarellum Episcopum Parmensem, deinde Archiepiscopum Pisanum, Fr. Angelum Acciolum Episcopũ Aquilanum, &c. Notandum vero est, quod hoc ipso anno, quando Prędicatoria acies instantius in concionibus, orationibus, supplicationibus, litanijs, in suggestibus, in Cathedris, & vbique pro vero Pontifice decertabat, prælia Domini præliando, Antipapa Kalendis Septembris captus, & vinctus est, & inserto ad collum laqueo ad pedes Pontificis prostratus veniam petijt, & vitam precatus est, à quo in carcerem detrusus triennio super viuens in carcere obijt. Ludouicus itẽ Bauarus à muliere, quã adamabat, veneno sibi propinato obijt, ex equo repente deiectus humi lethaliter allisus animam euomuit. *Thomas Bozius de signis Ecclesiæ tom. 2. lib. 23. cap. 4. Paramus lib. 2. tit. 3. cap. 6. num. 78. F. Alphonsus Cinconius 2. part. pag. 697. & 699. F. Antonius Lusitanus in Chronico pag. 190. F. Iacobus Dominicus Inquisitor Maioricensis Prouincialis Prouinciæ Prouinciæ, & Aragoniæ in Chronica capitulorum generalium. Diagus lib. 1. capit. 17. Castillus 2. part. lib. 1. cap. 47. Fr. Michael Pius 2. p. d. lib. col. 155.*

B

C

D

I.

An.1333.

ANNO Domini millesimo trecẽtesimo trigesimo tertio, Pontificatus Ioannis vigesimi secundi anno decimo octauo, Pontifex scripsit comitijs generalibus ordinis Prædicatorum, apud Digium in Gallia celebratis literas summa gratitudine refertas amoris affectum erga Prędicatoriam familiam indicantes, cum fratres nostros, tot gloriosa munera pro Ecclesia & Sede Apostolica perfecisse conspiceret. Vocabat eos luminaria orbis, & quod Ordo noster erat lucerna ardens

Infidelium conuersio.

& lu-

Anno Christi 1334.

Ioannis XXII. anno 19.

& lucens. Exhortabatur deinde fratres ad prosequendum ea, quæ ex suo instituto patrabat circa infidelium prędicationem,& conuersionem. Vnde magister generalis, Fr. Hugo Campanus pręcepit singulis totius ordinis Prouincijs,vt vnaquæque mitteret sex fratres ad congregationem fratrum peregrinantium habiles ad discendum linguas gentium,quorum disciplinæ,& institutioni designauit duos conuentus, alterum apud Peram prope Constantinopolim,& alterum apud Caffam. In quibus linguis edocti gentium ad earũ conuersionem exercendam statim aduolarent. Ex quo mirabiles fructus in amplificatione fidelium Ecclesiæ percepti sunt. *Fr. Michael Pius 2.p.lib.2.col. 161.& 162.*

An.1334.

Hæretici combusti

ANNO Domini millesimo trecentesimo trigesimo quarto,quo Ioannes vigesimus secundus obijt pridie Nonas Decembris,& decimo tertio Kalendas Ianuarij assumptus est ad Põtificatum in cœnobio nostro Prędicatorio Auinionensi Benedictus duodecimus(qui obijt anno millesimo trecentesimo quadragesimo secundo,(septimo Kalendas Maij) Fr. Guillielmus Costa Inquisitor generalis Aragoniæ in vincula coniecit quendam hæresiarcham Bononatum nomine, cum in pristinos errores reincidisset,qui ante quatuordecim annos ab Inquisitore F. Bernardo Puigcercos rogo impositus con tritionẽ simulans eductus est abiurans de vehementi,& alios plures hęreticos eiusdem sectarios brachio sæculari tradidit comburendos,pluribus eorũ errores abiurantibus,atque eiusdem Inquisitoris F. Guillelmi iussu domus,in qua apud oppidum Villafranca de Penades hęretici conuenticula faciebant destructa,atque solo æquata est. *Diagus lib.1. cap.18. Paramus lib.2.tit.2.capit.5.num. 17. Castillus 1.part.lib.3.cap. 54.& 2.p. lib.1.cap.57.*

An.1340.

Inquisitor ab hæreticis necatus

ANNO Domini millesimo trecẽtesimo quadragesimo, Benedicti duodecimi anno sexto, cum in regno Polonię aduersus hæreticam prauitatem Inquisitor existeret F. Ioannes Vratislauiensis, ex Boemia Vratislauiam peruasit impius error infandaque hæresis contra Ecclesiam Catholicam per Petrum Ioannem Piranensem hæresiarcham. Inquisitor conabatur ad mentem saniorem reducere plurimos clam infectos ferente opem illi NanKero Episcopo Vratislauiensi, quam ob rem in graue odium implacabilesque iras Ioannis Lucemburgẽsis Regis Boemię vterque incurrit. Primores enim è magistratu Vratislauiensi ciues,necnõ & alij ex promiscua multitudine, liberam in persequenda profligandaque hæresi potestatem Inquisitoris,& Episcopi apud Regem hæreticum suggillabãt, & accusabãt. Indigne hoc accepit Rex: quam ob rem acerbe in vtrumque inuectus:in primis bona Ecclesiastica NãKeri Episcopi omniumque Ecclesiarũ, & Monasteriorum per vim occupat & diripit. Præsulem dum ferro nequit, veneno extingit. Senatui Vratislauiensi dat in mandatis Fr. Ioannem Inquisitorem,ne finat agere in hęreticos,sin pergat manus ei iniiciat,vitamque intercipiat. Paret furore correptus senator quisque,& datis pecunijs sicarijs per speciem confessionis euccatum F. Ioannẽ in claustrum, tunc Pragę apud Regem legatione Catholicorum fungentem illi sicarij postratum multis ictibus confodiunt,& immaniter occidunt. Propter hanc crudelitatem excommunicationis sententia plurimi ex principalioribus feriuntur,omnesque ciuitatis, & diœceseos Ecclesię interdicto Ecclesiastico supponuntur à Benedicto duodecimo,qui desiderans pietatem Catholicæ fidei in vrbe Vratislauiensi reflorescere Ioanni Preczlaio Pogorelecio desolatę eius Ecclesię administrationem iniungit. Monetque vt Boemorum Re-

gem

Anno Christi. 1340.

gem ad mentem saniorem reducat, & Ecclesiæ recōciliare velit. Cura Ecclesiæ eiusdem Preczlaus suscepta illico Nyssam Silesiorum contendit per literas Regem parricidij, quod Episcopū sacrilegij, quod Inquisitorem mactasset seuere obiurgat, & ad pœnitentiam salutarem hortatur. Hortatur & ad satisfactionem condignam restitutionemque Ecclesijs spoliatis, & direptis, sua detque opera pietatis, quibus crimina infanda admissa diluat. Mouit ea cohortatio Regem, proinde Carolo filio Marchioni Morauiæ iubet Episcopum nomine regio cōueniret, pœnitudinis signa monstraret, reconciliationemque Ecclesiæ sublatis censuris, & interdicto curaret. Cuncta per ordinem à Carolo explentur. Rex in gratiam Ecclesię redit certis cōditionibus: ciuibus mulcta imponitur. Episcopo enim in Vratislauiam à Nyssa diuertente, & Carolo Marchione filio Regis eum comitāte (vt scribit Michouius) consules, ac Iurati Vratislauienses capitibus, ac pedibus nudatis, pallijs quoque, & cingulis amotis quasi ij supplicio extremo plectendi essent, ducti ad patibulum ex prætorio, vsque ad cœnobium nostrum Prædicatorum S. Adalberti nomine appellatum, ex quo B. F. Ioannē Inquisitorem ad necem traxerant venerunt, & in terram per modum crucis prostrati culpa simpliciter cognita, & prolata, veniam, & misericordiam supplices poposcerunt, pluribus execrationibus se astringētes, nunquam similibus ausis Ecclesiam, Inquisitionem, fratres, & clerum Vratislauiensem molestaturos. Tanta eorum humilitate permotus Preczlaus eos in gremium Ecclesię suscepit, & interdictum sustulit. At Deus pœnam demeritam non distulit: nam digna plaga indignam expulsionem Episcopi, ac cleri, & cædem F. Ioannis Inquisitoris repēte secuta est. Anno enim millesimo trecentesimo quadragesimo secundo, casuali igne octaua die Maij in Vratislauia exorto tota ciuitas conflagrauit. Visusque est tempore incendij apud S. Mauritium extramuros Vratislauien-

A

tes ab incluse quadam religiosa fœmina Angelus exertum gestans gladium contra ciuitatem, & ardentibus carbonibus eandem feriens & incendens. *Matthias Michouius libro 4 historiæ regni Poloniæ capite 23. Frat. Abraham Bzouius, cap 8 F. Michael Pius 2 part. libro secundo columna 173.* — Benedicti XII. anno 6.

B

ANNO Domini millesimo trecētesimo quadragesimo primo, Benedicti duodecimi anno septimo, B. F. Conradus Inquisitor hæreticæ prauitatis, dum valide se hæreticis opponeret totis viribus incumbens, vt è Bœmia exterminarentur, occisus est Pragæ à Rege Bœmiæ Ioanne Lucemburgensi dum gloriosum fidei testimonium præberet. Post mortem vero plurimis miraculis claruit, quibus perculsi fideles sępe apud Sedem Apostolicam egerunt, vt eum in numerum Ecclesiæ sanctorum solemni ceremonia, & ritu Pontifex Summus referret: *Fr. Abrahā Bzouius cap. 8. pag. 69.* — *An. 1341.* — *Inquisitor Martyr.*

C

ANNO Domini millesimo trecentesimo quadragesimo secundo sub Benedicto duodecimo, qui obijt septimo Kalendas Maij, & assumptus est ad Pontificatum Clemens sextus Nonis Maij in nostro Prædicatorum Auinionensi cœnobio (qui obijt anno 1352. octauo Idus Decembris) fratres Prædicatores mirabiles progressus in Ecclesia fecerunt plurimis hęreticis exterminatis. Nam postquam ab anno millesimo ducentesimo septuagesimo quarto Flagellātium secta quinquaginta errores contra fidem profitentium per Europam grassata fuerat, tandem hoc tempore fratrum nostrorum Inquisitorum opera, & indefessa sedulitate extincta est in Gallię, Italiæ, ac Germaniæ Prouincijs; alijs patibulo suspensis, alijs igni traditis, cū in suis nefandis dogmatibus obstinati manerent: Castillus — *An. 1342.* — *Hæretici extincti.*

D

Anno Christi 1346.

tillus 1. part. lib. 3. capit. 54. Frat. Michael Pius 2. part. libro 2. columna 175. & Frat. Thomas Cantipratanus de bono vniuersali capite 47.

An. 1346.

ANNO Domini millesimo trecentesimo quadragesimo sexto, Clementis sexti anno quinto, cum in Boemia hæresis Dulcini reuixisset Magister generalis ordinis Fr. Guarinus in comitijs generalibus apud Briuiam Franciæ vrbem celebratis erexit studia generalia in cœnobio Pragensi ad instantiam Caroli Regis Romanorum, & Prædicatoribus ordinis præcepit, vt maximam diligentiam adhiberent ad propulsandos â Boemia errores adeo execrandos, quod fœliciter perfecerunt exterminatis falsis prædicti heresiarchæ dogmatibus: F. Michael Pius lib. 2. col. 178.

Heretici extincti.

I.

An. 1347. Pro Ecclesia passi.

ANNO Domini 1347. Clementis sexti anno sexto, F. Bernardus Nouinionensis in regno Poloniæ in ducatu Mazouiæ plurimas persecutiones, & iniurias pertulit pro Ecclesia Catholica, nam cum esset Episcopus Ploscensis pro immunitate Ecclesiæ, & pro ea purganda â labe hæresis infectis innumeras molestias, & contumelias passus est occasione bellorum inter Casimirum Regem Poloniæ, & Semouitũ Ducem Mazouiensem: F. Michael Pius lib. 2. column. 180.

II.

Hæreses confutatæ.

¶ Eodem anno F. Sixtus Poncellus scripsit Italiæ contra hæreses huius temporis librum præscriptum, Defensio fidei ad hæreses confutandas vtilissimũ: F. Michael Pius 2. p. lib. 2. col. 181.

An. 1348. Inquisitores duo contra hæresim.

ANNO Domini 1348. Clementis sexti anno septimo duo vigilantissimi contra hæreticam prauitatem Inquisitores F. Vvenceslaus In-

A quisitor Vratislauiensis, & Fr. Ioanne Chrysostomus Inquisitor Posnantensis in regno Poloniæ magnam diligentiam & curam adhibuerunt, vt ab illius regni limitibus hæreses exterminarentur: Fr. Abraham Bzouius in Annalibus Poloniæ cap. 8.

Clemẽtis VI. anno 5.

An. 1349.

B

ANNO Domini 1349. Clementis sexti anno octauo, diligentia fratrum Inquisitorum, ê nostra familia in regno Poloniæ heresiarcha Petrus Ioannis Piranensis Boemus infandæ hæresis contra Ecclesiam Catholicam seminator exhumatus, & publice flãmis iniectus fuit: F. Abraham Bzouius capit 8.

Heresiarcha effossus, & combustus.

An. 1350.

ANNO Domini 1350. Clementis sexti anno nono, Barchinone quidam exortus est error circa
C sanguinem Christi Redemptoris nostri & publice doceri cœpit, & continuo F. Nicolaus Rosellius Inquisitor generalis Aragoniæ postea Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis summo studio, & diligentia egit cum Clemente sexto Pontifice maximo, vt doctrinam & errorẽ reprobaret, quod Pontifex de grauissimorum Doctorum consilio, & sententia præstitit, ac precepit predicto Inquisitori, vt publice eundem errorem damnaret, quod executioni mandauit
D Apostolico Pontificis præcepto obtemperans in Cathedrali Ecclesia Barchinonensi, coram Episcopo, clero, & populi multitudine copiosa: Paramus libro 2. titulo 3. cap. 4. num. 50 Diagus libro 1. cap. 22. Castillus 2. part. lib. 1. cap. 57. & Nicolaus Eymericus Inquisitor in Directorio Inquisitorum quæstione 10.

Errores extincti.

I.

An. 1351.

ANNO Domini millesimo trecẽtesimo quinquagesimo primo Clementis sexti anno decimo,

Frat.

Anno Christi. 1350.

Hæretici puniti.

Frater Nicolaus Rosellius Inquisitor generalis Aragoniæ animaduertens, quod in vrbe Valentina plures hæretici Beguardi, clam demorarentur venerantes, vt ducem, & caput Iacobum Iust hæresiarcham publice damnauit eorum errores, & trium hæreticorum Guillelmi, Gillabat, Bartholomæi Fuster, & alterius corpora exhumari fecit, & publice concremari, eorumque ducem errores abiurantem, & signa pœnitentię demonstrantem carceri perpetuo mancipauit, cæteris alijs pœnis debitis mulctatis. *Diagus lib. 1. cap. 22. Eymericus in Directorio quæst. 11.*

II. ¶ Eodem anno quarto Idus Aprilis, apud Villamnouam Auinionensis diœcesis Clemens sextus concessit Prouinciali Aragoniæ Fratri Nicolao Rosellio, qui postea fuit Sanctę Romanæ Ecclesię Cardinalis, ex Prædicatorum ordine de nouo facultatem instituendi Inquisitores hæreticæ prauitatis in cunctis terris, & Regnis Regis Aragonum, & eos amouendi, idemque concessit suis successoribus in officio Prouincialatus. Literæ autem Pontificiæ sic habent.

Inquisitores in Aragonia instituendi facultas.

CLEMENS *Episcopus seruus seruorum Dei, Dilecto filio Nicolao Roselli ordinis fratrum Prædicatorum sacræ Theologiæ Magistro Priori fratrum dicti ordinis Prouinciæ Aragoniæ, salutem & Apostolicam benedictionem.*

Fidei Catholicæ, extra quam nulli est gratia, nulli salus affectantes, summopere vbilibet pollere nitorem ad effugandas nebulas hæreticę falsitatis, quas aduersus illam malignus spiritus per ministros suos perditionis filios indesinenter exsufflat opportune solicite remedia ex debito seruitutis Apostolicæ prouidemus, vt super excrescentibus in vinea Domini Sabbaoth tribulis falsitatis huiusmodi falsę fidei relecatis, vinea ipsa fructus salutis, & gratiæ, cultoribus suis in vbertate producat. Cum itaque sicut nobis exponere curasti, Priori Prouinciali fratrum ordinis Prædicatorum Prouinciæ Hispaniæ, de qua Prouincia, Prouincia Aragonum, tunc temporis existebat per literas Apostolicas, hactenus concessum extiterit, vt ipse aduersus hęreticæ prauitatis labe respersos, necnon credentes, fautores, receptatores eorum, Inquisitores, quoties opportunum foret, authoritate Apostolica deputaret, & ab aliquibus reuocetur in dubium, An post diuisionem eiusdem Prouinciæ Hispaniæ, Prouincialis ipsius Prouincię Aragoniæ, possit aduersus respersos, credentes, fautores, & receptatores, huiusmodi Inquisitores, ex fratribus dicti ordinis deputare, nos volentes super hoc de opportuno remedio prouidere tuis supplicationibus inclinati tibi, & successoribus tuis Prioribus, Prouincialibus fratrum ordinis, ac Prouinciæ Aragoniæ Prędicatorum, qui pro tempore fuerint, authoritate Apostolica indulgemus, vt tu & ipsi, sic de Inquisitoribus ex eisdem fratribus ordinis, & Prouincię præfatorum, aduersus hæreticos, credentes, fautores, & receptatores, eorundem in dicta Prouincia Aragoniæ, ac omnibus, & singulis regnis, & terris charissimi in Christo filij nostri Regis Aragonum illustris subiectis dominio prouidere, ac eos instituere, & destituere valeatis, sicut ante diuisionem eiusmodi in dicta Prouincia Aragonię prior Prouincialis eiusdem Prouincię Hispaniæ poterat ante factus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum apud Villamnouam Auinionensis diœcesis, quarto Idus Aprilis Pontificatus nostri anno nono: *Diagus lib. 1. cap. 6.*

Anno Christi 1351.

Clemẽtis VI. anno 11.

An. 1352.

ANNO Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo secundo Pontificatus Clementis sexti anno vndecimo, qui obijt octauo Idus Decembris, & electus est Innocentius sextus decimo quinto Kalendas Ianuarij (& obijt anno millesimo trecentesimo sexagesimo secũdo pridie Idus Septembris) in Cathalonia, apud oppidum Montem album (Hispanè Montblanc) deliria, & errores aliquorum pullulabant. Eorum autor & dux erat Frater Berengarius de Montefalcone Bononiensis de Monasterio Populeti in Prouincia Cathaloniæ. Quos errores Frater Nicolaus Rosellius hereticæ prauitatis Inquisitor publice damnauit, & ne reuiuiscerent viriliter extinxit. *Diagus libro 1. cap. 22. F. Nicolaus Eymericus in Directorio quæst. 11. pag. 268.*

Errores extincti.

An. 1356.

ANNO Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo sexto, Innocentij sexti anno quarto Frater Ioannes Gomir & Frater Nicolaus Eymericus Inquisitores generales in regnis Aragoniæ Valentiæ, &c. strenuam operam indefesse nauabant circa hæreticorum Inquisitionem, & eorum extirpationem: nam plures hereticos in vinculis coniectos dignis supplicijs affecerunt, & Fr. Ioannes Gomir contra hæreticum insignem Raymundũ Castelli Ampuriani viriliter processit. *Diagus lib. 1. cap. 23.*

Inquisitores contra hereticam prauitatẽ.

I.

An. 1357.

ANNO Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo septimo, Innocentij sexti anno quinto, quidam Archiepiscopus Armacanus hereticas propositiones docere conabatur circa statum Religionum Mendicantium: quam doctrinam fratres Prædicatores coram Pontifice demonstrauerunt esse falsam in fide, suspectam, erroneam, & hereticam, & sic, vt hæretica damnata est ab Innocentio Pontifice, & author eam abiurare compulsus: *Castillus secunda parte libro secundo capite quarto.*

Heresis dãnata.

II.

¶ Eodem anno Frater Nicolaus Eymericus Inquisitor generalis Aragoniæ hæresiarcham Nicolaum à Calabria, post publicam errorum, & heresum abiurationem Dominica infra octauas Ascensionis perpetuo pœnitentiæ habitu indutum, quem in Hispania vocant Sambenito, declarauit, & alijs condemnauit pœnis. Sed cum simulãter pœnituisse appareret, dum publice in foro ante Ecclesiam vbi actus solemnis Inquisitionis celebrabatur in Scala (quæ Hispanè appellatur Cadahalso) stans errores confiteretur sæculari brachio relaxauit, & sacerdotio priuatus igni traditur, tertio Kalendas Iunij: *Diagus lib. 1. cap. 24.*

Hæresiarcha combustus.

An. 1360.

ANNO Domini millesimo trecentesimo sexagesimo Innocentij sexti anno octauo F. Bernardus Ermengandus Inquisitoris generalis munere viriliter fungebatur in regnis Aragoniæ, Valentiæ, &c. hæreticorum colluuiem ab eisdem regnis propulsando: *Diagus lib. 1. cap. 29.*

Inquisitor hereticæ prauitatis.

An. 1362.

ANNO Domini millesimo trecentesimo sexagesimo secundo, sub Innocentio sexto (qui obijt pridie Idus Septembris, electusque est Vrbanus quintus quinto Kalendas Octobris qui obijt anno millesimo trecentesimo septuagesimo, decimo quinto Kalendas Ianuarij) sub quo Frater Nicolaus Eymericus Inquisitor generalis regnorum Aragoniæ Barchinone in Ecclesia Cathedrali damnauit librum cuiusdam Bartholomæi Genuensis hæresibus plenũ, & igni

Errores extincti.

tradidit

Anno Christi. 1370. | Vrbani V. anno 8.

tradidit, authorem vero in vincula coniecit, & publice pœnitentem hæresesque abiurātem ad Ecclesiam recepit: *Eymericus Directorio 2. part. quæst. 11. Diagus lib. 1. cap. 25.*

An. 1370. ANNO Domini millesimo trecentesimo septuagesimo, sub Vrbano quinto, qui obijt decimo quarto Kalendas Ianuarij, & electus est Gregorius vndecimus (qui obijt anno millesimo trecentesimo septuagesimo octauo, sexto Kalendas Aprilis) F. Nicolaus Eymericus Inquisitor generalis regnorum Aragoniæ, quendam Iudæum Barchinonensem Astruchum de Piera, dæmoniorum inuocatorem, & sacrificum in vincula coniecit, & licet super iurisdictione, quis de illo cognoscere deberet, ab Inquisitionis carcere per Episcopum fuerit extractus, tamen ex mandato Gregorij vndecimi, quarto Idus Aprilis anno millesimo trecentesimo septuagesimo primo, Inquisitori est restitutus, qui publice in Ecclesia Cathedrali ipsum damnauit, & post publicam errorum abiurationem perpetuo carceri adiudicauit: *Diagus li. 15. cap. 25 Eymericus in Directorio quæst. 42.*

Iudæus punitus.

An. 1371. ANNO Domini millesimo trecentesimo septuagesimo primo, Gregorij vndecimi anno primo, Inquisitor Fr. Nicolaus Eymericus scripsit librum contra inuocatores, & adoratores dęmoniorum, in quo probat eorum delicta per Inquisitores cognosci debere, atque ideo merito potuit Pontifex Inquisitori hanc causam suo tribunali propriam adiudicare. *Diagus lib. 1. capit. 25.*

Contra hęreses scriptor.

An. 1372. ANNO Domini millesimo trecentesimo septuagesimo secūdo, Gregorij vndecimi anno secundo in conuentu Prędicatorio Londinēsi in Regno Anglię, curantibus fratribus nostris, Synodus Prouincialis Angliæ est celebrata ab Archiepiscopo Cātuariensi, & tredecim Episcopis, & triginta magistris in Theologia, omnibus fere Prædicatorij instituti; in qua plura dogmata hæresiarchæ Ioannis Vvicleph ab eodem in Oxoniensi Academia, & per Angliam disseminata, velut hæretica communi omnium sententia damnata sunt. At vero Vvicleph (quod interpretatur impia vita) tantum abfuit, vt errores corrigeret, & emendaret, quod per contemptum, & irrisionem solebat vocare Synodum illam terremotum, sic asserens, Anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo secundo, fratres in suo cōcilio terremotus Londonij generaliter intoxicauerunt regnum nostrum, &c. *Ioannes Cochleus Canonicus Vratislauiensis historia Hussitarum lib. 1. cap. 8.*

Vvicleph hæreses dānata.

An. 1373. ANNO Domini 1373. Pontifex Gregorius XI. anno tertio Pontificatus, concesit Inquisitoribus ordinis Prędicatorum, & Minorū, quod possint ire ad Romanam curiam cū socio, quem ipsi elegerint, non obstante, quod prelati petitam licentiam non cōcesserint, & diligenter curabunt, vt cito se expedientes ad partes ipsis commissas, reuertātur. Literæ Pontificis sunt tenoris sequentis.

GREGORIVS *Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriā.*

Negotia Catholicæ fidei per nos ipsos promouere, & per alios promoueri facere, prout ad id tenemur plenis desiderijs affectantes: vniuersis & singulis Prædicatorū, & Minorū ordinū fratribus Inquisitoribus hæreticę prauitatis vbilibet constitutis præsentibus, & futuris veniendi libere ad Romanā curiā, in eaque morandi cū vno socio sui ordinis nō obtenta, vel petita licentia quorumcunque suorum superiorum, seu Prelatorum. Et huiusmodi socium mutandi,

Anno Christi 1374.

& alium de sua Prouincia assumendi, & secum tenendi quoties fuerit oppor tunum, non obstantibus quibuscumque prohibitionibus, seu constitutionibus eorumdem prelatorum, seu capitulorum generalium vel Prouincialium ordinum prædictorum, quorumcunque tenorum existant, contrarijs plenam licentiam tenore præsentium impartimur.

Ipsos autem Inquisitores hortamur, vt se facere expedire de dicta curia, quam cito poterunt, bona fide procurent; & ad partes, in quibus eis commissum est Inquisitionis oficiũ, ad illud exequendum solicite non differant remeare. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis, & hortationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attẽtare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Auinione, octauo Idus Februarij, Pontificatus nostri anno tertio *Fr. Nicolaus Eymericus in 2. part. Directorij pag. 137.*

I. *An. 1374* *Martyr Inquisitor ab hæreticis passus.*

ANNO Domini millesimo trecentesimo septuagesimo quarto, Gregorij vndecimi anno quarto Fr. Antonius Pauo, è Sabiliano intrepidus hæreticorum, ab eisdem Dominica in Albis hora tertia, cum sanctum altaris sacrificium obtulisset dumque populo aduersus praua dogmata declamaret, heretico satellite inuadente gladio confossus, martyrij palmam gloriose promeruit: *F. Michael Pius 1. part. lib. 2. col 325.*

II. *Inquisitor hæreticę prauitatis*

¶ Eodem anno in Armenia, Georgiana, Græcia, Tartaria, Russia, ac in duabus Vvalachijs Inquisitor hæreticę prauitatis delegatus est F. Ioannes Gallus, è Prædicatoria familia à Gregorio vndecimo: *Paramus libro secundo titulo secundo cap. 29.*

Gregorij XI. anno 4.

An. 1375. *Errores damnati.*

ANNO Domini millesimo trecentesimo septuagesimo quinto, Gregorius vndecimus, Auinioni octauo Kalendas Februarij, ad instantiam Inquisitoris, Fr. Nicolai Eymerici congregatione facta viginti Doctorũ Theologorum, cum Petro Cardinali episcopo Ostiensi, post plures disputationum cõgressus mature factos damnauit ducentos articulos operum Raymundi Lulli, vt erroneos & hæreticos, vt in Bulla eadem ipse Pontifex affirmat: *Directorium Inquisitorum 2. p. quæst. 9. num. ... & 6. Diagus lib. 1. cap. 25. & Castillus 2. p. lib. 2. cap. 4.*

An. 1376. *Gẽtilibus prædicatur.*

ANNO Domini millesimo trecentesimo septuagesimo sexto, Gregorij vndecimi anno sexto, ipse Pontifex in Bulla quadam refert fratres ordinis Prædicatorum maximis laboribus, & persecutionibus verbum Domini annunciare infidelibus, qui ad Orientem, Austrum, & Septentrionem incolunt, ac in Vvalachia Tyri, siue Trapizondæ, & in alijs remotissimis regionibus cœnobia construxisse. Ipse etiam Pontifex misit plures fratres Prædicatores ad easdem regiones, eorum præfecto cõstituto F. Elia Petit Gallo: *Paramus lib. 2. tit. 2. cap. 29.*

An. 1377 *Gentibus prædicatur.*

ANNO Domini millesimo trecentesimo septuagesimo septimo, Pontificatus Gregorij vndecimi anno septimo, ipse Pontifex cum F. Elia Magistro generali ordinis Prędicatorum statuit, quod congregationi Prædicatoriæ peregrinantium inter gẽtes decem cœnobia adiudicarentur à tribus Prouincijs, nempe à Prouincia Poloniæ Leopoliensi, Camenecensi, & Smotricensi, à Prouincia Hungariæ Ceretensi, Pansutensi, & Primicellensi, à

Pro-

Anno Christi 1377.

Prouinciæ Græciæ, Chiensi, Caphensi Trapezuntinum, & Peræ eo fine, vt ad hoc conuentus, siue infirmitate deiecti siue labore fatigati, vel senio confecti fratres tanquam sub vmbonem confugerent: atque etiam, vt longius ab oculis suarum pastorum euolantes ijdem faciliori via, & ordine (vt est lubrica statio religiosi extra claustra) in claustris proximioribus officij sui à vicario ad monerentur. Exindeque redibant ad prædicationem gentium animati, & cōfortati denuo mirabiles in conuersione fructus edentes: *Fr. Abraham Bzouius de Prouincia Polonia cap. 4.*

II. *Errores extincti.*

¶ Eodem anno Fr. Nicolaus Eymericus Inquisitor Aragoniæ errores aliquos subortos condemnari fecit authoritate Apostolica, & ab eodem regno eliminari omnibus Episcopis præcipiendo, vt tales hæreses censuris propulsarent: *Diagus libro primo capite 25. folio 49.*

I. *An. 1378.*

ANNO Domini millesimo trecentesimo septuagesimo octauo sexto Kalendas Aprilis à vita discessit Gregorius vndecimus, & quinto Idus Aprilis assumptus est ad Pontificatum Vrbanus sextus (qui obijt anno millesimo trecentesimo octuagesimo nono, Idibus Octobris) iste Pontifex Magistro generali nostri ordinis mandauit, vt cum prædecessor Gregorius vndecimus in Septentrionis, & orientis Prouincijs fratrem Ioannem Inquisitorem delegasset, & mortuus esset tres fratres in eius locum nominet, & instituat Inquisitores, alterum in Armenia, & Georgiana, alium in Græcia, & Tartaria: tertium vero in Russia, & in duabus Vvalachijs: ex quo patet, quam late nostra Prædicatoria familia Inquisitionis fructus in abditissimos orbis angulos propagauerat: *Paramus libro secundo titulo secundo capite 19.*

Inquisitores in Prouincijs Septentrionis & Orienti.

II. *Inquisitor hæreticæ prauitatis*

¶ Eodem anno Frater Nicolaus Moschinus Carractiolus Neapolitanus in regno Neapolitano hæreticæ prauitatis Inquisitoris munus exercebat magno hæreticorum damno, & rei Catholicæ maximo incremento, adeo vt ad eius zelum, studium, & labores in sancto officio administrando hæresium exterminio compensandum, Vrbanus sextus, hoc ipso anno decimo quarto Kalendas Octobris, ad Cardinalatitiam dignitatem euexerit *Frater Leander Albertus libro tertio folio 69. Frater Alphonsus Ciaconius part. 2. pag. 771.*

Gregorij XI. anno 7.

I. *An. 1380. Groetlandi conuersi*

ANNO Domini millesimo trecentesimo octuagesimo, sub Vrbani sexti anno tertio, vt Abraham Ortellius refert, quædam nauis Veneta in qua prefectus erat Nicolaus Zenus, qui hæc retulit, vi procellarum acta ad magnam Groetlandiæ insulam, quæ fere polum pro zenit habet, applicuit, ibique celeberrimum Prædicatorij ordinis cœnobium Diuo Thomæ dicatum reperit: ex quo ad prædicationem incolarum insulæ, & ad eos in fide Christi conseruandos fratres egrediebantur: *Fr. Thomas Maluenda de Antichristo libro 5. capit. 6. Abraham Ortellius in tabula Scandiæ.*

II. *Inquisitor generalis.*

¶ Eodem anno in Regnis Aragoniæ Inquisitoris generalis officio fungebantur, Frater Ximenius de Nauassa, qui plures errores pullulantes ab eodem Regno eliminari fecit *Frater Franciscus Diagus lib. 1. cap. 31.*

An. 1384.

ANNO Domini millesimo trecentesimo octuagesimo quarto Vrbani sexti Pontificis anno sexto Frat. Nicolaus Eymericus Inquisitor itém generalis regnorum Aragoniæ, Valentiæ, &c. in oppido Puigcerdano, principatus Cathaloniæ condemnauit errores Arnaldi Montabernij, qui dum viuus fuerat resipiscere erroribus

Hæresiarcha combustus.

 abiuratis

Anno Christi. 1386. abiuratis post decem & nouem annorum spatium in pertinacia perseuerans ab Inquisitore Brachio sæculari traditus igne combustus est: *Castillus 2. part. lib. 2. cap. 4.*

An. 1386. ANNO Domini millesimo trecentesimo octuagesimo sexto, & sequentibus, Vrbani sexti anno octauo, duo Cardinales ordinis Prędicatorum Fr Nicolaus Moschinus Carractiolus tituli S. Cyriaci, & Fr. Philippus Gezza tituli S. Gabinij, & S. Susanę strenuam nauarunt operam pro Ecclesia â persecutionibus, & schismate liberāda, Nam F. Nicolaus tres legationes gessit Perusinā, Venetam, Neapolitanam, & peregrinanti Vrbano sexto semper adhæsit F. Philippus vero Pisis, Lucæ, & in pluribus Italiæ oppidis Vrbani causam faciendo ore confirmans nutantes populos Italiæ in eius fide retinuit, *F. Alphonsus Ciaconius 2 parte.* *Pro Ecclesia legati.*

An. 1389. ANNO Domini millesimo trecentesimo octuagesimo nono, sub Vrbano sexto, qui obijt idibus Octobris, & electus est Bonifacius nonus quarto Nonas Nouembris (qui obijt anno Domini millesimo quadringentesimo quarto, Kalendis Octobris) Fr. Nicolaus Eymericus Inquisitor generalis Aragoniæ perpetuo carceri mācipauit Valentiæ Parochum, & Rectorem Sylle Petram Seplanes post hæresis, errorumq; abiurationem publicam, & scriptum in Ecclesia Cathedrali Valentina publice combustum. *Diagus lib. 1. cap. 26.* *Errores extirpati.*

An. 1391. ANNO Domini millesimo trecētesimo nonagesimo primo, Bonifacij noni anno secundo, S. Vincentius Ferrerius in vrbe Valentina plurimos Iudęos ad saniorem mentem *Iudęi conuersi.*

Vrbani VI. anno 8. A sua prædicatione reduxit relictis superstitionibus, & Synagoga. Integrum nāque vicum, vel calle maris, vt vocāt ab eis inhabitatum ad fidem conuertit. *Diagus lib. 2. cap. 53.*

An. 1394. ANNO Domini millesimo trecentesimo nonagesimo quarto, & sequentibus Bonifacij noni anno quinto, Fr. Vincentius Olisiponensis B totius Prouinciæ Hispaniæ Prouincialis ab eodem Pontifice Inquisitor generalis, per vniuersam Hispaniam institutus est, qui in diuersis vrbibus oppidis, & castris hæreses, errores, superstitiones validissime destruxit, & exterminauit, & tam præclare, tanto munere functus est, vt post eius obitum concessum fuerit singulis Hispaniæ Prouincialibus esse, etiam generales Inquisitores, qui instituere & amouere possent inferiores Inquisitores, vt constat ex diplomate Bonifacij noni, quam anno C 1403. Deo iuuante afferemus: *Episcopus Monopolitanus in 3 part. historiæ ordinis Prædicatorum lib. 1. cap. 88.* *Hęreses eliminatæ.*

An. 1399. ANNO Domini millesimo trecentesimo nonagesimo nono, obijt in suo conuentu Prædicatorū Gerundensi, in quo professionem emiserat Inquisitor generalis Aragoniæ, &c. Fr. Nicolaus Eymericus, postquam D per quadraginta annos sacrosanctę Inquisitionis munera viriliter moderatus fuisset Vir iste indefessus extitit fidei Catholicę zelator, atque adeo immensos, pro Ecclesia, & fide labores perpessus est, scripsit plurimos libros aduersus hæreses, & errores tunc exortos, librum de potestate Pontificis aduersos quosdam hæreticos, anno millesimo trecentesimo octuagesimo tertio. Alium de duabus Christi naturis, & de tribus personis in Deo, aduersus errores Parrochorum Valētinæ vrbis, anno millesimo trecēsimo nonagesimo

qui

Anno Christi. 1400.

qui quando infirmis viaticum deferebant, dicebant eis. Creditis quod hæc sacra Eucharistia, quam pre manibus habeo, est Pater, Filius, & Spiritus sanctus, respondẽtibus infirmis, Ita credo, porrigebant & communicabant eis. Anno eodem scripsit librum alium de excellentia Christi, & B. Virginis, cõtra quosdam eam calumniãtes. Anno item millesimo trecentesimo nonagesimo quinto scripsit librum alterum aduersus alios hæreticos, asserentes, Ioanné Euãgelistam fuisse naturalem filium B. Virginis: *Diagus lib. 1. cap. 26. & 27.*

An. 1400.

ANNO Domini millesimo quadringẽtesimo, Bonifacij noni anno vndecimo, Fr. Petrus Maça Oscensis Prouinciæ Aragoniæ scripsit erudite contra errores Arnaldi à Villa noua qui fuerat magnus medicus, & cõdiderat multos libellos, in quibus erant quam plurimæ insertæ & multum periculosę hęreses, & errores, quę Tarraconę fuerunt condemnatę per Fr. Ioannem de Lotgerio ordinis Prædicatorũ Inquisitorem sub Ioanne vigesimo secũdo: *Diagus lib. 2. cap. 42. Directorium Inquisitorum quæst. 28. p. 316.*

Contra hęreses scriptor.

An. 1402.

ANNO Domini millesimo quadringentesimo secũdo Bonifacij noni anno decimo tertio. Fr. Ioãnes Scandellandus Inquisitor in Germania, qui errores Ioannis Vvicleph, disseminari cœptos scriptis & sacro munere, quo fungebatur strenue impugnauit, designatusque est à Summo Pontifice Bonifacio Episcopus Tulinensis, Hildesheymensis, Vvormacensis, & Augustensis, atque Legatus pro grauissimis Ecclesiæ causis diligentissime hęreticos omnes debellauit, pluresque ab erroribus extractos in Catholica fide stabiliuit: *F. Leander Albertus lib. 3. cap. penultimo fol. 124. F. Michael Pius 2. p. lib. 2. col. 226.*

Contra hęreses Inquisitor.

Bonifacij IX. anno 13. I.

A

ANNO Domini millesimo quadringẽtesimo tertio, Bonifacius nonus concessit Prouincialibus Prouinciæ Hispaniæ, vt officiũ Inquisitionis generalis in Hispania exercerẽt, Inquisitores designarent, vel amouerẽt vt constat ex literis datis Romę apud sanctum Petrum Kalendis Februarij, anno decimo quarto Pontificatus tenoris sequentis.

An. 1403.

Inquisitor Generalis Hispanię.

B

BONIFACIVS Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Sedis Apostolicæ prouidentia circumspecta hæreticę prauitatis labe respersos, quorũ nequitia serpit, vt cancer ne in aliorum perniciem suavenena diffundat, remedium libẽter adhibet opportunum, vt exinde negotia Catholicæ fidei, elisis omnino, & eradicatis erroribus prosperentur, ac fides ipsa fortius inualescat. Cum itaque sicut accepimus, quondam Frater Vincentius de Vlixbona ordinis fratrum Prędicatorum professor olim in Prouincia Hispaniæ Inquisitor hæreticæ prauitatis, per dictam Sedem deputatus extra Romanam curiam fuerit vita functus, nos affectantes ad huiusmodi negotium fidei ibidem efficaciter promouendum continue talem deputare personam cuius honesta conuersatio exẽpla tribuat puritatis, eiusque labia erudita doctrinam fundant sapientiæ salutaris, vt eius ministerio omne fermentum exinde labis huiusmodi expugetur, authoritate Apostolica tenore prę sentium, ex certa scientia statuimus, ac etiam ordinamus, quod ex nunc, & de cętero perpetuis futuris temporibus Prouincialis Prouinciæ Hispaniç secundum morem prædicti ordinis, qui nunc est, & pro tẽpore fuerit, ibidẽ Inquisitorẽ hæreticę prauitatis huiusmodi prout ei secundũ Deũ fuerit visum expedire authoritate Apostolica quoties expedierit deputare, ac huiusmodi deputatũ si & quoties sibi videbitur ab huiusmodi

C

D

Anno Christi. 1403.

officio amouere, & alium loco sui subrogare, ac etiam Inquisitionis officium huiusmodi, quoties sibi placuerit, tam in absentia, quam in præsentia deputati huiusmodi pro tẽpore exercere possit, & debeat, qui quidem deputatus pro tempore in huiusmodi negotio Inquisitionis procedere valeat, tam secundũ indulgentias, & priuilegia Inquisitoribus prauitatis eiusdem dicta authoritate Apostolica deputatis, seu officia Inquisitionis huiusmodi exercentibus ab eadem Sede concessa, quæ etiam secũdum canonicas sanctiones districtius inhibentis quibuscumque personis Ecclesiasticis, & mũdanis, quorũ interest vel intererit quomodolibet in futurum ne Prouincialem, & deputandum huiusmodi pro tempore super ijs contra præsentium tenorem impedire, seu molestare quoquomodo præsumant, ac decernentes ex nunc irritum, & inane si secus super his à quoquam quauis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Per huiusmodi autem deputationem, vt prę mittitur faciendam locorum ordinarijs, quominus ipsi Inquisitionis officium super labe prędicta prout volunt dictæ canonicę sanctiones, exercere valeant, & quibuscumque priuilegijs ordini, vel Inquisitoribus, seu officio memoratis, siqua sint, eis à dicta Sede concessa, nullum volumus prę iudicium generari. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostri statuti, ordinationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autẽ hoc attentare pręsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & B B. Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datis Romæ apud Sanctum Petrum Kendis Februarij, Pontificatus nostri anno decimo quarto, 3. *p. histor. ordinis Prædicatorum lib.* 1 *cap.* 88.

II.

Hæreses extirpatæ.

¶ Eodem anno, & sequentibus in regno Poloniæ Frater Petrus Stephani Inquisitor Cracouiensis per viginti quatuor annos præclarissimo officio fungens plurimos hæreticos, vel reduxit, vel dignis affecit supplicijs: *F. Abraham Bzouius in Annalibus Poloniæ capit.* 8.

Bonifacij IX. anno 14.

III.

¶ Eodem anno Sanctus Vincentius Ferrerius, qui tanquam Sol cursu velocissimo prædicando, Europam illuminabat, & viuificabat, plura illustria facinora in fidei Catholicæ propagatione, hæresumque exterminatione perficiebat. In Delphinatu, apud Gallias tres valles Castris, & Villis plenas, quarum vna vocabatur Frezerna, altera Argenteia, tertia vero vallis Pura, in quibus incolę fere omnes erant hæretici, sua prædicatione ad veritatem traxit Catholicam. Et non procul à Monteferrato in diœcesi Larinensi plurima oppida plena hęreticis Vvaldensibus, & Gazaris ad Christi veram fidem adduxit, & quendam hæreticorum Episcopum in Valle Lofri conuertit, Academiam & Scholas Vvaldensium in valle Engroya euertit, & in valle Pontis plurimos Gazaros hęreticos ad Ecclesiam reduxit. In Allobrogibus autem in quatuor diœcesibus in Sancti Augusti, Trarantis, Mauriani, Ganopolis, & Gebenensi enormes errores exterminauit. Vnus eorum erat nimis dilatus, quod in crastino corporis Christi festum faciebant quolibet anno, & confraternitatem etiam habebant sub nomine sancti Orientis, & in diœcesi Lausanensi in confinibus Germaniæ, & Sabaudię valles integras hæreticis, in quibus adorabant Solem, sicut Deum exhibendo ei de mane suas orationes in cognitionem errorum traxit, & ad fidem Catholicam adduxit. Pluraque alia operabatur, quę omnia ex Epistola eiusdem D. Vincentij ad generalem Magistrum ordinis scriptea latius patent, quam dignam censui, vt huic certamini ascriberetur.

REVERENDISSIMO in Christo Patri Fratri Ioanni de Pedonatis, generali Magistro ordinis Prædicatorum.

Reuerendissime Magister & Pater: propter inęstimabiles me tenẽtes occu-

patio-

Anno Christi 1403.

Bonifacij IX. anno 14.

pationes non valui vestræ Reuerentię scribere, vt decebat. Nam vt verum fatear, ex quo recessi de Romanis vsque nũc inclusiue quotidie me oportuit circumfluentibus vndiquè populis prædicare, & frequentissime bis in die, necnon & ter aliquando, imò & missam, cum nota solemniter celebrare. Itaq; ad itinera communi comestioni, & dormitioni & alijs pertinentijs vix mihi superest tempus: quin imo itinerando oportet me ordinare sermones. Verum tamen ne forte mihi imputaret R. V. non scribendo ad negligentiam, vel cõtemptum, extorsi mihi per quam plures dies, & septimanas, & menses aliquid temporis quotidie, in tantis occupationibus, vt saltem breuiter scriberẽ vobis de via quam feci. Nouerit ergo vestra Reuerẽdissima Paternitas, quod postquam recessi de Romanis vbi me vltimo dimisisti per tres menses continuos fui, in Dalphinatu prædicando in circuitu verbum Dei, per ciuitates, Castella, & villas, in quibus nondum fueram. Præcipue visitaui tres illas famosissimas valles hæreticorum diœcesis Chebredi, quarum vna vocatur Frezerna, altera Agenteya, & tertia Vallis pura. Iam quidem antea visitaueram eas bis, vel ter, & cum deuotione, ac reuerentia magna, per gratiam Dei susceperant Doctrinam Catholicæ veritatis. Sed ad eorum confirmationem iterum volui visitare, quo peracto ad requestas, & rogamina multorum, tam verbo, quam scripto transiui, in Lombardiam, vbi continue prędicaui per annum, & mensem in cunctis ciuitatibus, & villis, & castris nunc obedientiæ, & vltra scilicet in dominio Montis Ferrati, & ad multas requestas, & rogamina sui, & suorũ, in partibus illis Vltramõtanis, quam plures inueni valles hęreticorum: tam Vualdensium, quam Gazarorum peruersorum; percurri in diœcesi Larinensi, quas singulas per ordinem visitaui omnes prędicando in vnaquaque ipsarum fidem, & Doctrinam Catholicæ veritatis, cum improbatione errorum ipsorum, per Dei misericordiã ardentissime, & cum magno deuotionis affectu, ac reuerentia veritatem fidei susceperunt; Domino quippe cooperante, & sermonem confirmante causam reperi in eis præcipuam hæresum, & errorum absentiam Prædicatorum: nam vt veraciter percepi, ab incolis illis triginta anni erant elapsi, quod nullus eis prædicauerat, nisi Vualdenses hęretici, qui ad eos consuetudinarie veniebant de Apulia bis in anno. Ex quo considero Reuerendissime Magister, quanta culpa sit prælatorum Ecclesiæ, & aliorum, qui ex officio, seu sua professione habent talibus prædicare; & potius volunt in magnis ciuitatibus, & villis requiescere in pulchris Cameris, cum suis oblectamentis, interire vero animas, pro quibus saluandis Christus mortuus est. Pereunt ex defectu presbyteri spiritualis, cum non sit paruulis qui frangat panem: messis quidem multa, operarij autem pauci, vndè rogo dominum messis, vt mittat operarios in messem suam. De Episcopo quodam hæreticorum, quem inueni in quadam valle illarum, quæ dicitur Luserna, quomodo voluit mecum conferre, & conuersus est; Item de Scholis Vualdensiũ, quas inueni in valle, quę dicitur Engroya, & earũ destructione; Itẽ de Gazaris hæreticis in valle Põtis quomodo à suis abominationibus conuersi sunt; Item de hæreticis vallis Lantij, alias, Quini, ad quam olim confugerant interfectores B. Petri Martyris, qualiter se habuerunt ergà me, item de cessatione partium; Item de Guelphis, & Gibellinis, item de confœderatione, & pacificatione Generali in partibus illis, & de alijs innumeris, quæ Deus dignatus est operari, ad gloriam suam, & vtilitatem animarum, Taceo de præsenti, sed in omnibus benedictus Deus. Cõpletis autem tredecim mensibus continuis, in Lombardia intraui Sabaudiam. Quinque iam sunt menses elapsi, requisitus vtique per prælatos, & dominos patriæ pluries, & cum magno affectu visitaui, iam hic diœceses quatuor scilicet Augustę, Tarantis, & Mauriani,

Anno Christi. 1403.

& Gunopolis, quæ multum habet in Sabaudia predicando in circuitu, per ciuitates Villas, ex castra eorum plus, & minus prout expediens videbatur, & sum modo in diœcesi Geuenensi. Inter alia vero enormia inueni in partibus istis vnum errorem nimis dilatatum in festum solemniter quolibet anno in crastino Corporis Christi, & tenendo confratrias, sub nomine S. Orientis. Dixerunt mihi fratres nostri, & Minores & alij Religiosi, ac etiam Curati, quod non audebant iam prædicare, vel aliquid dicere contra hunc errorem, timore ducti, quia eis imperabant mortem, oblationes, atque eleemosynas subtrahebant. Contra hunc errorem nunc principaliter insistendo prædicãdo quotidie Domino cooperante, & sermonem confirmante efficaciter extirpatus est: gentesque istæ venientes, nũc dolẽt audientes tantum se errasse in fide. Cũm vero per Dei gratiam, hic error fuerit in breui plenissime extirpatus, habeo intrare Lausanensem diœcesim ex proximis eradicatum communiter, & manifeste adorant Solem, sicut Deum, maxime rustici exhibendo & de mane suas orationes reuerenter ei faciendo. Nam ipsemet Episcopus Lausanensis, bene per duas vel tres dietas venit ad me humiliter obsecrando ex corde, quod suam diœcesim visitarem, vbi sunt multæ villæ hæreticorum, in confinibus Alemaniæ, & Sabaudiæ quod & promisi. Audistis autem, quod hæretici illarum vallium sunt nimis temerarij, & audaces. Sed confidens de Dei misericordia consueta, intendo ibi esse circa tempus instantis quadragesimæ, sicut autem fuerit voluntas in cœlo, sic fiat. Socius meus, Fr. Antonius, & ego simul cum eo humiliter nos recommendamus vestræ Reuerendissimæ P. quem Virginis Filius indeficienter cõseruet in exemplum, & custod. à sanctæ obseruantiæ regularis. Amen Subscripta finaliter in ciuitate Geuenẽsi decima septima die Decẽbris anno 140.. de manu mea Locus sigilli Inutilis seruus Christi, humilisque filius

A

vester, Fr. Vincentius Prædicator. *Diagus lib. 2. cap. 58. Fr. Michael Pius 2. p. lib. 3. col. 6. & 7.*

Bonifacij IX. anno. 14.

ANNO Domini millesimo quadringentesimo quarto, sub Bonifacio nono (qui obijt Kalendis Octobris) & Innocentio septimo, ad Pontificatum assumpto decimo sexto Kalendas Nouembris (qui obijt anno millesimo quadringẽtesimo sexto, octauo Idus Nouembris) Fratres Prædicatores prouinciarum Germaniæ, & Lombardiæ, adeò acriter contra lamias, cuidam Religioni à diabolo excogitatæ emancipatas depugnauerunt, quod asserat Ludouicus Paramus Inquisitor Siciliæ, quod ab hoc anno, & sequentibus, vsque ad annum millesimum sexcentesimum lamiarum triginta millia, vt minimum, ab Inquisitoribus fuerint concremata, quæ si impunitæ abiissent, totum terrarum orbem ad exitium, & vastitatem vocarent. *Paramus lib. 2. tit. 3. cap. 4. num. 27.*

An. 1404.

B

Lamia est cremata.

C

ANNO Domini millesimo quadringentesimo sexto, sub Innocentio septimo, qui obijt octauo Idus Nouembris, assumptusque est in Pontificem Gregorius duodecimus (qui obijt abdicatus anno millesimo quadringentesimo decimo septimo) Iudæi quidam scelestissimi, in Hispania augustissimam Eucharistiæ hostiam labefactare, atque grauissimis iniurijs afficere, nixi, cum conata opere adimplere nequirent, communi consensu ad Prædicatorum Conuentum Segouiensem detulerunt. Prior autem Conuentus, vt par erat, commotus, cum Episcopo Segobiensi Ioanne à Turrissedibus Hispane de Tordesillas diligentissima Inquisitione facta prout res exigere videbatur, tantum flagitium grauissime vendicauit, Iudæis dignis supplicijs castigatis. *Paramus lib. 2. tit. 2. cap. 2. num. 2.*

An. 1406.

D

Iudæi supplicijs affecti.

Anno

Anno Christi 1408.

Gregorij XII. anno 2.

I.

An. 1408. ANNO Domini millesimo quadringentesimo octauo Gregorij duodecimi anno secundo, S. Vincentius Ferrerius vocatus â Abembalua Mahomete Granatæ Hispaniarum nobilis vrbis, & prouinciæ Rege, vt eo in Regno Euangelizaret, plurimos Mauros, seu Agarenos baptismum petentes impijs suę sectæ erroribus abdicatis ad Christum traxit. Et cum Rex, & ciuiũ Granatensium multitudo Mahumetis spurcitijs renunciare decernerẽt; dęmone satraparum, & sacerdotum suorum corda excitante perterritus Rex timore amittendi Regni seditione aliqua, vel tumultu, rogauit sanctum Prædicatorẽ ẽ suo Regno egredi, re tanti ponderis imperfecta relicta. Hoc autem anno, & sequentibus Agarenorum octo millia ad Christum suis concionibus adduxit, *Diagus lib. 2. cap. 56. & 57.* *Agareni conuersi.*

II.

¶ Eodem anno & sequentibus, in Aragoniæ, Valentiæ, & Cathaloniæ prouincijs Inquisitores Generales extiterunt Fr. Franciscus Sala, & Fr. Sanctius de Besaram magno rei Catholicæ incremento, *Diagus lib. 1. cap. 34.* *Inquisitores hæreticæ prauitatis.*

An. 1409. ANNO Domini millesimo quadringentesimo nono duobus de Pontificatu contendentibus Gregorio duodecimo, & Benedicto tertio decimo Antipapa priuatis, in Concilio Pisano electus est septimo Kalendas Iulij Alexander quintus, qui obijt anno sequenti videlicet 1410. quinto Nonas Maij, & assumptus est ad Pontificatum Ioannes vigesimus tertius, decimo sexto Kalendas Iunij, & obijt abdicatus anno 1419. Nono Kalendas Iulij, S. Vincentius Ferrerius ad fidem Christi suis concionibus traxit incolas oppidorum Fortunę, & Hauanillæ prope Oriolam, in Regno Valentino, qui erant Agareni, & sacra vnda lauari eos fecit. *Diagus lib. 2. capit. 59.* *Agareni conuersi.*

An. 1411. ANNO Domini millesimo quadringentesimo vndecimo Ioannis vigesimi tertij anno secundo Toleti apud Hispaniam præclarissimæ vrbis S. Vincentius Ferrerius, quam plurimos Iudæos ad fidem Catholicã sua prędicatione traxit, Synagogam item in Ecclesiam erexit, & consecrari fecit, quæ appellatur S. Maria Blanca, adeoq; vetusta erat, vt ante rędificationem templi, per Zorobabel constructa fuerit. Singulis ergo annis anniuersaria, illius egregiæ conuersionis die fit Toleti solemnis processio, in qua imago eiusdem Sancti Vincentij, cum figura Christi Cruci affixi, quam in prædicatione, & conuersione eorundem tulit in manibus gestans, cuius rei nos etiam testes sumus, qui per quadriennium Toleti mansimus, *De hac conuersione, & erectione Synagogæ, in Ecclesiam meminit Diagus lib. 2 cap. 66.* *Iudęi conuersi.*

I.

An. 1412. ANNO Domini millesimo quadringentesimo duodecimo Ioannis vigesimi tertij anno tertio S. Vincentius Ferrerius Salmanticæ, & Çamoræ prædicans Iudęos, ad Christum suis cõcionibus adduxit, Synagogamq; Salmantinam in Ecclesiam transtulit. Iudæorum autem Salmanticensium cõuersio, sic se habuit. Cùm sanctissimus prædicator, in Castellæ Regnum suis feruidis sermonibus nobilitandum peruenisset, & Iudęorum plurimos ad Ecclesiam aggregaret, â Ioanne secundo Rege Castellæ impetrauit, quod Iudęi inter fideles non conuiuerent, propter mutui cõmercij periculum, insuper ad ipsius preces statuit prædict. Rex quod Iudæi signum aliquod super vestes, quo dignoscerentur portarent, & ideò signa circularia super sinistrum humerum in pallio, aut amiculo, tamquam fæminæ gerebant; propter quod appellabantur Iudæi signati, vel de signo. Et quia *Iudæi conuersi.*

ao riti. 12.

Salmanticæ & Zamoræ insigniores erãt Synagogæ: idcirco venit ad has vrbes. Salmanticæ autem cum Iudæo quodã singularem amicitiam professus, vt medium quæreret, quo ipse in Synagogam, quando Iudæi, simul Congregati Sabbatorum festa colerent, ingrederetur. Designauit ergo Iudæus diem, & horam magis opportuno tempore. Gerebat tunc Sanctus Vincentius, in manibus Crucem: intrauit, itaq; Synagogam nullo Iudæorum talia cogitante: viso eo tumultuari cœperunt, sed charitatis igneis rationibus pacificatos rogauit eos, vt attẽte, & beneuole exhortationi suæ auditum præbere dignarentur. Et cum verba ad illuminationem eorum dirigeret, concionari cœpit. Tunc miraculose Cruces albæ super pallia virorum, & linteamina fœminarum apparuerũt: Tali autem miraculo stupefacti à B. Viro baptismo ablui flagitarunt omnes. Conuersi ergo, nomen Vincentij plurimi eorum assumpserunt, ob memoriã; & reuerentiam ipsius, à quo, tam ingẽs beneficium eis est collatum. Synagoga autem, in quo miraculum contigit erat vbi nũc est Collegium Veræ Crucis fratrum ordinis B. Mariæ de Mercede, & à tali prodigio, in Ecclesiam Veræ Crucis translata est, quæ vsque hodie, in tãtæ rei memoriam Ecclesia Veræ Crucis appellatur, successu temporis est iam refectorium, quod antea Synagoga erat, & in eo permanet porta, per quam sanctus ad prædicandum intrauit. In qua scriptum erat. *Hæc est porta Domini, iusti intrabunt per eam.* Itaque miraculum, & exordium Collegij huius Veræ Crucis nomine ornati, sic se habet, & versibus sequentibus totius rei historia complectitur

Antiquum coluit vetus hoc synagoga sacellum,
At nunc est vera Religione sacrum.
Iudæo expulso primus Vincentius istam
Lustrauit pura Religione domum
Fulgens namquê iubar subito descendit olympo,
Cunctisquê impressit pectore signa Crucis,
Inde trahunt ciues Vincentij nomina multi,
Et templum hoc vera dicitur, inde Crucis.

Ægidius Gonçalez Abulensis, historiographus Regis Catholici Philippi Tertij diligentissimus historiæ indagator, ac nitidus, & luculentus scriptor de antiquitatibus vrbis salmantinæ, libro tertio capite 15. Diagus lib. 2. cap. 60.

Ioãnnis XXIII. anno. 3.

II.

Rabbi ad Christi cõuersus.

¶ Eodem tempore Paulus à Carthagine, siue à Sancta Maria (quo nomine post baptismum est appellatus) Rabbi eruditus in lege Moysi, qui & in Burgensi Synagoga doctissime Legem edocebat, persuasu, ac sermonibus Sancti Vincentij Ferrerij, & lectione Primæ secundæ S. Thomæ quæstionum de legibus, relictis Iudaicis somnijs ad Christum venit. Et cum in fide Orthodoxa eximie cresceret, primum Episcopus Carthaginensis, in Hispania, deinde Burgensis factus est, & Regni Castellæ Cancellarius: scripsit super scripturam sacram eruditissima commentaria, quæ sub nomine Burgensis prodierunt. Eius coniuge ad fidem cum filijs conuersa, alter eorum fuit Episcopus Burgensis dictus Alphonsus à Carthagine, ex Decano Segouiensi in defuncti patris locum subrogatus Burgensis Episcopus, secundus Gundisaluus Episcopus Placentinus, tertius vero fuit Aluarus Garsias à Sancta Maria, *Historia de Episcopis Carthaginensibus. Diagus lib. 2 cap. 64 Garibay çamollea li. 15. ca. 48. Mariana lib. 19. cap. 8.*

I.

An. 1413.

Rabbini conuersi.

ANNO Domini millesimo quadringẽtesimo decimo tertio Ioãnis vigesimi tertij anno quarto apud vrbem Derthosam Rabinorum in lege eruditorum Congregatione habita, coram Antipapa Benedicto 13. in Aragonia, & Gallia pro vero Põtifice habito, & in eius absentia Magistro Generali ordinis F. Ioãne de Pionucis, & Magistro sacri palatij eiusdẽ Ordinis Prædicatorũ præsidentibus qui nimis laborãtes in disputationũ cõgressib' plurimos

Iudæo-

Anno Christi, 1414.

Iudæorum ad Christum adduxerunt re lictis Iudaicis superstitionibus. *Hieronymus Zurita libr. 12. capit. 45. Diagus libr. 2. capit. 63.*

II. ¶ Eodem anno apud vrbem Maioricam insulæ Balearis maioris S. Vincentius Ferrerius ad Christi Ecclesiam suis concionibus adduxit Agarenorum multitudinem copiosam, *Diagus libr. 2. capit. 62.*

Agareni conuersi.

III. ¶ Eodé anno F. Sanctius Besará Inquisitor Generalis, in Aragonia scripsit librum eruditum contra errores hæresiarchæ Arnaldi à Villanoua, atque eodem tempore Fr. Petrus de Fonte Luporum Inquisitor in Aragonia, Fr. Michael Segarra Inquisitor Maioricæ, Fr. Bernardus Pages, Inquisitor Ceritaniæ Rosilionis, & Maioricæ egregiam nauarunt operam, in exterminanda hæreticorum labe â prædictis prouincijs. *Diagus lib. 1 cap. 13. & li. 2. cap. 92.*

Errores impugnati, ab Inquisitoribus.

I. ANNO Domini millesimo quadringentesimo decimo quarto Ioannis vigesimi tertij anno quinto, Gregorio duodecimo, & Benedicto decimo tertio Constantiense Concilium Nonis Nouembris inchoatum est, Sigismundi Imperatoris diligentia, in quo tribus Pontificibus abdicatis electus est Martinus quintus. Durat triennium, & in octaua sessione prolata est sententia damnationis doctrinę Ioannis Vvicleph, & quadraginta quinque articulorum eius; Gregorius duodecimus persuasionibus, & rationibus Fr. Ioannis Dominici Cardinalis è nostra familia assumpti iuri Pontificatus cessit, vt ipsemet Cardinalis, coram Concilio declarauit, ad quod perficiendum cum prędicto Gregorio eximie laborauerat. Atque ipse cum Carolo Malatesta viro armis, & literarum peritia claro à Gregorio legati, ad Conciliũ missi sunt. Et confirmata Gregorij authoritate Synodo, cum iam mandata Pontificum scrutarentur, assurgens F. Ioannes Dominici Cardinalis Ragusinus nũ

An. 1414.

Contra scisma Ecclesiæ in Concilio Constantiensi.

Ioannis XXIII. anno 5.

A cupatus, & coram toto illo Conuentu, & Ioanne vigesimo tertio, atque Imperatore Sigismundo huiuscemodi orationé habuit. Et si virtutes omnes, præsul amplissime, tuque Imperator inuictissime, & vos qui adestis omnes qualis, quantusue homo sit astruant, atque probent, nulla tamen est, quæ ita homines prodit, vt fides facit. Et quidem fide saluati sunt omnes eademque saluantur. Per fidem enim Sancti Victoriam sunt consecuti per fidem iustitiam operati, perquè fidem æternas promissiones acepti. Ea verô, quamuis in

B rebus multis posita sit, in nulla tamen re magis, quã in capitis vnitate consistit. Nam & vna fides, & vnum baptisma, vnus Deus, & Pater omnium magisterquè vnus, & legislator existit. Vnum præterea corpus multi sumus, omnesquè vno pane, vnoque calice participamus. Nequè vero plures partes inconsutili tunica sua passus est fieri Christus, nec eum alia vestimenta diuiserint, eam scindere, aut diuidere impijs illis concessũm est, sed illam sortiri, vt

C vnius tantum vsui esse posit, Spiritu Sãcto illis (vt arbitror) inspirante, quatenus hoc exemplo futuris hominibus suaderet ab eius tunicæ scissura, quam maxime esse cauendum. Postremo, cũ vnica sit, & incontaminata virgo Mater Ecclesia, vni dumtaxat viro copulanda profecto est, quando quidem Apostolo teste, & virum ipsum vnius esse vxoris oportet, quos autem Deus coniunxit homo non separet. Quæ omnia cum ingenti, ac summo desiderio

D cuperet noster ipse Gregorius, distulit tamen in hanc vsque horam, & diem, quod hominum non cerneret animos, ad eam rem, vt opportunum fuerat, esse dispositos. At vbi ex multis signis diuina illi voluntas innotuit pro Ecclesiæ tranquillitate, ac pace nos suos legatos ad hanc sanctam Synodum destinauit, vt eius nomine in Dei, & Ecclesiæ manibus omnia reponentes ea disponatis, & de illius dignitate, & de cæteris omnibus, quæ videantur vniuersorum conducere saluti. Pontificatui ergo, & om

ni quod

Anno Christi 1414.

Ioannis XXIII. Anno 5.

ni, quod in eo habuisset iuri, aut habere potuisset eius nomine libere cedimus, & sincere, ac sine dolo renũciam⁹ humilitatis, & operis à Domino præmia percepturi. Et adiecit. Ego quoque, qui illius hic legatus assisto, cum meo iam functus officio sim, & pileo, & dignitati ab eo mihi collatæ sponte, ac vltro resigno. Et cum Cardinalis ad interiorem locum inter alios Episcopos se contulisset Imperatoris, & omnium, qui aderant in Concilio authoritate illum, & cardinalatus dignitati, & Concilij præsidentię restituendum, atque decorandum cum ingenti gloria decreuere. Itaque iam nihil in ea Synodo gerebatur, nihil apud Imperatorem, nisi vbi Ragusini Cardinalis authoritas intercessisset. Iam vero remotis omnibus, quę videbantur Synodum impedire, liberius cuncta gerentes, ambos illos videlicet Benedictum, & Ioannẽ veluti Sanctæ Ecclesiæ teterrimos hostes, vtque hæreticos, & schismaticos omni honore, atque dignitate priuauerunt, anno millesimo quadringẽtesimo decimo quinto, *Fr. Leander Albertus lib. 3. fol. 79.*

II. ¶ Eodem anno S. Vincentius Ferrerius, in vrbe Darocensi, apud Regna Aragonię centum, & decẽ Iudæos, ad saniorem mentem sua prędicatione reduxit, relictis suæ sectæ erroribus, atque sacra baptismi vnda lauauit, *Diagus lib. 2. cap. 65.*

Iudæi conuersi.

I. ANNO Domini millesimo quadringentesimo decimo quinto, quo in Concilio Constantię priuati sunt Pontificatu Ioãnes vigesimus tertius, & Benedictus XIII. Cõparuit Ioannes Hus hæresiarcha citatus à Cõcilio, sub saluo conducto, & fide publica Sigismundi Imperatoris, non tamen Concilij, non enim arbitrabatur se suis auditoribus, & clientibus satisfacere posse, si iudicium recusaret Ecclesiæ, & in sessione sexta decimoquinto Kalendas Maij dati sunt ei cõmissarij, qua-

An. 1415.

Hæresiarcha concremati.

A tuor, primus, F. Ioannes Dominicus Archiepiscopus Ragusinus, & Cardinalis, & alij tres, vt causam eius examinarẽt & in illa procederent, vsquè ad definitiuam sententiam inclusiue. Et eodem die decreta fuit citatio Concilij aduersus Hieronymum de Praga. Venit ergo die vigesima prima post Pascha, sub saluo conducto, quale Ioanni Hus datum esse creditur. Ambos tandem à doctis viris Theologis persuasos fuisse, vt ab erroribus desisterent, atque erroneos articulos reuocare vellent, palam dictũ

B est. Qua de re tantum fuit vniuersis gaudium, vt ter pulsatũ fuerit per omnem ciuitatem, omnibus campanis, in laudem Dei. Sed cùm posteà fuga euadere vellent, Ioannes Hus in nostrum Prędicatorium Conuentum ductus diligenter à fratribus custoditus est, quem doctissimi patres Theologi magni nominis, quos ordo ad Concilium destinarat plerumque visitabant, vt eum à sua hęresi conuerterent. Et per multos dies, non perfunctorie actum est à patribus Concilij, sed omnis ab eis nauata

C opera est, qua ad resipiscẽdum inducerent. Et non tantum Commissarij verum alij Cardinales plerique, & Episcopi egerunt cum eo, vt errores abiuraret, sed cum nihil proficerent, in sessione decima quinta, die septima Mensis Iulij damnatus est, tanquam pertinax, & induratus hęreticus Ioãnes Hus. Et mox eo die solemniter degradatus capite tonsus, & alto pileo papyraceo (Hispane coroça) coronatus, cui inscriptum erat. *Hic est hæresiarcha:* ac iudi-

D cio sęculari relictus, à quo, & iguibus adiudicatus publice combustus fuit, cineribus eius in Rhenum fluuium (qui Constantiam pręterlabitur) proiectis, & dispersis, ne à suis in patriam superstitiose asportarentur. Idem factum est supplicium anno sequẽti millesimo quadringentesimo decimo sexto, secundo Kalendas Iunij de Hieronymo de Praga, & cineres eius etiam in Rhenũ sunt dispersi. *Ioannes Cochleus in historia Hussitarum lib. 3. pag. 70. & 74. & pag. 111. & 151.*

¶ Eo-

Anno Christi, 1415. II. *schismasublatum.*

¶ Eodem anno S. Vincentius Ferrerius, cum videret se nihil proficere, Benedicto XIII. vt Põtificatui cederet Regem Aragonũ Ferdinandum admonuit, vt ab eius obedientia se subtraheret, & publice docuit, ac prædicauit, quod illi nullatenus foret obediendum: vnde Conuentu Episcoporum, & Theologorum, cum Rege Ferdinando, apud Morellam habito, in quo Fr. Didacus Tamarensis Prædicatoriæ item familiæ regius confessarius strenuam operam nauauit, vt si Benedictus, non renunciaret, ei non obtemperarent, quod & factum est, vndè tam in Regno Aragoniæ, quam in Regnis Castellæ, & Legionis, ob prædicationem S. Vincentij, & ad instantiam prędicti F. Didaci Tamarensis, & Ioãnis de Tordesillas Episcopi Segouiensis, Alphonsi Cusanca Episcopi Salmantini, & Didaci Fuensalida Episcopi Zamorensis, fuit obedientia Benedicto subtracta, & decretum, vt literę eius, quas à decima quarta die Nouembris huius anni, in posterum expediret, nullum sortirentur effectum, & quod nullo modo in istis Regnis eis obediendũ foret. *Ita asserit Ioannes Gerson Cancellarius Parisiensis Fr. Antonius Lusitanus, in Chronico anno 1414. pag. 252. Diagus lib. 1. cap. 34. & lib. 2. ca. 65. & historia peruetusta manu scripta Regis Aragonia Ferdinandi.*

III. *Iudæi conuersi.* ¶ Eodem anno in Hispania, apud Perpinianum S. Vincentius Ferrerius plurimos Iudęos ad Christum prædicatione adduxit, è quibus plures Sanctũ Prædicatorem comitati sunt, vsquè ad vrbem Tolosam, vt in fide exactius instruerentur, *Diagus lib. 2. cap. 65.*

IIII. *Inquisitores.* ¶ Eodem anno Fr. Iacobus è Susato Inquisitoris officio in Germania fungebatur, aduersusquè hæreticam prauitatem sedulam diligentiam adhibebat pręsertim, in eliminãdis erroribus Vuicleph, ibi pullulantibus, in Conuentu Coloniensi tribunal statuerat, & in Aragonia F. Petrus Fumatius Inquisitor existens magnos in re Catholica progressus faciebat, *Fr. Michael Pius lib. 3. col. 9. Diagus lib. 1 pag. 43.*

A

Sede vacante.

An. 1416.

ANNO Domini millesimo quadringentesimo decimo sexto, in Concilio Constantiensi, cum inter Patres non bene conueniret, super aliquot articulos, Cardinalis S. Angeli (qui vocabatur Petrus Annibaldus) missus est legatus à Concilio ad D. Vincentium Ferrerium, in Burgundiam, vbi tunc prædicationi insistebat, vt quid circa illos ipse sentiret exploraret. Extât B item literę Cardinalis Petri de Aliaco, & Gersonis Cancellarij Parisiensis ad eundem B. Vincentium, quibus illi gratias agunt, quod tot labores pro Ecclesia Dei suscipere, & populum subtraxerit, ab obedientia Benedicti Antipapæ, *Gerson p. 2. tractatu 22. Fr. Antonius Lusitanus, in Chronico decada* 1410. *pag. 224. Diagus li. 2. ca. 67.* *Contra schisma.*

II. *Inquisitor contra hæreses.* ¶ Eodem anno, & sequentibus Fr. Ioannes de Sancta Iusta Coimbricensis Inquisitoris Generalis munere fungebatur, in Regno Lusitaniæ, superstitiones, C & errores ab illa prouincia eradicando, *Historia illius prouincia Fr. Ludouici Caccgas.*

An. 1417.

ANNO Domini millesimo quadringentesimo decimo septimo sub Concilio Constantiensi Sede vacante, & Martino quinto, ad Pontificatum assumpto, tertio Ius Nouembris (qui obijt anno millesimo quadringentesimo trigesimo primo, decimo D Kalendas Martij) strenue laborauit sacra nostra Prædicatoria familia, in eodem Concilio in disputationibus aduersus hæreses, & etiam pro tollẽdo schismate potissimum Fr. Leonardus Statius Florentinus Magister Generalis Ordinis, Fr. Ioannes Dominicus Cardinalis Archiepiscopus Ragusinus. Fr Dominicus Archiepiscopus Tolosanus, Fr. Petrus Ripa Transonus Archiepiscopus Corinthi, qui ardore indefesso authoritatem Pontificiam, contra schisma defendit *Concilium Constantiense, & quid in eo ordo Prædicatorum gesserit.*

Anno Christi 1418.

fendit, & præstantissimi Theologi Hispani, Fr. Ludouicus Vallisoletanus, qui erat à sacris confessionibus Regis Castellæ Ioannis secundi vir doctissimus, & pro natione Hispana, & Regno Castellæ legatus in concilio, Fr. Antonius Acosta Lusitanus, & Fr. Ioannes Nuccibo Illemus, & alij plures, qui eximie laborauerunt, pro submouendis tribus capitibus teterrimis schismatis. Et tertio Idus Nouembris celebrata sessione electus est in Pontificem Martinus quintus. In qua electione comperio memoriæ proditum, tres amplissimos viros è nostra Prædicatoria familia vota suffragatos, Fr. Ioannem Dominici Cardinalẽ, qui ob insignem de eo apud omnes famam nonnullas ad Pontificatum voces fuit sortitus, Fr. Leonardum Statiũ Magistrũ Generalẽ, quem Tusca natio ad Concilium destinauit, & Fr. Dominicum Archiepiscopũ Tolosanum, si quidem ex sex nobilioribus totius Christiani orbis nationibus triginta viri dignitate, vel eruditione excellentes Cardinalibus ad electionem superadditi sunt, *Fr. Leander Albertus libro 3. folio 79. pa. 2. Diagus libro 2. capit. 67. Castillus 1. parte libro 3. capit. 42. Fr. Michael Pius 2. pa. libro 3. columna. 1. & deniquè ipsa acta Concilij.*

I.

An. 1418.

Hæresis Inquisitor.

ANNO Domini millesimo quadringentesimo decimo octauo Martini quinti anno primo, Fr. Ioannes Dominici Cardinalis rogatu Sigismundi Imperatoris, in Boemiam Poloniam, atquè Hungariam legatus à Pontifice demittitur. Ad quæ regna iam Synodo perfecta, cum eodem Cæsare est profectus. Quo cum peruenisset inuenit hæresim tantopere confirmatam multorum procerum, ac Principum fauoribus roboratam, vt nequè adhortationibus, nequè optimis virtutum exemplis, non solertissimis disputationibus, nec Ecclesiæ interminationibus, aut pœnis à pertinacia con-

Martini V. anno 1.

A cepta mouerentur. Capita autem illius hęresis habebantur duo; aliud quidem eorum, qui de Christi paupertate fidei contraria sentiebant, quæ ortum habuit Ioannis vigesimi secundi temporibus, quos Fratricellos vocant. Aliud nouissimæ hęreseos, atquè obscœnissimę, quæ demum simplicis animæ dicta est, qui Nicolaitarum, & Cherintorum more fœminarum vsum promiscuum esse volebant. Quæ cum noua esset, & carnalibus hominibus abunde placeret mortalium mul-

B tos infecerat. Ex illis ergo duabus, hęresim vnam conflantes, & permultos alios nonnullis coloribus, ac ceremonijs subinferentes errores Bohemiam omnem, atque Poloniam à vera fide auerterant, & in perniciem tantam eruperant, vt inuicem se armis tueri, atquè defendere auderent, tumultusquè multos & seditiones periculosissimas excitarent. Apparebat igitur eos, cum disputationibus, nec adhortationibus posset eos reuocare, non nisi armis, & violentia, & suppli-

C cijs esse ad veritatem fidei reuersuros. Cæterum Sigismundus eorum magis corpora, quam animos diligens, cum posset parua manu pertinaces extinguere (nam vis solum in capitibus erat) maluit eos hęreticos viuere, quã fideles omnes paucorum morte saluare. Dicebat autem, non leuiter in arma veniendum, mortuos homines vlterius conuerti non posse. Quandiu verò vixerint tempore, quandoque in melius commutari. Videns autem Car-

D dinalis Imperatoris mentem, ita eum est allocutus. Tu quidem, ò inuictissime Cęsar innata bonitate ductus ad uersus hos pestilentissimos viros, nequaquam armis decertandum putas, credisque eos bonis verbis, ad veritatis viam reducere. Ego vero prædico tibi me hos homines talibus coniecturis, hoc tempore cognouisse, vt sperare non possim eos, nisi ad peiora, & perniciosiora ruituros. Tu igitur eo loco & tẽpore adhibere remedia curabis, cum maiorem in modum roborati fa-

cere,

Anno Christi. 1411.

cere id ipsum non poteris. Melius autem fuerat, quando adhuc res ipsa recentior est, cum nondum tantos pestis inuasit, eorum perfidiam armis opprimere, quam in illud differre tempus, in quo plurimi, quam magna pericula in fide sunt incursuri. Talis enim hæc pestis est, vt sensim multos inuadat, nec bonis possit verbis adhortari ad meliora, & saniora conuerti. His Cardinalis allocutus imperatorem, vbi vero cernit, eum in sententia permanere, se vero minimum ibi fructificare, ne sanctum canibus videretur dedisse, quibusdam in eis locis interminationibus factis, ab eo Regno egressus est, *Fr. Leander Albertus libro 3. folio 79. & S. Antoninus 3. par. titul. 22. cap. 7.*

II. *Cõgressus contra hæreses.*

¶ Eodem anno in Boemia inualescente secta Husitarum (vt ait Cochleus) fratres Ordinis Prędicatorum qui per solidam S. Thomę Aquinatis Theologiam hæreticis acerrime resistere solent, præ cæteris inuisi erant Husitis, cumque apud Sclauoniam (vt refert AEneas Siluius) nobile haberent Monasterium extra mœnia oppidi situm, primum in illud impetum fecerunt, & à fundamentis deiecerunt. Inde in nobilissima alia Monasteria à furéte plebe grassari cœptum est adeò vt viginti, & amplius Monasteria Prędicatoriæ familiæ incenderint, & solo æquauerint, & quia doctrina disputationibus, concionibusque intrepide aduersus hæreticos declamabant, ducenti, & amplius fratres, ab Husitis sunt trucidati, *Ioannes Cochleus in historia Husitarum libr. 4. pag. 172. S. Antoninus 3. par. titu. 22. cap. 7. & tit. 23. cap. 13. §. 2. Leonardus Vtinus Castillus 1. par. lib. 1. cap. 63.*

Martyres ducenti passi ab hæreticis.

An. 1419.

Inquisitor hæreti cepprauitatis.

ANNO Domini millesimo quadringétesimo decimo nono Martini quinti anno secundo, in prouincia Rhemensis Regni Galliarum Fr. Petrus Floreus è Prædicatoria nostra familia Inquisitor, in causis fidei præfuit hęreticis pluribus supplicio affectis, *Iacobus Mexerus, in Annalibus Flandiæ, & Paramus lib. 2. cap. 23.*

Martini V. anno. 2.

I. *Schismatici reducti.*

ANNO Domini millesimo quadringentesimo vigesimo, Martini quinti anno tertio, Dum Volinenses, Rutheni, Samagitæ, Liuones, & Lituani Septentrionales populi sæpius à Religione Christiana descicerent, Fr. Ioannes Opatouicensis Prouincialis Polonię, & post modum contendente Ladislao Tagellone Rege, cui à sacris confessionibus erat ad Episcopatum Chelmensem, in Rusia primus euectus, & Fr. Nicolaus VeziK eiusdem Regis Ecclesiastes, ipsum pientissimum Principem summis laboribus iuuere, vt idolatrici, & schismatici illi populi hi ad vnitatem Ecclesiæ, illi autem ad puritatem fidei reducerentur fundatis in eisdem prouincijs aliquot Conuentibus Prouinciæ Poloniæ addictis, Amborum, & aliorum fratrum prædicatione innumera Lituauorũ Samagitarumque millia conuersa agminatim distincta more Apostolico baptismatis lympha ablnta tunc esse perhibentur. *Ita Cromerus, cum inquit.* Immensi laboris esset singulos sacro fonte tingere, nobilioribus hic tamen honor habitus, reliquum vero vulgus turmatim distributum aqua lustrali, siue sacra à sacerdotibus conspersum est, vnumque nomen cuicumque turmæ, tam virorum, quam mulierum inditum. Quoddam vero singulare refert Michouius. Contigit (inquit) dum Samagitæ, per Magistrum Fr. Nicolaum VeziK fratrem Ordinis Prædicatorum Regium Prædicatorem, per interpretem instruerentnr in fide, de creatione mundi, & lapsu primi hominis Adæ, vnus Samagitarum sufferre sermonem prædicantis nonvalens, in hęc verba prorupit. Mentitur (inquit) illustrissime Rex sacerdos iste, asserit enim mundum creatum fuisse, cum ipse sit

Idolatra Septentrionales conuersi.

homo non longęuę ætatis. Sunt enim inter nos plures annorum numero seniores, & centenarium numerum supergressi, qui nullius creationis meminerunt: sed Solem & Lunam cæteraque sidera super eisdem motibus luxisse referunt. Tunc Rex Vladislaus interpretis nimirum officio fungens (ipse enim Samagitarum inter ipsos ortus, & educatus linguam callebat) nobilem silere iussit, Magistrumque Fr. Nicolaum VeziK creationem mundi, nō asseruisse in diebus suis cœpisse, sed longe ante declarauit, puta ante sex millia annorum, vel paulo post diuina ordinatione processisse. Appositique sunt Christo innumeri Samagitæ sacro baptismi fonte tincti, Ecclesiam ingredientes. *Martinus Cromerus, apud stricouingn, Matthias Michouius lib. 4. capit. 46. & Fr. Abraham Bzouius cap 3.*

II. *Inquisitor heretice prauitatis.*

¶ Eodem anno Pontifex Martinus Florentiæ octauo Kalendas Aprilis instante Aragonum Rege Alphonso, & Senatu Valentino, mandauit per suas in forma Breuis, Apostolicas literas Prouinciali Aragoniæ Ordinis Prædicatorum, vt quem admodum, in Aragonia, & Cathalonia, sic etiam in Valentino Regno specialem, ac priuatum Inquisitorem designaret, cum vsque ad hæc tempora Regnum Valentinum Inquisitorem specialem non habuisset, sed qui Roselioni, in Cathalonia Inquisitor erat, in hoc Regno per Commissarios, & Vicarios sanctum officium gerebat, ex quo damna aliquot in Regno ostendebantur potissimum cum Synagogas, ac delubra Maurorum, & Iudæorum haberet. Prouincialis autem Aragoniæ statim Apostolicis mandatis obtemperans nominauit Magistrum, Fr. Andream Ros qui egregie, ac solertissime hoc sacro munere functus est. Cui plures alij fratres nostri successerunt, vt Valentini Annales testantur. Ab eo autem tempore vsque ad vniuersalem Inquisitionis renouationem, in Hispania, per Fratrem Thomam à Turre-cremata, in eo statu Valentina Inquisitio mansit. Literę autem Pontificis sunt tenoris sequentis.

MARTINVS Episcopus seruus seruorum Dei ad futuram rei memoriam.

Romanus Pontifex Beati Petri cælestis clauigeri successor, & Vicarius Iesu Christi, cuncta mundi climata omnium que nationum in eis degentium vtilitates parterna consideratione discutiens diligenter, ex officio, sibi superna dispositione commisso, illa suadentibus rationabilibus causis, salubriter ordinat, & disponit, quæ diuinæ maiestati grata fore considerat, & per quæ oues, sibi diuinitus creditas in fidei Catholicæ puritate conseruare, ipsasque dirigat, & augmentet, ad consequenda præmia fœlicitatis æternæ. Sane charissimo in Christo filio nostro Alphonso Rege Aragonum illustri nobis insinuante didicimus, quod licet Prior Prouincialis ordinis fratrum Prædicatorum, in prouincia Aragoniæ iuxta morem ipsius ordinis existens pro tempore, ad quem id, ex indultis Apostolicis dicitur pertinere, in Regnis, & terris præfati Regis ditioni subiectis, diuersos Inquisitores hęreticæ prauitatis, officium ipsum per se, & principaliter exercentes, in diuersis partibus consueuerit deputare: tamen in Regno Valentiæ, quod inter cætera Regna, & terras huiusmodi, non modicum membrum fore dignoscitur, sed nobile, & amœnum, Inquisitor officium Inquisitionis huiusmodi per se, & principaliter exercens, hactenus minime extitit deputatus, sed per Inquisitorem, in dominio ipsius Regis, citra mare, & Comitatum Rosilionis, pro tempore existentem, diuersi locum tenentes, seu commissarij ad regendum, & exercendum in ciuitate Valentina Prouinciæ Tarraconensis, quæ notabilis, & populosa præfatique Regni caput existit, diuersis temporibus deputati fuerint, quodque nonnunquam accidit, quod in Ciuitate, & Regno prædictis, in quibus nonnulli Iudæi,

Anno Christi. 1420.

Martini V. anno. 3.

& magnæ vniuersitates Sarracenorum vtriusque sexus, sub dominio Christi fidelium consistere dignoscuntur, propter eorundem Inquisitorum, ac locum tenentium, seu commissariorũ huiusmodi absentiam, vel mutationem officium ipsum, non fuit hactenus, prout expedit, gubernatum, ac super his, quę ad illius exercitium pertinent, nonnulla fuerint incōuenientia subsecuta. Quare pro parte dicti Regis nobis fuit humiliter supplicatum, vt officium Inquisitionis huiusmodi, per Inquisitorem in ciuitate, & Regno prædictis per se, & principaliter deputandum regi, & gubernari facere; & aliàs in præmissis opportune prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui desideranter in votis gerimus, vt fides Catholica nostris præsertim tēporibus vbilibet prosperetur, ac hæretica prauitas definibus fidelium extirpetur ad Dei gloriam, & eiusdem fidei fauorem, vt idem officium Inquisitionis eo fœlicius in illis partibus prosperetur, quo deinceps in ciuitate, & Regno prædictis, per Inquisitorem inibi continue residentem, & principaliter deputandum diligentius peragatur huiusmodi præfati Regis, necnon dilectorum filiorum nobis, etiam super hoc humiliter supplicantium Iuratorum dictæ ciuitatis supplicationibus inclinati volumus, & authoritate Apostolica ordinamus, quod officium Inquisitionis huiusmodi, in ciuitate & Regno prædictis, per Inquisitorem in illis à Priore præfato, prout ad eum, ex indultis huiusmodi pertinet deputandum, qui inibi personaliter resideat per se, & principaliter, & non per commissarios, seu locum tenentes huiusmodi absque præfati, per quem inibi locum tenentes, seu commissarij huiusmodi deputari consueuerunt, vt pręfertur; vel alterius cuiusque Inquisitoris impedimento, seu obstaculo quocunque de cætero regatur, ac etiam gubernetur. Decernentes ex nunc irritum, & inane, si secus super his à quoquam, quauis authoritate scienter, vel ignoranter contigent attentari. Nō obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, & statutis, & consuetudinibus dicti ordinis contrarijs iuramento, confirmatione Apostolica, vel quacumque firmitate aliàs roboratis, cæterisque contrarijs quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ ordinationis constitutionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Florentiæ sexto Kalendas Aprilis Pontificatus nostri anno tertio. *Diagus lib. 1. capi. 35. Paramus libri 2. capit. 9.*

III.

Fratricelli heretici in Marchia extincti.

¶ Eodem anno Martinus Pontifex animaduertens Fratres Prædicatores Inquisitores, in Lombardia, & Marchia, multum laborare pro exterminandis hæreticis Fratricellis, in eorundem Inquisitorum adiutorium, misit, in Marchiam validam militum cohortem ad prædictos hęreticos gladio materiali extinguendos, qui ibi multum abundabant. Vbi aliqua castra horrore illo tota infecta erant, vt Massatiũ, Meliorata, cuius incolę, vel occisi, vel expulsi sunt destructis locis habitationis eorum, & solo æquatis, & fugientes aliquot, in Græciam se transtulere, *S. Antoninus 3. parte titulo 22. capitulo 8. §. 4.*

An. 1422.

Cōcilium Senese pręside Generali Magistro Ordinis Prædicatorũ.

ANNO Domini millesimo quadringentesimo vigesimo secundo Martini quinti anno quinto, ex ordinatione Concilij Constantiensis, qua statutum est, quod intra quinquennium, aliud celebraretur Concilium, cum assignatum esset Senis missis à Pontifice, qui vice sua in eodē Concilio pręsiderent Magistro Generali Ordinis Prędicatorum F. Leonardo Statio Florentino, & quodam Episcopo conuenientibus aliquot Episcopis, & prelatis

Anno Christi 1414.

cepit Congregari, & factis aliquibus sessionibus in breui completum,& dissolutum est, *S. Antoninus 3. p. titu. 22. cap. 6. §. 4. Fr. Antonius Lusitanus, in Chronica Decada 1420. pa. 220.*

An. 1424.

ANNO Domini millesimo quadringentesimo vigesimo quarto Martini quinti, anno 7. ad instantiã Inquisitorũ Regni Poloniæ F. Stephani Inquisitoris Cracouiensis, per viginti quatuor annos,& F. Ioãnis Prioris Cracouiensis, & Inquisitoris,& Fr. Ioannis Brasseatoris Inquisitoris Vratislauiensis,& Fr. Petri Cantoris Inquisitoris, in sacri officij executionis iuuamen Regnum Poloniæ constanti pectore se hæreticis opposuit, & decreuit, has Senatus Consulti tabulas à Comitijs Regijs exaratas videlicet, Hæretici,& eorum fautores vbique per Capitaneos, & officia ciuilia capiantur. Venientes de Bohemia, per Inquisitores hæreticæ prauitatis examinentur. Qui intra festum Ascensionis Domini de Boemia, non redierit pro cõuicto hæretico reputetur, & bona ipsius confiscentur, exheres estò infamiæq; perpetuæ, cum patribus, & progenitoribus successoribusque suis nec vllo priuilegio nobilitatis gaudeat. Siquis iure communi, non contentus guerras excitet, vel hæreses promoueat contra talem, omnes consurgere debẽt, nec eidẽ vllo verbo cõsilio ve auxilium ferre sub fide,& honore etiã si sit sanguine iũctus iuribus Regni saluis. *Cõstitutiones Regiæ Visselenses, ex priuilegio Ladislai anno* 1424. *& confæderationes Corcinenses* 1438. *Fr. Abraham Bzouius capit.* 8.

Hæretici in Polonia capti, & supplicijs affecti.

An. 1426.

ANNO Domini 1426. & sequentibus, sub Martino quinto, in Germania Inquisitionis munere fungebantur, Fr. Manfredus, & F. Henricus de Confluentia, qui fuit sacri palacij Magister,& apud Maioricã, F. Petrus Murta,& in Regno Valentino Fr. Arnaldus Corts, qui omnes pro viribus hæreticos debellabant, eorum hæresum exterminatione, *Diagus lib. 1. capit. 35, Fr. Michael Pius 2. par. lib. 3.*

Inquisitores contra hæreses.

Martini V. anno 7.

An. 1428.

ANNO. Domini 1428. Martini quinti anno vndecimo, cum Bononiensis ciuitas, ab Ecclesia defecisset, Martinus Pontifex eandem vrbem obsedit, tunc F. Dominicus Magacosta Prior nostri Prædicatorij Conuẽtus Bononiensis mãdato Pontificio obtemperandum esse suasit, quapropter vrbe eiectus exulare cõpulsus est. Cùm autẽ armorũ vi ciuitas capi nõ posset, exercitusq; Põtificius mœnibus propulsaretur Pontifex Martinus Sacramentis Ecclesiæ ciues interdicere statuit. At nõ reperiebatur, qui inhibitionũ, ac interdicti Apostolici literas introferre auderet,& tunc B. F. Conradinus Brixiensis suo sanguine omnino iura Ecclesiæ propugnaturus equum intrepide ascẽdit, atque vrbem egrediens Pontificis legatum, qui cum exercitu aderat adijt. Ille vero viso S. Patris, Fr. Conradini fideli consilio minaces literas diuinorumq; inhibitorias ipsi publicandas tradidit, quas acceptas hastæ affigens, quo facilius manifestarentur ad vrbem regreditur. Et ad plateã deueniens voce magna clamare cœpit. Ecce vobis Deo,& vicario eius rebellibus vniuersa diuinorum sacra interdicuntur. Nullus quauis occasione tergiuersari poterit. Ignorasse nemo asserere audeat. Literas inspicite. Ideò corrigite errorem. His dictis, & auditis à multitudine ciuium illico F. Conradinus capitur, carceri mancipatur. Cunctiq; excandescentesque mortem illi machinantur. Ex illis autẽ quidam in medio surgens ait. Necem isti fratri inferendo, nihil aliud facimus, nisi quod optatam pro Ecclesia concedimus mortem. Ideò mihi videtur nullo modo interfici debere. Primoribus ergo ciuitatis in eius perniciẽ non conuenientibus, ob eius etiam vitæ in-

Pro Ecclesia indefectione Bononiæ parata à prædicatoribus.

Anno Christi 1418.

tę integritatē omnibus notam à carcere eductus liber factus est. Sanctus autē vir minime exterritus publicis declamationibus Pontifici morē gerendum, & Ecclesiæ Sanctę subijciendum populū repetebat. Quod vrbis magnates ægre ferentes auferri iussere, quidquid annonę, in Conuentu nostro Bononiensi repertum esset, ac militibus suis dispensari. Tūc amicorum pleriq; diuina prouidente gratia calamitati compatiētes quotidie fratribus necessaria subministrabant. Primores vero, neque hoc sustinētes edicto publico capitis sentētiā protulere, in eū qui deinceps Conuētui Prędicatorio quidpiā tribuisse reperiretur. Tūc licet viderētur humano destituti suffragio diuino tamen minime priuabatur. Plures enim Deum magis veriti, quam scelestorum hominum minas clàm sub vestibus deferentes aliquid annonæ illis subministrare nitebantur. Beatus autem F. Conradinus, nec istis animo deiectus verā Pontificis partem defensans, neque corporis aduersa pertimescens populū quotidie palā, vt Ecclesiæ obediret admonebat. Propter quæ denuò in carcerem trusus, ibi etiā subsidio priuatus est. Ea propter diebus illis, quibus carcere detinebatur, nihil prorsus comedit, Eucharistię solū Sacramento satiatus, quod eo die sumpserat, quo carcerali custodię mancipatus fuit, vnde ad orationes se totū contulit meditationiq; diuinorum ardentissime vacans in aerē eleuatus à carceris custodibus visus est, quod vbi primatibus cōpertū est, ipsum liberū fieri iussere. Ipse vero sui liberationem parui faciens flendo repetebat, nuptię quidem paratæ erant, sed ego ad eas inuitatus dignus minime fui. Superna deniq; fauēte clementia pace confecta, Martinus Pontifex auditis B. Fr. Conradini, & sociorum pro Ecclesiæ tutela viriliter patratis cognitaquè beati viri integritate cardinalitio culmine ipsum sublimare decreuit. At ipse profundæ humilitatis virtute ornatus nulla gloriæ cupidine illectus constantissime renuit, *Fr. Leander Albertus lib. 5. fol. 149.*

Martini V. anno 11. — *An. 1419.* — *Martyr. ab hæreticis passi in Boemia*

ANNO Domini 1429. Martini quinti anno 12. Husitæ hæretici in Morauia, & Islesia Monasteria subuertentes moniales constuprantes, fratres trucidantes in maxima Christi Domini omniumq; sanctorū eius contumeliā coaceruatis vndiq; eorū imaginibus, & in pyrā collectis alligatū quēdā Suppriorē Ordinis Prædicatorum, quia maximo zelo accensus, in hæreticos publice inuehebatur posuerunt, atque igne supposito illum simul cum vniuersis imaginibus concremauerunt, tragicum exercentes ludum crudeli cum risu, *Ioānes Cochleus hist. Husitarum li. 6. pa. 222.*

I. — *An. 1431.* — *Conciliū Basiliense* — *Contra hæreses*

ANNO Domini 1431. sub Martino quinto, qui obijt 7. Kal. d. Martij, & quinto Nonas Martij electus est Eugenius quartus Romæ, in Cōuentu Prædicatorio S. Mariæ super Mineruā (qui obijt anno 1447 septimo Kalend. Martij) Inchoatū est Conciliū Basiliēse à Martino indictū cōtra errores Husitarū, & pro reformatione Ecclesiæ, & prima sessio habita est, die 14. Decembris, quod per vndecim annos durauit. Fuit legitimē Congregatū, sed postea à Pontifice defecit. In isto Cōcilio egregie laborauerūt pro vnitate Ecclesiæ, & contra Husitas Fr. Bartholomęus Texerius Generalis Magister nostri ordinis, F. Ioannes à Turrecremata Magister sacri palatij postea Cardinalis, F. Ioānes Nider, F. Hēricus à Cōstātia, Fr. Ioannes Ragusseus, & alij plures fratres Prædicatores, vt annis sequentibus demonstrabimus, *Cochleus li. 6. & 7 & F. Michael Pius lib. 3. col. 13. in 2 par.*

II. — *Labores pro Ecclesia.*

¶ Eodē anno Eugenius quartus misit Basileā ad Conciliū Fr. Ioānē à Turrecremata Hispanū Magistrū sacri palatij, qui cōtra errores Boemorū fecit librū de corpore Christi eruditione plenū, & cū quorundam Principum vafritiā cognouisset, qui abrogari Eugeniū suadebant, dissolutionē Concilij, totis viribus procurauit, ac vehementius est

Anno Christi. 1431.

innixus, vt schisma Ecclesiæ impediretur, & ad Pontificem Eugenium reuersus, in Concilio Florentino ad dissoluendum conciliabulum Basiliense promulgato anno millesimo quadringentesimo trigesimo nono, in publico consistorio Cardinalis sanctę Romanę Ecclesiæ creatus est. *Fr. Leander Albertus li. 3. fo. 82. & Antoninus 3. pa. tit. 23. c. 11. §. 1. F. Alphonsus Ciaconius 2. p. pa. 892*

An. 1432. *Contra hæreticos, in Concilio Basiliensi*

ANNO Domini millesimo quadringentesimo trigesimo secundo, Eugenij quarti anno secundo, missus est â Concilio Basiliensi Fr. Ioannes Nider Ordinis Prædicatorum Prior Conuentus Basiliensis doctissimus, in Theologia Magister legatus Concilij ad Fridericum Marchionem Brandemburgensem, & Ioannem Ducem Bauarię, & ad alios Principes, vt saluum conductum Boemis hæreticis promitterent, ac iurarent, vt salui, & incolumes ad Concilium venire possent, & regredi ad disputationem articulorũ, quibus ab Ecclesia deficiebant, vt conuinci possent. &c. *Cochleus lib. 6. pa. 246*

An. 1433.

ANNO Domini millesimo quadringentesimo trigesimo tertio Eugenij quarti anno tertio, obseruandum est, quod postquam Conciliũ Basiliense defecit â Pontifice Eugenio nullus ex fratribus Prædicatoribus in eo mansit. Sed postquam vnionem Ecclesiæ, & obedientiam Pontifici instanter persuasissent, cum nihil proficerent profecti sunt â Basilea, atque adeò in electione Felicis Antipapæ, nullus fratrum Prędicatorum repertus est, cum ex aliorum ordinum familijs maiori ex parte triginta duo electores assumpti fuissent, neq; etiam in Cõuentu Prædicatorio Basiliensi deinceps aliqua Congregatio Concilij facta est, sed bene antequam Concilium ab Eugenio Pontifice defecisset. Non enim vsq; ad annũ

Egressus disputationum cõ hæreticis erebat in Basilea.

Eugenij IIII. anno. 3.

1436. defecit, & tunc temporis nulla Religiosa familia feruentius hęreticos, in cõgressibus impugnauit, vt ostẽdemus. Boemi autem Husitæ hęretici, postquã saluus conductus eis concessus est à Ioãne Duce Bauariæ â Friderico Marchione Brandemburgensi, à protectore Cõcilij Vuillelmo Duce Bauarię, ab ipsa Synodo, & â Sigismundo Cæsare, & ab omnibus Principibus, & ciuitatibus, per quorum ditionem erant transituri, atque adeò â ciuitate ipsa Basiliensi, die quarta Ianuarij peruenerunt Basileam. Conuenerat autem Synodus, tunc apud Conuentum nostrum Prędicatorum. Inter alios vero pręcipui nominis Husitas erat celebris Magister Ioannes de RocKyzana concionator, & pseudoapostolus Pragensis, qui postulauit Boemorum nominé diem, quo audirentur. Destinatusq; eis dies decima sexta Ianuarij, quo die ipse primum articulum dé communione sub vtraq; specie proponere cœpit vsq; in tertium diem semper ante meridiem. Deindé Nicolaus Taborita, secundum articulum de corrigendis peccatis publicis, in mediũ protulit, per bidui spatium. Postquem Vldaricus presbyter orphanorum tertiũ articulum de libera prædicatione verbi Dei duobus ité diebus proposuit. Quartum vero articulum, qui erat de ciuili dominio clericorum pér triduum absoluit Petrus Rayne Anglus. Fecerunt autem copiam suarum disputationum sacro Concilio in scriptis, & gratias egerunt, quod auditi fuissent, quanquam posteriores tres satis inciuiliter in nostros inuexerant, vt nihil veriti fuerint Ioannem Vvicleph, & Ioannem Hus vocare Doctores Euangelicos, quos iam pridem Ecclesia damnauerat, &c. Exigebat res, vt Boemis nonnihil responderetur, itaque surrexit in medio Concilij, Fr. Ioannes de Ragusio Dalmata Ordinis Prædicatorum, sacræ Theologiæ professor, & procurator generalis eiusdem Ordinis, & petijt clara voce in medio sacræ Congregationis potestaté, sibi dari, vt responderet priuato nomine ad primum Boemorũ articulũ.

Assen-

Anno Christi, 1433.

Assensit Synodus. Octoque diebus respondit horis antemeridianis, cumque Fr. Ioannes Ragusinus, inter respondēdum crebro hæreseos, & hæreticorum vocabulum haberet in ore, non poterat hoc tandem ferre Procopius Boemus, quin surgens, cum stomacho de hac iniuria, apud sanctam Synodum publice conquestus est. Conterraneus (inquit) iste noster iniuria nos afficit hæreticos nos subinde vocans. Ad hoc Fr. Ioannes Ragusinus, quia inquit, conterraneus vester sum lingua, ac natione propterea, tam auide cupio vos ad Matrem Ecclesiam redire. (Constat sane Dalmatas, in Boemiam transgressos, ab occupata regione nomen accepisse.) Parum autem abfuit: quin ob eā offensionem Basilea Boemi abirent. Vixque placari poterant. Deindè respondit ad secundum articulum insignis Theologus Ægidius Carlerius Decanus Ecclesiæ Cameracensis, per quatuor dies. Ad tertium articulum Fr. Henricus Kalteisen de Confluentia ordinis item Prædicatorum, in celebri Coloniensi Academia sacræ Theologiæ professor, & hæreticæ prauitatis Inquisitor cognomento, frigidum ferrum, vir doctissimus per dies tres. Ad quartum postremo Ioannes Palomar Hispanus Archidiaconus Barchinonēsis auditor causarum sacri palatij, tribus item diebus. Afficiebat autem Boemos tædio nostrorum, vt illis videbatur, prolixitas, & quamuis doctissime, & accurate respondissent nostri, nihilominus illi suos articulos pertinaciter adhuc defendebant; præsertim primum de communione sub vtraque specie, adeo vt Ioannes RoKyzana responsiones fratris Ioānis Ragusini impugnaret. Atque etiam Fr. Henricus Kalteisem Vlricum hæresiarcham vicit, & confudit, coram publica Concilij Congregatione. *Ioannes Cochleus, in historia Husitarum lib. 6. pag. 205. &c. anno Domini millesimo quadringētesimo trigesimo tertio, Bernardus de Luceburg, in suo catalogo haereticorum, Prateolus libr. 9. cap. 21. Fr. Michael Pius lib. 3. colum. 18 & 27.*

Eugenij IIII. anno 3.

I.

An. 1436.

Hæreses extincta.

ANNO Domini millesimo quadringentesimo trigesimo sexto Eugenij quarti anno sexto, in Regno Poloniæ, Fr. Nicolaus de Lancicia Inquisitor hæreticæ prauitatis in diœcesibus Gnesnensi, & Posnaniensi designatus per Fr. Nicolaum de Pnieroy Prouincialem Poloniæ authoritate sanctæ Sedis Apostolicę, magnam diligentiam adhibuit circa executionem sancti officij Inquisitionis hæreticos capiēdo, & capi faciendo, suppliciisque afficiendo, brachio etiam sęculari tradidit plures animaduersione debita puniendos, ad quod iuuandum Religiosissimus, ac pius Rex Poloniæ Vladislaus secundus scripsit Lancicię feria tertia proxima ante festum S. Laurentij omnibus, & singulis Capitaneis, Burgrauijs, Castellanis, procuratoribus, generalibus, aduocatis, consulibus, scabinis, & aliis officialibus terrarum, castrorum, ciuitatum, & oppidorum Regis, vt Inquisitori fideliter assistant opem, & operam efficaciter pręstent, &c. Literæ autem Regię sunt tenoris sequentis.

VLADISLAVS Dei gratia Rex Poloniæ, Lituaniaque Princeps supremus, & hæres Russiæ, &c. vniuersis, & singulis Capitaneis, Burgrauijs, Castellanis procuratoribus, generalibus, viceprocuratoribus, aduocatis, Consulibus, scabinis, & alijs officialibus terrarum, Castrorum ciuitatum, oppidorum nostrorum, in diœcesi Gnesnensi, & Posnaniensi constitutis, & constituendis fidelibus nostris gratiam Regiam, & omne bonum.

Fideles nobis dilecti, cum Religiosus vir nosterque deuotus Fr. Nicolaus de Lancicia sacræ Theologiæ Baccalaureus ordinis fratrum Prædicatorum Inquisitor hæreticę prauitatis in prædictis diœcesibus, per venerabilem in Christo patrem Fr. Nicolaum de Pnieroy Prouincialem Poloniæ ordinis eiusdem, sanctę Sedis Apostolicæ authoritate, sit specialiter deputatus pro Dei

Anno Christi. 1436.

Eugenii IIII. anno. 6.

que seruitio, & exaltatione fidei Orthodoxæ debeat in locis, seu partibus nostræ iurisdictioni subiectis exercere officium Inquisitionis, vt hæresis crimen detestabile à dictis partibus, quibus præsidemus, si forte alicubi vigeat, valeat extirpare. Nos quoque velut Princeps Catholicus, qui de manu Altissimi multa bona accepimus, & varijs honoribus ornati sumus, in prædictis, & alijs, quæ diuinum concernunt obsequium conditori omnium complacere, vt conuenit plurimũ cupientes intendimus, imò & volumus prædictum Inquisitorem, tanquam Dei specialem ministrum nostris prosequi gratijs, & fauoribus opportunis. Vobis igitur, & vnicuique vestrum iniungimus, & de consilio prælatorum, & Baronum nostrorum, die datæ præsentium nobiscum, hic congregatorum districte præcipiendo mandamus, sub obtentu gratiæ nostræ Regalis, quatenus prædictum Inquisitorem ad exercendum suum libere Inquisitionis officium in terris, & locis nostræ iurisdictioni subiectis, & signanter in diœcesibus præfatis fauorabiliter admittatis. Et quotiescumque exequendo dicto officio sæculare brachium ipsum cõtigerit inuocare, auxilium vestrum fideliter, & cum effectu, sibi præbeatis, capiendo, & capi faciendo, quoscumque dictus Inquisitor de memorato facinore suspectos, aut diffamatos, seu etiam eodem irretitos nouerit, aut d[ix]erit nominandos. Captos etiam detineatis intra iurisdictionem vestram, sub arcti, & diligenti custodia, vel etiam de locatis ad locum, ad quem idem Inquisitor mandauerit, donec negotium super huiusmodi delicto, per iudicium Ecclesiæ terminetur. Condemnatos quoque, ac curiæ relictos sæculari, statim recipiatis, ni[hi]late animaduersione debita puniendos. Necnon omnia alia studeatis adimplere, quæ spectant ad officium, videlicet iuxta leges Federici Imperatoris, per Ecclesiam aprobatas, & per Canonica instituta, prout ipse Inquisitor decreuerit, & quoties vos duxerit requirendos.

A Non obstantibus priuilegijs libertatibus, exemptionibus, seu literis præmissæ facultatis, quibuscumque personis cuiuscumque conditionis, dignitatis, & gradus existant: tam Christianorum, quam Iudæorum schismaticorum, & aliorum contra fidem Catholicam delinquentium, seu communicantibus eorum, aut vniuersitatibus terrarum, ciuitatum, & locorum generaliter, vel specialiter sub quacumque verborum expresione, per nos, aut alios serenissimos Principes Reges & Dominos terrarum Regni Poloniæ, B aut ipsorum subditos, in contrarium alicuius præmissorum concessis, vel in posterum concedendis. Nolentes ex huiusmodi priuilegijs exemptionibus, seu consuetudinibus, aut statutis municipalibus, ac Prouincialibus, & libertatibus, seu quibuslibet promissionibus securitatis, mandatisque, ac prohibitionibus præfato Inquisitori, in tanto pietatis negotio, quodcumquè obstaculum, aut impedimentum interponentibus directe, vel indirecte. C Vt autem præfatus Inquisitor suum Inquisitionis officium securius, & liberius valeat exercere nostro suffultus præsidio, & fauore ipsum eiusque societatem, & familiares, ac bona eorum, sub nostra protectione Regali benigne recipientes, per præsentes mandamus vobis, vt supradicto Inquisitori, eiusque societati, notarijs, & familiæ nullam iniuriam, nullumquè grauamen, aut damnum aliquod, in personis seu bonis à quocumque fieri permittatis. D Imò pro nostra gratia speciali eidem de securo transitu, necnon de saluo conducto, quando, & quoties per prædictum Inquisitorem fuerint requisiti, vna cum expensis competentibus, dum prædictum Inquisitionis officium apud vos exercebit, charitatiue sibi prouideatis iuxta modum laudabilem aliarum prouinciarum nostrarum, circa talia obseruari consuetum. Et præsertim, in hoc specialem celsitudini nostræ complacentiam facietis, si ad repellendam à

partibus

Anno Christi. 1438.

partibus regni nostri hæreticæ prauitatis infamiam hactenus de nostris regnicolis mandatis Inquisitorum fideliter in præmissis assistentes opem, & operam præstiteritis efficaciter. In cuius rei testimonium sigillum nostrum præsentibus est appensum. Datum & actum Lanciciæ, Feria tertia proxima ante S. Laurentij festum, anno millesimo quadringentesimo trigesimo sexto. *F. Abraham Bzouius cap. 8.*

An. 1438

ANNO Domini millesimo quadringentesimo trigesimo octauo, Eugenij quarti anno octauo Fr. Ioannes Episcopus Chelmensis, & F. Michael Kiouiensis, & plures fratres nostri conuentus Kiouiensis diligenter curarunt, vt schismatici Septentrionales reducerentur ad Ecclesiam. Et quia in Isidoro Ruthenorum Metropolitano summam rei constitutam perspiciebant, quippe cuius extremo voto cæteri Rutheni, & Græci ritus Episcopi, & ipse Orientis Imperator (apud quem summæ existimationis fuerat Isidorus propter ingenij doctrinam & morum probitatem) facile Ecclesiam Romanam pro matre, & Summum Pontificem Romanum pro vniuersali pastore agnituri essent, cum eo totis viribus egerunt concionibus, disputationibus, colloquijs priuatis illicientes se, vt Ecclesiæ submitteret corpus Christi, ne scinderet, claues supremas Christi in terris vicario collatas in Romani Pontificis manibus exoscularetur, alios sui ritus in eamdem sententiam trahat Ecclesiasticam vnionem complectatur Imperatori Orientis ipsum studeat persuadere. Hoc felici labore fratres Prædicatores perfecerunt, vt Isidorus (Cardinalis postea ab Eugenio Pontifice creatus) & Imperator anno sequenti ad Concilium Florentinum œcumenicum accederent, sublatoque schismate se se in vnitatem corporis Christi insererent. *F. Abraham Bzouius capit. 3.*

Schismatici reducti in Septentrione, & Oriente.

Eugenij IIII. anno 8.

An. 1439.

ANNO Domini millesimo quadringétesimo trigesimo nono, sub Eugenio quarto, Concilium Florentinum propter pestem, Florentiam à Ferraria translatum celebrari cœpit vigesima secunda die Nouembris in conuentu Prędicatorio Florentino, Sanctæ Mariæ Nouellæ, vbi plures sessiones habitę sunt, & frat. Hieronymus Ioannis Florentinus ex eodé ordine orationes elegátissimas sæpius coram Synodo declamauit. Celebratú est Concilium potissimum contra errores Græcorum, factaque est in eo concordia Latinorum, & Græcorum Occidentali, & Orientali Ecclesijs in vnum conuenientibus. Fr. Ioannes de Turrecremata Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis multum laborauit, cum alijs etiam fratribus ordinis eiusdem in sarcienda concordia cum Gręcis. Et ex quatuor Theologis doctissimis, qui ad conuincendos, & arguendos Gręcos Doctores à Concilio toto electi sunt duo assumpti sunt è Prędicatoria familia, Episcopus Coronensis Fr. Bartholomæus Lapatius de Vbertinis Florentinus, in Theologia Doctor egregius, & vtriusque idiomatis peritissimus, & Fr. Ioannes de Montenigro Prouincialis Lombardiæ, Theologus profundus, & ad arguendum vehementi, & efficaci energia præditus. In capite eorum residebat Iulianus Cardinalis S. Angeli, qui nuper venerat ex Basilea, dimisso conciliabulo, postquam Pontifex Eugenius illud concilium dissolutum declarauit. Ex Græcis electi sunt ad disputandum Episcopus Nicenus, & Episcopus Ephesinus & quidam alij præsentibus Eugenio Pontifice, & Imperatore Græcorum. Arguens autem in prima ea disputatione fuit Magister Frat. Ioannes de Montenigro, præfatus solus, & respondebat Ephesinus Episcopus solus. Vt autem omnes tenerent eum, arguens vtebatur idiomate Latino, & respondens Græco, medius autem constitutus est

Florentinũ Concilium, & quid in eo fecit ordo Prædicatorum.

Anno Christi 1439.

vtriusque linguę peritissimus Nicolaus Saguntinus, qui prompte, fidelissime, & eleganter verba Latina arguẽtis referret in Græco respondenti, & verba Gręca eius interpretaretur in Latino. Atq; post aliquas propheticas, & subtiles rationes, & responsiones inductas, & loca, & authoritates multorum Doctorũ Græce scribentium, vt sanctorum Athanasij, Cyrilli, Didimi Chrysostomi, & Basilij magni, Græci confutati fuere, & deuicti, vt D. Antoninus refert, qui præsens disputationi extitit 3. part. titulo 22. cap. 15. Sed & alijs diebus conuenientes disputatione demum conuicti errorem suum confessi sunt, & ad emendationem parati, atque ad vnionem, & incorporationem cum Romana Ecclesia dispositi, Apostolicæ Sedis se subijcientes. Ille tamen Ephesinus Episcopus acerrimus disputator permanens in perfidia sua, ad veritatem fidei noluit reuerti. Verum ad patriam rediens, cum Cardinalis Venetus Legatus, destinatus in regionem illam Constantinopoli moram traheret, & in eius societate esset præfatus Bartholomęus Lapatius Florentinus, ex Pędicatorio ordine Episcopus Coronensis sacrę Theologię Doctor egregius, & Græcum idioma callens, placuit eidem Imperatori Gręcorum, & proceribus eius, vt fieret publicum certamen inter Ephesinum pręfatum, & Coronensem Episcopum, iam ibi fama excellentem. Quo facto Ephesinus Episcopus, iterum ab eo superatus & confusus est. Tantaque ex eo tristitia absorptus, vt intra paucos dies in sua perfidia obierit. In eo item Concilio Florentino oratores ex Armenia, & Æthiopia, astiterunt Pontifici Romano subijcientes se, atque sacrosanctoConcilio, petentes ab eo formã, & regulam, quam in Christi Religione, quam profitebantur, obseruare deberent, quod datum est eis. *S. Antoninus 3. part tit. 22. cap. 11. Fr. Michael Pius 2. part. lib. 3. col. 25. & 41. F. Antonius Lusitanus in Chronico anno 1439 part. 235. Fr. Michael Pocciantius seruita de viris illustribus Florentinis, Fr. Alphonsus Ciaconius 2. part pag. 905. atque Seuerinus Binius in notis ad Concilium Florentinũ, pag. 503.*

Eugenij IIII. anno 9.

An. 1440.

ANNO Domini millesimo quadringẽtesimo quadragesimo, & sequentibus, sub Eugenio quarto Fr. Michael Ferriz Inquisitor in Aragonia, Frater Martinus Trilles Inquisitor Valentinus, strenuam operam nauarũt in hæreticorum labe à Regnis Valentino, & Aragonensi expurganda: *Diagus lib. 1. cap. 35. & l. b. 2. cap. 92.*

Inquisitores hæreticę prauitatis.

An. 1442.

ANNO Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo secundo, Eugenij quarti anno duodecimo, Frat. Bartholomæus Lapatius Florentinus Episcopus Coronensis in Poloniam, & Pannoniam vtramque Inquisitor legatur contra hæreticam sectam, quæ animi simplicis nomine diuulgatur. Quod sacrum munus egregie præstitit plures ad veritatem fidei reductis: *Paramus libro 2. titulo 1. cap. 5.*

Hæretici reducti.

An. 1447.

ANNO Domini millesimo quadringẽtesimo quadragesimo septimo, sub Eugenio quarto (qui obijt septimo Kalendas Martij) & assumptus est ad Pontificatum Nicolaus quintus, pridie Nonas Martij in conuentu Pędicatorio S Marię super Mineruam Romæ (qui obijt anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto, nono Kalendas Aprilis) cum Laurẽtius Valla Neapoli quasdam propositiones asseruisset, ex quibus hęreticus manifestus deprehendebatur, res ad fratrem, ex Prædicatoria familia Inquisitorem hæreticę prauitatis defertur. In carcerem Valla detruditur, causamque perfidiæ in vinculis dixit. Damnatur pro hæretico, sed Regis Neapolitani beneficio ignis supplicio liberatur, ea tamen conditione

Hæreticus supplicijs affectus.

Anno Christi. 1449. ditione, vt publice ab eo prolata, cum ren ucasset, & damnasset scopis crimen lueret. Itaque in Prædicatorum Regio S. Dominici Neapolitano cœnobio, in quo Inquisitor degebat manibus reuinctis ductus per claustra, & scapulas & tergum religionis viris scopis cędendas præbuit *Poggius in secunda inuectiua, Paramus lib. 2. tit. 3. cap. 4. num. 31.*

An. 1449. ANNO Domini millesimo quadringétesimo quadragesimo nono, Nicolai quinti anno tertio, plurimi hæretici Fratricelli ab Inquisitoribus Prędicatorijs in vincula coniecti, & plures eorum pertinaces, & indurati combusti sunt Florentiæ, & Fabriani. *S. Antoninus 4. part. Theologali tit. 11. cap. 7. §. 2.*

An. 1450. ANNO Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo, Nicolai quinti anno quarto, Frat. Iacobus de Chiusi Episcopus Tarsensis in Cilicia plurimos infideles ad Christi fidem sua prędicatione adduxit. *F. Michael Pius 2. p. lib. 3. col. 33.* *Infideles conuersi.*

An. 1452 ANNO Domini millesimo quadrmgétesimo quinquagesimo secundo, & sequentibus, Nicolai quinti anno sexto. Fr. Henricus Lugardi de Panormo in regno Siciliæ Inquisitor hæreticæ prauitatis. Fr. Ioannes Scandellandus Coloniensis Inquisitor in Germania. Fr. Nicolaus aduocati, & Fr. Iacobus Grimalius Inquisitores in regno Poloniæ, quorum acta sacri officij in Archiuio conuentus Cracouiensis seruantur, Fr. Christophorus Galuez Inquisitor generalis Aragoniæ & F Michael Iust Inquisitor in regno Valentino viriliter causis fidei incumbentes hęresim ab Ecclesia exterminabat. *Diagus li. 1. Bzouius c. 8. F. Michael Pius li. 3* *Inquisitores hæreticæ prauitatis.*

Nicolai V. anno 3.

A

An. 1454. ANNO Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto, Nicolai V. anno octauo cū quidā frater ex Prędicatorū ordine Pragæ in cōuentu S. Clementis concionem in Ecclesia concursu frequentissimo hominum fecisset, & contra Ioannem RoKyzanā hæresiarcham inueheretur, eo quod, vt Archiepiscopus festa promulgabat, cū perfidus hęresiarcha existeret, adeò eius animum succēdit, vt cum omnia Prage ad nutū RoKyzanę agerentur ab hęreticis concionator submersus est, nusquam vlterius Pragæ, nec alibi comparens: *Ioannes Cochleus in historia Husitarum libro 11. pag. 393.* *Martyr ab hęreticis Boemis.*

B

C

An. 1455. ANNO Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto, sub Nicolao V. (qui obijt nono Kal. Aprilis) & sub Calixto tertio, qui electus est sexto Idus Aprilis (& obijt anno millesimo quadringétesimo quinquagesimo octauo, octauo Idus Augusti) instātibus fratribus Prædicatoribus apud Sedē Apostolicam prædictos Bullam expediuit aduersus errores Ioannis de Polliaco; & quorundam Doctorum Parisiensiū asserentium, quod confitentes peccata fratribus Mendicantibus tenebantur, postea ea confiteri suis parochis. Incipit Bulla damnationis eorum: *Inter cætera, &c. Frater Michael Pius 2. part. libro 3. columna 37.* *Errores dānati in Gallia.*

D

An. 1456. ANNO Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto, Calixti tertij anno secundo, Fr. Lupus Barrientos ordinis Prædicatorum Episcopus Conchensis, Cancellarius maior Regis Ioannis secundi, & eius confessarius magisterq; *Libri hæretici combusti in Hispania*

Hen-

Anno Christi 1457.

Henrici quarti Hẽrici à Villena Comitis Tinei libros combussit apud Matritum in foro Monasterij nostri S. Dominici Regalis, quia plures errores, ac superstitiones continebant, atque librum eruditum edidit aduersus quatuor species nigromantię, & chiromantię: *Paramus libro 2 titulo 2. cap. 2. numero 4. & 3. Centuria ordinis Prædicatorum libro 2 capite 48.*

An. 1457.

Inquisitores.

ANNO Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo septimo, & sequenti Calixti tertij anno tertio, in Cathalonia Fr Iacobus de Sancto Ioanne, & Frat. Ioannes Comes Inquisitorum munera gerebant aduersus hæreticos cum magno rei Catholicæ incremento: *Diagus lib. 1. c. 38*

An. 1458.

Pro executione sancti officij.

ANNO Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo octauo, Calixtus tertius (qui obijt octauo Idus Augusti, & electus est Pius secundus, decimo quarto Kalẽdas Septembris & obijt anno 1464. decimo septimo Kalendas Septembris confirmauit Extrauagantem Innocentij quarti ad Inquisitores ordinis Prædicatorum de prædicando verbo Dei, de cruce signatis, cõcedendis indulgentijs & procedendo contra impedientes sacrum Inquisitionis officium in Bulla tenoris sequentis.

CALIXTVS Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filijs vniuersis fratribus ordinis Prædicatorum Inquisitoribus hæreticæ prauitatis in Prouincia Lombardiæ constitutis præsentibus, & futuris, salutem & Apostolicam benedictionem.

Iniunctum nobis desuper Apostolicæ seruitutis officium digne tunc peragere non ambigimus, si Romanorum gesta Pontificum prædecessorum nostrorum, quę pro expugnatione lethiferę pestis hæreticæ prauitatis prouide emanasse cõperimus, recẽsentes suo

Calixti III. anno 3.

A uanteq; illa pro ipsius hæresis extirpatione, & fidei Apostolicæ augmẽto, etiã nostro iuuamine roboramus. Dudũ si quidẽ à fœlicis recordationis Innocentio Papa IIII, prædecessore nostro emanauerunt literæ tenoris subsequentis.

Innocẽtius Episcopus seruus seruorũ Dei, Dilectis filijs fratribus ordinis Prędicatorum Inquisitoribus hæreticę prauitatis præsentibus, & futuris in Prouincia Lombardiæ, Salutẽ & Apostolicam benedictionẽ. Malitia huius tẽporis in

B diuersis mundi partibus, & maxime in Prouincia Lombardię peruersorum morum peperit corruptelam, ex quibus lethifera pestis hæreticæ prauitatis abundãtius solito noscitur pullulasse. Ad extirpationem pestis eiusdem iuxta officij nostri debitũ ex animo intendentes volumus aduersus huiusmodi operarios iniquitatis, qui massam Catholicæ puritatis fermento propriæ contagionis inficiunt fideles, vt consurgant, stentque nobiscum pro Euãgelicis, quas professi sunt, legibus defendendis salubribus ad

C hortationibus incitari. Quocirca discretioni vestræ per Apostolica scripta districte pręcipiendo mandamus in remissionem vobis peccaminum iniungentes quatenus in locis, vbi contra hæreticos vobis Inquisitionis officium est commissum, curetis singuli opportuna instãtia contra hæreticos eosdem, eorumque fautores proponere populis publice verbum crucis, & eos qui tacti zelo fidei ad extirpandam prauitatem eandem, votum assumpserint crucis charactere consignare. Vt autem vobis de

D prędicatione huiusmodi, & fidelibus, qui eiusdem crucis ad hoc votum assumpserint copiosæ mercedis præmiũ afferatur, vobis & eisdẽ fidelibus, illam indulgentiã illudque priuilegiũ elargimur, quæ transeuntibus in terræ sanctæ subsidium in generali Concilio cõceduntur. Cum autem huiusmodi verbum crucis per vos proponi cõtigerit relaxandi omnibus vere pœnitentibus, & cõfessis, qui ad audiẽdũ verbũ ipsũ deuoto affuerint quadraginta, vel viginti dies de iniunctis pœnitentijs libera sit

vobis

Anno Christi. 1458.

vobis, & singulis vestrum de nostra cõcessione facultas. Et si forte (quod non credimus) aliqua ciuitas, & Communitas, vel persona cuiuscumque conditionis, vel gradus huic, tam salubri negotio se opponere, seu illud præsumpserit aliquatenus impedire, vt per vos, vel alios authoritate nostra ad hoc deputatos, vel in posterum deputandos, libere procedi non valeat in eodem: imo si quicumque requisiti illud fouere neglexerint, & iuxta officium, & posse suum studiose iuuare contra eos, tanquam contra defensores, & fautores hæreticorum sublato appellationis obstaculo vos, vel vestrum singuli authoritate nostra intrepide procedatis. Contra quos prout audacia exegerit Reges, & Principes Christianos, necnon cruce signatos pro terræ Sanctæ succursu curabimus inuocare: cum non minus expediat, imo magis fidem in locis prope positis, quam procul distãtibus defensare. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrorũ mãdati, & elargitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, & Beatorũ Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Anagniæ Idibus Iulij, Pontificatus nostri anno duodecimo.

Cum autem sicut exhibita nobis nuper pro parte vestra petitio cõtinebat, de viribus literarum earundem ab aliquibus hæsitetur: Nos ad extirpationẽ huiusmodi virus insanabilis totis viribus intendentes literas præinsertas, authoritate Apostolica tenore præsentiũ innouamus, approbamus, & confirmamus, ac præsentis scripti patrocinio cõmunimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ innouationis, approbationis, confirmationis, & communionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo quinquagesimo octauo, septimo Idus Iulij, Pontificatus nostri anno quarto: *Ex directorio Inquisitorum pag. 77.*

Calixti III. anno 4.

II.

Contra hæreses scripta.

¶ Eodem anno Fr. Ioannes à Turrecremata Episcopus Cardinalis Albanus scripsit contra Husitas librum de corpore Christi, alium de vnione Græcæ, & Latinæ Ecclesiæ contra schisma Græcorum, & super decreta cõcilij Florentini aduersus hæreses, &c. *F. Michael Pius 2. p lib. 3. col. 50.*

An. 1460.

Martyr ab Agarenis passus.

ANNO Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo, Pij secundi anno secundo, Fr. Antonius de Ripolis à B. Antonino Archiepiscopo Florentino ad ordinem Prædicatorum receptus Tuneti in Africa pro confessione nominis Christi, cũ Maurorum turbam, quæ illum sequebatur in viam vitæ trahere suaderet, atq; vt spurci, vt spurcissimam Mahumeti sectam relinquerent, & Christi Domini fidem complecterentur admoneret, ab ipsis magno in eum impetu facto partim lapidibus, partim gladijs distinctis confossus est. Incredibile narratu est, quæ fuerit in Martyre Christi constantia. Nemo fuit, qui eius vocem, aut querelam ab eius ore prolatam audierit: nemo qui illum vnquam in aliquam partem flecti, aut magnorum ictus lapidum vitare conspexerit. Cumque nullis omnino vinculis teneretur, æque ac si clauis confixus esset tantisper rectus stabilisque perdurauit, donec magnis vulneribus, grauibusque in primis lapidum ictibus oppressus occubuit. Impij vero ac detestabiles ministri, magna vi lignorum congesta sacrum Martyris corpus immisso igne cremare conabantur, fuitque corpus sacrum diu in igne & magnis flammarum globis, vndique oblitum, non tamen postquam inde eductum est in eius capillis capitis, aut barbæ vis ignis apparuit. Non cõtenti autem, tam magno supplicio, nec contu-

Anno Christi. 1462.

contumelia exaturati scelestissimi ministri maiori corpus ignominia dehonestare concertarunt. Nam id sic laceratum, fœdatumque, ac deforme, per quemlibet locum in vrbe celebrem, vndique distractum in teterrimam tandē cloacam proijciunt. A quo loco immūdissimo postea opera Christianorum, non parua soluta pecunia extractum est, cumque sordes illius sacri corporis aqua solum abstersæ essent, tantus fuit in eo odor suauissimus, vt stupor, non paruus omnes caperet, vnde is odor, tā suauis abstersis nuper ab eo sordibus oriretur? Tandem à fidelibus curatum omni diligentia, pieque atque honestissime in arcula conditum in Ecclesia postremo Genuensium, quæ in eadem vrbe Tunetensi, vel Carthaginensi, quæ eadem est, sita est sub pedibus Crucifixi sepultum est. *F. Leander Albertus libro 2. folio* 60.

An. 1462. — *Inquisitores hæreticæ prauitatis.*

ANNO Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo secūdo, Pij secundi anno quarto, Fr. Nicolaus Breſtē Inquisitor deinde Prouincialis Poloniæ, & Prouinciala tu functus iterum Inquisitor hæreticæ prauitatis Fr. Ioannes Cassus Messanensis per plures annos Inquisitor, deinde Cephaludensis, ac demum Cataniensis Episcopus, & Fr. Philippus Barberius Syracusanus Inquisitor, item in Sicilia F. Raphael Garcia Inquisitor in regno Valentino, F. Martinus de sancto Angelo Inquisitor Cæsaraugustanus F. Ioannes Gerardus Inquisitor Maioricæ, & F. Petrus Solanus Inquisitor Rosilionis, & Ceritanei, omnes isti fidei Catholicæ insignes extiterunt propugnatores in Ecclesia. *Bzouius cap. 8. Diagus lib. 1. c. 33. 35. 38. & lib. 2. c. 94. F. Michael Pius lib. 3.*

An. 1464.

ANNO Domini millesimo quadringētesimo sexagesimo quarto mortuo Pio secundo decimo septimo Kalendas Septembris, electus est Paulus II pridie Kalendas Septembris & obijt anno 1471. quinto Kalēd. Augusti, sub quo in regno Poloniæ, quinque familiæ Prædicatoriæ Inquisitores contra hæreticam prauitatem strenuam, ac sedulam diligentiam adhibuerunt pro conseruandis in fide Catholicis, & hæreticis eliminandis. Hi sunt Fr. Gregorius Heycze Inquisitor Vratislauiensis F. Nicolaus Grimeb Inquisitor Thorunensis, F. Matthias Conradi Inquisitor in Russia, & Polonia, F Dionysius Inquisitor Cracouiensis, & F. Albertus de Lācicia: *Fr. Abraham Bzouius cap.* 8.

Pij II. anno 4. — *Inquisitores hæreticæ prauitatis.*

An. 1466. — *Martyr ab hæreticis passus.*

ANNO Domini millesimo quadringētesimo sexagesimo sexto, Pauli secundi anno tertio, F. Bartholomæus Ceruerius Sabilianensis Inquisitor hæreticorum, postquam diligenter eosdem inquirens supplicijs afficiebat ab ipsis in itinere iuxta oppidum Ceruerium in Pedemontio obtruncatus pro fide occubuit: eius corpus Sabilianum aduectum maximis claruit miraculis: *F. Michael Pius 1. part. libro 2. col. 327. & licet M. Castellus, & aly authores ad aliud tempus martyrium hoc referant, sicut F. Antony Panoni, tamen hoc anno eccubuiße diligenti examine facto de sacro eius transitu, cōpertum est.*

An. 1470. — *Inquisitores hæreticæ prauitatis.*

ANNO Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo, Pauli secundi anno septimo, præclari aduersus hæreticam prauitatem Inquisitores ex Prædicatoria familia extabant, in præcipuis orbis Christiani prouincijs in Italia apud Pisas, F. Ludouicus Pisanus, Senis F. Christophorus Ptolomei factus inde Episcopus Sabatensis in Sicilia, F. Antonius Ricciusper septenniū inquisitor in Hispania, F. Petrus Barent Inquisitor Aragoniæ, F. Franciscus Vidal Inquisitor Cathaloniæ, F. Frāciscus Pinedus Inquisitor reg

ni Va

Anno Christi. 1475.

ni Valentini,F.Nicolaus Merola Inquisitor Maioricę.Et in Polonia F.Martinus Kaczer Inquisitor Cracouiensis: *Diagus lib.1.cap.33.38.& 41.F.Michael Pius 2.p lib.3.pag.61.Bzouius cap.8.*

An.1471. ANNO Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo primo,sub Paulo secundo, qui obijt quinto Kalendas Augusti, & assumptus est ad Ponficatum Sixtus quartus,quinto Idus Augusti(& obijt anno 1484.pridie Idus Augusti) Fr. Iacobus Sprengerius Prouincialis Germanię, vir eruditione conspicuus,scripsit librum aduersus hæreticos prescriptum Malleus maleficarum Inquisitoribus,& reliquis fidelibus apprime vtilē, & Inquisitor institutus est hoc anno â Sixto quarto strenuum nauauit operā aduersus hęreticos eos inquirendo, & debitis supplicijs afficiendo. *F. Michael Pius lib.3.col.62.*

Contra hæreses scriptor.

An.1475. ANNO Domini 1475.Sixti IIII anno quinto,F. Georgius Inquisitor in regno Poloniæ,F.Didacus Borcel Inquisitor in regno Valentino,& Fr. Guillelmus Casellas Inquisitor in Maiorica. sedulo Catholicam fidem â perfidia hæreticorum defensabant,eorum plurimis digno supplicio affectis:*Diagus li.1.c.33.Bzouis c.8*

Inquisitores.

An.1479. nono ANNO Domini 1479.Pontificatus Sixti quarti, anno apud Hispaniam eiusdem Pōtificis authoritate ad instantiam fratrum Prędicatorū Magistri F.Didaci Betoño F.Didaci Deza,& aliorū facta est Compluti ab Alphōso Carrillo Archiepiscopo Toletano, circa doctrinā,scripta, & librū de confessione Petri Martini Oxomensis, Salmanticensis Academiæ primam Cathedram Theologiæ moderantis,nā

Errores damnati.

Congregatio

A prędicti fratres Prædicatores ad Sedē Apostolicam detulerant eandē doctrinam tanquam erroneam scandalosam nota, & censura dignam. Vocati sunt ad cōgregationem hanc doctissimi magistri ordinis Prædicatorum,Fr Petrus ab Ocania Regens studij conuentus regij Toletani S. Petri Martyris,qui postmodū fuit Inquisitor hæreticæ prauitatis, F. Didacus Betoño Cathedrā sacrę Scripturæ in Schola Salmanticensi regens,& alij fratres,& Doctores, ac Magistri seculares tam Theologi, quam iu-B risprudētes. Quibus Cōpluti cōgregatis mense Aprilis,& Maij,& cōclusionibus dicti libri de confessione propositis, ac per plures dies sigillatim disputatis recepto ab eisdē Doctoribus,& Magistris solēni iuramēto tactis sacrosanctis Euāgelijs, & sententia excōmunicationis in eos & in eorū quemlibet primitus prolata,quod in prædictis quęstionibus dicerent veritatem secundū suā sentētiā & conscientiā,votisque eorū corā notario,& testibus sigillatim in scriptū redactis, die vigesima quarta mensis Maij C præfatus Reuerendissimus Dominus Archiepiscopus sedens pro tribunali sententiā protulit,quā plures conclusiones eiusdē libri,tanquā hęreticas,erroneas ac scandalosas, & male sonantes Apostolica, & Primatiali authoritate damnauit ac damnandas decreuit, librumq; illum cōburendū iudicauit, quē illico promotor fiscalis curiæ tradidit sęculari cōcremādū,& ille Petrus Oxomensis damnatus est & coactus abiurare prædictas propositiones publice in D suggestu.Cathedraq; & scholia,vel scripta continentia prædictā doctrinam in vnū collecta in medio Scholæ igni tradita sunt:& nō solū Cōpluti, & Salmāticæ,sed in cunctis regnorū Castellę, & Legionis vrbibus per Episcopos, vel eius vicarios,clero,& populo prædictę propositiones Oxomensis damnatæ publicatę sunt. Præterea Salmanticæ ex decreto Vniuersitatis fratres Prędicatores processionaliter stolis ornati ex Ecclesia S.Martini per mediā ciuitatē ad Scholas peruenere,vt eas aqua bene

dicta

Anno Christi. 1479.

dicta benedictionibus, & alijs ceremonijs lustrarent, ac purificarent à contagione, quam à pestifera, & praua Oxomensis doctrina contraxerant. Ipse vero Petrus Martinus Oxomensis, non solum Compluti coram grauissima Doctorum congregatione, sed Salmanticę prædictam suam doctrinam publice in suggestu abiurare coactus est in hunc modum.

Quoniam ego Magister Petrus Oxomensis composueram librum confessionis, continentem nonnullas propositiones, quas tūc credebam veras, & determinationi sanctæ Matris Ecclesiæ, & communi opinioni Doctorū consonas, sed quia primum ex illo libro orta sunt maxima scandala in cordibus fideliū, maxime in partibus horum regnorū, adeò, quod Reuerēdissimus in Domino Pater, ac Dominus Archiepiscopus Toletanus authoritate Apostolica accersitis quā plurimis Magistris, & sacræ Theologiæ Doctoribus, & alijs viris eruditissimis mature cōsilio, ac deliberatione pronunciauit, & declarauit, dictū librū cōtinere nōnullas propositiones falsas, hæreticas, scandalosas, malesonātes, & erroneas, & ideo cōburēdū, prout in sententia lati⁹ cōtinetur: Quapropter Ego præfatus Magister desiderās salutē animæ meæ, ac propriū recognoscēs errorē, & culpā dico, & cōfiteor me grauiter errasse in cōpositione dicti libri, vtpote continentis propositiones falsas, erroneas, scādalosas hæreticas, & malesonantes, quas vt tales cōfiteor, & declaro submittoq; me determinationi S. Matris Ecclesiæ, & determinationi, & sententiæ præfatæ, & prolatæ per dictū Reuerendissimū Dominum, cui ex nunc & specialiter, & expresse assentior. Et cognoscens verā fidem anathematizo omnē hæresim, maxime eam, de qua hactenus sum infamatus, & consentio S. Matris Ecclesiæ Romanæ, & sedi Apostolicæ, & ore ac corde confiteor sacramenta Ecclesiæ, & illā fidē tenere, quā Domin⁹ Sixtus Papa modernus authoritate Apostolica, & Euangelica tenet, & per hæc sancta Dei Euangelia, omnes, qui contra hanc fidē venerint, cum suis doctrinis dignos æterna damnatione pronuncio.

Sixtus autem IIII. super prædictis anno sequenti, Extrauagantem Bullam quarto Idus Augusti Romæ apud S. Petrum expediuit de condemnatione doctrinæ Petri Oxomensis, Bulla autem est tenoris sequentis. Sixti IIII. anno 9.

SIXTVS Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Licet ea, quæ de nostro mandato rite fiant plenam obtineant roboris firmitatem, tamen illis interdum nostri muniminis robur adijcimus, vt eo firmius illibata persistant, quo magis nostro fuerint prēsidio cōmunita. Dudum siquidem ad audiētiam nostram deducto, quod à modico tunc decurso tempore citra in Hispaniarum regnis, & prēsertim in vniuersitate studij Salmanticensis fuerant, & adhuc erant nonnulli iniquitatis filij, qui quasdā falsas, sanctæ Catholicę fidei cōtrarias, erroneas, scādalosas, & malesonantes propositiones præsertim circa peccatorum confessionem, & Ecclesiastica sacramenta in studio huiusmodi, & in frequentissimo hominum cætu veras esse publice affirmare, & pertinacissime sustentare, ac defendere, apertissimas sacræ Scripturæ authoritates eorum erroribus repugnātes, earum rectum clarum, & apertum sensum falsis eorum interpretationibus impudenter violando refellere: huiusmodi quoque eorū falsa dogmata manifeste hæreticæ prauitatis labem continentia in aliorū mētes inserere, & simplicium animas illaqueare, & vt illa in pluriū notitiā peruenirent, & vt in perpetuum de illis memoria haberetur libros componere, & in publicum vt illos legendi omnibus esset facultas tradere præsumpserant, eatenus, & præsumebant. Nos tunc venerabili fratri nostro Alphonso Archiepiscopo Toletano per alias nostras literas commissas, vt assumptis secum aliquibus in Theologia Magistris, & alijs viris literatis (vocatis his, qui propositiones ipsas veras esse affirmare, nisi erant, & nitebantur in dies & auditis, quę ipsi pro illorū veritate, & alij Christi fideles ad dilucidādam earū falsitatē deducere vellent) An quæ in propositionibus huiusmodi

conti-

Anno Christi 1479.

Sixti IIII anno 9.

continebantur falsa, & fidei præfatæ cõtraria erronea, & malesonantia existerent authoritate nostra declararet, & decideret, & declaratione huiusmodi facta, illos, quos in præmissis culpabiles esse reperiret, iuxta sanctorũ Patrũ instituta, & canonicas sanctiones se emẽdare, & depositis de cordibus eorũ totaliter erroribus prædictis ad Ecclesię vnitaté hæreti a labe huiusmodi abiurata redire, & iuxta declarationẽ suã, tales propositiones esse scandalosas, falsas, & hæreticas, ac malesonantes, fateri & desuper cõfectũ librũ huiusmodi retractare, & cũ effectu refutare recusarent, & in illis, eorũq; erroribus pertinaciter insistere vellent, hæreticos, ac cẽsuris, & pœnis in tales à iure promulgatis irretitos esse decerneret, plena sibi desuper authoritate concessa, prout in nostris inde cõfectis literis plenius cõtinetur. Postmodum vero, sicut accepimus, præfatus Archiepiscopus ad executionẽ dictarũ literarũ, earũ forma seruata rite procedens dilectos filios Petrum de Pexamio, & Petrũ de Ocaña, ac Petrũ de Calsca, necnõ Didacũ de Betoño, Martinũ quoq; Alphõsum de la Torre Magistros, & Petrũ Didaci de Cõstana, ac Ioannẽ de Quintanapalla, Licentiatos in Theologia, necnõ Tellũ de Buẽdia Toletanũ, & Vascum de Ribera de Talauera in eadẽ Ecclesia Archidiaconos Thomã de Cuenca & Ioannem de Medina Decretorũ Doctores, ac Garsiã Ferdinandi de Alcala in eisdem decretis Licentiatum, & alios quam plures Magistros in Theologia, ac Doctores, & Licẽtiatos in eisdem decretis, alios quoq; quã plurimos doctos, & literatos viros, ex diuersis regnorũ prędictorũ locis:

B

pariter, & dilectũ filiũ Petrũ de Osma propositionũ prędictarũ authorẽ, eiusque sequaces corã se ad suũ oppidũ de Alcala Toletanæ diœcesis euocari fecit, ac dicto Petro de Osma, & sequacibus minime cõparentibus debito tẽpore expectatis matura super omnibus propositionibus prædictis deliberatione præhabita de vnanimi consilio, & assensu Magistrorũ, & prædictorũ Doctorũ declarauit illas propositiones, per ipsas Petrus de Osma, & eius sequaces prędicti pertinaciter affirmare, non verebantur confessionẽ peccatorũ in specie, ex vniuersalis Ecclesię statuto, nõ diuino iure cõpertam fore, & peccata mortalia, quoad culpã, & pœnã alterius sæculi, absque confessione sola cordis contritione, prauas vero cogitationes sola displicẽtia deleri, & quod cõfessio secreta sit, necessario nõ exigi, & nõ peracta pœnitẽtia cõfitẽtes absolui nõ debere, & Romanũ Pontificẽ Purgatorij pœnam remittere, & super his, quæ vniuersalis Ecclesia statuit, dispẽsare nõ posse: Sacramentũ quoq; pœnitentiæ, quãtũ ad collationẽ gratię naturę, nõ autẽ institutionis noui aut veteris testamenti existere, & alias, quas propter earum enormitatẽ, vt illi, qui de eis notitiã nõ habẽt ex præsentibus nõ instruãtur in eis silẽtio prætermittẽdas ducimus, falsas S. fidei Catholicæ, contrarias, erroneas, & scãdalosas, ac à fidei veritate alienas, & S. Patrũ decretis, & Apostolicis cõstitutionibus cõtrarias fore, manifestã heresim cõtinere dictarũ literarũ & per illas, sibi cõcessę facultatis vigore declarauit, & pro talibus haberi, & reputari debere decreuit, prout in quibusdã authẽticis scripturis desuper cõfectis plenius cõtinetur. Et demũ (pręmissis, sic vt præfertur gestis; & propositis in cõsistorio corã nobis) nos dilectis filijs nostris Stephano tituli S. Mariæ in Trãstyberim, & Ioãni tituli S. Praxedis presbyteris Cardinalibus, vt de præmissis gestis per ipsum Archiepiscopũ diligẽter, se informarẽt, & quæ inuenirẽt nobis, & alijs fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus referrẽt. qui tã zelo fidei, quã vt nostris parerẽt mãdatis omnes huiusmodi prõpta volũtate suscipientes, cũcta diligẽter rimarũt, & quæ inuenerũt nobis, & alijs fratribus nostris memoratis fideliter retulerunt: propositiones præfatas, erroneas fore plurib⁹ authoritatib⁹, & rationib⁹ præter illas, quas in Archiepiscopi processib⁹ inuenerũt, etiã demõstrãtes zelo fidei memoratę. Nos igitur ad quẽ spectat errores huiusmo-

C

D

Anno Christi. 1479.

di extirpare (habita eorundē S. Mariæ Transtyberim, & S. Praxedis Cardinaliũ relatione prædicta) ipsius Archiepiscopi solertiam, & diligētiam in præmissis plurimũ in Domino cōmendantes, ex certa nostra scientia Archiepiscopi declarationem, & decretũ huiusmodi, & prout illa cōueniunt omnia, & singula in scripturis prædictis Archiepiscopi super præmissis confectis contenta authoritate Apostolica tenore præsentiũ de eorundem referentium, & aliorum fratrum nostrorum vnà cum consilio, & assensu laudamus, confirmamus, & approbamus, ac presentis scripti patrocinio cōmunimus, supplentes omnes, & singulos defectus, si qui forsan interuenerunt in eisdē. Et nihilominus propositionis, cautelæ, suffragio omnes, & singulas propositiones prædictas, falsas sanctæ Catholicæ fidei contrarias, erroneas, & scandalosas, & ab Euangelica veritate penitus alienas, sanctorũ quoque patrum decretis, & alijs Apostolicis constitutionibus cōtrarias fore, ac manifestam hæresim continere dicta authoritate declaramus. Præfato quoque Archiepiscopo scientia, & authoritate prædictis committimus, & mandamus vt contra dicti Petri de Oxmia sequaces prædictos, si huiusmodi hæresim, in quã prolapsi sunt, abiurare, & eũdem Petrũ prout errantē secuti sunt, errores suos abiurantē, & se emendantem sequi recusauerint, aut malitiose distulerint, iuxta predictarũa liarũ nostrarũ literarũ cōtinentiam, tanquã hæreticos procedere non omittat. Et vt gesta per eũ probe, & laudabiliter zelo fidei de mandato nostro, & per nos merito approbata ad omniũ incolarũ illarũ partiũ notitiã facilius perueniant: qua habita possint se ipsos, ne in prædictos prolabantur errores, liberius custodire, præsentes nostras literas, cũ processu per eũ habito, ac dicti Petri abiuratione singulis illarũ partiũ Episcopis significare nō omittat: qui post significationē eandē clero, & populo suarũ ciuitatũ, & diœcesum ea publicari procurent, & generaliter omnia faciat, quæ pro huiusmodi hę

A

resis extirpatione necessaria fuerint, seu ei quomodolibet opportuna videbũtur, nō obstantibus cōstitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac omnib' illis, quæ in dictis literis volumus nō obstare, cæterisq; cōtrarijs quibuscũq;. Nulli ergo omnino hominũ liceat, hãc paginã nostræ confirmationis, laudationis, approbationis, & cōmunionis, suppletionis, declarationis, cōmissionis, & mãdati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autē hoc attētare præsũpserit, indignationē omnipotētis Dei, & B. B. Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurũ. Dat. Romæ apud S. Petrũ anno Incarnationis Domini 1480. quarto Idus Augusti, Pontificatus nostri anno 10. *sũma cõciliorũ, F. Bartholomæus Carrãça sub sixto IIII. pag. 620. Petrus Ximenez, Prexanus Canonicus Toletanus in lib. refutationis doctrinæ Petri Oxomensis, Paramus li. 2. tit. 2. c. 2.*

Sixti IIII. anno 9.

B

ANNO Domini 1480. Sixti IIII. anno decimo, septē Inquisitores ex Prædicatoria familia diligētissimè, & viriliter hęresum extirpationi inuigilabant, videlicet in regno Siciliæ, F. Saluus Caseta, qui ex Inquisitore Siciliæ à Sixto IIII. factus est magister sacri Palacij. F. Iacobus Meda Drepanensis, & F. Reginaldus Montorus, in Germania, F. Henricus institoris, & F. Gerardus Elthē in regno Polonię, F. Matthias Flori in regnis Aragonię, F. Ioãnes Fracus Inquisitor Cæsaraugustanus: *Diagus lib. 1. c. 1. Abraham Bzouius cap. 8. & F. Michael Pius lib. 3. col. 98.*

C

An. 1480.

Inquisitores contra hæreses.

D

ANNO Domini 1481. Sixti IIII. anno 11. Hispali in Hispania conuenticula pluriũ iudaizãtiũ detecta sunt à F. Alphonso Hojeda Priore cœnobij Prędicatorũ regij S. Pauli Hispalensis. Is suã in id curã intēderat, vt rationē adinueniret, qua tot mala, quæ ex Iudæorũ societate, prauoq; cōmercio in Christianã Rēpublicã irrepserant, finem haberent, multosque annos ardenti spiritus feruore quam plurimis concionibus ad populũ habitis Aposta

An. 1481.

Iudæi puniti, & errores superstitionesq; ab Hispania eliminatę

tas

Anno Christi 1482.

tas, qui ad Iudaicã perfidiã reuersi erãt Ecclesię gremio restituere conabatur, quorũ Hispali caterua ingens erat. Igitur feria quinta in Cœna Domini prima vigilia noctis, â quodã generoso ingenuoque viro è Guzmanorũ inclyta familia monitus est prędictus Prior F. Alphonsus conuenisse Iudęos, & Apostatas quosdã in quasdã ędes, vbi q; cerem onijs Iudaicis vacare, necnon execrabiles blasphemias, & cõtumelias in Christũ Saluatorem proferre. Hæc omnia Guzmanus ex secreta domus parte in qua latebat puellam quandã allocuturus oculis viderat (solet siquidẽ Deus quandoque mala permittere, vt inde maiora eueniãt bona.) Prædictus Prior vbi hæc cognouit, cum viro illo nob li egit, vt re literis mandata, nomẽ su um subscriberet: atque e uestigio Cordubã ad Reges Catholicos rẽ omnẽ defert. Hęc Regibus, qui ob insignem religionẽ Catholici nuncupabantur, nõ leuẽ molestiam atque perturbationẽ attulit: iusseruntq; de tã horrendis flagitijs inquiri. Facta ergo Hispali diligenti inquisitione prædicti Prioris, & aliorũ fratrũ eiusdẽ Prędicatorij ordinis industria sex Apostatæ illius societatis impurissimi collegæ adinuenti, & in prędicto S. Pauli Prædicatorũ cœnobio in vincula detrusi sunt. Mox ad Iudaicũ vomitũ reuersi plures eidem custodiæ traduntur. Nec multo post in eos omnes vniuscuiusque delicti pensata qualitate seuere animaduersum est: *Paramus lib. 2. tit. 2. cap. 3. num. 2.*

An. 1482.

ANNO Domini 1482 Sixti IIII anno duodecimo, mense Ianuarij fr Michael Morillo, & fr. Ioãnes à sancto Martino electi â Regibus Catholicis, instituti, & cõfirmati sunt à Pontifice, vt Inquisitorũ Hispali munere fungerentur: nam ea in vrbe magis Apostatarum impietas grassabatur. Sed quia electi duo Hispali Inquisitores sufficere non videbantur, Põtifex ad prædictorũ Regũ instantiã suo Apostolico diplomate dato tertio Idus Februarij Pontificatus anno vndecimo,

Sixti IIII anno XII.

octo alios è Prædicatoria itẽ famili constituit Inquisitores, nẽpe F. Thomã à Turrecremata Regũ eorundẽ cõfessariũ, F. Ioannẽ de sancto Spiritu Prouincialẽ Hispaniæ Prouinciæ, F. Alphõsum â sancto Cypriano Vicariũ congregationis reformatę eiusdẽ Prouinciæ F. Petrũ ab Ocaña Regentẽ Regij cœnobij Toletani, S. Petri Martyris, F. Ioannẽ â sancto Dominico primariæ Theologiæ Salmantinæ Cathedræ præfatũ F. Petrũ Martinez, F. Rodericũ Segarra, & F. Bernardũ à sancta Maria, qui omnes in Castellæ, & Legionis regnis in rebus ad fidẽ pertinentibus præessent. & antequã ex noua reformatione Inquisitores canonica seueritate in hæreticos, & Apostatas inueherentur, singuli in regionibus, ac Prouincijs, sibi commissis edictũ proposuerunt, in quo omnibus, qui â vero tramite religionis desciuissent, si intra triginta, aut quadraginta dies suũ confessi errorẽ Ecclesię recõciliarẽtur veniã cõcedebant, eisq; publicã dabant fidẽ, nec vita, nec corpore, nec perpetuo carcere, nec bonorum iactura puniendos, quia hæc omnia Regia clementia illis condonabãtur. Quo publicato edicto, plusquã decẽ & septẽ millia vtriusque sexus varijs, iuxta singulorũ excessus pœnitentijs resipuerũt atq; veniã sunt cõsequuti. *Paramus lib. 2. tit. 2. cap. 3. num. 7. & 8. Illescas historia Pontificũ 2. part. lib. 6. cap. 19. in fine.*

Decem, & septẽ millia hæreticorum, & Apostatarũ Ecclesiæ reconciliantur

II.

¶ Eodẽ anno F. Christophorus Galuez ordinis Prædicatorũ Inquisitor generalis regnorũ Aragoniæ ad instãtiã F. Guillelmi Caselles Inquisitoris Maioricẽsis Theologorũ cõuentũ habuit, circa quasdã propositiones erroneas, & hęreticas, quas aliqui apud Maioricã disseminabant. Vt autẽ prædictorũ Theologorũ censura, vim fortiorẽ haberet prædictus Inquisitor Maioricẽsis ad Romã detulit ad Sũmũ Põtificẽ Sixtũ IIII qui pluribus itẽ Theologis, & quatuor S. R. E. Cardinalibus eãdẽ doctrinã discutiendã tradidit, & prędictã censurã Inquisitorũ, & Theologorũ cõfirmarũt, vt ex sequentibus literis Cardinaliũ authoritate Apostolica expeditis videre licet.

Errores damnati.

NOS OLIVERIVS Episcopus Sabinensis, Ioannes tituli sanctæ Praxedis, Georgius tituli sanctorum Marcellini, & Petri, Gabriel tituli sanctorum Sergij & Bacchi, sanct. Rom. Eccl. Cardinales in negotijs ad Catholicam fidem pertinentibus generaliter, & in præsenti negotio fidei specialiter viuæ vocis oraculo nobis super hoc facto à sanctissimo Domino nostro deputato Reuerendo in Christo Domino Episcopo Maioricensi, salutem.

Cum nuper ad Romanam curiam venisset venerabilis Magister Gullielmus Caselles sanctæ Theologiæ professor ordinis Prædicatorum, & Inquisitor hæreticę prauitatis in regno Maioricarũ S.D.N. Domino Sixto diuina prouidẽtia Papæ significauit, quod cum superioribus diebus magister Christophorus de Galbez sanctæ Theologiæ professor eiusdem ordinis Prædicatorum Inquisitor generalis hæreticæ prauitatis, & cõmissarius Apostolicus in tota Prouincia Aragonię specialiter deputatus congregari fecit, tanquam Inquisitor generalis in ciuitate Valentiæ multos egregios ac famosos in sacra pagina Magistros diuersorum ordinum, ac presbyteros sæculares eorum conscientias onerando, vt diligenti Inquisitione different, & iudicarent super certis conclusionibus in Theologia, & quibusdã versibus cuiusdam prosæ, quorũ tenores infra sequũtur, Catholicáne continerent veritatem, an maculam aliquã hæresis contra fidẽ Catholicã ingererent, & vt votũ deinde suũ vnusquisq; proferret: præfati Magistri vnanimi consensu iudicarunt cõclusiones ipsas fuisse, & esse hęreticas, & erroneas, ac quęcũque illas vel aliquã illarũ pertinaciter affirmantẽ esse hæreticũ, versus vero illius prosę esse Catholicos. Cõlusionũ prædictarũ prima est hęc, videlicet. Verbũ Dei non assumpsit naturã humanã in particulari, sed in cõmuni, seu specificã, aliter nõ redemisset omnes homines. Secũda cõclusio. Deus non potest creare alium mundũ. Tertia cõclusio. Angeli statim creati viderũt Deũ facie ad faciẽ. Quarta conclusio: Tota potentia Dei fuit ex

A hausta in factione animæ Christi, ita quod Deus nõ potest creare nobiliorẽ creaturã. Quinta cõclusio: Diuina essentia generat, & generatur. Sexta conclusio: Iustitia originalis est videre Deũ à priori, & peccatũ originale est videre Deũ à posteriori. Septima conclusio: Iustitia originalis in B. Virgine Maria est, ex natura non ex gratia. Octaua cõclusio: Natura humana vnita Verbo diuino, vt natura humana est suppositũ. Versus vero illius prosę, quę incipit, Tibi cor-

B dis in altari, sunt isti. Neq; abhorres peccatores, sine quibus nunquã fores, tanto digna filio. Quã ob rẽ prędictus Magister Guillelmus humiliter supplicauit prędicto sanctissimo nostro dignaretur declarare, An prædicti magistri super huiusmodi cõclusionibus, & versibus rectè senserint, ac iudicauerint, authoritateque Apostolica illorũ vota, & sententias corroborare. Verũ, quia sanctissimus ipse Dominus noster in maioribus & arduis circa statũ Ecclesię erat, & est (vt decet) occupatus, nobis quos in ne-

C gotijs fidei generaliter alias deputauerat, specialiter pręfatũ negotiũ examinãdũ, & determinandũ viuæ vocis oraculo nobis super hoc facto cõmisit. Nos vero etsi ipsi per nos id determinare potuissemus, quia tamẽ integrũ est iudiciũ, quod plurimorũ sententijs approbatur, voluimus super hoc, cũ Magistris in sacra pagina, quos ad hoc specialiter deputauimus habere plenã deliberationẽ. Qua mature adhibita iudiciũ, & sententias prædictorũ Magistrorũ Valẽtię

D cõgregatorũ approbando, supradictas cõclusiones erroneas, & hæreticas iudicauimus, ac iudicamus. Circa versus vero illos, cũ duplex sit opinio Catholicorũ Doctorũ circa causas pręcipuas Incarnationis Verbi diuini intuentiũ, altera quod si Adã non peccasset, Dei filius humanam carnẽ non assumpsisset, altera, quod etiã si non fuisset humana natura in primo parente lapsa, adhuc Dei filius carnẽ assumpsisset: & opinio vera quę pietati fidei authoritatibus, & rationibus subsistat, cũque priori opinioni versus illi innitantur, dicimus, quid-

quid

Anno Christi. 1481.

quid cõtra dictos versus attentatũ fuit temerarium præsumptuosum, & pœna dignũ pręsumptũ fuisse, tanquã cõtra opinionẽ à Catholicis Doctoribus positã, & quæ nec fidei orthodoxę aduersatur, nec dignitati B. Virginis Mariæ, in aliquo detrahere videtur, Quocirca, si qui adeo proterui in posterũ inueniantur, qui contra Apostoli doctrinã velint plusq̃ oporteat sapere, & prædictas conclusiones asserere velint, & supradictos versus condẽnare, cõtra hanc nostrã determinationẽ aliter sentire, Paternitatẽ vestrã hortamur in Domino, ac specialiter authoritate Apostolica viuæ vocis oraculo, nobis etiã cõmissa mandamus, quatenus si id pertinaciter asserere voluerint contra eos secundũ canonicas sanctiones, vna cũ Inquisitore, tanquã hæreticos procedatis, & si opus fuerit mãdetis citari, vt corã nobis in Romana curia, infra sexaginta dierũ spatiũ personaliter, & nõ per procuratorẽ, vel procuratores cõpareant. Insuper quoniã circa prædictos versus, aut partẽ eorũ, vt asseritur multæ iniurię illatæ fuerũt prædicto ordini Prędicatorũ, & pręfato Inquisitori, ac lis super hoc corã vestra Paternitate pendet indecisa, si ita est mãdamus V. P. sub pœnis primo interdicti ingressus Ecclesiæ, ac suspẽsionis Põtificalis officij quaten⁹ eandẽ litẽ vsque ad cõdignã satisfactionẽ secundũ formã iuris terminetis. Et quoniã scandala publice orta publico etiã remedio sunt auferenda, sub eisdẽ pœnis vestræ Paternitati mandamus, vt sicuti publice prædicta fuerũt diuulgata: ita & publice reuocẽtur, & ad debitã formã, sine scandalo reducãtur. Nõ obstantibus quibuscũque rescriptis, siue alijs mandatis super hoc, quomodocũq; generaliter, vel specialiter emanatis à Sede Apostolica. Quibus quoad prædicta, & singula prędictorũ de mandato D. N. Papæ, viuæ vocis oraculo nobis facto derogamus, & ea volumus nõ obstare. Dat. Romæ anno à Natiuitate D. N. Iesu Christi 1483. die vero vndecima mensis Septẽbris Pontificatus vero S. D. N. Domini Sixti diuina prouidentia Papę quarti anno 13. *Diagus de prouincia Aragonia ordinis Prædicatorum lib. 1. cap. 33.*

Sixti IIII. anno 12.

An. 1483.

ANNO Domini 1483. Sixti quarti anno decimo tertio, Catholici Reges ab eodem Pontifice efflagitarunt, vt F. Thomã à Turrecremata eorũ confessariũ primariũ Inquisitorẽ in Castellæ, ac Legionis regnis crearet, quod eis Pontifex liberaliter suis literis cõcessit, quibus F. Thomas à Turrecremata potestatẽ accepit, tũ eos designãdi Inquisitores probatę, candideq; vitę ac morũ, qui conuenire viderẽtur, eosque reuocare, vel cõfirmare, qui antea in illis Prouincijs eo munere fungebantur, tum etiã, vt in causis fidei exequendis ad eam normã nouiter excogitatã ab ipso F. Thoma antiquã, ac minus idoneã inquirendi methodũ cõformaret, Postea vero idẽ Põtifex Aragoniæ, Valentię, Cathaloniæ Prouincias eidẽ Fr. Thomæ supremo Castellæ, ac Legionis Inquisitori cõcessit per literas tenoris sequẽtis, datas Romę 17. Kalẽd. Nouẽbris, anno Pontificatus duodecimo.

Innumeri hæretici Ecclesiæ addicti pluribus igni traditis.

SIXTVS PAPA QVARTVS.

Dilecto filio F. Thomæ à Turrecremata ordinis Prædicatorum in regnis Hispaniarũ hæreticæ prauitatis Inquisitori generali.

Dilecte fili salutẽ, & Apostolicã benedictionẽ. Supplicari nobis fecerunt charissimi in Christo filij nostri Castellę, Leonis, & Aragõnię Rex, & Regina vt te sicut es in Castellæ, & Leonis, etiã in eorundẽ Aragonum, & Valentiæ regnis, ac in principatu Cathaloniæ Inquisitorẽ hæreticæ prauitatis deputare vellemus. Nos igitur, qui de circũspectione probitate, atq; integritate tua plurimũ cõfidimus, vt dictorũ Principũ desiderio, simul & nostro Pastoralis officij debito satisfaciam⁹ te in dictis Aragonũ, & Valẽtię regnis, ac principatu Cathaloniæ Inquisitorẽ hæreticę prauitatis tenore pręsẽtiũ deputam⁹ cõstituim⁹, & ordinam⁹. Et quia te multis implicatũ nego-

negotijs non ignoramus, tibi earundem tenore indulgemus, & concedimus, vt idem officiũ per idoneos sufficiẽtes, probatos in sacra Theologia magistros, quos ad id deputandos, & substituẽdos duxeris, gerere, & exercere possis, & valeas. Te autẽ hortamur in Domino ac districte præcipiẽdo mandamus, vt semper Deum prę oculis habens, id tã diligenter attente, ac solicite geras, vel geri facias, quantum ipsius officij dignitas, magnitudo, & importantia, videntur expedire, &c.

Hieronymus Zurita lib. 20. annaliũ Aragonensium cap 49. & alij grauissimi authores referunt, quod Catholici Reges, hoc anno decimo tertio Kalendas Iunij à Pontifice petierunt per eundem oratorem, & Legatum, D. Gundisaluũ Veteta, commendatarium apud Sedẽ Apostolicam quod tantum ex Prædicatoria familia Inquisitores regnorũ Aragoniæ, Valentiæ, & Cathaloniæ, assumerentur, perpetuis futuris tẽporibus & quod Pontifex noluit arctare supremum Inquisitorẽ, vt solũ ex Prædicatorio ordine illos eligeret, dũ modo essẽt magistri in Theologia, quos ipse designaret, licet ab Vrbano IIII anno 1261. vsque ad Sixtum quartũ hoc anno 1483 in vniuersali renouatione Inquisitionis Hispaniarum per F. Thomã à Turrecremata per ducentos & triginta annos in regnis Aragoniæ, Valentiæ, & principatu Cathaloniæ Inquisitores semper è Prædicatoria tantummodo familia designarentur.

Creauit ergo F Thomas à Turrecremata, vt supremus, ac generalis totius Hispaniæ Inquisitor (excepta tantũ Lusitania) plures è Prædicatoria familia Inquisitores, & aliquos, quorum apud nos memoria extat, subiungimus. IN VALLESOLETANA INQVISITIONE instituit magistrũ F. Alphonsum à sancto Cypriano (qui obijt Vallisoleti anno 1493.) pręsentatũ F. Bartholomæum Ferral (qui obijt anno 1500) magistrum F Petrum de Vallesoleto, qui obijt anno 1518. postea vero erat etiam Inquisitor Vallisoletanus anno 1503. Fr. Petrus à Mendoça Prior conuentus S. Pauli: *Ex actis capitulorum Prouinciæ.*

HISPALI confirmauit Inquisitores M. Fr. Michaelem Marillo, & Præsentatum F. Ioannem de sancto Martino (& obijt anno 1504.) & anno 1489. instituit Hispali etiam Inquisitorem M. F. Ioannem de Epila ex Valentino Inquisitore, qui obijt anno 1498 *Paramus lib. 2. cap. 3. Diagus lib. 1. cap. 35. & ex actis capitulorum Prouincialium.*

TOLETI F. Petrũ ab Ocanna magistrũ regentẽ Toletanũ à Sixto quarto anno præcedẽti Inquisitorẽ creatũ.

GIENII F. Ioannem de Yarca præsentatũ Priorem Toletanũ. Tribunal autẽ Inquisitionis Giennensis translatum est Granatam: *Paramus lib. 2. cap. 3. num. 16.*

ABVLAE F. Ferdinandum à sancto Dominico, qui in causa necati infantis, apud oppidum Guardiæ sedens pro tribunali in actu fidei solẽnissimo Abulæ celebrato anno 1491. sententiam fulminauit, vt constat ex processu quem habemus.

CAESARAVGVSTAE, seu regni Aragoniæ Inquisitores creauit quarto Nonas Maij anno 1484. Magistrũ fr Gasparem Inglar ex Prædicatorũ ordine, & Petrum Arbues Canonicũ Cæsaraugustanũ Magistrum Theologũ, qui conspirantibus Iudæis neophitis cõtra Inquisitores gloriosum pro sacro munere martyriũ impleuit Postea designauit Inquisitores Magistrũ fr. Ioannẽ de Coliuera è Prędicatoria familia cœnobij Calatayudi alũnũ (qui obijt 1501) Magistrũ Alphonsum Alarconũ Theologũ Palentinũ Canonicũ, & fr. Ioannẽ de Colmenares Abbatem Aguilar sem Cisterciensis ordinis, vel vt graues alij authores asserunt Pręmonstratensis. *Paramus lib. 2. cap. 8. Zurita part. 4. lib. 20 cap. 65. Diagus lib. 2. cap 92.*

VALENTIAE, seu Valentini regni Inquisitores instituit M. Fratrem Ioãnem de Epila, & Fratrem Ioannem Orts è familia Prędicatoria sed cum anno millesimo quadringentesimo octua-

Anno Christi. 1483.

gesimo nono, Fr. Ioannem de Epila Inquiſitorem Hiſpalenſem deſignaſſet ad Valentinæ Inquiſitionis tribunal aſſumpſit. M Fr. Michaelem de Monteruuio Priorem cœnobij Pręedicatorum S. Petri Dominarum diœceſis Segouienſis, & M. Fr. Didacũ Magdalenum Priorem conuentus Regij Taurenſis, S. Alphonſi: *Paramus lib. 2. cap. 9.*

BARCHINONE inſtitutus eſt Inquiſitor F. Dominicus Leonenſis, qui anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimo primo, hoc munus agebat. cui decurſu temporis ſucceſsit Fr. Ioannes Nauardu, qui anno milleſimo quinquageſimo vigeſimo ſeptimo, ibi ẽ Prædicatorum item ordine Inquiſitor erat: *Diagus lib. 2. cap. 31. & 97.*

Ex his ſacroſanctæ Inquiſitionis tribunalibus vix vllis verbis exprimi poteſt, quot fructus Catholicæ religioni parti ſint hæreticis innumeris, vel reſipiſcentibus, vel vbique locorum dignis ſupplicijs affectis, ſex millibus eorum inſe, vel in ſtatuis concrematis, & circiter cẽtum millibus Eccleſię addictis, & reconciliatis. *Paramus lib. 2. tit. 2. cap. 3 & part. 3. histor. ordinis Prædicatorum libro 3. capite 76.*

An. 1484.

ANNO Domini milleſimo quadringẽteſimo octuageſimo quarto, ſub Sixto quarto, qui obijt pridie Idus Auguſti, & ſub Innocẽtio octauo (qui obijt anno 1492. octauo Kalẽdas Auguſti) Inquiſitor Germaniæ, F. Iacobus Sprẽgerius, & F. Henricus inſtitoris, & F. Gerardus Eltẽ acerrimè in lamias inuecti ſunt, quæ truculentiſsimę furię, pernicioſiſsimæ humano generi exiſtebant, plurimis earum combuſtis, nam Innocentius Pontifex Romanæ, apud S. Petrum nonis Decembris prędictis Inquiſitoribus, F. Henrico inſtitoris, & F. Iacobo Sprenger poteſtatẽ tribuit procedẽdi cõtra ſectã maleficorum. Literæ Apoſtolicæ ſunt tenoris ſequentis.

Lamiæ Apoſtatæ ſupplicijs affectæ.

INNOCENTIUS Episcopus ſeruus ſeruorũ Dei ad perpetuam rei memoriã.

Sixti IIII. anno 13.

A Sũmis deſiderantes affectibus, prout paſtoralis ſolicitudinis cura requirit, vt fides Catholica noſtris potiſsime tẽporibus, vbique augeatur, & floreat, ac omnis hæretica prauitas de finibus fideliũ, procul pellatur ea libenter declaramus ac etiam de nouo concedimus, per quæ huiuſmodi pium deſiderium noſtrum votiuum ſortiatur effectum, cunctiſq; propterea per noſtræ operationis miniſterium; quaſi per prouidi operatoris ſarculum erroribus extirpatis eiuſdem B fidei zelus, & obſeruantia in ipſorum corda fidelium fortius imprimatur. Sane nuper ad noſtrum non ſine ingenti moleſtia peruenit auditum, quod in nõnullis partibus Alemanię ſuperioris, nec non in Maguntinenſi, Colonienſi, Treuerenſi, Salczeburgenſi, & Bremenſi, Prouincijs, ciuitatibus, terris locis, & diœceſibus complures vtriuſque ſexus perſonæ proprię ſalutis immemores, & à fide Catholica deuiantes, cum dęmonib⁹ incubis, & ſuccubis abuti, ac ſuis incantationibus, carminibus, & coniurationibus, alijſq; nefandis ſuperſtitijs, & ſortilegijs, exceſsib⁹, criminibus, & delictis mulierum partus, animalium fœtus terræ fruges, vinearum vuas, & arborũ fructus, nec nõ homines, & mulieres, pecora, pecudes, & alia diuerſorum generum animalia, vineaſquoque, pomeria prata, paſcua, blada, frumẽta, & alia terræ legumina perire, ſuffocari, & extingui facere, & procurare ipſoſque homines, mulieres iumẽta pecora, pecudes, D & animalia diris, tã intrinſecis, quã extrinſecis doloribus, & tormẽtis afficere, & excruciare, ac eoſdẽ homines ne gignere, & mulieres ne cõcipere, viroſque ne vxoribus, & mulieres ne viris actus cõiugales reddere valeant impedire: fidẽ prętereà ipſam, quã in ſacri ſuſceptione baptiſmi ſuſceperunt, ore ſacrilego abnegare aliaq; quã plurima nefanda, exceſſus, & crimina inſtigãte humani generis inimico cõmittere, & perpetrare nõ verẽtur in animarũ ſuarũ periculũ diuinę maieſtatis offẽſam, ac pernicioſũ exẽplũ, ac ſcandalũ plurimorũ.

Anno Christi 1484.

Innocentij VIII. anno 1.

Quodque licet dilecti filij Henricus in stitoris in prædictis partibus Alemaniæ superioris, in quibus etiam Prouinciæ ciuitates, terrę, diœceses, & alia loca huiusmodi comprehensa fore censentur, necnon Iacobus Sprengor, per certas partes lineę Rheni ordinis Prędicatorum, & Theologiæ professores, hęreticæ prauitatis Inquisitores, per literas Apostolicas deputati fuerunt, prout adhuc existunt: tamen nonnulli clerici, & laici illarum partium quærentes plura sapere, quam oporteat pro eo, quod in literis deputationis huiusmodi Prouinciæ ciuitates, diœceses, terrę, & alia loca prędicta illarumque personę, ac excessus huiusmodi nominatim, & specifice expressa non fuerunt, illa sub eisdem partibus minime contineri, & propterea præfatis Inquisitoribus in Prouincijs, ciuitatibus, diœcesibus, terris, & locis prędictis huiusmodi Inquisitionis officium exequi non licere, & ad personarum earundem super excessibus, & criminibus ante dictis punitionem, incarcerationem, & correctionem admitti non debere pertinaciter asserere nõ erubescũt. Propter quod in Prouincijs, ciuitatibus, diœcesibus, terris, & locis prędictis excessus, & crimina huiusmodi non sine animarum earundem euidenti iactura, & æternæ salutis dispendio remanent impunita. Nos igitur impedimenta quælibet, per quæ ipsorum Inquisitorum officij executio quomodolibet retardari posset, de medio submouere, & ne labes hęreticę prauitatis, aliorumque excessuum huiusmodi in perniciem aliorum innocentium sua venena diffundat, opportunis remedijs, prout nostro incumbit officio, prouidere volentes, fidei zelo ad hoc maxime nos impellente, ne propterea contingat Prouincias, ciuitates diœceses, terras, & loca prædicta sub eisdem partibus Alemaniæ superioris debito Inquisitionis officio carere, eisdem Inquisitoribus in illis officium Inquisitionis huiusmodi exequi licere, & ad personarum earundem super excessibus, & criminibus prædictis correctionem, & incarceratione, & punitionem admittere debere perinde in omnibus, & per omnia, ac si in literis prædictis Prouincię, ciuitates, diœceses, terræ, & loca ac personę, & excessus huiusmodi nominatim, & specifice expressa forẽt authoritate Apostolica tenore præsentium statuimus. Proque potiori cautela literas, & deputationẽ prædictas ad Prouincias, ciuitates, diœceses, terras & loca, necnon personas, & crimina huiusmodi extendentes præfatis Inquisitoribus, quod ipsi, & alter eorũ accersito secum dilecto filio Ioanne Gremper clerico Constantiensis diœcesis magistro in artibus eorum moderno, seu quouis alio notario publico per ipsos & quemlibet eorum pro tempore deputando in Prouincijs, ciuitatibus, diœcesibus, terris, & locis prædictis contra quascumque personas, cuiuscumque conditionis, & præeminentiæ fuerint, huiusmodi Inquisitionis officium exequi, ipsasque personas, quas in præmissis culpabiles repererint, iuxta earum demerita corrigere, incarcerare, punire, & mulctare. Necnon in singulis Prouinciarum huiusmodi parrochialibus Ecclesijs verbum Dei fideli populo quoties expediet, ac eis visum fuerit, proponere, & prędicare, omniaque alia, & singula in prę missis, & circa ea necessaria & opportuna facere, & similiter exequi libere, & licite valeant plenam, ac liberã eadem authoritate de nouo concedimus facultatem. Et nihilominus venerabili fratri nostro Episcopo Argentinensi per Apostolica scripta mãdamus, quatenus ipse per se, vel per alium, seu alios præmissa vbi, quando, & quoties expedire cognouerit, fueritque pro parte Inquisitorum huiusmodi, seu alterius eorum legitimę requisitus solemniter publicans, nõ permittat eos per quoscũq; super hoc, cõtra prædictarũ & præsentiũ literarũ tenorẽ, quauis authoritate molestari, seu alias quomodolibet impediri: molestatores, & impediẽtes, & cõtradictores quoslibet, & rebelles cuiuscũq; dignitatis

Anno Christi, 1485.

tatis status gradus præeminentiæ nobilitatis, & excellentiæ, aut conditionis fuerint, & quocumque exemptionis priuilegio sint muniti, per excommunicationis, suspensionis, & interdicti, ac alias etiam formidabiliores (de quibus, sibi videbitur) sententias, censuras, & pœnas omni appellatione post posita compescendo, & etiam legitimis super his, per eum seruandis processibus sententias ipsas (quoties opus fuerit) aggrauare, & reaggrauare authoritate nostra procuret, inuocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis. Non obstantibus præmissis, ac cõstitutionibus, & ordinationibus Apostolicis contrarijs quibuscumque. Aut si aliquibus communiter, vel diuisim, ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possunt, per literas Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, & qualibet alia dictę Sedis indulgentia generali, speciali cuiuscumque tenoris existat, per quam præsentibus, non expressam, vel totaliter, non insertam effectus huiusmodi gratię impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quacumque toto tenore habenda sit in nostris literis mentio specialis. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ declarationis, extẽsionis, concessionis, & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem, hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1484 Nonis Decembris Põtificatus nostri anno primo, *Paramus li. 2. tit. 3. cap. 4. nu. 28. Directorium Inquisitorum de literis Apostolicis pag. 83. Prateolus lib. 9. num. 22. pag. 237.*

An. 1485. ANNO Domini millesimo quadringẽtesimo octuagesimo quinto, Innocentij octaui anno secundo, Fr. Matthęus Ortizius Inquisitor, in Hispania in priuatis prouincijs scripsit librum eruditum, contra hæreticos illorum temporum, in quo eorum errores dilucide confutat, & sophismata argumentationesque eorum dissoluit, *Fr. Michael Pius 2. p. lib. 3. col. 72.*

Innocentij VIII. anno 2.

Hæreses confutata.

An. 1486. ANNO Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo sexto Innocentius octauus scripsit, Fr. Antonio de Brixia Ordinis Prædicatorum Inquisitori hæreticæ prauitatis, in partibus Lombardię, & etiam Episcopo Brixiensi, qui Pontificem certiorem fecerant, quod magistratus sæculares negligenter se haberent in exequendo sancto officio in hæreticorum punitione, constitutionem Apostolicã, quod magistratus sæculares, sub pœna excommunicationis, quam *ipso facto* incurrunt exequi debent sententias ab Inquisitoribus latas contra hęreticos impœnitentes, seu alios brachio sęculari traditos absque reuisione processuum, per Inquisitores fabricatorum contra tales hęreticos. Literæ autem Apostolicę, sic se habent.

Contra hæreticos Inquisitores.

INNOCENTIVS PAPA VIII. Venerabili fratri nostro Episcopo Brixiensi, & dilecto filio Inquisitori hæreticæ prauitatis in partibus Lombardiæ.

Venerabilis frater, & dilecte fili, salutem, & Apostolicam benedictionem. Dilectus filius Fr. Antonius de Brixia Ordinis Prędicatorum in partibus Lõbardię Inquisitor hæreticę prauitatis, vna cum venerabili fratre Episcopo Brixiensi, seu eius Vicario Generali, Sicuti nobis nuper fecit exponi, contra nonnullos vtriusque sexus hæreticos (vt accepimus) quos culpabiles, vt hæreticos impœnitentes repertos pœna debita iuris puniendos condemnauit, ac officiales ciuitatis Brixiensis, vt iniunctam executionem adimplerent requisiuit: qui officiales iustitiam ministrare, & dictas sententias exequi (nisi prius

Anno Christi 1491.

si prius processus per Episcopum, & Inquisitorem agitatos non viderent) in non paruum Orthodoxę fidei scandalum recusarunt. At cum huiusmodi crimen hæresis, sit mere Ecclesiasticum & delicta nullo pacto impunita remanere debeant tenore præsentium vobis committimus, atque mandamus, vt si est ita eisdem officialibus sæcularibus ciuitatis Brixiensis, sub excommunicationis pœna, & alijs censuris Ecclesiasticis pręcipiatis, atque mandetis, vt infra sex dies postquam legitime fuerint requisiti, sine aliqua dictorum processuum, per vos agitatorum visione sententias per vos latas contra huiusmodi hæreticos prompte exequantur appellatione remota. Quam excommunicationis pœnam ipso facto volumus, & tenore præsentium declaramus incurrisse: si quod mandatū fuerit, infra dictū sex dierū spatiū cessante legitimo impedimento, cum effectu nō impleuerint, constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, statutis ciuitatis Brixiensis, cæterisque in contrariū facientibus, non obstantibus quibuscūque, Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die trigesimo Septembris, millesimo quadringentesimo octuagesimo sexto Pontificatus nostri anno tertio, Hieronymus Balbanus, *Directorium de literis Apostolicis pa. 84.*

An. 1491.

Iudaizantes combusti.

ANNO Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo primo Innocentij octaui anno septimo, decimo sexto Kalendas Decembris, feria quarta, in vrbe Abulensi, in Hispania in solemnissimo actu fidei celebrato in foro S Petri à F. Ferdinando de Sācto Domingo Inquisitore è Prædicatoria familia, & à Doctore Petro à Villada Abbate S. Martielis, & S. Miliani, in Cathedralibus Legionensi, ac Burgensi plures hæretici Iudaizantes brachio sæculari, & igni traditi sunt. Capitales extitere Benedictus Garcia cardador de las mesuras, Ferdinandus à Ribera, qui in crucifixione Innocentis pueri, oppidi Guardiæ Toletanæ diœcesis Pilati munus, ac figuram exercens sententiā, vt crucifigeretur protulit. Lupus Francus, & Garsias Frācus qui flagellis eum ceciderunt, Ioannesque Gometius sacrista prædicti oppidi, qui apostatis eisdem Iudaizantibus Eucharistiam vendidit. Et cum prædictus Benedictus Garcia, per Abulam ad çamorensem vrbem transiret detectus est, & in vincula, ab Inquisitore Prædicatorio coniectus omnes complices in prædictis sacrilegis, ac nefandis criminibus reseraui. Qui Abulam adducti vbi tunc etiam aderat Fr. Thomas à Turrecremata Generalis Inquisitor dignis supplicijs sunt affecti. Cumque augustissimam Eucharistiā à prædicto sacrista pretio comparassent, vt cum corde pueri Innocentis maleficiū aliquod conficerent, cum postea sacrilegi apostatę enixe conati essent hostiam Eucharistiæ labefactare, nullatenus valuerunt, quæ adhuc, in Abulensi Prædicatorio Cœnobio Regio S. Thomę asseruatur. *Ex ipsorum processibus, quos legimus.*

Innocentij VIII. ann. 7.

II.

Idolatriæ extirpat.

¶ Eodem anno sex fratres Prædicatores Lusitaniæ prouinciæ ad Regna Congi, in Africa appulsi classe serenissimi Regis Portugaliæ Ioannis secundi euecti Euangelium Christi annunciauerunt. Lauantesque baptismi aquis Reges Congi, cum procerum, & populi multitudine copiosa Regem Ioannem, Reginam vero Eleonoram, eorum primogenitum Alphonsum appellauerūt. Innumera propemodum Idola igni tradiderunt, atque Ecclesiam, sub inuocatione sanctæ Crucis, quinto Nonas Maij erexerunt, quæ Episcopi Sedes facta est. Ibi fratres Ordinis Prædicatorum per quinquaginta annos consistentes maximos Ecclesiæ Christi progressus pepererunt. *Ioannes Barros lib. 3. cap. 9. & 10. Ioannes Petrus Maffeus historia Indica lib. 1. F. Antoninus à Sancto Romano Benedictinus libro 1. cap. 4. quos omnes retulimus latius in historia nostra Ecclesiastica lib. 2. cap. 21.*

Anno Christi, 1492.

Alexãdri VI. anno 1.

An. 1492.

Iudæi expulsi, ab Hispania

ANNO Domini millesimo quadringétesimo nonagesimo secũdo, sub Innocentio octauo, qui obijt octauo Kalendas Augusti, & sub Alexandro sexto, qui electus est tertio Idus Augusti, & obijt anno millesimo quingentesimo tertio, decimoquinto Kalendas Septẽbris instante F. Thoma à Turrecremata Inquisitore supremo, ac Generali Hispanię Regũ Catholicorũ edicto Iudæi, ab Hispaniarũ Regnis expelluntur. Quod Iudæorũ animis incredibilem terrorem attulit, sed nec illud ipsis minus molestum, ac graue accidit, quod idem clarissimus Inquisitor in Toletana vrbe, atque diœcesi contra illorum impietatem promulgauit edictum, quo grauissimis censuris, & anathemate prohibuit, ne Christianorum quispiam emensis nouem diebus (quem illis terminum prę fixit) Iudæis communicaret, vel eis victui necessaria suppeditaret. Prodierunt autem centum viginti quatuor familiæ Iudęorum, quę supra sexcenta capita millia vtriusq; sexus annumerata sunt. *Paramus li. 2. ti. 2. cap. 6. nu. 10. & 12. Castillus 1. par. libro 3. capit. 41.*

An. 1494.

sub Alexandro sexto

ANNO Domini millesimo quadringétesimo nonagesimo quarto Alexander Põtifex scripsit F. Angelo de Verona Inquisitori, in Lombardia, Ordinis Prædicatorum constituens, quod soli Inquisitores hęreticæ prauitatis procedere possunt, contra maleficos incantatores, & vanarum superstitionũ obseruatores eosdemque compescunt, & puniunt, non obstantibus Canonicis legibus, contrarijs quibuscumquè. Literæ autem Apostolicæ sunt tenoris sequentis.

ALEXANDER PAPA VI. Dilecto filio Angelo de Verona Ordinis Prædicatorum sacræ Theologiæ professori, A *in prouincia Lombardiæ hæreticæ prauitatis Inquisitori, & successoribus suis.*

Dilecte fili salutem, & Apostolicam benedictioné. Cum accepimus, in prouincia Lombardiæ diuersas vtriusquè sexus personas diuersis incantationibus, & diabolicis superstitionibus operam dare, suisque veneficijs, & vanis obseruationibus multa nefanda scelera procurare, homines, & iumenta, ac campos destruere, & diuersos errores inducere, magnaquè inde scandala exoriri: decreuimus pro pastorali officij B nobis ex alto commissi ministerio scelera huiusmodi compescere, ac scandalis, & erroribus pręmissis, quantum cũ Deo possumus occurrere. Ea propter tam tibi, quam etiam successoribus tuis per Lombardiam constitutis, de quibus in his, & alijs plenam in Domino fiduciam obtinemus, committimus, & mandamus, vt etiam soli, honesto tamen comitatu per vos eligendo associati, contra easdem vtriusquè sexus personas diligenter inquiratis easquè iustitia mediante puniatis, & compescatis. Et C vt melius commissioné huiusmodi exequi possitis contra illas vobis plenã, & omnimodam harum serie concedimus facultatem. Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon indultis, & concessionibus ordinarijs forsan pro tempore factis cæterisque contrarijs quibuscumquè, non obstantibus. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo piscatoris, &c. *Ex directorio pag. 85.*

An. 1497.

Inquisitor Generalis, in Hispania

D ANNO Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo septimo Alexandri sexti anno sexto in supremo sancti officij Inquisitionis munere successit Fr. Thomæ â Turrecrematæ illi renunciaunti, in Hispania, Fr Didacus Deça Taurensis, tunc Giennensis Episcopus postmodum Palentinus, ac deinde Archiepiscopus Hispalensis, & deniq; Toletanus Antistes, qui plures labores pro debite sacro munere administrando sustulit multis mil-

libus

Anno Christi 1497.

libus hæreticorum, & Apostatarum dignis supplicijs affectis, vel Ecclesiæ recõciliatis. Plures fratres Prædicatores, in tribunalibus prouinciarum instituit. Interquos extiterunt Vallisoleti Fr. Petrus à Mendoça. Cantabriæ Fr. Antonius Amaya: Cæsaraugustæ F. Paschalis Iordanus, &c.

Eodem tempore in Regno Poloniæ Inquisitionis officium exercebant, Fr. Ioannes aduocati Inquisitor Vratislauiensis, & F. Stanislaus de Paiulouu Inquisitor Cracouiensis, *Paramus lib. 2 titu. 2. cap. 6. Diagus libro 1. cap. 38. & Fr. Abraham Bzouius cap. 8.*

An. 1500. *Scriptor contra hæreses.*

ANNO Domini millesimo quingentesimo, Alexandri sexti anno nono, Fr. Thomas Iacobellus Episcopus Tolonensis in Prouincia acerrimus hæreticorum aduersarius, & Catholicæ fidei vehemens propugnator scripsit librum contra errores hæreticorum eruditione plenum, in quo agit de authoritate Pontificis aduersus eosdem, *Fr. Michael Pius 2. p. lib. 3. col. 97.*

An. 1501. *Contra hæreses scriptor.*

ANNO Domini millesimo quingentesimo primo sub Alexandro sexto Fr. Bernardus à Luceburg acerbus hæreticorum oppugnator scripsit tractatum de Purgatorio aduersus hæreses, ac etiam catalogum hæreticorum, & eorum supplicia, opus satis laudatum, & probatum omnibus, *Fr. Michael Pius 2. p. lib. 3. col. 103.*

An. 1501. *Mauri ab Hispanijs expulsi & plures conuersi.*

ANNO Domini millesimo quingentesimo secundo Alexãdri sexti anno vndecimo, in Hispaniarum Regnis instante Fr. Didaco Deça hæreticæ prauitatis Generali Inquisitore Reges Catholici edictum promulgarunt, vt quicumq; Agarenus, in Castellæ Legionis Bethicæq; prouincijs, sub serui tutis perpetuæ pœna, intra tres menses Martij, Aprilis, & Maij, vel Hispania excederet, vel Christianam fidem amplexaretur Missiq; sunt ad eos plures concionatores præcipue ex Prædicatoria familia, qui eosdem ad Christianam Religionem pijs habitis concionibus pellicerent, ac etiam hortarentur: quo factum est, vt plures baptismum spõtesus ceperint, alijs, qui in sua perfidia manebant expulsis, *Paramus lib. 2. tit. 2. cap. 6. numer. 16. & 17.*

Alexãdri VI. anno 6.

An. 1503. *Gentilium conuersio.*

ANNO Domini millesimo quingentesimo tertio, sub Alexãdro sexto, qui obijt decimo quinto Kalendas Septẽbris, & electus est Pius tertius, decimo Kalendas Octobris, & obijt decimo quinto Kalendas Nouembris, die vigesima sexta sui Pontificatus electusquè est Kalendis Nouembris Iulius secundus, qui obijt anno 1513. nono Kalendas Martij Fr. Dominicus Sousa, & Fr. Rodericus Soresa, cum alijs fratribus nostri ordinis ad excolẽdam in fide vineam Orientalem profecti maximum inde fructum perceperunt. Et quia credentium augebatur numerus visum fuit, pio ac religiosissimo Lusitaniæ Regi Emanueli prouidere nouæ Ecclesiæ de ministro, qui posset calices & aras consecrare, & sacros ordines celebrare, ad quæ spiritualia Sacramenta, & Sacramentalia exercenda misit Fr. Eduardũ Nuniũ Episcopum Laudicenum verbi Dei eximium præconẽ, quẽ alij sodales ipsius Prædicatorij instituti dilatationis fideizelo clari sunt comitati. In Regno Coulam, & alijs in locis plures item Gentiles per fratres Prædicatores ad fidem deuenerunt. Et in hoc ministerio strenuam operam nauauit Fr. Rodericus Homem, cum alijs fratribus Ducem, atque Heroem Alphonsum, Alburquerquium nũquam laudibus satis digne efferendum, comitatus, *Fr. Ioannes de Sanctis, in historia cõuersionis Ethiopiæ Orientalis, & Orã Africana 2. p. li. 2. cap. 1. 2. & 3. Fr. Antonius*

de San-

Anno Christi. 1505.

Iulij II. anno. 2.

de Sancto Romano li. 1. c. 29. & 1. p. cõmẽtariorum Alphonsi Alburquerquij c. 2. & 4. Maffeus historia Indica lib. 2. & 4.

An. 1505.

ANNO Domini millesimo quingentesimo quinto, Iulij secundi anno secundo, in Poloniæ Regno F. Albertus Plocensis Inquisitor Cracouiensis, & F. Andreas Inquisitor Leopoliensis valide se hæreticis opposuerunt, pluribus ad fidem Catholicam reductis, alijs vero supplicio extinctis, *Fr. Abraham Bzouius cap. 8.*

Hæretici reducti.

An. 1507.

ANNO Domini millesimo quingentesimo septimo, Iulij secundi anno quarto, institutus est Inquisitor Generalis, in Regnis Aragoniæ, Valentiæ, Nauarræ, & Cathalonia Fr. Ioannes Enguera è Prædicatoria familia Regis Catholici confessarius Episcopus Ilerdensis, ac demum Derthusensis, qui viriliter, tam supremo munere functus prædicta Regna ab hæreticali labe egregie defendit vsq; ad annum Domini millesimum quingentesimũ duodecimũ, quo obijt. *Diagus libro 1. cap. 45. & Zurita, in Annalibus Aragoniæ p. 6. lib. 8. cap. 5.*

Inquisitor Generalis.

An. 1508.

ANNO Domini millesimo quingentesimo octauo, Iulij secundi anno quinto Nonis Aprilis Cracouiæ in Regno Poloniæ cõbustus est Iudæus qui iam cõplicibus supplicio affectis, ab inquisitore Cracouiensi Fr. Nicolao Znenensi. Nam cum Iudæus ille cum reliquis suis complicibus Eucharistiæ Sacramentum dehonestasset, aliaque nefanda perpetrasset Cracouiæ in B. Virginis Mariæ æde, Doctorum frequenti cœtu præsente in scalam erectã statutus est, Fr. Nicolaus vero hæreticæ prauitatis Inquisitor Iudæi facinora arguebat, atq; palam errores illius cum

Iudæus cõbustus.

A ctis faciebat. Iudæus autẽ postquã summo conatu, atque intrepide satis se tueri contendisset, conuictus est, & tandẽ nolens ad fidem Christi conuerti, sæculari potestati traditus igne concrematus est. *Matthias Miechouius libro de Sigismundi primi Regis temporibus, F. Abraham Bzouius cap. 8 pag. 70. &c.*

An. 1509.

B ANNO Domini millesimo quingentesimo nono, Iulij secundi anno sexto, cum idem Pontifex ob imperium, quod sibi in Bononiensi vrbe Bentiuolorum famil. a vsurparat, illos omnes, & illis consentientes anathematis mucrone percussisset etiam tunc fratres nostri blãditijs multis, & pollicitationibus allecti minis cõterriti, tribulationibus pressi, vt illis cõmunicarent, & interdictum non seruarent, nunquam tamen potuerunt adduci, vt id facerent, & adeo se animose gesserunt, vt potius in exilium ire, & quoduis aliud supplicium ferre, quam C illorum votis condescendere. *Fr. Antonius Lusitanus Chron co pag. 82. Fr. Michael Pius 2. par. libro 3. co. num. 108.*

Fr. Ecclesia pasti.

I.

An. 1510.

ANNO Domini millesimo quingentesimo decimo sub Iulij secũdi anno septimo, in prouincia Aragoniæ Fr. Balthasar Sorius scripsit aliquos tractatus eruditione refertos cõtra errores, & blasphemias aliquas, in D illa natione exortas. Insuper erexit Collegium, apud Dethusensem vrbem Cathaloniæ, in quo educarentur filij neophitorum, & in grammatica, dialectica Philosophia, ac Theologia erudirentur. Totum hoc vt ipsi in eorum oppidis Rectorum, vel parochorum officijs fungẽtes in fide Catholica neophitos Mauros continerent. Ex quo magni progressus in Religione Christi, idem neophiti Mahumetis sectæ natura addicti eadem reiecta perceperunt. *Diagus libro 1. cap. 47.*

Maurorũ conuersio.

Anno Christi, 1511. Iulij II. anno 8.

II.

Gentiles conuersi.

¶ Eodem anno Fratres Prædicatores, in Occidentis Indiam dilatationis fidei Christianæ causa nauigantes, apud insulas Hispaniolam (vel Sancti Dominici vulgo nuncupatam Cubam Iamaycam, & finitimas circa Americæ terram firmam (vt vocant) ab isto anno, & deinceps in promulgatione Euangelij strenue laborauerunt. Eodemque tempore, apud prouincias Cubagua, Maracapana, & Chiribichi, in terra firma plurimos Gentiles Christo lucrifecerunt. *Antonius Herrera Decada 1 lib. 7 cap. 12. Gomara lib. 1. Genebrardus lib. 4 anno 1510 Fr. Ioannes à Cruce, in historia Ordinis Prædicatorum lib. 2 c. 15.*

An. 1511.

Hæresis extincta.

ANNO Domini millesimo quingentesimo vndecimo, Iulij secūdi anno octauo, cum annis præcedentibus Canonicus cuiusdam ordinis in vrbe Mantuana asseruisset Christū fuisse iuxta cor, B. Virginis, ex tribus guttulis sanguinis conceptū, & nō in vtero prout alij, extincta fuit hæc doctrina, & damnata, vt hæretica ab eodem Pontifice Iulio secundo, instante, Fr Hieronymo Fauentino Inquisitore Mantuano, qui diligenter, & valide eā impugnauit, per octo annorum spatia, quibusdam eam defendere contendentibus, *Fr Leander Albertus lib 4 fo. 149 Paramus lib. 2. tit 3 cap. 4 num. 32.*

An. 1512.

Pro Ecclesia passi.

ANNO Domini millesimo quingentesimo duodecimo, sub Iulio secundo quidam Principes, & Cardinales contra eundem Pontificē Pisis Conciliabulum congregarunt, & tūc in illa vrbe mirum in modum in Fratribus Prædicatoribus obseruantia, erga Sedem Apostolicam emicuit. Nam & si blanditijs, pollicitationibus multis, minis, & terroribus illius acephalæ Cōgregationis membra solicitarent illos, vt eis assentirent, & vniuersi alij Religiosi & parochi etiam ad illud solicita-

A ti a nostris penderent, facturos fore, se ipsos promittentes, quod fratres Prædicatores facerent. Isti autem semper manserunt animo infracti strenuissime illis resistentes, & bonos quosuis exhortātes, ne ab Apostolicæ Sedis obedientia dimouerentur, & in eorum Concilium abirent, quamuis propterea oporteret tribulationes aliquas pati. Magister enim Generalis Ordinis Fr. Thomas de Vio Caytetanus Pisas miserat Fr. Augustinum Nale Ragusæum deinde Mercanensem Episcopum, vt fratres, & vrbem in fide Sedis Apostolicę B firmaret, quod egregie præstitit. Et Fr. Bartholomęus Rondaninus Fauentinus, & Fr. Matthęus Lolmus Comensis Lombardiæ Prouincialis, Episcopus Laodicenus eruditione, & concionibus clarissimi, cum viriliter conciliabuli conatibus resisterent coacti sunt Cardinales, Episcopi, & Principum Legati Pisis excedere, & Mediolanum transmigrare vbi conciliabulum dissolutum, & ad nihilum redactum est, *Fr. Antonius Lusitanus, in Chronica pag. 281. Fr. Mi-* C *chael Pius 2. p lib. 3. col. 109, & 116.*

Conciliabulum dissolutum, per fratres Prædicatores.

I.

An. 1513.

Cōcilium Lateranense.

ANNO Domini millesimo quingentesimo decimo tertio, sub Iulio secundo, qui obijt nono Kalendas Martij, postquam de Cōsilio Fr. Thomæ Cayetani Magistri Generalis Ordinis Prædicatorum Concilium Lateranense ad dissoluendum cōciliabulum Pisanum, & Mediolanense in- D dixerat, quod prosecutus est Leo decimus, in Pōtificatu successor electus idibus Martij (qui obijt anno millesimo quingentesimo vigesimo primo Kalendis Decembris) inceptum fuit Concilium pro reformatione Ecclesiæ, pace inter Principes componenda, & contra schismaticos à Iulio secūdo decimoquarto Kalendas Maij, anno præcedenti nēpe 1512. & continuatum à Leone decimo, in quo plurimum laborauit F. Thomas Caietanus, cum alijs fratribus sui ordinis in disputationibus, & congres-

sibus

sibus pluresque elegantissimas orationes habuit prædictus Magister Generalis, coram toto Concilio. Scripsit etiá tunc eruditissimum tractatum de authoritate Papæ, & alium de potestate Papę, & Concilij. Propterea data est ei cardinalitia dignitas ab eodem Pontifice, *4. p. hist. ordinis Prædicatorum lib. 1. c. 79 & Leander Albertus lib. 1. fo. 50.*

II. ¶ Eodem anno in Regnis Aragoniæ, Valentiæ, Nauarræ, & in Principatu Cathaloniæ institutus est Generalis Inquisitor mortuo Fr. Ioanne Enguerra F. Ioannes Paul, qui tantum munus diligenter exercuit, *Paramus lib. 2. tit. 2. cap. 3. Diagus lib. 1. cap. 46.*

Inquisitor Generalis.

An. 1514.

ANNO Domini millesimo quingentesimo decimo quarto Leonis decimi anno secundo, Fr. Antonius Casalensis Inquisitor Nouocomensis acerrimus hęreticorum oppugnator, vltra triginta eorum pertinaciú igni tradidit, quo sopita est quædam nefanda hæresis, quę in Lombardiæ partibus pullulabat. *F. Leander Albertus libro 4. fol. 149.*

Hæretici extincti.

An. 1515.

ANNO Domini millesimo quingentesimo decimo quinto Leonis decimi anno tertio, Fr. Franciscus à Corduba, in sacra Theologia Præsentatus, clarissimo genere ortus, filius legitimus Dominorum Alcaudeti, & Montis maioris, qui Comitum prærogatiua, & titulo sunt decorati, sed clarior doctrina, & vitæ sanctitate accensus zelo propagationis fidei ad Occidentales Insulas nauigans sua prædicatione plures populos Christo acquisiuit, vbi cum Fr. Ioanne Garçes socio, ab infidelibus pro Christiana veritate interemptus, glorioso triumpho vitam finiuit temporalem, & sempiternam est assecutus. *Fr. Ioannes à Cruce lib. 3. c. 14. F. Augustinus, Dauila li. 1. ca. 104. F. Michael Pius lib. 2. col. 303.*

Martyres passi à Gentilibus.

A

I.

An. 1516.

ANNO Domini millesimo quingentesimo decimo sexto, Leonis decimi anno quarto, duo alij fratres ordinis nostri Prædicatorij, apud insulam Trinitatis, in orbe occiduo iuxta Insulam Hispaniolam, siue S. Dominici prædicationi, & conuersioni gentilium intenti, ab ipsis necati sunt. Tres vero alij fratres ex Prædicatoria etiam familia, apud Cumanam in terra firma

B

propter fidem trucidati Gentilium Barbarorum cibus assatis corporibus facti sunt, *Antonius Herrera Decada 2. lib. 3. capit. 7. atque Fr. Ioannes à Cruce libro 3. capit. 14.*

Martyres quinque passi à Gentilibus.

II. ¶ Eodem anno in odium fidei Christianę ab Agarenis martyrio coronatus est Fr. Iacobus à Sancto Petro Prædicatoriæ familiæ ex prouincia Aragonię, *Diagus lib. 2. cap. 36.*

Martyr passus à Mauris.

C

An. 1517.

ANNO Domini millesimo quingentesimo decimo septimo, sub Leonis decimi anno quinto, cum Martinus Lutherus Hæresiarcha pestilentissimus, natione Germanus Saxo, ex oppido Islebij monachus cuiusdam religiosæ familiæ, quam ob eius reuerentiam nominare prætereo, suum virus, in Germania contra Ecclesiam, & Catholicam fidem euomeret, & in Academia Vuitembergensi apud Saxoniam, in qua Theologiæ Cathedram regebat, nonaginta quinque assertiones erroneas, scandalosas, & malesonantes, circa indulgentias á Summo Pontifice concessas, tueri conaretur insurrexit aduersus istam hæreticam, ac virulentam doctrinam Fr. Ioannes Tetzelius è Prædicatoria familia, Inquisitor hęreticæ prauitatis, in Conuentu Prędicatorum Francfordiensi degens, & centum, & sex conclusiones edidit Lutheri propositionibus contrarias, ex Cōcilijs, sacra scriptura, & sanctis Patribus præcipue ex D. Thoma excerptas, quas

Lutherus primū impugnatus

D

Anno Christi, 1518.

in Germaniȩ Academijs promulgauit. Et licet poetæ, humanistæ, & vulgus Luthero fauerent, & quod grauius fuit ipse Saxoniȩ Dux Lutherum protegeret tamen Fr. Ioannis Tetzelis rationibus deturbatus, toto hoc anno silentium obseruauit, De Lutheri horrida morte videatur Fr. Thomas Maluenda de Antichristo lib. 10. cap. 12. pa. 501. *Laurentius Surius in suis cōmentarijs anno 1517 Ioannes Cochleus de scriptis, & actibus Lutheri anno 1517. pag. 10.*

An. 1518.

Lutheri ergo errores impugnatur

ANNO Domini millesimo quingentesimo decimo octauo Leonis decimi anno sexto Martinus Lutherus, per fiscalem eiusdem Pontificis Romam vocatus est in ius, designatis ad eam causam iudicibus, Fr. Syluestro Prierio è Prædicatorum familia insigni Theologo, Magistro sacri palatij, & Hieronymo de Genutijs Episcopo Asculano auditore Cameræ. Lutherus ergo conquestus de iudicibus, sibi suspectis, cum esset item Ordinis Prędicatorum Magister sacri palatij, suamque præterea obtendens paupertatem corporisque imbecillitatem, per Ducē Saxoniæ Fridericum Principem Electorem solicitauit, vt causa, in Germania committeretur. Commissa igitur fuit Fr. Thomæ de Vio Cayetano Cardinali S. Sixti, qui eo tempore in Germania erat Sedis Apostolicæ de latere legatus. Quamuis vero hic etiam Iudex Luthero vehementer displiceret, eo quod Thomista esset, & ex Ordine Prædicatorum, ne tamen omnino contumax, & rebellis videretur, comparuit coram illo Augustæ, mense Octobris sumptis secum literis, commendatitijs protectoris sui Ducis Saxoniȩ Friderici Electoris. Benigne itaque in Cardinalis legati cōspectum colloquiumque admissus, ac paterne admonitus, tria iussus est ex mandato Pontificis præstare. Primum vt ad cor rediret, erratusque suos reuocaret. Secundum, vt promitteret in futurum ab eisdem ab-

Leonis X. anno 6.

A stinere. Tertium vt ab omnibus contineret se, quibus Ecclesia perturbari posset. Lutherus autem cum nullos vellet errores agnoscere post multos auditos redditosque sermones, inter colloquendum, petijt tamen deliberandi tempus. Altero igitur die reuersus protestationem fecit, coram Cardinali in scriptis, in hunc modum. Ego Martinus Lutherus protestor me colere, & sequi Sanctam Romanam Ecclesiam, in omnibus meis dictis, & factis præsentibus, præteritis, & futuris. Quod si quid contra vel aliter dictum fuit, vel fuerit pro

B non dicto haberi, & habere volo. Legatus vero vir doctissimus probe sciēs illum, non solum in suis resolutionibus verum etiā in proximo colloquio multa protulisse de indulgentijs, & de potestate Pontificis aliter, quam sentit Romana Ecclesia, institit rursus, vt illa tria prȩstaret, quæ ex mandato Papȩ pridie audierat. Ille vero vlterius potestabatur, se non esse sibi conscium aliquid asseruisse, quod sit contra sacram

C scripturam, contra Ecclesiasticos Patres, contra Decretales Pontificum, aut contra rectam rationem: attamen, quia homo esset, qui errare posset velle se submittere iudicio, & determinationi legitimȩ Sanctȩ Ecclesiæ, & omnibus melius sentientibus. Ex his legatus facile intelligebat, illum dare solummodo verba, mentemque obstinatam habere in suis erroribus, quapropter comminatus est ei, quod nisi reuocaret, non solum censuris, ex mandato Pontificis sit illigandus, & procedi de-

D bere contra eum, vsque ad incarcerationem, & etiam vsque ad relaxationem brachio sæculari, &c. Cum Lutherus audisset legatum habere mandatū, nisi resipisceret, capiendi, & in carcerē conijciendi ipsum, & Vicarium suum F. Ioannem Staupitium, hinc anxietate plenus, & quia prohibebatur, nisi reuocaret, in conspectum redire Cardinalis, cœpit occulte per amicos solicitare Cęsarianos pro impetrando saluo cō ducto. Illo ergo impetrato fretus consilio sui Fr. Ioannis Staupitij scripsit ap-

pella-

Anno Christi 1520.

pellationem alegato ad Pontificem me lius informandum, quam ab Augusta clanculum recedens iussit affigi palam, Ausus itaque fuit protectoris, & Principis sui authoritate Vvitembergam publico scripto citare quoslibet hereticæ prauitatis Inquisitores, si qui videâtur sibi deuorare ferrũ, petrasque disrũpere, vt veniant illuc, cum ipso disputaturi, habituri, non modo saluum conductum, sed etiam liberum hospitium sumptusq; à Principe. *Cochleus anno millesimo quingentesimo decimo octauo, pag. 15.16.17.21. Fontenus hist. Catholica l. 1.*

I. *An. 1519.* *Lutheri heresis impugnata.*

ANNO Domini millesimo quingentesimo decimo nono Leonis decimi anno septimo, concionatores aliquot egregij e Prædicatoria familia aduersus virulentam Lutheri doctrinam, in Germania insurrexerunt, & suis concionibus retuderunt, & impugnarunt. Inter hos potiores extiterunt Fr. Marcus Vveidas, Fr. Ioannes Licheuez, & F. Ioannes à Nurburg, in tota Saxonia celeberrimi Magistri, qui plurimos Catholicos aliquatenus in fide deuiantes confirmauerunt, *Fr. Antonius Lusitanus, in Chronico pag. 289.*

II. *Inquisitor*

¶ Eodem anno in Regno Poloniæ Fr. Fœlix Inquisitor Cracouiensis sedulo sacro munerii inuigilans hęreses ab illo Regno arcebat, *Fr. Abraham Bzouius capit. 8.*

I. *An. 1520.* *Scripta Lutheri comburuntur, & impugnantur*

ANNO Domini millesimo quingentesimo vigesimo, Leonis decimi anno octauo, Carol⁹ quintus Imperator iussit scripta, & libros Martini Lutheri publice cõcremari. Atq; adeò combusti sunt per lectores, & carnifices tum in Brabantię vrbibus, tum in vrbibus Imperialibus Maguntia, Colonia, &c. Lutherus verò effrõs sacros Canones, & Sanctorum Patrum decreta, totumque ius Pontificium, simul cum bullis Papalibus, literisque, & sigillis in- A dulgentiarum, aliorumque indultorum Apostolicorum publice damnauit ad ignem, & combussit. At Fr. Ambrosius Catherinus ordinis nostri Prędicatorum, vir plane doctissimus, qui paulo antea, quinque libris errores Lutheri, & conatus acerrime impugnarat, aduersus tale facinus insurrexit pro iure Canonico, & omnia dicta, & facta Lutheri deliramenta esse manifesta comprobauit, *Cochleus anno millesimo quingentesimo vigesimo, pag. 44. & 51.*

Leonis X. anno 8.

II. *Lutherus impugnatus.*

B ¶ Eodem anno Lutherus securus iam nobilium quorundam, & popularis aurę fauore subnixus, atque rhetorum, & poetarum laudibus propugnationibusque confidens, audacissime progressus est ad quælibet facinora, atque adeò appellauit â Pontifice ad Concilium, veluti ab Antichristo, vt dicebat, & abnegatore scripturarum, & Fratrẽ Syluestrum Prierium Prædicatoriæ familiæ sacri palatij Magistrum diris insectatus est maledictis, & conuitijs, imò ad arma publice proclamauit, propterea quod aduersus ipsius errores, C & deliria Epithomé eruditissimam ediderat, *Cochleus anno millesimo quingentesimo vigesimo pa. 45. &c.*

III. *Martyres ab Gentilibus passi.*

¶ Eodem anno Frater Dominicus Hispanus, in orbe occiduo in terra firma, apud oppidum Chiribichi, in Conuentu Sanctæ fidei, dum sacrum altaris sacrificium offerret, ob fidem Christi, quam indefesse illis gentibus annunciarat, vna cum socio fratre conuerso â Barbaris necatus est, Conuentu solo ęquato, *Fr. Antonius Lusitanus* D *in Chronico anno millesimo quingentesimo vigesimo, & Antonius Herrera Decada 2. libro 9. cap. 9.*

An. 1521.

ANNO Domini millesimo quingentesimo vigesimo primo Leonis decimi anno nono, qui obijt Kalendis Decembris, cui successit Idibus Ianuarij, anni subsequentis Adrianus sextus, Frater Syluester Prierius, ex Prædicatoria familia Ma-

Anno Christi, 1522.

gister sacri palatij, & Hieronymus de Genutijs Episcopus Asculentis Cameræ auditor Lutheri impudentissimi hominis citati, & non comparentis falsam doctrinam Romæ, in foro Nagonio pridie Idus Iunij condemnauerunt eiusque statua; & libri post sententiam (quæ à Magistro Fr. Cypriano ordinis etiam Prædicatorum, & in Gymnasio sapientiæ, seu in Academia Romana Theologiæ primario professore prolata fuit) incensa, & concremata sunt. *Paramus lib.2.tit.2.cap.1. nu.7.*

Lutheri statua Romæ combusta.

I. *An. 1522.*

ANNO Domini millesimo quingentesimo vigesimo secundo, sub Adriano sexto, qui electus est quinto Idus Ianuarij, & obijt anno millesimo quingentesimo vigesimo tertio, octauo Kalendas Octobris, in Comitijs Generalibus Ordinis Prædicatorũ Vallisoleti, in celebri S. Pauli Cænobio habitis præsente Carolo quinto Imperatore Rege Hispaniarum, qui Congregationẽ illam grauissimã, tam in concionibus, actibus, & cõgressibus scholasticis, quã in processione comitiorum eorundem ad Ecclesiam Maiorem sua Augusta præsentia decorauit, statutum fuit, vt per totam Prædicatoriam familiam fratres cuncti viriliter insurgerent, ac validissime se Lutheri erroribus opponerent, & quod in suggestu prædicatione, in congressibus, disputationibus, in scriptis, & in libris edendis falsitatem doctrinæ Lutheri pro viribus exterminarent. Quod etiam in Capitulo Generali Romano subsequenti anno millesimo quingentesimo vigesimo quinto celebrato, & in omnibus ferme Capitulis Generalibus stabilitum & confirmatum fuit. Quam vero egregie familia Prædicatoria, hoc executioni mandauerit ex dicendis in hoc certamine constabit, plurimis triumphis in Europa ab hæreticis reportatis maxima eorum turba, vel ad fidem reducta, vel flammis obiecta. *Ex 4. par. hist. Ordinis Prædicatorum lib. 1. cap. 31.*

Lutherus impugnatus.

Adriani VI. anno 1.

A 49. 68. *& libri 2. cap. 13. & 37. §. 1. & in eodem volumine, in relatione de potissimis muneribus Prædicatoria familia, in Ecclesia sancta obsequium cap. 30.*

II. ¶ Eodem anno creatus est ab Adriano sexto Inquisitor Tolosanus Fr. Raimundus, qui ab eadem vrbe relegatus est propterea quod viriliter, & recte, atque sine acceptatione hominum executioni sacri muneris in credita sibi prouincia operam nauabat, *Fr. Fælix de Castelfranco in suo Chronico.*

Inquisitor.

III. ¶ Eodem anno missi fuerunt à serenissimo Lusitaniæ Rege Ioanne tertio ad promulgandum Christi Euangelium, in Orientalem Indiam Fr. Ioannes de Haro, & Fr. Ludouicus à Victoria è Prouincia Lusitaniæ familiæ prędicatoriæ, qui plures Gentiles, sua prædicatione in Oriente Christo Domino lucrifecere, *Fr. Ioannes à sanctis lib. 2. cap. 1. fol. 27. & c.*

Gẽtilium conuersio.

I. *An. 1523.*

C ANNO Domini millesimo quingentesimo vigesimo tertio Hadriani sexti anno secundo, qui obijt octauo Kalendas Octobris, & electus est Clemens septimus decimo tertio Kalendas Decembris, & obijt anno millesimo quingentesimo trigesimo quarto, septimo Kalendas Octobris, Martinus Lutherus scripsit lingua Theutonica librum contra sacrum virginum statum, præscriptum Epithalamium, pluribus absurdis hęresibus scaturientem, quem librum Latinè translatum doctissimus Magister Fr. Conradus Kollin ordinarius sacrę Theologiæ Regens in Prædicatorio Coloniensi Cænobio confutauit (qui & commentaria eruditissima super primã secundę Sancti Thomę edidit) sed ita copiose, vt prima pars cõfutationis Lutherani Epithalamij in sex libros extensa, sit vsq; adeò exquisitè ad singula illius dicta respondet. Sũmatim vero dicit à Luthero per Epithalamium suum lasciuum verum Paulini textus sensum deprauatum Pauli virginitatem nega-

Lutherus impugnatus.

tam

Anno Christi 1523. — *Adriani VI. anno 2.*

tum (viduum enim fuisse affirmat) patrias Germaniæ leges abrogatas religionum famam denigratam; continentiæ apud Deum, & fructum, & aureolam sublatam, cleri cœlibatum fœdis, ac vetitis nuptijs conspurcatum; Digamiam clericis admissam, sancta nostra prophanata, Ecclesiæ pulchritudinem deformatam, monialium pudicitiam in fornicum turpitudinem versam, pia monasticorum vota reculcata; breuiter Christum de cordibus hominum cum omni pietate, & Religione pariter eiectum, Turcę doctrinam Germanis traditam, eique ad occupandam vi Germaniam, quam perfidus apostatis ille repleuit, eo libro patefactam esse viam. *Cochleus anno millesimo quingentesimo vigesimo tertio; pagin. 98.*

II. *Lutherus impugnatur.* ¶ Eodem anno Fr. Ioannes Dietembergius, Ordinis Prędicatorum Conuentus Francfordiensis linguarum Latinæ, & Hebraicę exacta cognitione clarissimus, & Theologus eruditus, cum Luthero sępius disputationum habuit congressus, scripsit etiam librum confutationum aduersus Lutherana scripta, & vtrumque Testamentum vertit in linguam Teutonicam, palam faciens mendacia, & falsitates, quas in alia editione, & translatione Lutherus commentitus fuerat; & in duabus tantum confutationibus de votis, & de confessione, vt grauissimi authores afferunt, octingentas septuaginta, quatuor falsitates, in Lutheri scriptis esse reserauit. Alios etiam tractatus eruditione plenos, contra Lutherum scripsit, quibus illius errores præclare demōstrauit. *Thomas Bozius libro 12. signo 56. cap. 13. Prateolus verbo, Lutherus. Cochleus anno millesimo quingentesimo vigesimo tertio pag. 87. Surius anno millesimo quingentesimo vigesimo tertio Fr. Antonius Lusitanus, in sua Bibliotheca, verbo, Ioannes pa. 157.*

III *Inquisitores hæretici prauitatis.* ¶ Eodem anno Hadrianus Pontifex, die vigesima Iulij Romæ scripsit Inquisitori Comensi Ordinis Prædicatorum, constitutionem statuens, quod A ipse Inquisitor, & cæteri Inquisitores prædictæ familię, Congregationis Lombardiæ, cum Vicarijs Episcoporum, si adesse voluerint, inquirant in lamias, seu striges, hoc est in eos, qui fidem susceptam abnegant, imagines sanctorum cōculcant, Sacramentis abutuntur, diabolum inuocant, & incantationibus carminibus, sortilegijs, alijsque maleficijs iumenta, & fructus terræ lædunt, quos iuxta decreta Canonica puniant. Literæ autem Apostolicę sunt tenoris sequentis.

B

HADRIANVS PAPA VI.
Inquisitori Comensi Ordinis Prædicatorum

Dilecte fili, salutem, & Apostolicam benedictionem. Dudum, vti nobis exponi fecisti, per fœlicis recordationis Iulium Papam secundum prædecessorem nostrum; non sine magna tunc animi sui displicentia accepto, quod per quendam Georgium de Casali Ordinis Fratrum Prædicatorum professorem, & in ciuitate Cremonensi hæreticę prauitatis Inquisitorem deputatum, in nōnullis C Lombardię partibus repertæ fuerunt quam plures vtriusque sexus personæ propriæ salutis immemores, & a fide Catholica deuiantes, certam sectam facientes, fidem, quam in sacri susceptione baptismatis susceperant, abnegantes, sanctam Crucem pedibus conculcantes; & opprobria super eam perpetrantes, Ecclesiasticis; & præsertim Eucharistiæ Sacramentis abutentes, diabolum in suum dominum, & patronum assumentes, eique obedientiam, D & reuerentiam exhibentes, ex suis incantationibus, carminibus, sortilegijs, alijsque nefandis superstitionibus iumenta, & fructus terræ multipliciter lædentes; aliaque quam plurima nefanda, excessus, & crimina eodem diabolo instigante committentes, & perpetrantes, in animarum suarum periculum, diuinæ maiestatis offensam perniciosumque exemplum, & scandalum plurimorum. Contra quas cum dictus Georgius tūc, vt asserebat in dictis locis suę Inquisitioni deputatis prout ipsius

Anno Christi, 1523.

Adriani VI. anno 2.

Georgij incumbebat officio ipse Georgius processisset: nonnulli autem, tam clerici, quam laici illarum partium quærentes plus sapere, quam oportet præmissa delicta ad eiusdē Georgij Inquisitionis officium, non pertinere temere asserentes, præsumentes, in populo errores, & scandala seminauerunt, sicque eundem Georgium in populo odiosum reddere, & dicti Georgij officium impedire conati fuerunt, prout etiam tunc impediebant: ita quod propter præmissa personæ prędictę delicta huiusmodi perpetrantes remanebant impunitæ, & aliç eorum exemplo ad similia perpetranda quotidie inducebantur, in non modicum fidei opprobrium, animarum periculum, & scandalum plurimorum. Dictus prædecessor volens (ne Inquisitionis officij executio, quomodolibet retardaretur, & labes hæreticæ prauitatis longius venena diffunderet) prouidere dicto Georgio, per quasdam suas in forma Breuis literas commisit, & mandauit, quatenus in locis eisdem Georgij Inquisitioni deputatis de excessibus huiusmodi cognoscere, & contra quascumque personas cuiuscumque conditionis, & præeminentię forent Inquisitionis officium exercere, & exequi: ipsasque personas, quas in præmissis culpabiles reperiret, vna cum locorum ordinariorum Vicarijs, quatenus voluissent interesse iuxta dictarum personarum demerita corrigere, & punire deberet, secundum modum contra alios hæreticos â iure ex sacris Canonibus statutum: contradictores quoscumquê, per censuram Ecclesiasticam, & alia iuris opportuna remedia compescendo. Eos vero, qui in præmissis consilium, auxilium, vel fauorem pręstarent præfatus prędecessor noster eisdem indulgentijs vti, & gaudere decreuit, quibus Cruce signati contra alios hæreticos, ex indulto Apostolico eis concesso, tunc gaudebant, & vtebantur, prout in eisdem literis plenius contineri dicitur. Et sicut eadem expositio subiungebat, non solum delicta, & crimina huiusmodi contra fidem Catholicam, & Christianam Religionem sub iurisdictione Inquisitoris Cremonensis committuntur, & perpetrantur, sed in omnibus alijs locis, & diœcesibus, sub iurisdictione aliorum Inquisitorum dicti Ordinis Prædicatorum, Congregationis Lombardiæ, in dies perpetrantur, & committuntur. Et cum eadem sint delicta, eadem profecto prouisione, & castigatione eis est earundem literarum tenore prouidendum. Quare tu, sicut asseris in ciuitate Comensi, vbi dictæ prauitatis Inquisitor existis, tam tuo, quam omnium aliorum dictorum ordinis, & Congregationis hæreticæ prauitatis Inquisitorum, vbilibet consistentium, & deputatorum nominibus fecisti nobis humiliter supplicari, vt literas prędictas ad vos extendere, & ampliare, aliasquè desuper opportunê dignaremur prouidere. Nos igitur huiusmodi supplicatione inclinati, literas prędictas, cum omnibus in eis contentis clausulis, in omnibus, & per omnia, prout in eisdem literis continetur, ad te, & ad alios ordinis, & Congregationis huiusmodi Inquisitores, tam in præsentiarum deputatos, quam in futurum perpetuis futuris temporibus deputandos, ac si tibi, & cuilibet Inquisitorum prædictorum dirigerentur, & directæ fuissent Apostolica authoritate tenore præsentium extendimus. Ipsasquè literas tibi, & illis, vt præmittitur, eisdem authoritate, & tenore concedimus. Non obstantibus omnibus illis, quæ idem Iulius prædecessor voluit non obstare, cæterisquè contrarijs quibuscumquè. Et quia difficile foret præsentes literas ad singula loca, in quibus de eis fides forsan fuerit facienda, deferre. Volumus, & Apostolica authoritate decernimus, quod ipsarum transsumptis manu cuiuscumquè notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius, curiæ seu personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis in iudicio, & alibi

vbi

Anno Christi 1524.

vbi opus fuerit eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur eisdem præsentibus si forent exhibitę, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die vigesimo Iulij, millesimo quingentesimo vigesimo tertio, Pontificatus nostri anno primo: *Ex Directorio in Bullario, pagina 106.*

An. 1524. ANNO Domini millesimo quingentesimo vigesimo quarto, Clementis septimi anno primo, contra Lutheri praua dogmata duo eruditissimi viri Prædicatorij *Lutherus impugnatus.* scripserunt eruditos tractatus, Frater Iacobus Hochstratanus, Coloniensis conuentus Prior, de fide, & operibus, alium de purgatorio, & alium de libertate Christiana, & Fr. Isidorus de Isolanis Mediolanensis scripsit librum de dispositione dantis, & recipientis indulgentias, de modo remissionis pœnę per illas factę, alium de Purgatorio, & de merito animarum in purgatorio existentium: *F. Antonius Lusitanus in Bibliotheca litera I.*

An. 1525. ANNO Domini millesimo quingentesimo vigesimo quinto, Clementis septimi anno secundo, Francfordię ad Męnum plebs, quam duo præcipui seditionum ductores, quo- *Pro fide Catholica passi.* rum alter erat sartor, alter vero sutor ad seditionem excitabant in ferijs Paschalibus maximo impetu insurrexit, vndique ad arma concurrens, atque primus seditiosorum impetus in Prędicatores, atque in cœnobium Prædicatorium prorupit, propter odium, quod hęretici in eandem familiam habebãt. *Cochleus anno 1525. pag. 137.*

An. 1526. ANNO Domini millesimo quingentesimo vigesimo sexto, Cle-

A mentis septimi anno tertio, & annis sequentibus Prædicatoria familia apud Indiam Occidentalem in latissimis regnis nouæ Hispaniæ fidem Christi adnexit, innumeros Gentilium populos linguis Mexicana, Misteca, Zapoteca, Otomitl, Chochona, Mixe, Chontal, Guatenicamana, Cuicateca, & pluribus alijs, & in Prouincijs Mexicana, Oaxacensi, & Guatemalensi centum domos, & cœnobia erexit ad istam Domini Occidentalem vineam excolendam. Primi vero, qui ex nostris in noua Hispania B promulgationem Euangelij patefecerunt extiterunt Fr. Dominicus Betanços sanctitate, & miraculis clarus, qui Episcopatum Guatemalensem non acceptauit, & recusauit Frater Thomas Ortizius Episcopus deinde Sanctæ Marthę, Frater Vincentius à sancta Ana, Frater Didacus à Sotomaiori, Frater Petrus à sancta Maria Frater Iustus à sancto Dominico, Frater Petrus Zambranus, Frater Gundisaluus Lucerus sanctitate, & miraculis C conspicuus, Frater Didacus Ramirez, Frater Alphonsus de Virginibus Frat. Vincentius Casaus. & Frat. Bartholomęus Calçadilla laicus, omnes numero duodecim instar collegij Apostolici, de quorum aduersus idolatriam triumphis extant grandia volumina ab Archiepiscopo insulæ sancti Dominici, Fratri Augustino Dauila descripta, ad quę lectorem remittimus, non enim hæc epitome minimam partem præclarissimorum munerum à nostris D Prædicatorijs, Apostolicis viris in noua Hispania patratis continere potest: *Frater Augustinus Dauila Historia Prouinciæ Prædicatoriæ Mexicanæ, libro primo capite primo fol. 3.*

Clemẽtis VII. anno. 1.

Millium multorum Gẽtiliũ cõuersio.

An. 1528. ANNO Domini millesimo quingẽtesimo vigesimo octauo, Clemẽtis septimi anno quinto, ipse *Inquisitor contra hæreses.* Põtifex, Viterbij, die tertiadecima Iulij scripsit Inquisitori hęreticę prauitatis in

no risti 18.

ciuitate Brixiensi Ordinis Prædicatorum, & simul Episcopo Brixiensi hortaturque eos, vt quia communitas ciuitatis Brixiensis decreto quodam constituerat initio Lutheranicæ perfidiæ, vt tres viri deligerentur, quorum sollicitudine hæreses extirparentur accepta ex publico ærario pecunia, pro eius decreti executione, id laudat Pontifex, hortaturque Episcopum, & Inquisitorem, vt idem præstare ipsi curent, & procedant contra hæreticos quoslibet omni appellatione remota iuxta Canonicas Sanctiones, multa insuper concedit Episcopo, & Inquisitori priuilegia, & amplam facultatem procedendi, contra perfidum hæreticorum genus. Literæ autem sunt sequentis tenoris.

CLEMENS PAPA VII.
Venerabilis frater, & dilecte fili salutem, & Apostolicam benedictionem.

Placuit intelligere, quod non solum fraternitas tua, seu eius dilecti filij communitas istius ciuitatis Brixiensis nolentes negligentia, aut desidia eorum amittere illud optimum nomen eis à parentibus, & antecessoribus suis relictum, omni diligentia curarint, ne hæreses his temporibus, de nouo pullulare possint, sed omnes omnibus remedia adhibuerint, vt si quæ sint in ipsa ciuitate extirpentur: & propterea, cum ad ipsorum communitatis notitiam peruenisset, nonnullos in ipsa ciuitate suæ famę, & honoris prodigos, ita nefarios Dei sanctæque matris Ecclesię rebelles existere, vt non erubescerent Lutheranam doctrinam publice declarare, & quæ palam non auderent, seorsum secreto docerent, plerosque inducentes à recta, semita deuiare, ne ob id forte contra eos, ira Dei magis prouocaretur, in publico eorum consilio statuerunt, tres eiusdem ciuitatis, ciues eligi debere, quorum cura diligentia, & vigilantia Lutheranę diabolicæ hæreses à ciuitate ipsa eiusque territorio prorsus extirparentur, & earum authores, & seminatores condigna pœna plecterentur, cum potestate etiam comparendi, per procuratorem, coram Sede Apostolica, & quibuscumque alijs iudicibus Ecclesiasticis, & sæcularibus, & pro præmissorum executione exponendi ex publico quascumque pecunias necessarias: quod vt merito ex hoc illi laudari, & plurimum commendari debent, ita etiam vos, prout vestro incumbit officio, circa hæreses huiusmodi in ciuitate, & diœcesi Brixiensi, idem facere, prout speramus, & desideramus omni diligentia curabitis. Cupientes igitur errores, & peruersa dogmata in ciuitate, & diœcesi tuis, huiusmodi penitus extirpare, & illorum sectatores debita correctione reprimi, ac debitis pœnis puniri, vobis, & alteri vestrum etiam, cum à prefatis electis requisiti fueritis, & alter vestrum requisitus fuerit omnes, & singulas caussas huiusmodi hęresim sapientes etiam criminales, tam dicta Lutherana quam alia, & erronea, & peruersa doctrina in ciuitate, & diœcesi prædictis exortas, & quas etiam contra quendam Ioannem Baptistam Palauicinum Ordinis Fratrum Carmelitarum, qui verbum Dei in proxima quadragesima, in Ecclesia Brixiensi prædicando publice nonnulla erronea, & à fide Catholica deuiantia prædicauit, adeò quod pias hominum aures plurimum scandalizauit, si in ciuitate, seu diœcesi prędictis extiterit, mouere, seu exoriri contigerit, cum omnibus, & singulis illi annexis dependentibus, & emergentibus ab eis simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij, prout in similibus procedi consueuit audiatis. Nos enim vobis, vt auditis hinc indè propositis, etiam vsque ad diffinitiuam sententiam inclusiue sublato quouis diffugij obstaculo, & prout sacri Canones volunt, etiam appellatione qualibet remota decidendi, & fine debito terminandi, ac sententias desuper per vos, & alterum vestrum latas, & quibusuis appellationibus etiam ad nos, & Sedem prædictam interpo-

Clemētis VII. anno 5.

sitis

Anno Christi 1528.

Clementis VII. anno 5.

sitis penitus reiectis perinde, ac si tres sententiæ conformes, in nostræ Rotæ auditorio latæ essent debitæ executioni demandādi. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio, vel timore subtraxerint, per censuras Ecclesiasticas appellatione cessante compellendi veritati testimonium perhibere, ac monitiones, & citationes quaslibet constito de non tuto accessu seu quod pro monitionibus, & citationibus huiusmodi faciendis ipsorum monendorum, & citandorum præsentia commode haberi nequiret, expedita publica locis publicis affigenda, quæ perinde ipsos arctent; ac si eis personaliter intimatæ fuissent faciendi; ac contra quosque, cuiuscūque status gradus ordinis Religionis, vel conditionis seu præeminentię fuerint, & quacunque Ecclesiastica, seu mundana dignitate præfulgeant, vel exēptione ipsius Martini Lutheri, & aliorū erroneorū dogmatū sectatores, sequaces, fautores, defensoresque, ac illis auxilium, consilium, vel fauorem directe, vel indirecte publice, vel occulte pręstantes inquirendi, & procedendi, & huiusmodi labe, & aliis hæresibus infectos capiendi, & carceribus mancipandi, ac iuxta Canonicas sanctiones, & Sanctorum Patrum instituta, prout qualitas excessuum exegerit, vel conscientiæ vestræ expedire visum fuerit puniendi, & pœnis debitis plectendi, & ad cor redire nolentes, & dictæ Ecclesię communione veluti putrida membra separatos, & diuisos, ac damnationi æternę, cum Sathana, & Angelis eius addictos, ac perpetuo infames, ac intestabiles esse, necnon bona eorum quælibet mobilia, & immobilia, cuiuscūq; fidelium libere, & licite inuadere, occupare, & sibi acquirere licere, personas eorum captiuitate, & in perpetuam seruitutem adducere, corpora eorum postquam defuncta fuerint sepultura Ecclesiastica carere, & debere decernendi, & denunciandi, & declarandi, & qui ad veritatis lumen redire, & huiusmodi hæreses abiurare voluerint postquā errorem suum deposuerint, idque humiliter petierint, si alias relapsi non fuerint, recepta ab eis prius abiuratione hęresis, & errorum huiusmodi legitime, & publice facienda pręstandoque per eos iuramento, quod talia de cætero non committent, nec talia, vel alia his similia committentibus, sed adhærentibus consilium auxilium, vel fauorem per se, vel alium præstabunt ab omnibus, & singulis excommunicationis, & interdicti aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis etiā in literis fœlicis recordationis Leonis Papæ decimi prædecessoris, contra dictum Martinum Lutherum editis cōtentis, quas præmissorum occasione, quomodolibet incurrissent, ac ab huiusmodi delictis, excessibus, & criminibus, necnon alia in forma Ecclesiæ consueta absoluendi, & super irregularitate propterea quomodolibet contracta dispensandi, omnemque inhabilitatis, & infamiæ maculam, siue notam penitus abolendi, eosque rehabilitandi, & ad nostrum, & eiusdem sedis gremium, necnon gratiam, & benedictionem restituendi, & reponendi, omniaque, & singula alia, quæ ad huiusmodi pestem reprimendam, & radicitus extirpandam necessaria, seu quomodolibet opportuna faciendi, gerendi, ordinandi, exercendi, & exequendi, ac auxilium brachii secularis, si opus fuerit, inuocandi: & ad præmissa omnia, & singula, si & quando expedire vobis, & alteri vestrum visum fuerit viros aptos, & idoneos, cum simili, vel limitata potestate subdelegandi, & deputandi, ipsosque quoties opportunum vobis, & alteri vestrum videbitur, reuocandi, ac loco ipsorum alios similiter deputandi, authoritate Apostolica plenam, & liberam potestatem authoritatem, facultatemque concedimus, per præsentes, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus illis, quæ idem Leo prædecessor in suis literis voluit, non obstare, & quæ pro expressis haberi volumus,

Anno Christi 1529.

cæterisq; contrarijs,quibuscumq; si etiã in eis essent clausulæ aliquæ derogatoriæ derogatoriarum, & de quibus oporteret fieri specialis, & indiuidua mentio de verbo ad verbum, quas pro expressis haberi volumus, & eis derogatum esse censemus, & intendimus. Datum Viterbij,sub annulo Piscatoris die 13. Iulij 1528. Pontificatus nostri anno quinto. *Ex archiuo Inquisitionis Bononiensis,in Directorio pag. 106.*

An. 1529

Multorũ milliũ gẽtilium, cõuersio.

ANNO Domini millesimo quingentesimo vigesimo nono, Clemẽtis septimi anno sexto, & deinceps annis sequẽtibus, in Occidentali India apud amplissima, & ditissima Regna Pyru, tam lingua vniuersali Ingarum, quam Quichuacensi, Fratres Prædicatores Christi legi innumeros Gentiles subdiderunt, atque in Prouincia Pyruensi S. Ioannis Baptistæ Sexaginta & tres domos erexerunt, quas incolunt apud oppida Indorum præter viginti tria Cœnobia, quæ prioratus vocantur, omnia plerumque in Hispanorum vrbibus, & villis (vt in huius prouinciæ delineatione, ad finem huius voluminis referemus.) Et vix vllis verbis exprimi potest, quantum Prędicatorię familię pręclari Apostolici viri, in istorum Indorum Catechismo laborauerint, potissimum vero in Vallibus Chinchensi, Chicamensi, Guaillensi, Atunxaurensi, & apud populos Chiriguanaenses. In prouincijs item Yauyensi, & Parinacochensi, & in alijs pluribus nationibus, quas longum esset recensere. Priores vero fratres, qui ad Pyru Regna, anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo nono penetrarunt, sequentes extiterunt Fr. Vincẽtius à Valle viridi Marchionis D. Francisci Piçarro, Pyru expugnatoris cognatus propinquus (qui postea primus extitit Episcopus in Pyru Cusquẽsis, F. Thomas de Sancto Martino (qui primus Episcopus fuit Charcensis Hispane de los Charcas) Fr. Petrus Vlloa, Fr. Reginaldus Pedraça Fr. Alphonsus de Montenigro, & Fr. Dominicus de Sancto Thoma, qui etiam Episcopus Charcensis extitit post Fr. Thomam à Sancto Martino *Fr. Antonius Lusitanus Chronico anno 1530 p. 309. &c. Antonius Herrera Decada quarta li. 5. ca. 5. Bozius libr. 4. signo 6. capit. 3. Petrus de Cieçà 1. pàr. cap. 121.*

Clemẽtis VII. anno 6.

An. 1530.

Inquisitor contra hæreses.

ANNO Domini millesimo quingẽtesimo trigesimo Clemens septimus concessit, commisit, & mãdauit Fr. Paulo Butigellę hæreticę prauitatis Inquisitori, in Ferrariensi, & Mutinensi ciuitatibus, ac Vicario Generali, totius Ordinis Prædicatorũ, quod ipse, & Inquisitores prędicti ordinis, & eorum Vicarij procedant contra quoslibet Religiosos de hæresi diffamatos, aut suspectos, & erroneas propositiones prædicantes: non obstantibus quibuscumque priuilegijs, & quod Inquisitores possint instituere sibi Vicarios an norum triginta, & occultos hæreticos absoluere super irregularitate ex hęresi, vel Apostasia contracta dispensare: quamlibet aliam censuram Ecclesiasticam tollere, irregularitates Cruce signatorum clericorum amouere, & quod Cruce signati morientes tempore interdicti Ecclesiastica sepultura donentur, quibus multa alia priuilegia concedit, & vetera confirmat, & innouat. Literę autem Apostolicæ sunt tenoris sequentis.

CLEMENS PAPA VII.

Dilecto filio Paulo Butigellæ totius Ordinis fratrum Prædicatorum Vicario Generali, in Ferrariensi, & Mutinensi ciuitatibus, & diœcesibus hæreticæ prauitatis Inquisitori.

Dilecte fili salutem, & Apostolicam benedictionem, Cum sicut ex relatione pro parte tua nobis facta, cum graui mentis nostrę molestia innotuit in diuersis Italiæ partibus, adeò pestifera hæresis Lutherana, non tantum, apud

Anno Christi. 1530.

Clemẽtis VII. anno 7.

sæculares personas, sed etiam Ecclesiasticas & Regulares, tam mendicantes, quam non mendicantes inualuerit vt aliquando nonnulli ex eis suis sermonibus, & verbis & (quod deterius est) publicis prædicationibus tali labe plerosque inficiant, & Christi fideles, sub obedientia sanctæ Romanæ Ecclesiæ viuentes, & præcepta eiusdem Ecclesię seruantes, non leuiter scandalizent, in haud reuum augmentum pusillorum scandalum, atque Catholicæ fidei, non mediocre detrimentum, Nos attendentes Arrium, vnam modicam scintillam fuisse in Alexandria: sed quoniã non mox oppressus est, grande per totum orbẽ incendium exsuscitasse, ac cupientes huic veneno hæreſique nefariæ, & labi pestiferæ, quam supremis extingui affectibus anhelamus omni salubri, quo possumus, remedio occurrere, & ne huiusmodi morbus excrescat vlterius, sed opportunè Domino passim euellatur, salubriter prouidere, tibi necnon omnibus, & singulis alijs dictæ hæreticæ prauitatis Inquisitoribus ex ordine Fratrũ Prædicatorum, maxime Congregationis vtriusque Lombardię, per vniuersam Italiam constitutis, & deputatis, ac constituendis, eorumque Vicarijs in virtute sanctæ obedientiæ, & in remissione peccatorum vestrorum directè præcipiendo mandamus, quatenus omnibus, & singulis etiam Carmelitarum, & aliorum ordinum mendicantium religiosis, vel non mendicantibus de huiusmodi peste damnatis, aut aliter suspectis præcipuèque tales errores in suis sermonibus verbis, seu prædicationibus disseminantibus, per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita super huiusmodi, aut qualibet alia hæresi silentium imponatis. Et postquam per vos, seu Vicarios vestros, aut vestrum, vel eorundem Vicariorum aliquos, siue aliquem præsidentes Monasteriorũ Conuentuum, & aliorum locorum, vbi hæreses huiusmodi, vel errores seminati forent, aut inibi propinquiorum præmoniti fuerint, nisi tales intra mensem à die admonitionis computandum debita prouisione remedia, cum effectu adhibuerint, ac digna pœnitentia castigauerint, de quibus admonenti fidem facere teneantur, & si præsidentes ipsi talia prędicarent admonitionem præsidenti viciniores Conuentus, vel loci respectiue facere sufficiat contra huiusmodi exemptos, vsque ad sententiam diffinitiuam: ad quam ferendam (si fuerit condemnatoria) cum consensu ordinarij procedatis. Contra Carmelitas tamen confestim possitis etiam ad captaram, dum prædicant populo, vel publice disputant erroneas conclusiones: aduersus non exemptos vero de tali labe diffamatos, aut suspectos, veluti contra alios hæreticos, prout iura disponunt libere inquiratis, atque procedatis. Decernimus insuper, vt vestros Vicarios, siue Commissarios instituere valeatis, viros vestra sẽtẽtia prouidos aptos, & idoneos, dummodo ætatis trigesimum annum attigerint. Vobis etiã ac Vicarijs præfatis extraiudicialiter Lutheranos occultos, & non inquisitos per Ordinarium, siue alios iudices, aut alios quoscunque hæreticos, fautores, credentes, defensores, & receptatores, necnon & à sancta fide apostatas eosque, qui contra inhibitionẽ Sedis Apostolicæ tenuerunt, vel legerunt libros Martini Lutheri, vel aliorum, aut eidem, siue eisdem quomodolibet adhęserunt (si ad cor reuersi pœnitentes, id humiliter petierint) postquam hęresim qua polluti, & infecti erant, abiurauerint, medio iuramento promiserint de cætero ab huiusmodi hæresi penitus abstinere, absoluendi, illisque pro præmissis pœnitentiam iniungendi salutarem, eosque ad gremium Sanctę Matris Ecclesię restituendi, & reducendi, & cum clericis sæcularibus, ac personis religiosis, cuiussuis ordinis, status, & conditionis super quauis irregularitate, quam tam ex hęresi, quam ex apostasia à fide, seu etiam ex eo, quod censuris, & pœnis Ecclesiasticis, tam à iure, quam ab homine quauis occasione, vel causa latis, & promulgatis quomodolibet incurrerint, aut ligati, seu innodati diuina

Anno Christi. 1530.

Clemētis VII. anno 7.

celebrando contraxerint, ac etiam super irregularitatibus, quas clerici cruce signati sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine, etiam quauis occasione, vel causa latis ligati, seu irretiti, ac etiam ex eo, quod in locis Ecclesiastico interdicto suppositis missas, & alia diuina officia (non tamen in contēptum clauiū) celebrauerint, incurrerint dispensandi. Et quia Inquisitores præfati in ciuitatibus, seu alijs locis societates, seu confraternitates ad extirpandum hæreses, ad capiendum hæreticos (iuxta concessionem à Romanis Pontificibus eis factam) instituunt, & in eis confratres recipiunt, qui in eorum receptione votum in eorundem Inquisitorum, seu vicariorum manibus emittūt, ac voto se astringunt, dum pro parte ipsorum Inquisitorum, & vicariorum ad capiendos ipsos hæreticos requisiti fuerint auxilium, consilium, & fauorem præstare, & eis tempore cuiuslibet localis interdicti, diuinis interesse, & eis decedentibus eorum corpora Ecclesiasticæ sepulturæ (sine tamen funerali pompa) tradi possint, dummodo causam nō dederint huiusmodi interdicto, nec eis id contigerit specialiter interdici. Ipsisque cruce signatis per ipsos Inquisitores, seu vicarios, dum in eorum manibus votū hæreticos ipsos persequentes remiserint, vt semel ex tunc, & in mortis articulo à reseruatis & in Bulla Cœnæ Domini contentis casibus, de quibus corde contriti, & ore cōfessi fuerint, aut propositum cōfitendi debito tempore per Ecclesiam statuto habuerint absolui, ac indulgentia plenaria, & omnium peccatorum remissio huiusmodi concedi: eisque vt singulis diebus anni quinque altaria Ecclesiæ (si tot ibi fuerint) aut vnum loci, in quo eos esse contigerit, Psalmum vnum flexis genibus recitando, vel quinquies orationem Dominicam, & toties salutationem Angelicam in quolibet altari, indulgentias stationū vrbis consequi valeant, etiam concedēdi, & elargiendi authoritate Apostolica tenore præsentium, licentiam, & facultatem concedimus. Et nihilominus

A concessionem per Romanos Pontifices (forsan) viuæ vocis oraculo, seu alias eisdem Inquisitoribus, & vicarijs fratrū seu licentiam concessam huiusmodi approbamus, & confirmamus, ac omnia, & singula alia priuilegia exemptiones immunitates gratias, & indulta, quibuscumque Inquisitoribus alijs hæreticæ prauitatis quorumuis ordinum, & congregationum, & officio Inquisitionis huiusmodi, in quibuscumque regnis, & Prouincijs, siue locis, ac terris hactenus B deputatis concessa, & in posterum concedenda vobis communicamus, atque iam vobis alias concessa approbamus, confirmamus, & innouamus, vniuersosque & singulos iuris, & facti defectus (si qui forsan in illorum concessione interuenerint) supplemus. Mandantes omnibus, & singulis, venerabilibus fratribus Archiepiscopis, & Episcopis, nec non dilectis filijs eorundem Archiepiscoporū, & Episcoporū vicarijs in spiritualibus generalibus, quatenus præsentes literas, & in eis contenta quæcum- C que vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte vestra, seu vicariorum vestrorum prædictorum, aut alicuius vestrum, siue illorum desuper fuerint requisiti solemniter publicantes, ac vobis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant præsentes literas, & in eis contenta huiusmodi firmiter obseruari, vosq; illis pacifice gaudere. Non permittentes vos desuper, per quoscumque quouis modo indebite molestari, contradictores quoslibet, D & rebelles per censuras, & pœnas, ac alia opportuna iuris remedia appellatione postposita compescendo, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis ac dictorum ordinum, etiam iuramento & confirmatione Apostolica roboratis statutis, & consuetudinibus, necnon priuilegio, quod incipit, sacer ordo per felicis recordationis Sixtum Papā quartum prædecessorem nostrum, ordini Carmelitarum concesso fortassisq; post alijs cōmunicato, & quibuscumque

alijs

Anno Christi 1530.

alijs priuilegijs, & indultis Apostolicis illi, ac quibuscumque alijs, etiam mendicantium ordinibus, etiam sub quibusuis tenoribus, & verborum formis, ac cum quibuscumque clausulis, & decretis concessis approbatis, & innouatis, quibus omnibus (tenores illorum ac si de verbo ad verbum inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis habētes) hac vice specialiter, & expresse derogamus, nec non quibuscumque exceptionibus, oppositionibus, & appellationibus, forsan desuper faciendis & interponendis, quę aduersus pręmissa, vllatenus suffragari posse volumus contrarijs quibuscumque; aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenā, & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem. Decernentes præsentium transumptis manu publici notarij subscriptis, & sigillo alicuius personę in dignitate Ecclesiastica constitutę munitis, eandem prorsus fidem in iudicio, & extra adhibendam fore, quæ eisdem pręsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Bononiæ sub annulo Piscatoris, die decima quinta Ianuarij, anno millesimo quingentesimo trigesimo, Pontificatus nostri anno septimo: *Ex Bullario Directorij Inquisitorum pag. 107*

II. ¶ Eodem anno apud orbem occiduum in regionibus Pyruanis in regno Quitensi (Hispanè Quito) Fratrum Pręedicatorum ministerio ad Christum peruenere populi Bugenses, Popayanenses, Quillicingenses, Pupialenses, Hpialēses, Chimbenses. Habet ergo Prędicatoria familia ad eosdem in fide nutriendos, & conseruandos triginta quinque domos in oppidis Indorum, prę̨ter decem & octo cœnobia ex quibus quatuordecim Prioratus existunt: *Fr. Antonius Lusitanus in Chronicis anno millesimo quingentesimo trigesimo pa. 310 Petrus de Cieça 1. p. cap. 121.*

Innumeri Gētiles conuersi.

Clemētis VII. anno 7.

A

An. 1531.

ANNO Domini millesimo quingentesimo trigesimo primo Clementis septimi anno octauo, in Regno Poloniæ Fr. Ioannes Inquisitor Vratislauiensis, magnam operam pręstabat in arcendis ab illo regno Lutheranis hæreticis. In regno autem Galliæ Fr. Mattheus Ori eiusdem Prædicatoriæ familię Inquisitoris generalis munus per totam Galliam exercebat, qui vt Inquisitor de causa B. Ignatij Loyolæ cognoscens, eum innocentem iudicauit, & declarauit. *Petrus Ribadeyneira de B. P. Ignatio lib. 2 c. 2. & cap. 14. F. Antonius Lusitanus in Bibliotheca verbo, Mattheus. Bzouius cap. 8.*

Inquisitores contra hęreses.

B

An. 1532.

ANNO Domini millesimo quingentesimo trigesimo secundo, Clemētis septimi anno nono in Germania F. Michael Vehus, è Prædicatoria familia, quem ob eruditionem incomparabilem, & vitæ probitatem Cardinalis Archiepiscopus Maguntinus, ac Magdeburgensis assumpsit in Præpositum Hallensis Ecclesiæ in Saxonia, sibique in consiliarium delegit Teuthonice scripsit aduersus Ioannem Bugenhagium Pomeranum, quem Vuitembergenses Episcopum suum vocāt, qui librum plenum maledictis mendacijs, & odiosis calumnijs ediderat præscriptum aduersus fures calicis, reprobat in eo acerbissime, & communicationē laicorum sub vna specie, & sacrificium Missæ, quod pro viuis, atque defunctis offertur, &c. *Ioannes Cochleus anno 532. pag. 256.*

C

Contra hęreses scriptor.

D

An. 1533.

ANNO Domini millesimo quingentesimo trigesimo tertio, Clementis septimi, anno decimo apud Hispaniam in Cathalonia fratres Prædicatores conuentus Pal

Errores extincti.

Anno Christi. 1533.

las in montanis Pyrenęorum, & Pallas sua prædicatione superstitiones, maleficia, & errores aliquot circa fidem, qui ex concionatorum penuria irrepserāt exterminauerunt. *Diagus lib. 2. c. 99.*

An. 1534.

ANNO Domini millesimo quingentesimo trigesimo quarto, sub Clemente septimo, qui obijt septimo Kalendas Octobris, & Paulo tertio assumpto ad Pontificatum, quarto Idus Octobris (qui obijt anno 1549. quarto Idus Nouembris) Fr. Adrianus Prædicatoriæ familiæ Sigismundo primo Poloniæ Regi à sacris confessionibus Episcopus Ennēsis, & suffraganeus Posnaniensis, cum alijs Apostolicis sui ordinis viris, doctrina claris, disputationibus acutissimis, concionibusque doctissimis, contentione indefessa, in regno Poloniæ fidei Catholicæ veritatem à labe Lutherana protexit. *F. Abraham Bzouius cap. 6. p. 52. & cap. 11. cap. 88.*

Hæreses impugnata.

An. 1536.

ANNO Domini millesimo quingētesimo trigesimo sexto, Pauli tertij anno secundo cum in orbe occiduo inter plures exortū fuisset dubium, verum Indi rationis essent capaces, atque adeo nostræ Christianæ religionis, & aliqui retraherent religiosos viros, ne ad Indos in fide instruendos proficiscerentur, fratres Prędicatores absurdæ huic sententię se opposuerunt & B. F. Dominicus Betanços Nouæ Hispaniæ Prępositus Prouincialis propagationis fidei Apostolicus, & indefessus minister, Romam ad Pontificem Paulum tertium misit F. Bernardinum Minaya cum elegantibus Epistolis Indorum in fide profectibus refertis. Inter alias, quas F. Bernardinus Minaya secum Romam detulit, extat quædam Epistola F. Iuliani Garces Episcopi Tlaxcalensis primus, qui in nouam Hispaniam appulit, & Pontificiū munus in ea exercuit, è Prędicatoria nostra familia assumpti, in qua plura de Indorum deuotione, feruore, confessione, communione, timore Domini, obedientia, veneratione sanctorum, & de obseruatione præceptorum Decalogi scripsit ad Pontificem: est autem sequentis tenoris.

Gētiles cōuersi.

Clemētis VII. anno 7.

Sanctissimo Domino nostro PAVLO tertio Pontifici maximo F. Iulianus Garces ordinis Prædicatorum, Episcopus primus Tlaxcalensis in noua Hispania, Indiarum Cæsaris Caroli, salutem sempiternam dixit.

Quę circa nouellum gregem Ecclesiæ sanctæ aggregatum tibi (Beatissime Pater) acquisitum nouerim declarare, non pigebit, quatenus exultare valeat spiritus tuus in Domino salutari. Et ne prologi longa enarratione tibi præcipue, qui tot, ac tantis totius orbis negotijs prouidere debes, fastidium generem, rem ipsam in valuis aggredior. Nulla sunt obstinatione orthodoxæ fidei infesti, aut peruicaces (vt Iudæi, & Mahumetani) Indorum paruuli Christianorum decreta; non hauriunt modo, sed exhauriunt, ac veluti ebibunt: citius hi & alacrius articulorum fidei seriem & consuetas orationes, quam Hispanorum infantes ediscunt, & tenent, quidquid à nostris traditur. Aluntur intra monasteriorum ambituin per suas classes, & contubernia, per Scholas, & doctrinis, ex ditioribus, trecenteni, quadringenteni, quingenteni, & sic de singulis ordinatim secundum magnitudinem ciuitatum, & oppidorum. Non clamosi, non iurgiosi, non litigiosi, non inquieti, non discoli, non tumidi, non iniuriosi, placidi, pauidi, disciplinati, ad magistros obtēperatissimi, obsequiosi ad sodales, non querulosi, non mordaces, non contumeliosi, omni prorsus vitio (quo nostrates puerili scatent) liberi secundum quod illa ætas patitur, ad liberalitatem propensissimi. Vtrum vni, vel multis des nihil interest, quia quod vni datum est, singulis impertiendum curant. Parsimonia mirabili, non bibaculi, non gulosi, ingenita, & veluti

Anno Christi 1536.

Pauli III anno 2.

innata modestia, ac disciplina. Si quidē
videre eos ordinate seriatimque in-
cedentes, seu sedere, seu stare iubean-
tur, seu flexis poplitibus prostern ad
puluinaria. Preter suum Tlascali, (sic
enim communem escam appellant,)
post panem seu Tlascali, nihil obnixe
flagitantes. Habent enim, & nostros fru
ctus omnes, idest, quorum semina ab
Hispania allata sunt. Tanta est terrę fe
racitas, ac fœcundia. Habent & suos fru
ctus, iam vero ingenij docilitas supra
modum, seu cantare iubeas, seu legere
scribere, pingere, fingere, cęteraque id
genus liberalium artium, & aliarum ad
rudimenta omnia perspicaces, & acutis
simi intellectus dexteritate singulari,
quod preter cœli clementiam, ac tem
periem (vt sæpe mihi animo reuoluen-
ti occurrit) præstat mira in cibo simpli
citas, ac parsimonia. Cum intra monas-
teria fratrum ad disciplinam arceātur,
nulla à maioribus querimonia questio
ve fit, quod inęquali asperitate tracten
tur, quod seuerius castigentur, quod à
pædagogis tardius ad domos dimittan
tur, quod ęqualibus inęqualia, aut impa
ribus paria demandentur officia. Co
tradicit nemo, nullus obiurgat, sed pa-
rentum cura, ac solertia ad id tendit, vt
quam eruditissimus in Christianismo
suus natus euadat. Iam vero Ecclesia-
sticus cantus, seu organicus, seu armoni
cus, seu rithmicus absolutissime ab eis,
perducitur, ita vt extranei musici non
magnopere desiderentur. Qui in cam-
po pugiles exercebantur campestrati
vocabantur (teste Augustino) quia fœ-
moralibus eorum pudenda velabantur,
quæ campestria dicebantur, & perizo-
mata in literis sacris, Indi Tomastli di-
cunt. Apud quos tanta cura, & verecun
diç obseruatio, vt in publicum etiam tā
tilli infantuli (de Mexico loquor) sine
Tomastli, idest, subligari prodeat ne-
mo. Nunc contra eos, quos de indigenis
male sensisse comperimus dicendum
erit, refellendo vanissimam opinionem
illorum, qui eos incapaces insimulant
inculpātque, atque ex Ecclesię gremio
abijciendos asseuerant. Prędicate (ait
Dominus) Euangelium omni creaturę
qui crediderit, &c. de hominibus plane
loquebatur, non de brutis, nullam exci
piens gentem, nullam nationem exclu
dens; quippe in rete Euangelico omne
piscium genus conclauseris. Apostolis
quibus prædixerat: faciam vos piscato
res hominum. Nam quod dicit, elege-
runt bonos, malos foras miserunt, non
de hac militantis, sed de illa triumphan
tis Ecclesiæ piscatione loquebatur, quā
do segregauit oues ab hœdis. Vnde in
piscatione Petri ante passionem retia
rumpebantur præ multitudine piscium,
etiam nauiculę pene mergebantur, sed
post resurrectionem (ait Ioannes) cum
tanti essent, non est ruptum rete, quia
de piscatione triumphantis loquebatur
Ecclesiæ. Multi enim retia militantis Ec
clesiæ pisces implent, rumpūt, & egre-
diuntur, siue hæresibus, siue prauis mo
ribus, qui triumphantis retia non intra
bunt. Vnde de piscatione post resurre-
ctionem Dominicam numerum deter
minatum apposuit piscium, quia nouit
Dominus, qui sunt eius, ait Apostolus,
quia hæc retia multi exituri intrant, illa
nullus egressurus intrabit. Lauda Ieru-
salem Dominum (ait Psalmista) quia cō
fortauit seras portarum tuarum, bene-
dixit filijs tuis in te. Et ne putaremus in
cœlum tantum centum quinquaginta
tres, id est, beatorum animas, mystice,
vsque ad decem & septem ab vno ascē
dendo, ac inter medios numerando is
numerus surgit centum quinquaginta
tres, quia decem pręceptorum obserua
tores, & septenarij numeri in donis Spi
ritus sancti perceptores tantum intra-
bunt, quia multi sunt vocati, pauci vero
electi. Restat igitur; vt nulli apertum,
quod vidit Ioannes in Apocalypsi os-
tium claudamus, quia ille, qui habet cla
uem Dauid, qui aperit, & nemo claudit,
solus nouit numerum electorum in fœ
licitate superna. Nulli ergo hominum,
qui ex fide spontanea petat baptismū
Ecclesiæ est porta claudenda iuxta Au
gustini sermonem decimum quintum
de verbis Apostoli Cyprianum super
hac re citantis. Nullum ergo retrahat

Anno Christi. 1536.

Paulí III. anno 2.

quæso ab hoc opere falsa talium assertio, qui diabolicis instigati suggestionibus incapaces religionis nostræ asserunt Indos istos.

Hoc certe vox Sathanica est, & dolentis dæmonis solũ, subuersum iri cultũ suũ, ac ex auarissimorũ Christianorum faucibus erumpens quorum tanta est cupiditas, vt sitim eius explere volẽtes, rationabiles creaturas ad Dei imaginem factas, bestias, & iumenta esse contendant, nullo alio fine, nisi vt quibus illarum cura commissa est, nulla sit liberãdi eas è rabidissimis manibus cupiditatis suæ, quin potius illarum obsequio vti pro arbitrio admittant. Quis enim tam impudenti animo, ac perfricata fronte incapaces fidei asserere audet, quos mechanicarum artium capacissimos intuemur, ac quos etiam ad ministerium nostrorum redactos bonæ Indolis fideles, & solertes experimur? Et si quando (Beatissime Pater) tua sanctitas aliquem religiosum virum in hãc declinare sententiam audierit, & si eximia integritate vitæ, vel dignitate fulgere videatur is, non ideo quidquam illi hac in re præstet authoritatis, sed eundem parum, aut nihil insudasse in illorum conuersione certo certius arbitretur, ac in eorum addiscẽda lingua, aut inuestigandis ingenijs parum studuisse perpendat. Nam qui in his Charitate Christiana laborarunt, nõ frustra in eos iactare retia charitatis affirmãt: illi vero, qui solitudini dediti, aut ignauia præpediti neminem ad Christi cultum sua industria reduxerunt, ne inculpari possint, quod inutiles fuerint, quod propriæ negligentiæ vitium est, id infidelium imbecillitati ascribunt, veramque suam desidiam falsæ incapacitatis impositione defendunt, ac non minorẽ culpam in excusatione committunt, quam erat illa, à qua liberari conantur.

Lædit namque summe istud hominum genus talia asserentium, hanc Indorum miserrimam turbam, nam aliquot religiosos retrahunt, ne ad eosdẽ in fide instruendos proficiscantur. Quã A ob rem nonnulli Hispanorum qui ad illos debellandum accedunt, horum freti iudicio illos negligere, perdere, ac mactare opinari solent, non esse flagitium. Vnde apparet, quod hoc Sathan ille humani generis hostis in lucis Angelum transfiguratus inuenit, vt gentium illarum differendo fidem, sibi exhibitum cultum conseruet. Nũc vero de horũ sigillatim hominum ingenio, quos vidimus abhinc decennio, quo ego in patria conuersatus eorum potui perspicere mores, ac ingenia perscrutari: testificans coram te (Beatissime Pater) qui B Christi in terris vicarium agis, quod vidi, quod audiui, & manus nostræ contrectauerunt de his progenitis ab Ecclesia per qualecumque ministerium meũ in verbo vitæ, quod singula singulis referendo, id est, paribus paria. Rationis optimæ compotes sunt, & integri sensus, & capitis, sed insuper nostratibus pueri istorum & vigore spiritus, & sensuum viuacitate dexteriori in omni agibili & intelligibili præstantiores reperiuntur. C De maioribus, quod barbara feritate, ac crudelitate vltra humanum modum fuerint, audiui, vtpote Anthropophagi, id est, humanarum carnium voratores, truces, ac cruenti. Sed quanto crudeliores, & immaniores fuere, tãto acceptius Deo holocaustum offeretur, si bene cõuertantur, cuius pars maxima, nos sumus, si tales erga eos extiterimus verbo, & exemplo, manu, lingua, quales eos nobis, si in similẽ casũ incidissemus, voluissemus habere. Lucrifacere animas eorum laboremus, pro D quibus Christus fudit sanguinem. Barbariem eis, & idolatriam obijcimus, quasi meliores habuerimus patres nostros, à quibus ducimus originem, quousque B. Iacobus Apostolus eisdem prædicauit, eosque ad fidei cultum conuertit, ex pessimis optimos reddens. Vnde tot clarissima Martyrum, Doctorum, & virginum lumina emicuerunt, quos hic lõgum esset, & non necessarium recensere. Quis dubitat durãte sæculo multos ex his sanctissimos futuros, & omni virtute cõspicuos? Nunquid Sertorio apud

Hispa-

Anno Christi 1536. | Pauli III anno 2.

Hispanias, res agente submissa est cerua, quæ fatidica putaretur? Ecce ceruã idest brutum animal Hispani propheti tam, idest fatidicam, ac Deum adorabant. Feritas Hispanorum quondam tã ea erat, vt Silius Italicus ex Italica Bethicæ ciuitate oriundus, dicat de maioribus suis elogium inclytum.

Prodiga gens animi, & properare facillima morte,
Namque vbi transcendit florentes viribus annos,
Impatiens æui spernens venisse senectam
Et fati modus in dextra est.

Viriatus ille, quem teste Iustino (de gentilitate loquor) Hispania habuit clarissimum Ducem, pastor erat armentarius: at post Christianismum susceptum cum fide veram nobilitatem hæreditate possidemus, tot milites, tot Duces præclarissimos, quibus & Romæ Imperatoribus, vsã mirum in modum creuit, ac in id, quod de ea audiuimus prouecta est. Si tam inculta, & vepribus errorum oblita Hispania ante Apostolorũ prędicationem postea tales fructus siue in sęculo, siue in Ecclesia parturiuit, quales futuros nunquam antea credidissent, quia hæc mutatio dexteræ excelsi; dent mihi tales pro eodem omnipotentis Dei, ac Domini liberatoris cunctorum auxilio, fauore, & patrocinio mirabilem fortasse Indorum populum in hoc nouo mundo reperto futurum. Nunquid (ait Esaias) abbreuiata est manus Domini, vt saluare nequeat? Quo tempore Sertorius in Hispania, apud semiferos homines Romanorum dux erat, literas Hispani, & Græcas, & Latinas nouerant ab his nationibus subiugati: Verum tamen est, quod si Hispania proprias vires agnouisset (ait Trogus) nunquam Romanis colla dedisset. Literas ergo Hispani didicerant, nec eorũ linguã minus callebant, & semibarbari ad huc erant. Quid mirũ si miselli isti in extrema terrarũ margine constituti nullo cultorum hominũ cõmercio nullas vsq; hodie literas assecuti belluarũ instar essent, nullũ animal habẽtes pro vectura ipsi aselli bipedes omnia rura,

A domique vectitarent, nulla cęterorum hominũ notitia, nullo cultu, aut victu, aut vestitu, alijsq; humanę vitæ ornamẽtis præditi, nullo literarum cõmercio, nullo vehiculorũ, aut nauigiorum vsu inculti essent, ac pene barbari. Si omnibus his præditi Hispani tales prisco tẽpore extitere, quid de his desperãdum? cũ de nobis à nostris minime desperatũ sit, cũ in ea regione tã illustres viri euaserint in vtroque homine? Ecce sic benedicetur omnis homo, qui timet Dominũ, ait Psalmista, & sequitur

B & videas filios filiorũ tuorum qui sunt homines noui mundi indigenę, qui fide & virtutibus eos quorum sunt ministerio ad fidem conuersi, forte superaturi sunt. Et quoniã eos penitus literas nõ didicisse prędixerim, palinodiã cano, pingebant enim non scribebant, idest, non literis, sed imaginibus vtebãtur, si quid absentibus seu tẽpore, seu loco memorabile vellẽt significare: quod & Lucanus insinuat in hæc verba.

Phœnices primi famæ si creditur, ausi
C *Mansuram rudibus vocem signare figuris*
Nondum flumineas Memphis contexere biblos
Nouerat, & saxis, tantum volucresque, feræque,
Sculptaque seruabant magicas animalia linguas.

Nunc vero tanta est ingenij eorũ fœlicitas (de pueris loquor) vt & Latine, & Hispane scribãt nostris pueris elegãtius Latine sciant, atq; loquantur nõ minus quam nostri, qui se eius rei studio dedi

D dere Confessiones ab eis fiunt, quæ vel maxime nouellis in Ecclesia difficultatem afferunt, & arduitatẽ pręseferunt, vbi fides pręcipuũ locũ tenet, cũ secreta cordis extrinsecus reuelentur, ac alteri pandantur lapsus humani, & peccata non minori perspicuitate, ac veritate, quã à Christianis nati (ne dicã propẽsiori) declarant in confessionibus earũque frequẽtia gaudent, imo aliqua, vel minus enucleata, vel à cõfessoribus forsan nõ intellecta, quæ semel cõfessi sũt ex animi sin repetere spõtaneẽ nõ verẽtur, columbina sane simplicitate, ita vt

Anno Christi 1536.

Pauli III. anno 2.

quoad confeſsiones apud illos totus annus habetur, vt quadrageſima inter nos diſciplinas ordinarias, & à pueris, id eſt, flagella nõ modo nõ remittẽtes, ſed & vltro ſuſcipientes, clam tempore & loco; vltra communes, quę fiunt in die Veneris ſancta, & omnibus ſextis ferijs anni. Quodque adhuc difficilius ęſtimatur à noſtris (qui nec in abijciendis quidẽ cõcubinis dicto pareant pręlatorum) tãta facilitate vxorũ pluralitatẽ abijciant, quas in Paganiſmo habuerunt, vnicaq; cõtẽti, vt miraculi inſtar ſit. Furta quorũ conſuetudo (de paruulis loquor) gẽti innata eſt, apertiſsime pro confeſsione accuſant. Nõ reſtitutionẽ recuſant, aut procraſtinãt. Cõſtruunt Eccleſias magnas, quas armis Regijs adornant, cõuentus fratrũ protectorũ ſuorũ, & domos deuotarũ mulierũ ab Imperatrice Domina Eliſabet miſſarũ, quibus bono animo dant ſuas filias, ſicut fratribus filios vt ex ipſis quãtocius ſancta Eccleſia augeatur. Cũ indigent aqua ad fratres, cũ oblationibus veniũt, proceſsione petũt. Idẽ ſimiliter faciunt pro pueris infirmis petentes Euãgeliũ ſibi dici, & manus ſacras ſuper ipſos imponi. Cũ infãs naſcitur ad Sacramentũ baptiſmi ſuſcipiendũ à patre, vel matre portatur, & quãdo moritur ad fratres cõcurrunt, vt ſepeliatur. Cũ vir ſcit vxorẽ nõ Chriſtianã, illã ad baptiſmũ ducit, & mulier virũ vt deſponſetur ad modũ Chriſtianorũ, & pater filiũ, mater filiã, frater fratrẽ, & vicinus vicinũ. Quocirca, quę per me ipſum, & à fide dignis religionis perſonis de fide & moribus iſtorum acceperim, compendio dicam.

Rogatus quidã cur extra tempus quadrageſimæ confiteri vellet? reſpõdit ſe ægritudine preſſum ſpopondiſſe cõfeſsionẽ Deo, ſi euaderet, ideo voti reum cõfiteri debere. Itẽ alius ad quid, tã cito cõfeſsionẽ repeteret à confeſſore rogatus, qui ſciret eum paulo ante alij cõfeſſum? reſpõdit: Verũ quidẽ eſſe, ſed quod cõfeſſorẽ eum nõ plene intellexiſſe ſuſpicaretur, repetere ſe velle confeſsionẽ: inſuper, & poſtea nonnullorũ recordatum fuiſſe peccatorum, quæ faſſus ante non fuiſſet.

Petrus quidã, & Iacobus neophiti ex primoribus eorũ poſt cõfeſsionẽ Sacramentalẽ imaginaria viſione duas videre videbantur vias, olidã alterã, alterã odoramentorũ, & roſarũ plenã, cõtemplatoſq; Magdalenã & Catharinã, quarũ ſimulacra ex pictura didicerant, fętida dicentes, quã antea tenebatis via eſt roſarũ ſpiramine odora, quã ſequimini poſt baptiſmũ, quod in conſpectu decẽ milliũ animarũ animoſo, & feruẽti ſermone referẽtibus multi baptiſmum petierunt.

Qua nocte Saluator noſter ſecũdũ Eccleſię reprę ſentationẽ natus eſt, Gloria in excelſis Deo à cãtantibus lingua ſua auditũ eſt à pluribus. Cũ tamẽ Hymnus iſte tũc in eorũ linguã cõuerſus nõ eſſet vt poſt. Vnde arguitur nõ humana induſtria, ſed diuina virtute miraculũ accidiſſe.

Anhelanti cuidã violẽtia cõprimere puellã, ait illa, nũquid non Chriſtianus es tu? Cui reſpondẽti, ſum: hoc quod agis (addit illa) Chriſtiana pietas prohibet. Quo audito ille ab incepto protinus reſiluit.

In quadrageſima admonitus pro religione haberi ieiuniũ, cũ ęgritudine laboraret, nullo modo perſuaderi potuit à Chriſtianis, vt carnibus veſceretur.

In confeſsione ſe accuſauit eorũ quidã, quod cũ propriã cognoſceret vxorẽ alterius, cuius ardebat deſiderio, recordatione fuerit voluptuoſa allectus.

Rogatus fuit à quodam religionis quiſpiã vtrũ orare deberet in ſacris myſterijs an ceſſare, atque attentius verba diuina auſcultare.

Alius ſimiliter audito, quòd Iudas inconfeſſus, & impœnitens laqueo vitã finiuerit, ait cõfeſſori: Ego ſum Iudas, qui etſi confeſſus fuerim, nõ integre tamẽ, ideo confeſsionem repetẽdam putaui.

Duo alij ex rubore peccatum peſsimũ in cõfeſsione occultãtes nimia ęgritudine preſsi falsi Sacramentaliter crimen cõpũctionis, & lachrymarũ imbre perfuſi vtroque morbo abſoluti ſunt.

Christiana eorũ maritũ Gentilẽ ſortita

Anno Christi. 1536.

Pauli III. anno 2.

tita rogat, num baptiſmũ acceperit, illo abnuente debitũ maritale negat quouſque lauacro ſancto perfuſum viderit.

Plures cõfeſsi ex eis nõ abſoluti, vel quia in fornicatione erãt, vel quia reſtitutioné procraſtinarẽt quãtocius adimpleto cõfeſſoris præſcripto recurrũt, & ſe præſentãt pro abſolutione, quod mea opinione fidei nõ exiguũ argumẽtũ eſt.

Si cõfeſsio eiſdẽ ex occupatione cõfeſſoris aliave cauſa denegatur dolent, flent, gemituque oſtendunt Sacramenti famem ſitimque iuſtitiæ.

Pluſculi poſt baptiſmũ petunt baptizari, quibus cũ Chriſtiana religione, id nõ licere dicatur, reſpondẽt, ſcimus id quidẽ, ſed tunc non credidimus, aut verba baptizatoris non intelleximus.

Martin⁹ vocabatur, qui in extremis paulo antequã decederet aſsiſtenti matri ait. Cede parẽs, nõne vides fratres adueniire cũ cruce, & Dominã quãdã per magnificã lineã mihi Roſarij offerẽtẽ?

Cũ in Thechoacã agerẽt Chriſtiani in hoſpitio primum, eſſentq; alio profecti, ait quidam eius oppidi indigena ſocijs. Nunc maxime Chriſtiana religione fratres viuẽdũ eſt cũ ſoli ſimus, & teſtes fidei noſtræ Chriſtianos non habeamus.

Sed dices, nullo teſte res geſta probatur, quaſi & teſtes ipſi mẽtiri non poſſint. Rurſum in iudicio humano res eſt nullius momenti. Quaſi vero ſuper hoc humanũ iudiciũ requiramus, & non diuinũ potius admiremur, quo velit omnipotẽs in nouo naſcẽtis Eccleſię ceſpite fructũ promittere, ac miracula ſuſcitare, quę apud ſanctos, quos ab antiquo veneratur Eccleſia, penitus floruere. Suffragatur autẽ huic nationi maxime hic mos duplici de cauſa, tenuitate victus vilitate, & ſimplicitate, veſtitus humilitas, & obedientia genti innata, quibus nullæ regiones mũdi abũdãt, ſicut iſta.

Quia explicuiſſe videor beatiſsime Pater quæ mea dicere quæque tua audire intererat, ſuper emporio Indico, id eſt, earũ cõmercio rerũ, quas Creator, & plaſmator omnium ſua prouidentia præparauerat in termino iam labentis ſeculi, in quo fines ſeculorũ deuenerũt: reliquũ eſt conteſtari Sanctitatem tuã, Paule Beatiſsime. Doctor gentiũ, ne tãtam nactus occaſionem ſegnitiei, aut torpori locũ des: quominus id agas, vt omnes nos commonere facias, exhorteris, excites, atque promoueas, ne in tam excelſo opificis opere dormitare, ſed vigilare & non ſegniter agere ſtudeamus. Hoc tibi ipſi in primis perſuadeas, ſanctiſsime Pater, velim, ex quo Euangelij veritas in mundũ effulgere cœpit, id eſt, noſtra fœlicitas declarari, quoque Dei in filios per gratiam liberatoris adoptati ſumus, poſt promulgatã poſt Apoſtolicos Duces, ac pręceptores noſtros ſalutis viã, nihil vnquã pẽſi maioris (quod ſciã ego,) in Eccleſia extitiſſe Catholica, quã hæc apud Indos talentorũ diſpenſatio. Si enim pro caducis fragilibus huius miſeræ vitæ rebus tantopere laboramus: quãto magis niti debemus vniuerſi te duce Paule Beatiſsime Pater, ne oblatã in præſentiarũ opportuniſsimã bene gerendæ rei facultatẽ deſidia, ac negligentia noſtra perdamus? Videant vniuerſi in Apoſtolico pectore nihil gratius inſidere, quã huic tãto negotio vi omni, & niſu, nutu, voce, voto te velle fideles tuos excubare adeſſe, vigilare, qua parte nobis verbi oſtiũ (vt ait Apoſtolus) apertũ eſt, illuc plurimos operarios deſtinare, quo infœcũdo huius Indiæ ceſpite cẽteno cõſurgat ſpica fructu, quę diuitẽ ſpẽ alat, charitatẽ augeat, fidẽ ſuſtẽtet. Tãto idolatras alacriori animo, & ampliori ardore certemus ad noſtræ profeſsionis vexilla colligere in Aſia, quãto Turcarũ in Europa ſæuitiã in noſtros amplius cernim⁹ debacchari. Hinc aurũ eruam⁹ ex viſcerib⁹ fidei Indorũ, iſtud aurũ mittam⁹ in ſubſidiũ militũ noſtrorũ lõge ampli⁹ ab India terminos à diabolo arripiamus, quã ipſe cũ Mahumetanis ſuis nobis ſubducat ex Europa. Duplici dæmonũ muros ariete quatiam⁹, vt hinc ab eorũ poſſeſſione antiqua indigenas eruam⁹, iſtinc auro eruto eoſdẽ ab Europę finibus excludam⁹. Promoueãtur Rex Chriſte bone fidelium tuorũ termini: Eſaię vaticiniũ impleatur, ii Ecce iſti à lõge veniẽt:

Anno Christi. 1535.

Ecce illi ab Aquilone & mari, & isti de terra Australi. Laudate cœli, & exulta terra, iubilate montes laudē, quia consolatus est Dominus populū suū, & pauperum suorū miserebitur. Et dixit Siō, dereliquit me Dominus, & Dominus oblitus est mei. Et infra: Leua in circuitu oculos tuos, & vide; isti congregati sunt, venerunt tibi. Ego viuo (dicit Dominus) quia omnibus his velut ornamēto vestieris, & circundabis tibi eos, quasi spōsa, quia deserta tua, & solitudines tuæ, & terra ruinæ tuæ, non angusta erunt pro habitatoribus, & longe fugabuntur, qui absorbebant te. Si tanta diligētia Dominus Iesus Christus Deus, ac liberator noster, Thomam Indos adire persuadet renitentē, ac dicentē: Quocūque mitte me, præter quam ad Indos, & Bartholomęū, quibidē dæmones mirabiliter torsit, Indosque ad fidē conuertit, eorū diuitias respuens, ac fidei Euāgelicæ potiores aurofodinis, quas sequerentur ostēdit, & te sanctissime Pater Imperatorē tuū Deū imitari æmulari, comitari, cōuenit, cum illū milites suos Apostolos in Indos destinantē, ac pene vrgētē videas. Sed dices, non credent Idolatræ Christo, non parebunt Euāgelio. Crediderūt (inquit in gestis Apostolicis Lucas) prædicante Paulo, quotquot prædestinati erant à Deo ad vitam æternā. Nullus certe non credidit ex prædestinatis. Quā vero libenter fidem suscipiant prædicatores reuereantur, & audiant, Ecclesias ędificent, religiosis subdantur Indi istius nouæ Hispanię, testes sumus omnes, qui inter istos versati sumus. De valde autē distātibus ab huius Prouinciæ terminis à venerabili P. F. Bernardino de Minaya, nunc Priore S. Dominici huius ciuitatis Temixtitlan, seu Mexico, verū habemus testimoniū, qui cum duobus socijs religiosis, vsq; in Prouinciam de Nicaragua, viā trecentarū leucarū, & amplius peragrauit, idolatras docendo, idola cōfringendo, & cōburendo, vexilla Regis Christi erigēdo, & Ecclesias fundando. Ad quæ omnia libētissimos & prōptos, Indos (qui nunquā viderant religiosos prædicantes eis) inuenit, Baptismū spōtanee petentes, cūm laureolis, roseis, cibo, & potu ei obuiātes, viasque ampliātes, atq; tergentes, & suo modo cū gratiarū actione dicentes: Benedictus qui venit in nomine Domini. Stabilē quippe Comitē (quē Reges sæculi appellant) te supernus cœlestisq; Rex constituit, vt circa statione tuam peruigil semper insistas, huc tamē & illuc, vbi maior necessitas poscat transmittendo milites, ac comites tuos, vestimentaque, & alimēta gregarijs tuis distribuere debeas, ne si stipendiorū inopia equitū, peditūque penuria res militaris segnius agatur, muniaq; procedat Imperatori culpa ascribatur. Id te agēte, vt cōfidimus coronam (sicut par est) reportaturo beatā, &c. Quibus literis, & alijs F. Dominici Betanços, & aliorum aliquot motus Pontifex Paulus, & simul rationibus Fratris Bernardini à Minaya, declarauit Indos rationales homines esse, atque adeo diuinorū Sacramentorū capaces per suū Apostolicū diploma, vt anno primo subsequenti videbimus. *Frat. Augustinus Dauila lib. 1. c. 43. & F. Michael Pius 2. p. lib. 4. col. 132. vsq; 140.*

Pauli III. anno 1.

I.

An. 1537.

Pro Ecclesia amplianda munus fratrū Prędicatorū.

ANNO Domini 1537. Pontificatus Pauli tertij anno tertio, idem pōtifex Romæ ad instātiā fratrū Prædicatorū, præsertim F. Iuliani Garces Episcopi Tlaxcalensis in noua Hispania F. Dominici Betāços Prioris Prouincialis eiusdē Prouincię, & F. Bernardini Minaya, discusis etiā maturo cōsilio rationibus, quas afferebāt ad probādū Indos Occidentales, & Meridionales esse rationales, & capaces Sacramētorū instāte corā sua sanctitate Romæ præfato F. Bernardino Minaya Priore conuētus Mexicani declarauit Indos rationales homines esse, atque adeo diuinorū Sacramentorum capaces, expedito ad hoc diplomate tenoris sequentis.

PAVLVS PAPA TERTIVS.

Vniuersis Christi fidelibus, præsentes literas inspecturis, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Et infra

Anno Christi. 1537.

Et infra. Veritas ipsa, quę nec falli, nec fallere potest, cum prædicatores fidei ad officium prædicationis destinaret, hixisse dignoscitur: *Euntes docete omnes gentes*, omnes dixit, absq; omni delectu, cũ omnes fidei disciplinæ capaces existant. Quos videns & inuidens ipsius humani generis æmulus qui bonis operibus, vt pereat semper aduersatur, modũ excogitauit hactenus inauditũ, quo impediret, ne verbum Dei gentibus, vt salui fierent, prædicaretur; ac quosdam suos satellites commouit, qui suam cupiditatem adimplere cupientes, Occidentales & Meridionales Indos, & alias gentes, quę tẽporibus istis ad nostram notitiã peruenerũt, sub prætextu, quod fidei Catholicę expertes existant, vt bruta animalia ad nostra obsequia redigendos esse, passim asserere præsumãt, & eos in seruitutẽ redigunt tantis afflictionibus illos vrgentes, quãtis vix bruta animalia illis seruientia vrgeant. Nos igitur, qui eiusdẽ Domini nostri, vices licet indigne gerimus in terris, & oues gregis sui nobiscõ missas, quę extra eius ouile sunt, ad ipsum ouile toto nixu exquirimus, attendentes Indos ipsos vepote veros homines, non solũ Christianę fidei capaces existere, sed vt nobis innotuit ad fidẽ ipsam promptissime currere, ac volentes super his congruis remedijs prouidere prædictos Indos, & omnes alias gentes ad notitiã Christianorũ in posterũ deuẽturas, licet extra fidẽ Christi existant, sua libertate ac rerũ suarũ dominio priuatos, seu priuãdos non esse, imo libertate, & dominio huiusmodi, vti & potiri, & gaudere libere, & licite posse, nec in seruitutẽ redigi debere, ac quidquid secus fieri cõtigerit irritũ, & inane, ipsosq; Indos, & alias gentes verbi Dei prædicatione, & exẽplo bonę vitę ad dictã fidẽ Christi inuitandos fore, authoritate Apostolica per præsentes literas decernimus, & declaramus, non obstantibus præmissis cęterisq; contrarijs quibuscõque. Dat. Romæ anno 1537. quarto Nonas Iunij Põtificatus nostri anno tertio: *F. Augustinus Davila lib. 1. cap. 20.*

¶ Eodem anno in Regno Poloniæ, F. Valerianus Episcopus Margaritensis suffraganeus Vratislauiensis, orator sui tẽporis facile princeps validissime se opposuit cum alijs Prædicatorię familiæ viris contra Lutheranã hæresim potissimũ coadiuuante F. Martino Spora vigilantissimo Poloniæ mõderatore Inquisitore Vratislauiensi, qui plurimũ simul laborauit, vt illapsa pestifera Lutherana hęresis postliminio pelleretur: *F. Abraham Bzouius cap. 6.*

Pauli III. anno 3.

II. *Hæresis pulsa.*

I. *An. 1538.* *Hæreti reducti.*

ANNO Domini 1538. Pauli tertij anno quarto in Regno Polonię, F. Hieronymus Inquisitor Cracouiensis Thoruniam missus doctrina, & dexteritate sua plures hęreticos ad gremiũ sanctæ Matris Ecclesiæ Catholicæ reduxit *F. Abrahã Bzouius c. 8. pag. 71*

II. *Sacramẽti confessio scripta.*

¶ Eodem anno F. Hieronymus Monopolitanus ingenio, atq; eruditione clarus scripsit opusculum prę clarũ Paulo tertio dicatũ de necessitate bonorum operũ, & de veritate sanctissimę Eucharistię Sacramenti contra Lutherum, & Zuinglium, qui primus apud Heluetios cũ Oecolampadio hæresim Berengarij suscitauit, negans verum Christi Corpus, & verũ sanguinem in Eucharistia contineri. *F. Antonius Lusitanus Bibliotheca Prædicatorum verbo Hieronymus, pag. 113. &c.*

An. 1539. *Gentiles conuersi.*

ANNO Domini millesimo quingentesimo trigesimo nono, Pauli tertij anno quinto, Fr. Petrus Coellus, cum alijs tribus è Prædicatoria familia fratribus à Rege Lusitanię Ioanne tertio in Indiã missus, vt ad Æthiopiam Presbyteri Ioãnis, vt vocant cũ D. Ioanne Bermudez Patriarcha Alexãdrino legationẽ obirẽt. Quæ cũ effectũ non sortiretur prędictus F. Petrus, & socij in Orientali India manẽtes plures Gentiles ad Christi fidem sua prędicatione traxerunt *F. Ioannes de sanctis lib. 2. cap. 1. fol. 28.*

Anno Christi 1540.

Pauli III anno 6.

I. *An. 1540.*

Innumeri populi ad Christum tracti.

ANNO Domini millesimo quingentesimo quadragesimo, Pauli tertij anno sexto, & annis sequentibus in nouo orbe Occidentali apud Regnum Granatę Prædicatoria familia innumerabiles populos Christo Domino acquisiuit, pluribus linguis videlicet Bogotensi, Guatauitensi, Chocontēsi, Gachetēsi, Panto, & Chipassaensi, Sataytecēsi, Sogamensi, &c. Inter alios populos, & nationes Muscēies, Tūgēses, Massenses, Panchenses, Tubarenses Ecclesiæ aggregati sunt. Atq; habet Prædicatorum ordo in oppidis Indorum domos sexaginta, præter conuentus tredecim, & nouem Vicarijs ad Indos ad fidē trahendos, & in ea continendos. *4 pars Hist. Ord. Præd. lib. 4. cap. 67. §. 8.*

II. *Lutheri hæreses reiectæ.*

¶ Eodem anno F. Gregorius Natalius Ragusinus scripsit librum eruditū aduersus Lutheri errores, quo eos mira strenuitate compescere videtur, & eodem tempore in Regno Poloniæ tres Inquisitores, F. Iacobus Rusinus, & F. Petrus de Sochaczou, & F. Iacobus Prior, & Inquisitor Cracouiensis aduersum Lutherianos, & alios hęresiarchas validissimū murū se opposuere. *F. Michail Pius lib. 4. col. 192. & F. Abrahā Bzouius c. 8.*

I. *An. 1541.*

Gētiles innumeri cōuersi.

ANNO Domini 1541. & sequētibus, Pauli III. anno septimo, &c. In orbe nouo Occidentali apud Regnū Chile in amplissimis Pyruanis regionibus Prædicatorū ordo maxima fidei incrementa edidit sua prędicatione, quadraginta namq; domos in oppidis Indorum ad eosdem in Christo excolendos erexit, præter decem cōuentus in vrbibus Hispanorū: *Ex 4 p. Hist. Ordin. Præd. lib. 4 cap. 67. §. 7.*

II. ¶ Eodē anno cum præcedenti regnante Ioanne tertio in Lusitaniæ Regno sanctū Inquisitionis officiū apud Lusitanos restitueretur à N. Saauedra Cordubensi viro acutissimo, ac solerti admodū vafroq; ingenio pollenti, qui fuit

A filius Ioānis Perez à Saauedra & D. Angę Guzmanæ, & Germanus frater Ioānis Perez à Saauedra vnius ex viginti quatuor viris Senatus Cordubensis, vt diffuse narrat Ludouicus à Paramo lib. 2. titulo 2. cap. 15. & tunc Ioānes Rex à Paulo tertio Pontifice sanctū Inquisitionis officiū in suis regnis stabiliri ad normā in Castellæ Regnis introductā à F. Thoma Turrecremata tunc Vlisipone Inquisitor designatus est F. Georgius à Sācto Iacobo, Coimbricæ vero, vbi hoc anno 1541. etiā à prædicto Rege sanctum

Inquisitores Lusitani.

B officiū statutū est, nominatus est Inquisitor F. Bernardus à Cruce eiusdē etiam Prędicatorię nostræ familiæ Coimbricensis Academiæ etiam rector: *Paramus lib. 2. cap. 17.*

An. 1542.

ANNO Domini 1542. Pauli tertij anno octauo, cū F. Ludouicus Cancer in noua Hispania, apud Prouincias Guatemalæ, Chiapæ, & Verępacis sua doctrina innumeros

Gentiles conuersi.

C populos ad fidē Christi traxisset, dilatandi Euāgelij desiderio exęstuans, cum alijs fratribus ordinis ad Floridā se cōferens vt illis gētibus Euangeliū annunciaret, vna cum F. Didaco à Tolosa, & quodā Donato Fuentes nomine à Barbaris trucidatus Martyrij palmā consecutus est. *Bozius lib. 7. c. 7. Gomara 2. p. fol. 136.*

Martyres pro fide passi.

Notādū vero est, quod Prouincia Verępacis, quæ plures populos cōplectitur, sic est appellata ab Imperatore Au-

D gusto Carolo V. quando certior factus est, quod à Fratribus Prædicatoribus pacifice Christo Domino fuisset acquisita & expugnata potissimū opera Apostolici viri, F. Ludouici Cancer, circa annū 1539. Cū enim religiosissimus Cæsar cōperisset illos Gentiliū populos cōuenisse cū Prædicatoribus fratribus, quod si Euangeliū illis esset annunciandū soli cōcionatores in eandē Prouinciā ingrederētur, & quod opere cōplētes nullus ex sæcularibus illuc ingressus fuerat. Prouincia tota, quę latissima est Christi suaui iugo subdita literas Regias suo Cęsa-

rio &

Anno Christi. 1543.

rio & Regio nomine expediri iussit, cũ Prouinciã illã Verę pacis Prouinciã appellari pręcipiẽs, cum quod nullus deinceps sęcularis Hispanus illã ingredi auderet, sed solis fratribus Pręedicatoribus, qui eam Christo expugnauerãt, & lucri fecerãt pateret. *sic F. Hieronymus Romanus de rebus publicis gẽtiũ in nouo orbe li. 1. c. 19. F. Augustinus Dauila lib. 1. c. 54. & 4. pars Hist. Ord. Præd. lib. 1. cap. 90.*

I. *An. 1543.*

ANNO Domini 1543. Pontificatus Pauli tertij anno nono. F. Ioãnes à Toleto Prædicatorię familiæ alumnus filius Ducum Albanorum Friderici, eiusque cõiugis Elisabeth Pigmenteliæ Cardinalis S. Sixti, & Episcopus Burgensis, & Ioannes Petrus Carrafa Cardinalis S. Clementis egerunt cũ Pontifice Paulo III. vt Romę sanctũ Inquisitionis officium erigeret, atque Cardinales quosdã Inquisitorum generalium munere donaret, quod Pontifex Summo pręstitit studio. Ex quo tempore nunquam alma vrbs, sine generali Inquisitore fuit, nõ solum ipsius, & totius Italiæ, sed aliarum Prouinciarum incredibili vtilitate. Vt faciliorẽ namq; exitũ negotia sanctę Inquisitionis habeãt singulis ferijs quintis, excepta feria quinta hebdomadæ sanctæ, & sanctissimi Corporis Christi, in præsentia Summi Pontificis de grauissimis fidei causis cõsultatur. Atque hoc anno mense Iulio, iam ab eodem Pontifice Paulo III. quatuor Cardinales Inquisitores constituti erant, inter quos F. Ioannes à Toleto, & Petrus Carrafa extiterunt, & anno 1553. sex Illustrissimi Cardinales Inquisitores generales erant: *Paramus lib. 2. ti. 2. c. 1. n. 16. F. Ioãnes de Cruce li. 3. c. 21*

Roma Inquisitionis generalis Senatus.

Notandum vero est, quod anno salutis 1263. Vrbanus IIII. Inquisitorũ omnium generalem, & quasi protectorem creauit Ioannem Caietanum Vrsinum Cardinalẽ S. Nicolai in carcere Tulliano, ne Inquisitoribus Italiæ, & aliarum Prouinciarũ necessum esset grauibus difficultatibus occurrentibus Sũmũ Pontificẽ adire, sed per literas Cardinalẽ con-

A sulerent, qui grauiora quęq; cũ Summo Põtifice cõsultaret. Cæterum ipse Cardinalis, cum ad Põtificale culmen euectus esset (is fuit qui Nicolaus III. appellatus est) Cardinalẽ F. Latinũ Malabranca de Frangiapanis Prædicatoriæ familiæ anno 1278. tertio Idus Martij eodẽ generalis Inquisitoris munere decorauit, ad quẽ omnes Inquisitores deferebant, quæ consultatione digna videbantur, vt constat ex resolutionibus F. Flori Inquisitoris è Prædicatoria itẽ familia, quę F. Cameli Cãpegij additionibus ad librũ Zanchini accesserunt. Cardina

Pauli III. anno 9.

B li autẽ F. Latino viam vniuersæ carnis ingresso tẽpore Celestini V. anno 1294 nemo in eodem munere substitutus est vsque ad tẽpora Clementis VI. qui illud munus circa annũ 1348. Gulhelmo Albo Cardinali S. Stephani in monte Celio delegauit. Hic hęreticos aliquos rogo imposuit, aliaque præclara gessit, sed hęc dignitas nondum sacro collegio fuerat aggregata, neq; mortuo primario Inquisitore continuo alius à Summo Pon

C tifice creabatur. Et in multis historijs cõprobatur circa supplicia, quæ de hæreticis in ea vrbe vsque ad tẽpora Pauli tertij sumpta sunt nullos Inquisitores interfuisse, prout constat ex sententia, quæ tempore Pij II. Pontificis cõtra Sigismundum Malatesta, fuit executioni mandata, cuius statua ad fores D. Petri igni tradita est. Et anno 1521. pridie Idus Iunij, quãdo statua Martini Lutheri, eiusque scripta in foro Nagonio concremata sunt, iussu, & authoritate Pon-

D tificis Leonis X. prolata sententia à Magistro F. Cypriano ordinis Prædicatorũ in Gymnasio Romano sapientiæ (sic enim Romæ Academiam appellant) primario Theologiæ professore post cõdemnationẽ doctrinę Lutheranę factã à F. Syluestro Prierio sacri Palatij Magistro, & ab Ausculensi Episcopo: sed iam isto anno ad instantiam F. Ioannis à Toleto Cardinalis Episcopi Burgensis Romæ. Inquisitio & suprema, & generalis constituta est.

Erecta est autẽ Romæ dom⁹ Inquisitionis in qua cõmissarius generalis inquisi-

Anno Christi. 1543.

Pauli III. anno 9.

tionis,qui è Prædicatoria familia semper assumitur,& eius socij cæteri sancti muneris officiales commorantur: *Paramus lib.2.cap.1.num* 16.

¶ Eodem itaque anno, vt criminales causę quæ quotidie ad supremū Inquisitorū tribunal Romam deferuntur faciliorem exitū,atque expeditionē haberent illustrissimorū quatuor Cardinaliū supremæ congregationis superadditus est cōmissarius generalis sancti Officij è Prædicatoria semper designatus familia, super additus est etiā assessor fiscalis abbreuiator processuū, &c. qui omnes in ædibus sanctæ Inquisitionis commorantur.

In qualibet hebdomada tres habentur sancti Officij congregationes.

Prima congregatio est feria secūda in ædibus sancti Officij,ad quā conueniūt cūcti consultores Sanctę Inquisitionis,fiscalis officiales cæteri,referuntur processus,& vota,& sententiæ singulorum scribuntur.

Secunda cōgregatio est feria quarta: cōgregantur in ea Cardinales in ędib⁹ antiquioris,seu Decani congregationis vota decisiua habētes,licet regulariter, quod per Cōsultores,& Cōmissariū feria secūda statutū est,cōfirmari soleat.

Tertia congregatio est feria quinta corā Sūmo Pōtifice,qui est præsens huius congregationi sanctissimę Inquisitioni. Et quādo propter aliquā maximā solemnitatē Pōtifex mane est impeditus habetur hæc cōgregatio vespe ri excepta tantū feria quinta in Cœna Domini,& aliquoties feria quinta Corporis Christi. In cæteris vero totius anni,nunquā intermittitur. In hac cōgregatione ferię quintæ vota Cōsultorū,& Cardinaliū sunt æqualia,& solus Pontifex votū decisiuū habet. In ea Cardinales sedent Cōsultoribus stantibus. Ad istā congregationē remittūtur grauissimæ causæ,vel ratione personę, vtpote causa alicuius Domini,seu Prælati, vel ratione delicti ad relaxādū,seu tradendū brachio sęculari,seu ad triremes perpetuas,&c. Et hanc cōgregationē nō ingrediuntur,nec abbreuiator processuū A nec socius Cōmissarij,&c. Pōtifex autē dicit orationē in ingressu congregationis, sicut feria quarta. Cardinalis antiquior, & feria secunda antiquior Consultor,qui præsidet.

In emittendo vota feria secunda incipiunt ab inferioribus,vtpote à fiscali, feria quarta,& quinta incipiunt Cardinales(cū iam ex Cōsultorū informatione &officialiū plenā causę notitiā teneāt) ab antiquiore vota emittere, Cōsultores verò semper incipiūt ab inferiorib⁹.

B Generalis magister ordinis Prędicatorū,& in eius absentia Vicarius generalis,& magister sacri Palatij sunt eo ipso Cōsultores Inquisitionis. Loca autē in congregationibus,hoc ordine Consultores tenent.

Primū locū tenet magister generalis ordinis Prædicatorū,secundū magister sacri Palatij,post eos duo,vel tres iurisperiti,viri grauissimi (qui in Romana curia vocātur Mōseñores) post illos Vicarius generalis ordinis Prædicato- C rū,quando generalis Roma abest,quinto Cōmissarius generalis Inquisitionis, sexto assessor sanctæ Inquisitionis,septimo,Procurator generalis fratrū Minorū Cōuētualium octauo,locum habēt aliqui Inquisitores particulares, si Romæ reperiuntur, nono socius Cōmissarij generalis,decimo abbreuiator processuum,& vltimo,fiscalis.

Cardinales Inquisitores designant reliquos Inquisitores sancti Officij, cūctarū Prouinciarum Regnorum,&vrbium exceptis tātum Inquisitoribus Hispa- D niæ,Indiarum,Lusitaniæ,Siciliæ,Sardiniæ,ac Maioricę,& referunt ad Pōtificē,vt huiusmodi institutionibus assentiat,verum est etiā,quod magister generalis ordinis Prædicatorum, seu eius Vicarius generalis,magister sacri Palatij,& Cōmissarius Inquisitionis referre solēt sufficiētiā, mores,& scietiā eorū, quos agnoscunt &quibus cōuersati sunt eorūdē nomina scripta offerētes quos ad obeundum Inquisitionis munus sacrum dignos existimant.

Ex omnibus Inquisitionū tribunalibus deferuntur Romā ad supremū se-

natũ processus cũ sentẽtijs, ac votis cõsultorũ cuiuslibet Inquisitionis, & Romę approbãtur, reprobantur, limitãtur, vel aggrauantur, & hoc est, quod infallibiliter in inferioribus Inquisitionibus executioni mãdatur. Verũ tamen est, quod in rebus minoris ponderis, & qualitatis in eisdẽ Inquisitionibus resoluitur exequendum, sine recursu ad supremam congregationem.

III. Cõmissarij autẽ generales Inquisitionis Romæ ab anno 1543, quo officium hoc in Romana Inquisitione generali institutũ est, vsq; ad præsentẽ annũ 1616. sequentes extiterũt omnes ex Prædicatoria familia.

Primus cõmissarius extitit, F. Theophilus Tropiensis, hoc anno 1543.

Secundus, F. Michael Ghislerius ab anno 1551. vsq; ad annũ 1557. quo creatus est S.R.E. Cardinalis, qui & fuit Sũmus Pontifex Pius V.

Tertius F. Thomas Scotus à Vigleuano, qui postea fuit Episcop⁹ Interãnẽsis.

Quartus F. Hieronymus Politus postea Episcopus Triuicasinus.

Quintus, F. Archãgelus Blanchus Vigleuensis, qui non multo post fuit creatus Episcopus Teanensis, deinde ad purpureã dignitatẽ, titulo S. Cæsarij euect⁹.

Sextus, F. Humbertus Locatus, deinde Episcopus Balneoregiensis, qui iudiciale Inquisitorũ cõscripsit.

Septimus, F. Antonius Balduinius de Foroliuio, postea Treuisanus Episcopus.

Octauus, F. Thomas Zobius Brixianus, postea sacri Palatij magister.

Nonus, F. Lactãtius Rampholdus de Vrocis Brixianus.

Decimus, F. Hipolytus Maria Beccaria de Monteregali, postea magister generalis ordinis.

Vndecimus, F. Vincentius de Montemarchiano, Episcopus postea Teramensis.

Duodecimus F. Albertus Draghus de Florẽtiola Placẽtinus à Clemẽte VIII. Episcopus Termolẽsis fact⁹, anno 1600

Decimus tertius. F. Adeodatus Gentilis Genuensis Episcopus deinde Casertæ in regno Neapolitano, & Inquisitor generalis eiusdem regni.

Decimus quartus F. Augustinus Galamitius, deinde magister sacri Palatij magister generalis ordinis, & S.R.E. Cardinalis tituli de Ara cœli.

Decimus quintus F. Stephanus Garesius, deinde Episcopus Nuceriæ in regno Neapolitano, & Inquisitor generalis.

Decimus sextus, F. Andreas Iustinian⁹

IIII. ¶ Eodem anno instante Cardinali F. Ioanne à Toleto Episcopo Burgensi è Prædicatorum ordine assumpto emanauit edictũ congregationis Cardinaliũ Inquisitionis generalis cõtra Bibliopolas, & librorũ impressores, atque Doanarum officiales, nę publice, nec secretè audeant vendere aliquos libros damnatos, reprobatos, & prohibitos, atque de heresi suspectos, nec imprimere, nec eorum dominiis relaxare, sine expressa licentia, & contra vendentes, cõparantes, legentes, audientes, communicantes, docentes, prædicantes, scientes, & non reuelantes, non reddentes, nec consignantes huiusmodi libros sub diuersis pœnis, &c. In quo edicto datur potestas F. Thomæ Mariæ de Bononia ordinis Prædicatorũ Inquisitori Ferrariensi, & Mutinensi, & ab eo substitutis ad publicandũ, & seruari faciendũ in ciuitate, & dominio Ferrarię, ac Mutinæ, eiusque omnibus his subiectis vices Cardinaliũ Inquisitorũ eis plenariè cõmittẽdo, inquirẽdi super huiusmodi libros eosque publice, vel secrete, prout eisdẽ videbitur cõburendi, &c. Est autem tenoris sequentis.

Edictũ Inquisitionis contra Bibliopolas, &c.

NOS Ioannes Petrus S. Clementis, Ioannes S. Sixti, Bartholomæus S. Cæsarij, & Thomas S. Syluestri titulorum S. R. E. Presbyteri Cardinales Inquisitores generales hæreticæ prauitatis per vniuersam Rempublicam Christianam à S. D. N. Paulo diuina prouidentia Papa tertio, sanctaque Sede Apostolica specialiter deputati, vniuersis, & singulis personis cuiuscumq; status, gradus, ordinis, & conditionis, aut præeminentia existentibus in alma vrbe, omnibusq; alijs ciuitatibus, oppidis, terris, & locis totius Italiæ, ac vbilibet, constitutis ad quos præsentes nostræ literæ peruenerint

Anno Christi. 1543.

Pauli III. anno 9.

salutem, & in Domino sinceram, & verã fidem

Animaduertentes non sine magno animorũ nostrorũ dolore hisce temporibus, quam plurima opuscula, tractatus Epistolas, & libros quorũ quam plures erroneos, alios scandalosos, alios piarũ aurium offensiuos, alios temerarios, & seditiosos, & denique alios notorie hęreticos, iam dudum à sanctis Patribus, & generalibus concilijs, ac per pręfatum sanctissimum dominum nostrum sanctamque Sedem Apostolicam reprobatos, & damnatos passim in Romana curia, alijsq; Italiæ ciuitatibus, oppidis, terris, & locis vendi, emi; & legi & in manibus hominum versari, aliosque de nouo quotidie edi, publicari, & imprimi, quibus quam plurimi filij Sathanę, ac pestilentes personę conantur hanc nobilissimam Prouinciam, quę à primordijs nascentis Ecclesiæ firma, & illæsa in vera fide permansit, seducere, atque subuertere, falsam, sacrilegam, & perniciosam doctrinam mendaciter perniciose, & damnabiliter disseminando in maximum orthodoxorum scandalum, ac Reipublicę Christianę periculum. Ideo cupientes huiusmodi hæreticos, & hæreticorum libros de finibus Christianorum expellere, eorumque falsas doctrinas, & errores peruersos quantũ in nobis fuerit extirpare, vt Catholica, & orthodoxa fides integra, illæsa, & illibata permaneat, ac populus Christianus in eiusdem fidei sinceritate, quolibet obscurationis semoto velamine immobilis & inuiolat' persistat, Vniuersis & singulis Bibliopolis, tam almæ vrbis, quàm aliarum prouinciarũ, ciuitatum, oppidorum, castrorum, villarum terrarum, aliorumque locorum totius Italiæ in virtute sanctę obedientię & sub excõmunicationis latæ sententiæ ac mille ducatorũ camerę Apostolicę, ac accusatori pro medietate, alijsq; arbitrarijs, tam nostro, quàm subdelegatorũ per nos deputatorũ, vel in posterũ deputandorũ arbitrio statuẽdis, ac omnium librorũ amissione, & insuper triũ ictuũ pœnis præcipimus, & mãdamus, quatenus dicti bibliopolæ aliques libros, tractatus, opuscula, epistolas, vel quęcumque alia scripta in quocumque idiomate cõposita, siue translata hæretica, vel de hęresi suspecta, per Sanctitatẽ suã, & Sedem Apostolicã, aliosq; Romanos Pontifices, eius prędecessores dãnatos, reprobatos, & prohibitos, nec non sermones Bernardini Ochini de Senis, nouiter impressos, atq; libellos quosdam, qui Pasquilli in Ecstasi inscribũtur, nec quosuis alios in quacũq; facultate nouiter cõpositos, & editos, & præsertim, sine titulo, aut authore publice, nec secrete vendere audeant, nisi prius ostenso nobis in Romana curia, & extra eam personis per nos delegatis, seu delegãdis indice omniũ, & singulorũ librorum, quos penes se habeãt, & obtenta prius licentia in scriptis à nobis, vel dictis delegatis, vel delegandis in suis districtibus ad eos vendẽdũ, alioquin pro secunda vice si cõtra fecerint, vltra pœnas prædictas reddantur inhabiles ad exercendã dictã Bibliopolę artẽ, & in perpetui exilij taliũ ciuitatũ, & locorũ vbi eos cõmorari cõtigerit eo ipso pœnã incurrant. Preterea omnibus, & singulis, tã dictæ almæ vrbis, quã quarũcumq; aliarũ prouinciarũ, ciuitatũ, oppidorum, castrorũ, villarũ terrarũ, aliorũque locorũ, totius Italiæ librorũ impressoribus, & cusoribus, sub prædictis censuris, & pœnis præcipimus, & mãdamus, quatenus de cętero, ne quis eorũ libros prædictos etiã si sint alias impressi, nec alios quoscũq; nouiter cõpositos, in quacumq; re, vel facultate, quoquo modo imprimere pręsumãt, nisi de expressa licentia nostra, vel Reuerendissimi Domini Vicarij Domini nostri Papę & nisi prius fuerint per nos, vel per venerabilem sacri Palatij Apostolici Magistrum pro tempore existentem in Romana curia, extra vero eam per personas per nos, vt præmittitur delegatas, vel delegãdas, & sub notato semper in calce taliũ librorum nomine impressoris, & loco, die, mẽse, & anno, vti fieri solet. Qui si secus fecerint vltra pœnas prædictas, pro secunda vice

reddan-

Anno Christi 1543

Pauli III anno. 9.

reddantur perpetuo inhabiles addictũ impressoris officium agendum, & exercendum, & perpetuo exulent, & exterminẽtur à ciuitate, oppido, villa, terra, vel loco vbi eos domicilium habere contigerit. Nec dicti librorum impressores excludentur à dictis pœnis, si in eorum officinis, etiam si sit sine eorum scitu, aliqua mulier, vel minister id fecerit. Item omnibus & singulis Dohanerijs (*Dohanerios vocat eos, qui in singulis vrbibus publica exigunt vectigalia debita è mercibus, quæ inducuntur, aut extra ducuntur*) tam almæ vrbis, quam quarũcumque aliarum prouinciarum, ciuitatum, oppidorum, castrorum, villarum, terrarum aliorumque locorum, totius Italiȩ, sub pœna duorũ milliũ ducatorũ, & suorũ officiorũ priuatione irremissibili præcipimus, & mandamus quatenus postquam ad eorum potestatem, siue Dohanas, quicumque libri impressi, vel non impressi perlati fuerint omni diligentia nobis, in Romana curia, vel prædictis delegatis extra eam significare curent, vt nos, vel illi possimus tales libros inspicere, nec absque nostra expressa licentia eos eorundem librorum dominis aliquo modo consignare audeant. Item sub eisdem pœnis, & censuris præcipimus, & mandamus omnibus, & singulis supradictis, ne quis audeat libros prędictos hæreticos, erroneos, temerarios, & seditiosos, quoquo modo cõparare, emere, nec per alios oblatos accipere, nec prędicare, nec ex alijs prouincijs eos in Italiã asportare, seu asportari facere: quin imo, si quos penes se habent statim, ad nos, vel nostrum quemlibet in Romana curia, extra vero eam ad prædictos subdelegatos in suis districtibus realiter, & cum effectu afferant, & consignent, quas censuras, & pœnas incurrãt omnes, & singuli scientes, & non reuelantes, qui sunt authores, fautores, & impressores talium librorum. Verum quia nos præmissa diuersis in partibus exequi, & agere non valemus confidentes de doctrina, ac sincera fide, & Religione Reuerendi Patris, Fr. Thomæ

A Maria de Bononia Inquisitoris, in ciuitatibus Ferrariæ, & Mutinæ eum, & N. eius substitutum, & eorum quemlibet in solidum ad præsens edictum publicãdũ, & seruari faciẽdũ, cæteráq; omnia, & singula præmissa facienda, gerenda exequenda, exercenda, & procuranda in ciuitate, & dominio Ferrariæ, ac Mutinæ, terrisque omnibus his subiectis, in quibus hoc nostrum edictum publicari mandamus tenore præsentium substituimus, & subdelegamus vices nostras ipsis, & cuilibet eorum desuper plenarie committendo, cum amplissima

B facultate intrandi qualcumque bibliothecas, & officinas talium impressorum, & librariorum, & quorum vis priuatorum domos, Ecclesias, & Monasteria, & diligenter inquirendum, si ibidem reperiuntur huiusmodi libri, eosque, si necesse fuerit publice, vel secrete prout eisdem videbitur comburendi, cæteraque faciendi, quæ ad extirpandas hæreses, & libros huiusmodi, è Republica Christiana exterminandos pertinere videbuntur. Quocirca omnes, & singulos Christianæ, & Catho-

C licę fidei professores, Imperatorem, Reges, Duces, Principes, Marchiones, Comites, Barones, milites, Potestates, Rectores, consules, proconsules, communitates, & Vniuersitates Regnorum, prouinciarum, ciuitatũ, oppidorum, castrorum, villarum, terrarum, aliorumque locorum prędictorum, necnon cæteros iurisdictionem temporalem exercentes, totius Italiæ, & extra hortamur, requirimus, & in Domino monemus, quatenus prædictis subdelegatis, vel subde-

D legandis nostris, & eorum cuilibet, in suis districtibus, omne auxilium, consilium, & fauorem ad præmissa omnia, & singula facienda, & exequenda, quantum in eis fuerit, quemadmodum decet viros verè Orthodoxos prȩstent, ac præstari curent, atque de prouincijs, ciuitatibus, oppidis, castris, villis, terris, & omnibus alijs locis, aut dominijs supradictis omnes, & singulos hæreticos, quos publice, vel manifestè per facti euidentiam cognouerint esse tales, tan-

Anno Christi, 1544.

Pauli III. anno 10.

quam oues morbidas gregem Domini inficientes expellant, donec, & quousque à præfato sanctissimo Domino nostro, vel à nobis, qui eius vices in hac re gerimus, vel alijs iudicibus Ecclesiasticis, vel Inquisitoribus ordinarijs, vel per nos deputatis, seu deputandis fidē, & communionem Romanæ Ecclesiæ tenentibus, aliud recipiant in mandatis, nec eosdem in suis districtionibus prædicare, domicilia tenere, larem fouere, contractus inire, negotiationes, & mercantias quas libet exercere, aut humanitatis solatia cum Christi fidelibus habere permittant. In cuius rei testimonium præsentes nostras literas manu nostra propria subscriptas, per secretarium nostrum fieri, & subscribi nostrique sigilli impressione communiri mandauimus. Datū Bononię, quarto Idus Iulij anno Domini 1543. Pontificatus sanctissimi D.N. Pauli diuina prouidentia Papa tertij anno nono,

Frater Ioānes Cardinalis Burgensis. Bartholomęus Cardinalis Guidicionus De mandato Illustriss. ac Reuer. Dominorum Cardinalium Inquisitorum, Doctor Alphonsus Martinez Secretarius.

An. 1544.

ANNO Domini millesimo quingentesimo quadragesimo quarto Pauli tertij anno decimo, in Regno Poloniæ Fr. Dominicus Malachouius plurimos, pro conseruanda fide Catholica labores perpessus est, & F. Paulus Sarbinius Inquisitor Posnaniensis, in Comitijs Generalibus Regni validissime se opposuit hęreticorum primoribus, licet non semel à pluribus pręsertim à potentissimis Comitibus Gorcanis, & Sbascijs ad mortem quęreretur: quin & aliquoties parum aberat, quin in profluentem Posnaniæ Varthā ab altissimo ponte deijceretur, opponebat se illis etiam, & Fr. Hieronymus Ciranus à sacris confessionibus Sigismundi Augusti Regis Polonię, qui dum posteà pro restauratione religionis, apud Gena Jenses ciues hæreticos laboraret, ab eisdem veneno est extinctus. *Fr. Abraham Bzouius ca. 7. & c. 8. p. 73.*

Hæretici debellati.

Martyr hæreticis.

An. 1545.

ANNO Domini millesimo quingentesimo quadragesimo quinto, Pauli tertij anno vndecimo, F. Ambrosius Pelargus Treuerensis, Archiepiscopi Ecclesiastes, scripsit plura opera erudita contra hæreses huius tēporis, primo conflictatiunculam de sacrificio Missæ Latine, & Germanice, ad Senatum Basiliensem, librum vnum in Eleuthero baptistas, refutationem cōsilij Ecolampadij, de differendo baptismate, in eam ætatem, qua pueri balare incipiunt, librum vnum aduersus Iconomachos, librum alium. An sit fas, in Anabaptistas, & alios hæreticos animaduertere, librum de cœlibatu Sacerdotum, & librum alium adnotationum, in ea quę Erasmus, non orthodoxe scripsit, *Fr. Antonius Lusitanus, in Bibliotheca Prædicatorum, verbo Ambrosius. pagin.* 13.

Scripta aduersus hæreses.

An. 1546.

ANNO Domini millesimo quingentesimo quadragesimo sexto designatus, & institutus est à Paulo Tertio, & Carolo quinto Augusto Rege Hispaniæ Fr. Garsias à Loaysa Talabricensis Inquisitor Generalis Hispanię Siciliæ, Indiæ Occidentalis, &c. Cūm esset Archiepiscopus Hispalensis, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, tituli Sāctæ Susannæ, quod munus egregie perfecit. *Paramus lib. 1. cap. 2.* Traditio est à fidedignis viris accepta, quod vigilantissimus hic præsul Carolo Augusto charissimus, cuius à sacris confessionibus extiterat, quod spem maximam prębuit restituendi, vt ita dicam in Hispania suæ Pręedicatoriæ familiæ viris Inquisitionis munera: tot ętatum continua possessione gloriose patrata, & vt cuncti historiographi ingenuę fatentur maximo Ecclesię beneficio, & incremento præclarissime gesta, sed Au-

Inquisitor Generalis contra hæresim.

Anno Christi, 1547.

gusto, Carolo in Germania, tunc temporis debellandis hæreticis præpedito, & breui Inquisitoris Generalis Fr. Garsię Loaysæ vita, nondum enim annum integrum post assumptum munus superuixit, res tanta non est tunc sortita debitum, ac optatum finem.

An. 1547. *Scriptores contra hæreses.*

ANNO Domini millesimo quingentesimo quadragesimo septimo, Pauli tertij anno decimo tertio, Fr. Titelmanus Sibergensis Conuentus Prædicatorij Coloniensis Prior, hæreticorum Inquisitor, & censor acerrimus, scripsit aduersus hæreses librum de septem Ecclesiasticis Sacramentis, & adnotationes, & appendicem in Enchiridion Ioannis Echij contra hęreses, Item Fr. Clemens Araneus Ragusinus, ex prouincia Dalmatię scripsit expositionem, in Epistolam ad Romanos insertis pluribus quæstionibus vtilissimis ad confutandum dogmata Lucheri, & Ioannis Caluini. Qui Gallus, Picardus non presbyter, nec monachus, sed sæcularis, & laicus existens, à patria Nouiduno propter prauos mores exilio actus, apud Basileam pestiferam doctrinam emomuit, deindè apud Geneuā Cathedram pestilentię regens Sabaudiam, Gallias Germaniam suo veneno repleuit, qui inter alia deliramenta sacras vestes, luminarium vsum, & campanarum pulsum reiecit, de eius mortis genere, & quod varijs tortus cruciatibus finierit videatur, Fr. Thomas Maluenda de Antichristo lib. 10. ca. 12. *Fr. Antonius Lusitanus, in Bibliotheca verbo. Clemens, & ex additione secunda, ad Trithemium.*

An. 1548. *Gentiles Christo adducti.*

ANNO Domini millesimo quingentesimo quadragesimo octauo Pauli tertij anno decimoquarto, ad Indiam Oriētalem profecti sunt duodecim fratres Prædicatores, viri Apostolici ad normam Collegij Apostolici, quorum præsul erat Fr. Didacus Bermudez, atque in Goensi insula susceperunt quindecim oppida gentilium in fide erudienda. In eaque Ecclesias quatuor erigentes plurimos ad Christū sua prædicatione adduxerunt, & in breui predictorū oppidorum incolas in Ecclesiam introduxerunt, *Fr. Ioannes de sanctis lib. 2. cap. 2. Fr. Antonius Lusitanus in Chronico Decada* 1530. *pa.* 305.

Pauli III anno. 13.

An. 1549. *Contra hæreticos decertatum.*

ANNO Domini millesimo quingentesimo quadragesimo nono, sub Paulo tertio (qui obijt octauo Idus Nouembris, & vacauit Sedes, vsque ad sextū Idus Februarij, anni millesimi quingentesimi quinquagesimi, quo electus est Iulius tertius) Fr. Michael Ghislerius Inquisitor Comensis, in Lombardia (qui postea ad Pontificale fastigium sublimatus, Pius quintus appellatus est) opposuit se quibusdā erroribus, qui in Comensi diœcesi à Grisonibus quibusdam Lutheranis dissemi nabantur Barbaliæ præsertim, ac Valle Chrauennæ, quos pagos Barbarę, ac feroces gentes incolunt. Hæc loca Strenuus Christi miles aliquoties perlustrabat, quamuis magno vitæ discrimine, vt olfaceret hęreticorum conuenticula, & machinamenta. Grisones itaque illi cuidā mercatori Comensis vrbis miserant duodecim Sarcinas codicum dānatorum, vt istis, per diuersa loca distributis vniuersam Italiam contaminarent. Quod vt Inquisitor cognouit, ad sequestrū Sarcinas retineri iubet: mercator vero ad Vicarium Capituli Cathedrali Sede vacante recurrit, cuius authoritate, atque permissu, ex sequestro domum suam librorum fasces exportat. Tunc Inquisitor Vicarium, & Canonicos, in viam iuris requisiuit, quatenus ab aliena messe manum retraherent, & cum ei non tantum non morem gererent, sed mortem comminarentur, eos nexu anathematis innodauit, simulque illustrissimis Cardinalibus Romæ Inquisitoribus, rem omnem

per li-

no
risti,
49.

per literas intimauit, qui causam illam ad suam Congregationem Inquisitionis euocarunt, eoque ad se venire iusserunt. Hęc vbi Comi audita sunt maxima seditio contra Fr. Michaelem Inquisitorem orta est, cui cum grauiores iniurię inferrentur, illas tamen pro gloria Christi, & fidei Catholicæ defensione summopere gaudens perpetiebatur. Itaque contigit quadam die puerorum examen, inter quos procaciores erant totius vrbis adolescentes post atroces iniurias lapidibus Inquisitorem ad mortem impetunt. Tunc ille in domum Bernardi Odescalci Comensis ęquitatis sancti officij familiaris receptus vix periculum euasit. Canonici vero gubernatori Mediolanensis territorij plura de Fr. Michaele Inquisitore detulere asserentes eum perturbare illius reipublicę pacem, ciuitatemque sua nimia austeritate, & rigore commotam: quapropter gubernator Mediolanensis inhibitionis schedulā expediuit, qua causam illam, sub grauioribus pœnis euocabat. His tamen Inquisitor minitationibus spretis maiori animi contentione Dei negotium procurabat, quam obrem gubernator eum Mediolanum vocauit in ius, vt ad diem crastinum compareret. Hic de Inquisitore actum esse Canonici existimarunt. Nam cum ille pro regulæ Prædicatorię obseruantia pedibus iter faceret, & intra breuissimum tempus Mediolanum peruenire deberet, non alio itinere transiturum credebant, quam breuiori, quod Barlatinæ est (quo in loco trecentis fere antea annis S. Petrus Inquisitor etiam Comensis ab hæreticis interemptus martyrij palmam est assecutus) ibi insidias illi præpararunt, vt prætereuntem quidam perditi homines aggrederentur. Cęterum Fr. Michael Inquisitor, quem Deus Optimus Maximus ad maiora Catholicæ Religionis incremēta præseruabat, per aliam viam, licet longiorem tantum contendit, vt diluculo, quod incredibile videbatur ante termini complementum gubernatoris se præsentiæ sisteret, Ab illo inhumaniter tractatus est: nam Inquisitore astante, & inaudito pluribus expeditis causis, prætorio indignabundus excessit, ac nuncium ei misit, qui indignationem gubernatoris indicaret, & vincula minaretur. Sed cum ille prædictorum Canonicorum proteruiam in hæreticis libris defensandis, non posset sustinere, ac Dei gloriam, & Catholicæ fidei causam celaret pedibus Mediolano egressus magnis incommodis rigentis frigoris, & alijs superatis Romam profectus in vigilia natalis Domini almam vrbem ingressus est. Ibi tanto animi ardore Illustrissimis Cardinalibus sanctę Inquisitionis primoribus, rē omnē exposuit (vt non obstantibus eius amplissimi ordinis nonnullis, qui Canonicorum partes agebant) discussa causa victoriam reportauerit, maximamque apud omnes religionis æstimationem exflagranti fidei zelo adquisiuit. Cui cum diceretur à quodam non imprudenter, ab eo actum fore, si cum illo capitulo ob reuerentiam, & obseruantiam lenius egisset, hanc fertur protulisse sententiam. Inquisitor, qui in sancti officij negotijs rem peniat, ex personarum qualitate ei muneri impar est. Is item in Grisonum prouincia Euoriana Ecclesia pastore viduata, cum duo ad eam electi essent, quorum alter votis maior Catholico suspectus de hæresi diceretur, cum â Cardinalibus Congregationis Inquisitoribus ad illam regionem Grisonum mitteretur veritatis inuestigandæ, ergo rogatus est, habitum vt mutaret quoniā hæretici illi Prædicatoriæ familiæ essent inimicissimi (vt omnibus hæreticis mos est.) At ipse, Nō mutabo (inquit) eum, imò maximum æstimabo beneficium, si cum hac veste pro fide Catholica mori mihi condonetur. Mirabilis extitit eius delegationis successus. Grisones namque licet impij viri sanctitatem, ac conuersationem eius venerati Inquisitionem Canonici hęretici perficere, illumque deponere, ac condemnare permiserunt. *Paramus lib. 2. tit. 2. cap. 30. num. 16. 17. 18. Hieronymus*

Pauli III.
anno 15.

Anno Christi 1550.

Iulij III. anno 1.

Catena de vita Pij quinti pa. 8. & 9. Antonius Fonsmaior lib. 1. fol. 7. &c.

I. ANNO Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo, sub Iulio tertio assumpto ad Pontificatum, sexto Idus Februarij (qui obijt anno millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto, decimo Kalendas Aprilis) in Germania Magister Fr. Petrus de Soto, Caroli V. Augusti à sacris confessionibus Dilingæ primariam Cathedram Theologiæ Regens, aduersus hæreses voce, scriptis, & lucubrationibus validissimum se murum opposuit, & aduersus hęresiarchā Ioannem Brentium triūphos gloriosos est assecutus. Qui plura deliramenta insaniuit impudenter, & petulantissime, præcipue circa concilia, & prælatos Ecclesiæ, & circa eius Sacramenta nimium Arrianis, & Sacramentarijs fauens. Scripsit namque assertionem fidei Catholicæ, contra singularem Brentij confessionem, librum etiā contra confessionem Vvitembergensem, compendium insuper Catholicæ doctrinæ, methodum confitendi, librum etiam de institutione Sacerdotum, & denique libros tres de Institutione Christiana, opera eruditione plena, in quibus hæreticorum rationes doctissime dissoluuntur, ac refutantur. Hic sapientissimus, & sanctissimus Magister relicto Cæsare respuens Episcopatum ab eo oblatum (vt Cardinalis Stanislaus Hosius refert lib. 1. de hęresibus nostri temporis, pag. 68) Nunquam adduci potuit, vt confessionem Augustanam approbaret anno præterito millesimo quingētesimo quadragesimo octauo Augustę factam, hęc erat liber vnus viginti sex capita complectens, interim vocatus, ab hæreticis, vsque quo Concilium Generale aliter decerneret seruandus. Et cū Cardinalis, Augustæ, Otho de Truxes, Academiā Dilingę (Camera est Episcopi Augustani) institueret, vt labantem in fide Germaniam aliquatenus sustentaret Primariam Cathedram Theologię nostro Prædicatorio Magistro Fr. Petro obtulit, vt illinc grassantem hæresim debellaret. De illo Cardinalis Augustæ Otho de Truxes, in prologo institutionis Sacerdotum, sic ait. Frater Petrus de Soto Scholę nostrę Dilingæ primarius fuit moderator anno millesimo quingentesimo quinquagesimo. Vir ille, & verbo, & opere ad docendum ea, quæ sunt pietatis potens. Cardinalis vero Stanislaus Hosius lib. 1. de hæresibus nostri temporis pag. 67. sic inquit, Frat. Petrus de Soto, quo vix quempiam hominem, hęc nostra sæcula tulerunt sanctiorem doctrinæ, & vitæ pie sanctéque traductæ fama celebris, *Cardinales Truxis, & Hosius vbi supra.*

An. 1550.

Hæreses debellata

II. ¶ Eodem anno Fr. Ioannes Brunderius Belga Conuentus Gandauensis, vir in controuersijs cum hæreticis huius temporis maxime versatus edidit librum prescriptum compendium concertationis huius sæculi Theologorum super erroribus huius temporis, &c. In quo erudite triginta septem materias disputat. Liber sæpius fuit prælo datus, *Fr. Antonius Lusitanus in Bibliotheca, pagin.* 160.

Contra hęreses.

III. ¶ Eodem anno Fr. Antonius Iustinianus Genuensis, in Chiensi insula Inquisitor plura damna pro fide Catholica tuenda passus est, & pro defensione iurisdictionis sanctæ Inquisitionis aliquibus non infimæ conditionis sacro muneri affectis eum persequentibus, *Fr. Michael Pius 2. p. lib. 4. col. 243.*

Pro fide passus.

IIII. ¶ Eodem anno, cum ex Inquisitore Comensi designaretur Fr. Michael Ghillerius Bergomensis Inquisitor Gregorium Melolacum Bergomi virum nobilem, & prędiuitem de hęresi suspectum contra nitentibus cognatis, & fere cunctis primoribus illius vrbis, ad carceres sanctæ Inquisitionis perduxit, & sub noctem violenter vinculis absolutum, ab amicis recuperauit iterum, & liberatores abiurare compulit. Sanè hoc facto, & alijs plurimis aliquot eorum, anno precedenti descriptis nomen Inquisitoris, Fr. Michaelis Gislerij

Inquisitor contra hæresis.

in

Anno Christi, 1551.

Iulij III. anno. 1.

in dies augebatur, vnde Romæ, apud supremam Inquisitionis Congregationem Cardinalium commissa est ei causa Victoris Soranzi patricij, Veneti Episcopi Bergomensis vehementer de hæresi suspecti. Negotium magni ponderis, nimis difficile, ac periculosum propter Episcopi gratiam, & authoritatem, quibus plurimũ in ea ciuitate valebat. Itaque strenue testes recepit, processum confecit, ac viriliter munus executus est. Sed cum à communibus inimicis, in id omne intenderetur, vt Inquisitorem cum fulminato processu deleret, speciali Dei tutela à concitatissima hominum armatorum manu liberatus est. Tandem Episcopus fuit Episcopatu priuatus, quem deinde aperte constitit hæreticum esse, diœcesimque suam virulento hæresis morbo contaminare intendisse, *Antonius Fosma or. lib. 1. fol. 9. Catena pa. 9. &c.*

V. ¶ Eodem anno, & sequentibus apud Indiam Orientalem, in Insulis Solor, Lamalla, Ende, Insula grandi, & in tractu Malacensi Prædicatoria familia adeò fructuose verbum Dei annunciauit, vt sexaginta millia gentilium, ad Gregem Christi Domini adduxerit. Ad quos in fide erudiendos solis fratribus Prędicatoribus eruditos decem, & octo Ecclesiæ, ab eisdem sunt erectæ. Et non tantum innumera Gentilium multitudo ex plebe, sed plures Reges Dinastę, & Principes per spatium circiter cẽtum leucarum ad fidem Christi, per fratres Prędicatores peruenere. Eorundem item ministerio Dominus ad sui veram cognitionem pertraxit insulam totam, quæ Solor nuncupatur, & amplissima est, Lamalla, Eude, Insulam grãdem, & plures alias vicinas, & eorum præfectos, qui Sangue de Pate vocantur, *Fr. Antonius Lusitanus, in Chronico pa. 305. Fr. Ioannes de sanctis 2. p. li. 2. c. 4.*

Gentiles conuersi.

An. 1551. ANNO Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo primo, Iulij tertij anno secundo, in Orbe Occidentali, in noua Hispania, Fr. Dominicus de Annunciatione, cum socijs innumeros populos Christi gregi aggregauit, idolatria, & superstitionib' exterminatis. Inter cætera duo celeberrima idola deiecit, apud oppidum Tepuztlan, & alterum apud Texcucingo, quæ ab illarum gentium populis maxima colebantur veneratione, adeò vt ex remotissimis regionibus, per trecentas, & amplius leucas distantibus frequens populus ad ea visitanda religionis causa, cum muneribus aduentaret. *Fr. Augustinus Dauila lib. 2. cap. 74.*

Idolatria exterminata.

An. 1552. ANNO Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo secũdo, Iulij tertij anno tertio, F. Dominicus à Vico, ex primis fratribus Prędicatoribus, qui apud prouincias Guatemalæ, Chiapæ, & Verępacis Euangelium disseminauit maxima illorum gentilium fœlicitate, plurimis delubris extirpatis, cum in dies idola deijceret ab aliquot rem ęgre ferentibus sagitis confossus est. *Ex relationibus prouinciæ Guatemala.*

Idolatria reiecta.

I. *An. 1553.* ANNO Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo tertio, Iulij tertij anno quarto instante Fr. Ioanne à Toleto Cardinali, Archiepiscopo Compostellano Congregatio Inquisitionis Generalis comburi fecit Thalmud Hebreorum, tam Hierosolymitanum, quam Babylonicum, idem alijs Inquisitoribus priuatis facere iussit, præcepitque, ne quis tales libros, aut quaslibet eorum partes penes se retineat, sub grauibus pœnis, ne ve à partibus infidelium adduci faciat, edictum autem est tenoris sequentis.

Iudæorũ Thalmud prohibitũ, & combustum.

Nos Ioannes Petrus Caraffa Episcopus Tusculanus, Rodulphus Pius de Carpo Sancta Maria in Transtiberim, Ioannes à Toleto Compostellanus S. Pancratij, Hieronymus Verallus, S. Martini in montibus,

Anno Christi, 1553. | Iulij III. anno 4.

Iacobus Puteus S. Simeonis, & Sebastianus Phigius, S. Calixti titulorum miseratione diuina S. R. E. presbyteri Cardinales, in vniuersa Republica Christiana, contra hæreticam prauitatem Inquisitores Generales à sancta Sede Apostolica specialiter deputati.

Summi Dei nostri prouidentiam, ac benignitatem, qua vt hominum genus, ab errorum tenebris vindicatum, in veritatis semitam perduceret suæ gloriæ splendorem è cœlis ad terram demittere, ipsiusque lucis radijs bonos pariter, ac malos perfundere dignatus est, quantum pro humana fragilitate nobis licet æmulari, totis gestiens affectibus, pro iniuncti nobis officij solicitudine, non modo ab Ecclesiæ Christianæ finibus, peruersa hæresum, & impietatum dogmata eliminare quotidie, pro viribus studemus, sed etiam ob obcæcatam Iudeorũ perfidiã, quos interim Ecclesiæ Christi pietas secum, haud secus, quã zizaniam commixtã tritico viuere permittit nostri studij vigilantiam adhibere cupientes, nil eorum illuminationi conducibilius fore arbitrati sumus, quã si ipsos ab impijs, & inanibus doctrinis auertẽtes ad sacras (quas se colere falso iactant) literas scrutandas deducere possemus, vbi suæ salutis absconditum Thesaurum, remoto ab eorum cordibus velamine nobiscum Deo donante inuenire, & agnoscere valerent. Quare cum ad nostram notitiam, non sine ingenti animi dolore peruenisset, male sui studiosam, ac obstinatam hanc Hebræorum gentem, iam pene clausis, & obsignatis sacrorum bibliorum libris, solis codicibus quibusdam quos Thalmud appellant studere, ac eos, vt aiunt, diurna nocturnaque manu versare, suosque filios à teneris vnguiculis hac virulenta doctrina præcipue imbuere, vbi pro pietate in Deum ipsum blasphemare, pro candido, & sincero Deitatis cultu fabulas, & inanes superstitiones, pro desiderio Redemptoris, & Messiæ exitiale odium in Christum, & maledicta in Christianos perdiscunt, edocti priscorum Romanorum Pontificum, ac Sanctorum Patrum semper imitando exẽpla, qui suis, & scriptis, & sanctionibus hos impios codices explodere conati sunt, tam detestandam diuini nominis iniuriam, ac huius gentis exitium diutius conniuentibus oculis pertransire nolentes zelum officij nostri, ad hanc impietatem magis detegendam, ac radicitus extirpandam accedere volentes, per ministros sanctissimi officij nostri omnes huiusmodi codices Thalmud appellatos, per domos Hebræorum, hanc almam Vrbem incolentium diligenter perquiri, B & inuentos in vnum congregari, ac per viros fideles Hebraicum idioma callentes reuolui iussimus, & virulenta hæretica, ac peruersa dogmata, quibus respersi per totum erant, in vnum colligi, & annotari, ac per sacræ Theologiæ Doctores pro sui defensione auditis quãtum decuit Rabbinis Iudæorum districti, & examinari fecimus. Et demum toto negotio diligenter discusso, & coram nobis fideliter deducto luce clarius deprehendimus, in codicibus præfatis Thalmud cõ C tineri apertas, ac impias, in Deum blasphemias aduersus Mosaycam legem, quam se profiteri iactant, & aduersus naturæ, & honestatis leges ea concedi, quę humanæ aures audire, perhorrescunt, Diuinum cultum, tot nęnijs, fabulis, & superstitionibus obuolui, & obscurari, vt vix apud idolatras peius vnquam auditum fuerit: demum in Iesum Christum Saluatorem nostrum, ac sanctum ipsius Euangelium, tot impro D peria, contumelias, ac blasphemias irrogari, quæ de nefario, ac perditissimo homine, non sine nausea audiri possent. Quæ omnia pro Dei honore ea, qua decet animaduersione euellere, & punire cupientes, præhabito præfatorũ virorum, tam in sacris literis, quam in vtroque iure maturo consilio, omnes huiusmodi libros Thalmud, quos colligere potuimus, per nostræ sententiæ decretum comburendos publice in acie campi Floræ huius almæ Vrbis iussimus, quod & sub die nona huius mensis maximo populi applausu executio-

Anno Christi, 1553.

ni mandari fecimus. Cupientes autem, vt hoc salutare exemplum, ab hac Ecclesia omnium matre, ac Magistra, ad reliquas per orbem proficiscatur, per præsentes authoritate officij nostri, ac de speciali Sanctissimi D. N. mandato viuæ vocis oraculo desuper nobis facto, & etiam authoritate nostri officij omnes, & singulos Principes Christianos, & Rerum publicarũ Rectores, nec non Ordinarios locorum, & hæreticæ prauitatis Inquisitores hortamur, & monemus in Domino, & nihilominus eis in virtute Spiritus Sancti, & sanctę obedientiæ, & pœnis suspensionis á diuinis quoad Episcopos, & maiores prælatos, ac excommunicationis latę sententiæ, quoad alios præcipimus, vt quam primum præsentes nostræ ad eorum notitiam peruenerint omnes huiusmodi libros Thalmud per domos, & Synagogas Hebræorum in eorũ ciuitatibus, & terris habitantium diligenter perquiri, & inuentos publice cõburi faciant. Omnibus vero Hebræis in ciuitatibus, ac terris Christianorum habitantibus mandamus, sub pœna confiscationis omnium bonorum suorum, quam ipso facto contra facientes incurrant, quorum quartam partem accusatoribus, seu denunciatoribus, reliquas vero inter ordinarios, & Inquisitores locorum, ac dominos temporales æquis portionibus diuidẽdas applicamus, vt infra tres dies ab harum nostrarum, in hac alma vrbe in acie campi Florę, & in Synagogis eorum, in alijs vero extra vrbem locis, & terris, in locis publicis, & solitis publicatione, & banno respectiuè, per proclamam faciendis omnes prænominatos libros Thalmud, tam Hierosolymitanum, quam Babylonicum, omnesque, & singulas ipsorum partes, quos apud se habere contigerit, nobis seu nostris officialibus, ac prædictis ordinarijs & Inquisitoribus locorũ respectiue consignare debeant, nec de cætero tales, vel similes libros scribi, aut imprimi vel á partibus infidelium, ad has nostras partes deduci facere, aut quouis, quęsito colore habere, aut retinere possint, aut debeant: vniuersis demum Christi fidelibus in virtute Spiritus Sancti, & sanctę obedientiæ, & sub excõmunicationis latæ sententiæ pœna præcipiendo mandamus, ne prædictos codices Thalmud, vt pote damnatos ab Ecclesia legere, aut penes se retinere pręsumant, nec Hebręis prętatis pro habendis, scribendis, seu imprimendis huiusmodi libris consilium, auxilium, vel fauorem impendere audeant, contrafactores autem pręter pœnas excommunicatis debitas, alijs pœnis fautoribus hæreticorum à iure taxatis puniẽtur, prout per præsentes ex nunc puniri mandamus. In quorum omnium, & singulorum fidem præsentes exinde fieri fecimus, & per notarium nostrum, infra scriptum subscribi, ac sigilli officij nostri impressione muniri. Datum Romæ in ædibus nostris sub die duodecima mensis Septembris anno 1553. Põtificatus S. D. N. Iulij diuina prouidentia Papę tertij anno quarto.

Iulij III anno 4.

II.

¶ Eodem anno apud Indiam Orientalé, Fr. Ignatius de Purificatione serui dilsimus concionator, cum alijs suę Prędicatoriæ familię fratribus in sacro Euangelio disseminando, & in conuersione Indorum indefesse, & alacriter laborauit, innumeris baptismi lauacro purificatis. *Fr. Antonius Lusitanus, in Chronico anno 1550. &c.*

Idolatræ conuersi.

I.

ANNO Domini 1554. & sequentibus, Iulij tertij anno quarto, &c. In Regno Angliæ regnante Catholico Rege Philippo, & Maria eius coniuge, Fr. Bartholomęus Carrança, apud Reges summa, ac suprema manu in spiritualibus, & Ecclesiasticis rebus fungens, maximam Rei Catholicę propagationem edidit. Nam difficultates, & simultates ortas ad recipiendum legatum Sedis Apostolicæ, ipse pacauit, & indefesse laborauit, vt regnum ad obedientiam S. R. E. reduceretur. Fecit itẽ, vt cultus sacrificij incruenti Missæ restitueretur, & hac occasione instru-

An. 1555.

Hæreses extinctæ.

ctionem

Anno Christi 1554.

ctionem ad audiendam missam excussit. Curauit, vt bona Ecclesiastica, & Monasteriorum à principibus sæcularibus vsurpata Ecclesijs, ac cœnobijs restituerentur, & in hoc eximias difficultates superauit. Tribus Prędicatoriæ suæ familię conuentibus dotationes, res familiares, & redditus impetrauit, & alios eleemosynis sua industria à Regibus adquisitis aluit. Obseruantiam Concilij nationalis authoritate Iulij tertij congregati valide executioni mandari fecit. Eius diligentia designati sunt, in Anglię Academijs eruditissimi Theologiæ professores. Oxoniensem insignem Vniuersitatem, & eius Collegia, quæ tredecim erant, expiauit. Maxima cura, & diligentia adhibita plurimos hæreticos debitis pœnis puniuit; & igni tradidit, inter quos Thomam Cranmerum Archiepiscopum Cantuariēsem Oxoniæ effodi iussit, & cōburi, & ossa vxoris Petri Martyris hæresiarchæ (is apostata ex ordine Canonicorum regularium, S. Augustini Florentinus Gallias, & Angliam suis prauis dogmatibus perdiderat, & in Oxoniensi Academia sua deliria ex suggestu docuerat) quæ in Mausolo marmoreo eminenti, iuxta cōrpus sacrum cuiusdam Beati Sanctorum Catalogo ascripti, in templo maiori Cathedralis Ecclesiæ fuerant tumulata. Denique nostri, Fr. Bartholomęi diligentia incredibili hęreticorum plusquam triginta millia, vel flammis exposita, vel exilio mulctata, vel Ecclesiæ Romanę reconciliata sunt. Fecit insuper colligere Biblias, ab hæreticis deprauatas in lingua Anglicana, & concremari, aliasque Catholice editas, in templis catenulis alligari, vt facile Catholici omnes eas legere possent. Propter hæc, & alia præclarissime in obsequium Catholicæ Religionis gesta, maximum hæreticorum odium incurrit, qui sæpius eius necem tentauerunt, cellę sanctia adhoc semel contracta, & iterum veneno ad hoc confecto, vt propinaret. Trium annorum spatio egregie pro fide Catholica conseruanda, & amplianda transacto plurimis plenus curis & laboribus, ex Anglia in Belgiū profectus, toto conamine curauit, vt hæreticorum libri Germaniæ, Galliæ, & Belgij editi, ab Hispaniarum Regnis arcerentur, eius instantia, & interuentu à Rege Catholico, & sancto Inquisitionis officio sancitis, & promulgatis salutaribus statutis. Ipso insuper flagitante Rex Catholicus à Paulo quarto Pontifice impetrauit, vt apud Hispaniarum Regna, in vna quaque Cathedrali Ecclesia vnius Canonicatus annuales redditus sanctæ Inquisitioni perpetuo adderentur, vt factum est. Et vix dici potest incredibilis eius animi contentio, & zelus pro amplificanda Ecclesia, & hæresibus exterminandis. Et licet postquam ad Archiepiscopatum Toletanum assumptus fuit à Pontifice Romano, vocatus Romæ comparuit: Causaque eius iuste iudicata humiliter sententiam acceptauit animo in aduersis æquo, & in prosperis modesto, *Quarta centuria Ordinis Prædicatorum, ab Episcopo Monopolitana edita libro 2. cap 53. &c. Vbi plurima admiranda, de tanto viro affert. Scripsit item eiusdem vitam Doctor D. Petrus Salazar Mendoçá Toletanus Canonicus iussu Cardinalis Gasparis Quiroga, Archiepiscopi Toletani prædicti, Fr. Bartholomæi immediati successoris, & Inquisitoris Generalis Hispaniarum.*

II. ¶ Eodem anno Fr. Ioannes Baptista Lusitanus Batallensis, Episcopus insulæ Sancti Thomę, apud oram Africanā, cum duodecim selectis fratribus, ex tota prouincia, ad prædictam insulam nauigauit, ibique in extirpandis, tum abusuum vepribus, & superstitionibus, tum idolatriæ tenebris, multum insudauit, maximo Ecclesiæ incremento, ex prędicatione Euangelij per eosdem fratres subsecuto, *Historia prouinciæ Portugaliæ, Fr. Ludouici Caçegas.*

Superstitiones, et que idola extirpata.

Iulij III. anno 5.

I. ANNO Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto, sub Pontificibus Iulio tertio, qui è vita discessit, decimo

An. 1555.

Anno Christi, 1555.

Pauli IIII. anno. 1.

Kalendas Aprilis, ſub Marcello ſecundo, qui electus eſt, quinto Idus Aprilis, & obijt pridie Kalendas Maij, & ſub Paulo quarto aſſumpto ad Pontificatũ, decimo quinto Kalẽdas Septembris, in Angliæ Regno ad fidem Catholicam reducto, F. Petrus à Soto F. Ioannes Villagarcia, & Fr. Ludouicus à Soto Maior, & alij fratres Hiſpani, & Germani ex eadẽ Prædicatoria familia, vt Sanderus li. 2. par. 2. ait. Strenue pro Catholica Religione introducenda laborarunt, potiſsimum, in Oxonienſis Academia celeberrima, in qua primarias Theologię Cathedras, Fr. Petrus à Soto, & Fr. Ioannes à Villagarcia ſunt moderati, & F. Ludouicus Cathedram Dialecticæ, ac Philoſophiæ maxima Scholaſticorum vtilitate exterminantes errores, quibus hæreſiarcha Petrus Martyr eandem Academiam, inſuper & totum regnum labefactare conatus fuerat. Scholaſtici autem, qui paucis ante diebus Petrum Martyrem docentẽ auſcultarant, nunc F. Petrum à Soto dictantem audiebant, eos inter ſe conferebãt, ſicut S. Auguſtinus D. Ambroſium Eccleſię Doctorem ſanctum, cum Fauſto Manichęo hæreſiarcha comparabat, in verborum fucatorum nitore & circũlocutionibus videbatur Fauſtus ſuperare Ambroſium, ſed in ſacrarum literarum ſcientia, intelligentia, & exacta eruditione, non poterat hæreſiarcha ſanctó Doctori conferri. Sic Petrus dogmaſtiſta, cum Petro à Soto. Et aſſerit etiam Sanderus, quod adeò copioſus extitit fructus, tantorum virorũ, ex prędicatoria familia, in Regno illo Anglicano, vt Religio Catholica, quæ vſque hodie, in Anglia apparet eiſdem viris, eorum doctrinę, & ſcriptis merito tribuenda ſit. *Nicolaus Sanderus de ſchiſmate Anglicano lib. 2. par. 2. & 4. cent. Ord. Prædic. lib. 2. cap. 26.*

II. *Agareni conuerſi.*

¶ Eodem anno Fr. Ambroſius Butigella prouincię Sicilię, Melitenſis inſulæ Auricenſis Epiſcopus creatus, legatione à ſancta Sede Apoſtolica accepta zelo animarum ſuccenſus, in partes Syriæ ad prædicandum Euangelium proficiſcitur, ibique multos ad fidem conuertit, & plurimis fatigatus laboribus animam Deo reddidit. Eius autem Socius F. Antonius de Malta plures, cũ prętato antiſtite in Syria labores ſuſtulit, in plurimorum infidelium ad Chriſtum conuerſione. Defunctoque Epiſcopo Romam rediens à ſanctiſsimo Pio quarto Vicenſis Antiſtes, in Regno Neopolitano creatus eſt. *Ex relationibus prouincia Siciliæ de Cœnobio Melitẽſi.*

III. *Hæretici impugnati.*

¶ Eodem anno Fr. Ambroſius Politus Catherinus Senenſis ſcripſit librũ eruditum contra errores, & doctrinã Bernardini Ochini hæreſiarchę apoſtatę, ex quadam grauiſsima Religione, quam propter amorem, reuerentiam, & deuotionem ſilentio prætereo, & cõtra doctrinam Martini Lutheri, in quo libro egregie eorundem errores confutat, *Fr. Michael Pius 2. part. libr. 4. columna* 219.

I. *An. 1556.*

ANNO Domini milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſexto, Pauli quarti anno ſecundo, F. Matthæus Ori Inquiſitor Generalis, in Regnis Galliarum vehemens, & acerrimus hæreticorum aduerſarius doctiſsime ſcripſit contra hæreſes illorum temporum librum de iuſtificatione, alium de peccato originali, alium de imaginibus, & alterum contra omnes hæreſes, *Fr. Michael Pius 2. par. lib. 4. colum.* 221.

Hæreſes impugnatæ,

II. *Idolatræ ad fidẽ inuitati*

¶ Eodem anno Fr. Gaſpar à Cruce Luſitanus vir Apoſtolicus, primus qui Synarum Regna ad propagandum Euangelium Chriſti penetrauit (de qua Synarum prædicatione ab ipſo facta librum ſcripſit, quadam die poſt Euangelij prædicationem idolorum fanum ingreſſus, coram gentilibus ipſis idola contregit, & deiecit, licet maximo vitæ diſcrimine, quos feruidis rationibus de veritate noſtræ fidei, & ſuæ ſectę deliramentis ſedauit. In Regnis item Camboja, & Ormuz gentibus Euangelium annunciauit. *Omnia hæc, &*

quemo-

Anno Christi 1557.

quomodo in Synarum Regnis in vrbe Canton. & alibi moratus fuerit aßerunt, Fr. Petrus Gonçalez, à Mendoça Augustinianus de Synarum Regno lib. 2. cap. 3. & Fr. Hieronymus Gratianus Carmelita, in libro stimuli propagationis fidei fol. 255.

I.

An. 1557.

Hæreses extincta.

ANNO Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo, Pauli quarti anno tertio, cũ Hispali apud Hispaniarum regna, iam Lutheri virus serperet, & huius praui hęresiarchæ sectatores præcipui Ægidius & Constantinus, ex oppido S. Clementis diœcesis Conchẽsis Doctores Theologi, & Hispalensis Ecclesiæ Canonici summo consilio, & arte errores dissemi narent, Fr. Ioannes Ochoa Regens Hispali, in Prædicatorio Collegio, & Academia S. Thomę F. Gabriel de Santoyo Giennẽsis, & F. Nicolaus de Salas Canariensis doctissimi Theologiæ professores, & zelo Religionis Catholicæ incrementi insignes, eorundem errores detegentes ad sanctissimum Inquisitionis tribunal detulerunt, & summa diligentia, in carcerem sunt detrusi. Postea verò, cum in vinculis mœrore, vel veneno, vt alij aiunt mortem sibi consciuisset, cum decem, & octo hęreticis eorũ corpora flammis tradita sunt. Quo executioni mandato ignis Hispali serpens extinctus est vigilanti cura, & zelo fratrum Prædicatorum 3. p *hist. Ord. Præd. lib. 1. cap. 62. Fr. Antonius Lusitanus, in Chronico, pag. 271. Paramus lib. 2. tit 3. cap. 5. num. 11. 12. 13. 14.*

I.

An. 1558.

Hæreses extermi-nata.

ANNO Domini 1558. Pauli quarti anno quarto, in Regno Poloniæ Prædicatoria familia pro cõseruanda Catholica Religione, in reductione hæreticorum strenuissime laborabat: nã vt sæpe Stanislaus Hosius Cardinalis, & Archipræsul Gnesnensis, Nicolaus Dzierzgouius eiusdem antecessor, Philippus Paduieuius, Franciscus Crasinius, & Petrus Meicouius, Antistites

Paulo IIII. anno 3.

A Cracouiẽtes, & alij multi, omni fide dignissimi viri, quin & ipsi hæresi infecti homines veritate adacti sæpe sæpius proferebant fratres Prædicatores, solos se constanter contra blasphemam hæresim obiecisse, quando in Poloniam proscripta fęx Italię Statutorius Stancarus, Socinus Gentilis Blandrata Ochinus, & alij irrumpebant, insanaque capitis sui deliramenta, in adorandam Trinitatem vomebant: & tunc cum e vicina maleolente Vvitemberga, Trepcorum

B Friciorum, Sarciniciorum, Niemoiouiorum, Biesagarum, cerdonum, pellionum, sutorum, calonum, temulenta turba prosiliebat. Et quorum non? An Schola, an popina Lutheri, Melancthonis, Roterodami à Caluini, & Bezę prostibulo emanabat, atque in sacra salutis symbola, in sanctissimam Deiparam, & reliquos sanctos, in Christi sponsam immaculatam Ecclesiam, eiusque visibile supremum caput maledicam exacuebant linguam. Tunc cum Ecclesias Catholicas vastabant profani, cum

C altaria demoliebantur, imagines sacras exurebãt, Sacramẽta cõtaminabãt, san tissimũ Eucharistiæ Sacramentũ (Proh dolor) sacrilegis pedibus conculcabãt, & quod peius est glutiendam viuam illam hostiam porcis iactabant. In loco salutiferæ Crucis latronum patibula erigebant. Virgines Deo deuotas cõstuprabant. Sacerdotes proscribebant, in ergastula conjiciebant lanienam Sãctorum exercebant. Tunc cum in Comitijs Regni Generalibus confœderatio, quam vocant, infamis scilicet liber-

D tas impune credẽdi, adorandi, prædicãdi, blasphemandi, quidquid in mentem veniret proponebatur. Tunc cum in Comitijs Patricouiensibus præsulibus regni nefarie, ex Senatũ exsibilatis, ab hęreticis: quin imò, & pulsis de summa fidei, & Ecclesię Catholicæ stabilitate, in Regno Poloniæ agebatur, & periclitabatur. Tunc cum in Comitijs Lublinẽsibus decernebatur, vt ex Poloniæ soli hęretici Trinitarij pellerentur cõfesionistæ Vvitembergenses Augustanę, & Caluinistæ pestilentissimi permitteren

Anno Christi, 1558.

tur suum virus libere cuiquemstillare. Tunc cum draco occulte obstrepens in sidiator videlicet hæreticus erumpere incipiebat, prodierunt viri Prædicatoriæ familiæ, & conculcauerunt Leonē, & Draconē, superque aspides,& basiliscos istos ambularunt. Apud Vchanicum Archiepiscopum apparebat Fricius minister, & Blattero hæreticus, auius verbo erroris profanare sacras illius ædes: obijciebant se illi, Fr. Cyprianus, F. Leonardus Baccalaureus, F. Gregorius, & Fr. Melchior Inquisitor, qui verbo, ac scripto, concionibus, disputationibus dissertationibusque acutissimis monstrum hoc confodiebant, atquē trudebant, *Fr. Abraham Bzouius capit. 8. pa. 71. & 72.*

II. *Inquisitor Generalis.*

¶ Eodē anno Pōtifex Paulus quartus mortuis omnibus fere Cardinalibus, qui bus Inquisitorum Generalium cura cōmissa erat, considerans sanctæ Inquisitionis authoritatem debilitatam iacere, generalem, atquē primarium Ecclesiæ creauit Inquisitorem, F. Michaelem Ghislerium è Prædicatoria familia, Cardinalem Sanctæ Mariæ super Mineruā, qui vsquè ad tempora Pij quarti Inquisitoribus præfuit (quo tempore magna ex parte hęreses exterminatę sunt au thore Inquisitore supremo, Fr. Michaele. Post absolutum vero Concilium Tridentinum Pius quartus, anno quinto Pōtificatus septem adiunxit Inquisitores ipsi Fr. Michaeli Ghislerio. Deindè cum esset ad Pontificatum assumptus Pius quintus appellatus, Inquisitores ad quaternarium numerum reduxit, *Paramus lib. 2. tit. 2. capit. 1.*

I. *An. 1559.* *Pro Sacto officio passi.*

ANNO Domini 1559. Paulus quartus obijt decimo quinto Kalendas Septembris, & assumptus est ad Pontificatum Pius quartus, septimo Kalendas Ianuarij (qui obijt anno 1565. quinto Idus Decembris, sub Sedevacante Paulo quarto, diem extremum functo facinorosi quidam, ac perditissimi homines Romani magno impetu, in ædes sanctissimæ Inquisitionis facto ianuis contractis nefanda crimina ediderunt, Fr. Thomam Scotum Vigleuensem Generalem, & ordinarium vrbis Romæ Inquisitorem, male, ac contumeliose tractarunt, & eius Sodalem, F. Seraphinum Caballi Brixiensem, qui posteà totius Prædicatorū ordinis Magister Generalis extitit, grauiter percusserunt: & nisi Catholici aliquot, & Pij viri Romani è manibus tumultuantiū eripuissent, sine dubio occidissent. Nec tamē his satiati probris, ad cœnobium Prædicatorium Sanctę Mariæ super Mineruam accesserunt adacturi ignem ad fratres comburendum, quia asserebāt in eo Conuentu omnes esse rerum sanctissimæ Inquisitionis maxime studiosos. Hæc tamen seditio scelestissima, & impius tumultus plurium cordatorum ciuium concursu pacata est. Quæ persecutio perfunctorie, in Generali Bullario Inquisitionis etiam cōmemoratur. Populus autem Romanus humiliter à Pio quarto veniam precatus est, quod ciues illi à dæmone instigati tantùm facinus contra sanctæ Inquisitionis officiū intentassent, tantoquè terrore, & probris eius ministros fratres Prædicatores affixissent, *Paramus lib. 2. ti. 2. ca. 1. nu. 20. Fr. Michael Pius 2. p. lib. 4. c. 264. Onuphrius Panninus in vita Pauli quarti.*

Iulij IIII. anno. 4.

II. *Hæreses ex terminata.*

¶ Eodem anno in Regno Poloniæ palatia primi Principis post Regem fœda doctrina contaminata fratres Prędicatores expiarunt. Et cum Brentius, & alij blasphemi ausi fuissent offerre Augusto Sigismūdo Regi Poloniæ blasphemas schedas ad subscribendum, qua si aliquod diuinum dogma, iam manui Regis porrectum calamum excussit, F. Melchior Inquisitor. Excussit, & libros pestiferis erroribus scatentes, & verè excussit, qui vniuersas blasphemias illorum authoritatum sacræ scripturæ pondere, traditionum doctrina succedanea, Patrum acerrimis testimonijs, rationum efficaci demonstratione, consensu orbis vnanimi, ac miraculorum longa serie detegebat, conuincebat, & confundebat, auscultante Rege Sigismun-

gismundo, *Fr. Abraham Bzouius cap. 6. pag. 51. & cap. 8. pag. 72.*

I. *An. 1560. Inquisitor pro fide accisus.*

ANNO Domini 1560. Pij quarti anno primo, in Regno Boemiæ Inquisitor Pragensis, Fr. Ioannes Esconfeid acerrimus, & indefessus hæreticorum oppugnator, qui feruidis etiã concionibus Catholicos in religione continebat, nimium ab hęreticis odio habitus, & sępius ad mortem quęsitus nouissime feria sexta in Parasceue, cum se ad concionandum præpararet, venit ad eũ hæreticus in vestiméto ouis, qua si Inquisitori peccata cõfessurus. Quẽ cum peramanter sanctus Inquisitor in suam cellã vt confiteretur ibi perduxisset, postea à fratre Sodale ad concionem accersitus inuẽtus est plurimis vulneribus confossus, ab hęretico, qui iam disparuerat, sicque Martyrij palmam victor assecutus est, *Paramus lib. 2. tit. 2. capit. 27.*

II. *Pro fide ab Mahumetanis passus.*

¶ Eodem anno apud insulas Solor, in Orientali India, Fr. Antonius de Pestana Lusitanus, dum gentilium prædicationi conuersionique incumberet, irrumpentibus insulam Mahumetanis ab eisdem in odium Christi immaniter sauciatus, manuum, ac pedum digitis arundinibus acutissimis confixus, deindè gladio trãsuerberatus gloriose martyrium consummauit, *Fr. Antonius Lusitanus, in Chronico anno 1560.*

III. *Pro fide trophæa.*

¶ Eodem anno in Poloniæ Regno, cum in Petricouiensibus infandis comitijs pulsi essent vniuersi Episcopi à subsellijs suis, & exsibilati ab hæreticis, & triumphum iã tunc egissent Principes sæculares, hæretici proscriptis etiam à se summis Doctoribus, fratres Prædicatores validissime obstiterunt, vt inuictissimi pugiles fidei, Frat. Melchior Inquisitor, Fr. Valerianus Fr Cyprianus Fr. Sarbinius, & Fr. Fœlix Regi Sigismundo suadentes ne id fiat, nisi actũ esse velit de salute regni. Pusillanimitatẽ postmodum Prælulibus exprobrabât, quod nondum vocati in discrimen capitis, aut sanguinis, sed nec statione

A violenter pulsi, sed Cachinnis à vęsanis hęreticis infugam conijci permittentes oues suas lupis deuorãdas reliquissent, quando potius si opus foret suo cruore vitã ouium protegere debuissent. Deindè audaciã turbulentorũ nouatorũ diuino spiritu pro suggestu, in dies frangẽtes vigilanti solertia laborabant, ne draco ille hęresis aculeatã caudam protẽderet, ad has stellas illustres cœlo suo trahendas, *F. Abrahã Bzouius, c. 8. p. 72.*

IIII. *Pro fide exilio relegati.*

¶ Eodem anno in Anglia omniũ monasticarum familiarum fratribus è cœ-
B nobijs expulsis, Magistris Theologis Ordinis Prędicatorũ, qui Theologiã publice in Academijs legebant regno eiectis Monaster.ũ integrũ Monialium eiusdẽ Prædicatoriæ familię, cum sua Priorissa Elisabeth Cresnera pro fide exulare coactũ. Et cum sacrę Virgines in Belgium, ad Brugensem vrbem confugissent, ibi manentes Monasterio erecto Regis Catholici, & aliorum piorum Principum obsonijs sustentatæ, *Sanderus de visibili Monarchia lib. 7. anno 1561.*

V. *Contra hæreses scriptores.*

C ¶ Eodem anno F. Stephanus Patis Episcopus Abellonensis, qui summo studio diœcesim suam (quæ est in Gallia) in fide conseruauit, scripsit aduersus hæreses opus eruditũ, præscriptũ, Viri Catholici institutio, Fr. Dominicus Sergẽt in Prędicatorio Parisiensi Cœnobio primariã Theologię Cathedrã regens scripsit librum doctissimum de materia Sacramenti baptismi, omnibus Theologis ad errores refutandos apprime vtilem, *Fr. Antonius Lusitanus, in Bibliotheca, & F. Michael Pius 2. p. li. 4. col. 220.*

VI. *Inquisitores.*

D ¶ Eodem anno & sequentibus, in tota Austria Inquisitor Generalis erat Fr. Antonius Grotoptus, vnus ex Concilij Tridentini Theologis. Item Vlisipone, in Regno Lusitaniæ Inquisitor hęreticæ prauitatis erat F. Hieronymus Oleaster linguarũ cognitione clarus, scripturęque sacræ interpres exactissimus, qui aduersus hæreses Lutheranas & cętera monstra horum temporum scripsit opus eruditione eximia refertum, *Fr Michael Pius 2 p lib 4. col. 259. & Paramus lib. 2. tit. 2. cap. 26.*

Anno Christi 1561. I. | Pij IIII. anno 2.

An. 1561.

Priuilegiis Inquisitorum.

ANNO Domini 1561. Pius quartus anno secundo Pontificatus cōcessit, Fr. Bernardo Bernardi Inquisitori Auinionensi (qui cum esset Vicarius Congregationis nostræ Franciæ Tridentino Concilio astitit, cum Episcopo Nemausensi) Breue Apostolicum super non reuelatione, nec publicatione nominum, & cognominum testium examinatorum, in officio sanctæ Inquisitionis, tā cōtra hæreticos, quam cōtra schismaticos. Est autē tenoris sequētis.

PIVS Papa quartus ad futuram rei memoriam.

Cùm sicut non sine magna animi nostri molestia accepim⁹, humani generis hoste instigante, ita schismaticorum, & aliorum hæreticorum numerus in prouincia, statu, & diœcesi ciuitatis nostræ Auinionensis præualuerit, & propter eorū seu alicuius ipsorū potentiam, & malitiā nullus contra eos deponere, seu eorum crimina reuelare, & accusare audeat; quo fit, vt ipsi schismatici, & hæretici remaneant impuniti, in non modicam diuinæ maiestatis offensam, & graue personarum Catholicarum scandalum, Nos ne in futurum aliquis metu ipsorum hæreticorum, & schismaticorum eorum crimina reuelare formidet, aliàs in præmissis opportune prouidere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia nostris. dilecto filio, Fr. Bernardo Ordinis Prædicatorum moderno Inquisitori Auinionensi, vel protempore existenti, in dicta prouincia hæreticæ prauitatis Inquisitori, vt personas, quę schismaticos, seu hæreticos huiusmodi reuelauerint, seu contra eos deposuerint, & testificauerint publicare, seu reuelare minime teneantur. Et si ab eodem Inquisitore aliqua ipsorum testium dicta publicare contingat, ita truncata, & secreta publicentur, vt cognitio nominū & cognominū ipsorum testium ad aliquā notitiā deuenire nō possit. Quodq; ipse Inquisitor à quoquā syndicari nequeat, & nemini, nisi nobis, aut pro tēpore existenti Romano Pontifici, & almæ vrbis nostræ supremis Inquisitoribus de processibus, per eum contra dictos hæreticos, & schismaticos formatis, rationē reddere teneatur authoritate Apostolica tenore pręsentiū concedimus pariter, & indulgemus, districtius inhibentes vniuersis, & singulis venerabilibus fratribus Archiepiscopis, Episcopis, & alijs prælatis eorūq; in spiritualibus, & tēporalibus Vicarijs, seu officialibus generalibus, & dilectis filijs omnibus, & singulis iudicibus, & personis, tā Ecclesiasticis, quā sęcularibus cuiuscūq; dignitatis, status, gradus, & ordinis, vel cōditionis existētibus, ne ipsum modernū, & pro tēpore existentē Inquisitorē ad nominū, & cognominū dictorum testiū reuelationē, & publicationē, seu de processibus, per eundē modernū cōtra ipsos hęreticos, & schismaticos formatis, vel ab eo, & alijs Inquisitoribus pro tēpore in futurū formādis rationis redditionē arctare, nec super præmissis, seu eorū occasione quouis prętextu molestare, perturbare, vel inquietare audeāt vel pręsumant. Irritū nihilominus, & inane decernētes, si secus super his à quoquā quauis authoritate sciēter, vel ignorāter cōtigerit attētari. Nō obstātibus cōstitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, & in Prouincialibus, ac Synodalibus Cōcilijs editis generalib⁹, vel specialibus, statutisq;, & cōsuetudinibus etiā iuramēto cōfirmatione Apostolica vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoq; indultis, & literis Apostolicis, in cōtrariū quomodolibet cōcessis cōfirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, etiāsi de illis eorūq; tenoribus specialis, specifica, & expressa mētio habenda foret, illorū tenores pręsentibus pro sufficiēter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permāsuris, hac vice dūtaxat ad effectū pręsentiū specialiter, & expresse latissimeq; derogamus, cæterisq; cōtrarijs quibuscūque. Datū Romę apud S. Petrū sub annulo Piscatoris, die prima Nouēbris anni 1561. Pōtificatus nostri anno 2. Cæsar Glorierius.

Ex literis Apostolicis pro officio sanctissimæ Inquisitionis, in directorio p. 126.

II. ¶ Eodem anno in Regno Poloniæ

Anno Christi, 1561.

Hæreses oppugnatæ

Fr. Melchior Mosticensis hæreticæ prauitatis Inquisitor, nunquam dignis laudibus satis efferendus viriliter pro Catholica Religione decertauit, qui in sexdecim Comitijs Generalibus regni, quę in annum quandoque protrahebantur concionatoris munere functus est; magna hæreticorum iactura, accessione credentium ad Ecclesiam, & confirmatione Christi fideliũ. Cum in comitijs hęreticorum primores putarent, & contenderent promiscuo populi furẽtis sermone de rebus fidei decernendam esse libertatem credendi, & facultatem vnicuiq; liberam manere transformandi se in Caluinismum, Lutheranismum, atque in dæmonem ipsum, & hoc voce, & armis extorquebant. Huic inauditæ excordiæ hæreticorum in omnibus illis comitijs oponebãt se validissimè, F. Melchior Inquisitor, & Fr. Lucas Leopoliẽsis oratorum illius sæculi Princeps, qui multis annis in loco comitijs, & Regię stationi dicato in vrbe Varsauiensi (cũ nondum Ordinis Prædicatorum vllum ibi cœnobium esset, vsq; ad annũ 1603) Ecclesiastæ ex officio munus gerens, in Ecclesia S. Ioannis apud Varsauienses principaliori maximo Catholicorum solatio incremento, & robore hæreticorumque exterminio, *Fr. Abraham Bzouius cap. 8. pa. 73.*

III. *Aduersus hæreses.*

¶ Eodem anno in Comitijs Generalibus Ordinis Prædicatorũ Auinioni celebratis ordinatum fuit, vt in tota nostra familia qualibet hebdomada processiones in singulis Cõuentibus, & Monasterijs fierent, & Litanię decantarẽtur, vt Deus Optimus Maximus Ecclesiam suam aduersus tot hæreses fluctuãtem adiuuaret. Statutum itẽ fuit, vt omnes verbi Dei concionatores, & Lectores Theologi viriliter, & intrepide contra hæreses se opponerent, articulos fidei, & Ecclesię Romanæ pro suggestu declarantes, quod etiã in Capitulo Bononiensi Generali subsequenti, & in alijs, atq; in qualibet prouincia sancitum, & executioni mãdatum fuit: exquo maximi progressus rebus Catholicis plurimis hęreticis vbique ad fidem reductis,

A

Pij IIII anno 2.

increuerunt, *Ex actibus Capitulorum Generalium 1561. & 1564. &c.*

An. 1562.

Conciliũ Tridẽtinũ, & fratres Prædicatorij, in eo decertãtes profide.

ANNO Domini 1562. Pontificatus Pij quarti anno tertio, Tridẽtinum Concilium, sub Paulo tertio inceptum anno 1545. Idibus Septẽbris contra Lutheri errores Tridenti Cõgregatum octo sessionibus habitis, & Bononiæ duabus intermissum est, sed à Iulio tertio reassumptũ anno 1551. Kalendis Maij, & post sextam sessionẽ intermissum anno 1552. propter imminẽtia Germaniæ bella: tandẽ sub Pio quarto, hoc anno reintegratum Tridenti, atque viginti quinque sessionibus perfectum, anno sequenti, videlicet 1563. pridie Nonas Decembris. Prima sessio fuit hoc prædicto anno, decimo quinto Kalẽdas Februarij, & vltima pridie Nonas Decembris anni 1563. In hoc œcumenico, ac Generali Concilio Prædicatoria familia egregie ostendit, quam valide semper hæreticorũ conatibus se opposuerit, tum alibi vbiq;, tum in Concilijs plurimis doctissimis, & sanctissimis viris eruditione, vel dignitate pollentibus pro conseruanda fide Catholica Tridenti aduersus hæreses disputationibus cõgressibusq; concertantibus. Astiterunt sacrosancto Concilio Reuerendissimi Magistri Generales S. P. Dominici successores Fr. Franciscus Romæus Castilionensis, qui interfuit disputationibus de Purgatorio, de Indulgentijs, & de Eucharistia, in quibus egregie suam eximiã eruditionẽ ostentauit, & F. Vincentius Iustinianus Genuẽsis, qui postea S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalis extitit. Sub Paulo tertio, F. Petrus Bertanus Mutinensis Theologus magni nominis, & sacri verbi declamator excellens, ab eodem Pontifice inter alios viros egregios de Catholicę fidei controuersijs disputaturos ad Concilium missus est. Posteà ad Carolum quintum Imperatorem Romanorum legatione Pontificiã fungens, tandem à Iulio tertio Presbyter Cardinalis creatus est.

B C D

Anno Christi 1562.

Pij IIII. anno 3.

SEQVVNTVR Archiepiscopi, qui è Prædicatoria familia Concilio astiterunt.

Fr. Augustinus Saluagus Genuensis Archiepiscopus Genuensis, Fr. Bartholomæus de Martyribus Lusitanus Archiepiscopus Bracharensis, & Primas, Fr. Sebastianus Lecauela Græcus Archiepiscopus Naxiensis, Fr. Iulius Pauesius de Brixia, Archiepiscopus Surrentinus, Fr. Leonardus Marinus Genuensis, Archiepiscopus Lancianensis, F. Antonius de Chio Græcus, Archiepiscopus Naxiensis successor Fr. Sebastiani prædicti.

EPISCOPI Assumpti ex Prædicatoria familia, qui Concilio astiterunt.

Fr. Franciscus Cerda Hispanus, filius Comitis Cabrensis Episcopus Canariensis, Fr. Martinus à Corduba Hispanus, frater germanus prædicti Fr. Francisci, filius item Comitis Cabrensis, Episcopus Derthusensis posteà verò Placentinus, & Cordubensis, Fr. Petrus Xaque Hispanus, Turris Iuliensis, Episcopus Nioquiensis, F. Thomas Cæselus Rossanensis, Episcopus Modensis, F. Iacobus Naclantes Florentinus, Episcopus Clodiensis, Fr. Thomas Stella Venetus, Episcopus Iustinopolitanus, Fr. Antonius de Comitibus, Episcopus Brugacensis, Fr. Albertus Dumius Cattarensis, Episcopus Belensis, F. Ægidius Fuscarius Bononiensis, Episcopus Mutinensis, Fr. Marcus Laurius de Tropia, Episcopus Campaniensis, Fr. Hieronymus de Nichisola Veronensis, Episcopus Theanensis, Fr. Dominicus Casablanca Messanensis, Episcopus Vicensis, Fr. Hieronymus Treuisanus Venetus, Episcopus Veronensis, Fr. Hieronymus Vvielmus Venetus, Episcopus Argolicensis, Fr. Timotheus Iustinianus Chiensis, Episcopus Calamonensis, in insula Cretæ, Fr. Antonius Hanetius Belga, Episcopus Namurcensis, Fr. Ioannes Colasvarinus Hungarus, Episcopus Canadiensis, Fr. Eugenius Ohairt Hibernus, Episcopus Achadensis.

MAGISTRI Theologi Prædicatorij Concilio assistentes.

Fr. Seraphinus Caballi Brixiensis Socius Reuerendissimi P. Magistri Generalis, Fr Vincentij Iustiniani, qui prima Dominica Aduentus anno 1562. coram Concilio concionem Latinam habuit & quatuor alij Magistri Theologi missi à Summo Pontifice Pio quarto, videlicet, Fr. Petrus Soto Hispanus, de quo supra anno millesimo quingentesimo quinquagesimo, & anno millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto, qui in Concilio diem clausit extremum anno millesimo quingentesimo sexagesimo tertio, mense Aprilis, cum maxima opinione sanctitatis, & eruditionis. Hic doctissimus Magister disputās concudit, & vicit, in publica Concilij cōgregatione Doctores hæreticos missos ad Concilium à Duce Vvirtembergensi, quorum præcipuus erat Hæresiarcha Brentius, in confessione suæ fidei, in titulo de Euangelio, in quo scripserunt: Euangelium non est aliud, quā bona, & læta annunciatio de filio Dei Domino nostro Iesu Christo, quod ipse solus sit expiator peccatorum nostrorum, & Redemptor & Saluator noster, &c. F. Hieronymus Brauus Hispanus, F. Camillus Campegius Ticinensis, seu Papiensis Inquisitor Ferrariēsis, & postea, Episcopus Nepesiensis, qui Dominica prima Aduentus anno 1563. coram Cōcilio orationem Latinam pro suggestu habuit: & Fr. Hadrianus Venetus postea Dominij Veneti Inquisitor.

Theologi autem Ordinis Prædicatorij missi à Rege Catholico Philippo secundo ad Concilium extiterunt, F. Ioānes Gallus, qui sacræ scripturæ Cathedram Salmanticæ moderatus est, & Fr. Petrus Fernandez, qui præfectus extitit prouinciæ Hispaniæ. Sub Paulo autem tertio missi fuerant, ad Concilium à Carolo quinto Augusto, Fr. Dominicus Soto Cathedræ Vespertinæ Scholæ Salmanticensis tunc moderator, qui in cōgressibus, cum hæreticis maximū triūphum reportauit, vnde illustri stemate à Concilio est nobilitatus, flamma egrediente ex duabus manibus complexis, cum hac inscriptione, fides, quæ per charitatem operatur. Qui etiam ora-

tionem

Anno Christi 1562.

Pij IIII anno 3.

tionem Latinam habuit in concilio Dominica prima Aduentus anno millesimo quingétesimo quadragemo quinto,& Fr. Bartholomæus Carrança, de quo supra anno millesimo quingentesimo quinquagesimo quarto) qui Dominica prima quadragesimæ anno millesimo quingentesimo quadragesimo sexto concionem habuit coram concilio, & ad Patres concilij scripsit librum de residétia Episcoporum. F. Melchior Canus Cathedram primariam Scholæ Salmantinæ regens,& F. Didacus de Chaues, missi fuerunt ab eodem Carolo Cęsare in reassumptione concilij sub Iulio tertio anno millesimo quingentesimo quinquagesimo primo. Magistri vero Theologi missi à Rege Lusitaniæ Ioanne tertio fuerunt, F. Georgius de Sancto Iacobo Inquisitor postea Vlisiponẽsis, qui concionem habuit coram concilio Dominica prima quadragesimæ, anno millesimo quingentesimo quadragesimo septimo,& Frat. Hieronymus ab Oleastro Inquisitor item postea Vlisiponensis, à Rege vero Lusitaniæ Sebastiano, vel potius à Catherina Regina Regni præfecta missi fuerunt, F. Ludouicus Sotomaior Cathedræ primariæ Colmbricensis diuinæ scripturæ regens & F. Franciscus Forerius, cui iniunctũ est à concilio indicem librorum prohibitorum conficere, insuper etiam cum F. Leonardo Marino Genuensi Archiepiscopo Lancianensi,& F. AEgidio Foscararo Episcopo Mutinensi, è Prędicatoria item familia Breuiarium, Missale Romanum reformare,& componere, & Catechismum Romanum instituere. Cum Reuerendissimo Archiepiscopo Bracharensi, F. Henricus de sancto Hieronymo, qui prima Dominica quadragesimæ, anno millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, concionem coram concilio habuit. Cum Episcopo autem Saguntino, F. Ioannes à Ludeña qui etiam concionem habuit coram cõcilio prima Dominica quadragesimæ, anno millesimo quingentesimo sexagesimo tertio,& satis eruditam disputationem habuit coram patribus concilij, cũ hæreticis de cælibatu Sacerdotum. Fr. Petrus Martyr Coma, qui postea fuit Episcopus Elnensis, cum Episcopo Gerundensi, F. Petrus Zatores, cum Episcopo Derthusensi. Omnes supradicti magistri Theologi duobus exceptis, scilicet F. Camillo Campegio,& Fr. Adriano Veneto ex natione Hispanica extiterunt.

F. Ambrosius Catherinus postea Episcopus Minorensis, & Archiepiscopus Compsanus, qui concionem habuit ad patres cõcilij, feria quarta Cinerum, anno millesimo quingentesimo quadragesimo sexto. Frat. Felicianus Niguarda à Morbinio pro Archiepiscopo Salisburgensi Imperij Principe. F. Angelus Giottus Florentinus cum Cardinali Mantuano concilij Legato, F. Eliseus Capis Venetus, cum Archiepiscopo Pragentẽsi, F. Matthęus Valdina, cum Episcopo Tarentino, Fr. Antonius de Grosupto, cum Episcopo Emilianensi, Fr. Aurelius Chiensis, cum Episcopo Spalatiensi, F. Marcus de Miocis Veronensis, cũ Episcopo Cenetensi, F. Benedictus Herba Mantuanus, cum Episcopo Brixiensi, F. Constantinus Coscianus, cum Episcopo montis Politiani, Fr. Baptista de Lugo, cum Episcopo Veronensi, F. Petrus Aridiensis Gallus, cum Episcopo Cenomanensi, Fr. Bernardus Bernardi Inquisitor Auinionensis, cum Episcopo Neumasensi, F. Hieronymus Barolus Papiensis,& F. Michael de Ast Genuensis, Prior cœnobij Tridentini Sancti Laurentij.

Demum notari merito potest quod in hoc sacrosancto Concilio plures Episcopi, ac Theologi, è nostra Prædicatoria familia astiterunt, quam ex cæteris omnibus simul religiosorum cœtibus, & etiam, quæ est gloria nostra in materijs, quas sancta Synodus definiendas accepit, sicut de Baptismo, de Eucharistiâ, de iustificatione,& reliquis, non solum decreta,& definitiones iuxta doctrinam Angelici Doctoris D. Thomę stabilitæ sunt: sed cum Patres Concilij, tertiam D. Thomæ partem summæ Theologiæ in aperto habentes Angelici Doctoris

Anno Christi. 1563.

conclusiones, definitiones Concilij habitæ sunt vt videre licet apud eundem Angelicum Doctorem in tertia parte, &c.

I. An. 1563. Heresis impugnata.

ANNO Domini millesimo quingentesimo sexagesimo tertio, Pij quarti anno quarto, F. Eugenius Ohairt Hibernus Episcopus Achadensis pro conseruanda Chatholica Religione in Regno Hiberniæ plurima incommoda passus ad Concilium Tridentinum pro subueniendis Catholicis rebus suæ patriæ profectus clarissimum inter Patres speculum zeli, & pietatis Christianę apparuit: *Frater Michael Pius 2. p. lib. 4. col. 250.*

II. Idolatræ conuersi.

¶ Eodem anno in orbe nouo Occidentali S. Ludouicus Bertrandus, è Cōuentu Prædicatorio Valentino alumnus circa nouę Carthaginis, & sanctę Marthæ regiones apud populos Cipacoa, Paluato, Tubara, Mompox, Granatam, Taruaco, Tenerife, & montana S. Martę Christi Euangelium gentibus annuncians, vberrimos fructus Ecclesię horreo introduxit, qui sanctissimus vir lingua Hispana prędicans ab Indis capiebatur, ac si illorum idiomate verba faceret, Catechismos breues institutionis Christianæ scribebat, vt etiam eo absente in rudimētis fidei instruerētur: *Diagus lib. 2. cap. 74. & Thomas Bozius libro 6. signo 19. & lib. 7. signo vigesimo quinto cap. 1.*

I. An. 1564. Hęreticus supplicio affectus.

ANNO Domini millesimo quingentesimo sexagesimo quarto, Pij quarti anno quinto, in Pedemontio sartor quidam ingenij sui acumine fisus ad nouam legem condendam æmulans Mahumetum, aspirabat, industria tamen F. Thomæ Iacomelli Inquisitoris Turinensis comprehēsus, & perpetuo carceri addictus fuit: *Paramus lib. 2. tit. 3. cap. 4. num. 33. & Fr. Michael Pius 2. p. lib. 4. col. 251.*

A

Pij IIII. anno 4.

II. Hæretici cōbusti, & alij impugnati.

¶ Eodem anno Inquisitor item Fr. Thomas Iacomellus sęculari brachio tradidit cōburēdū quendā Vvaldēsem hæreticum errores perniciosissimos disseminantem, scripsit etiam librum de authoritate Pontificia aduersus hæreses, & alium contra errores cuiusdam hęretici Medensis, ambos eruditione refertos, & Catholicis vtilissimos: *F. Michael Pius lib. 4. col. 251.*

B

II. Contra hęreses scriptor.

¶ Eodem anno F. Felicianus Niguarda de Morbinio orator Archiepiscopi Salisburgensis Imperij Principis in Concilio Tridentino scripsit eruditum opus præscriptum, Assertio fidei Catholicæ aduersus articulos Anę Burgensis in iure Canonico Doctoris, in quo doctissime hæreticorū praua dogmata retundit. *Sanderus de Monarchia Ecclesia lib. 7.*

III. Idolatræ conuersi.

¶ Eodem anno, & sequentibus in orbe nouo Occiduo S. Ludouicus Bertrādus innumeros idolatras ad veri Dei cultum adduxit: inter eos plures idolorum sacerdotes eorum delubra, & oratoria combussit. Et notandum est valde, quod oppida ab eodem sancto viro

C

conuersa in fidei Christi obseruantia reliquos illarum regionum populos antecellunt. In illis autem miracula plurima Dominus per eum ad gloriam sui nominis, & ad Gentilium conuersionē patrare dignatus est, vbi mortuos suscitauit, venenū propinatum ei innocuū fuit. Et postquam per septēnium in excolenda vinea illa Occidentali laborauit in Hispaniam est regressus, in qua ad

D

patriam æternam euolauit, anno millesimo quingentesimo octuagesimo primo. *Diagus lib. 2. cap. 74. & Bozius lib. 5 signo 11. capit. 2.*

An. 1565. Contra hęreses scriptor.

ANNO Domini millesimo quingētesimo sexagesimo quinto, Pij quarti anno sexto (qui obijt quinto Idus Decembris) F. Adrianus Valenticus Venetus scripsit librum eruditione plenum de inquirendis hæreticis, alterum de Eucharistia aduersus Caluinū

&alium

Anno Christi 1566.

Pij V. anno 1.

& alium contra errores Matthæi Gribaldi. Astitit Concilio Tridentino, missus à Pio quarto in locum, Fr. Petri Soto mortui anno millesimo quingentesimo sexagesimo tertio, postea fuit factus Episcopus Iustinopolitanus, ex Inquisitore Dominij Veneti assumptus *F. Michael Pius lib 4. col. 251.*

I. *An. 1566.*

ANNO Domini millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, sub Pio quinto, sanctissimo ex Prædicatoria familia ad Pôtificatum assumpto septimo Idus Ianuarij (qui obijt anno millesimo quingentesimo septuagesimo secundo, Kalendis Maij) in Gallia Belgica, apud vrbem Antuerpiensem hæretici copioso numero renascentes authoribus, & prædicatoribus tinctore, & pellione dum fratres Prædicatores illis se opposuere ad ianuas cœnobij libella scripserunt: *In malam crucem Monachos, &c.* Et his non contenti violenter cœnobium ipsum Prædicatorum ingressi fratribus expulsis omnia deprædati sunt, cum nullus fratrum, nec minis nec promissis illis vellet assentire. Apud vrbes item Gandauensem, Bellloducensem, Hiprensem, Balliolanum, & Traiectum hæretici immanissima scelera perpetrarunt, in primis aduersus Prędicatoria nostra cœnobia ea deprędantes, plurimasque inhumanitates in fratres exercentes, quę omnia alacriter, & gaudentes pro Catholica religione perpessi sunt: *Leo Belgicus anno millesimo quingentesimo sexagesimo sexto Surius in Commẽtarijs anno millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, Natalis Comes lib. 18. & 26.*

Passi ab hæreticis persecutiones maximas.

II. *Hæreses confutatę*

¶ Eodem anno apud Nimegam in Gallia Belgica, cum minister Caluinista Ludouicus nomine, eloquentia humana præditus certamen publicum de rebus religionis ad certum diem indixisset, Prior conuentus Prædicatorij Nimegensis insurrexit aduersus eum, & pro fide Catholica viriliter stetit, & in congressu, ac præludio, tantam vim argumentorum, ac rationum ostendit, vt coram frequentissimo populorum concursu Caluinistam vicerit, ita vt confusus cum sua secte viris abscesserit, eorũ pluribus ad Catholicã fidem reductis. *Laurentius Surius anno millesimo quingentesimo sexagesimo sexto.*

III. *Pro religione conseruanda.*

¶ Eodem anno Pius quintus sanctissimus Pontifex pro Catholica religione in Gallia Belgica conseruanda, quatuor diœceses denuo erexit, Gãdauensem, Ruremundanam, Belloducensem, & Leouardiensem, in quibus viros eruditione, ac fide insignes Episcopos confirmauit; Cornelium enim Iansenũ in Gandauo, Gulljelmum Lindanum in Ruremunda, Frãciscum in Belloduco, & Gunerum in Leouardo: & vix iuste ęstimari potest, quot præclaros in Religione fructus vigilantissimi illi præsules ediderint. *Genebrardus anno millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, Bernardinus Mendosa in Commentarijs Belgicis lib. 3.*

IIII. *In Germania diœceses reformatæ, & hæreses oppugnatæ.*

¶ Eodem anno, & sequenti, Pius V. sanctissimo Catholicę religionis augẽdæ exęstuans ardore in Germaniæ Prouincias Cardinalem Commendonẽ Legatum misit cum salutiferis instructionibus pro resarciẽda religione, pręcepit illi, vt sedulo ageret de obseruantia Concilij Tridentini, ad quam stabiliendam iussit, vt Synodus in vnaquaq; diœcesi ad acceptandum Concilium, & executioni mandandum haberetur. Et adminus, quod Saltzburgi Constantiæ, Frisingæ, Augustæ, Coloniæ, Moguntię, ac Treuerorum Catholicarum diœcesium, sine vlla mora adimpleretur. Archiepiscopum Coloniensem Fridericum Comitem Vvedanum non recte de Catholica fide sentientem Archiepiscopatum relinquere compulit, alio electo Archiepiscopo, & cõfirmato. Anno millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, pericula imminentia Ecclesijs Magdeburgensi, & Argentinensi præcauens præsulibus ętate nimia morti propinquis, & timens, quod Dux Saxonię Magdeburgensem, sicut alias tres vsurparet, & quod Argentinenses Canonici plures essent hæresi labefactati, & ideo Episco-

Anno Christi. 1567.

pum è sua secta eligerent, coadiutores Episcopos ad tot malis obuiandum assumere fecit. Cunctos item Episcopos Germaniæ, qui habebant in consuetudine Episcopatuum redditibus frui, antequam in Episcopos consecrarentur iurisdictione Episcopali, & prouentibus vti pastoralia officia per titulares Episcopos administrare compulit, vt consecrarêtur, in publico celebrarêt, populo prædicarent, oppida diœcesis visitarêt, ac lustrarent, Catholicas oues cōfortarent, & quod non permitterent Canonicos, & Ecclesiasticos viros scandalose, vel incontinenter viuere. Iussit etiam pijssimus Pontifex, vt Episcopi seminaria ad educandos pueros erigerent iuxta sacri Concilij Tridentini decretum, ac potissimum inter alia eis præcepit, vt diœceses hæreticis libris purgarent libros institutionis Catholicæ, vel Catechismos excudi facerent aduersus errores hęreticorum, ad pręla pecunias necessarias pollicens, & subministrans. Ordinauit præterea, vt de augmento religionis Catholicæ ipsum certiorem facerent, & diligenter inquiri fecit per Legatum, si hęretici apud Italiam, Franciam, vel Hispaniam aliquod haberent commercium. Ex his Pōtificis salutiferis præuentionibus in hac legatione maximus Catholicę rei profectus est subsecutus. Ducem item Bauariæ orthodoxum, Catholicorum in Germania speculum, in religione cōfirmauit, & admonuit, vt filios suos ab omni hæreticorum consortio, & communicatione separatos in fide Catholica educaret: *Hieronymus Catena de vita Pij V. Romæ edita anno 1586. à pag. 37. vsque 44. Antonius Fonsmaior libro 3. de vita eiusdem folio 52. &c.*

I. *An. 1567. Galliarū ruinæ per hæreticos.*

ANNO Domini millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, Pij quinti anno secundo, Galliarū ruinę, ac crudelitates, quas hæretici in Catholicos exercuere hoc tempore, vix à posteris credentur. Sanctorum corpo-

A ra, & Angelis veneranda sacra pignora exhumata, refossa, combusta, cineresq; vel sparsi, vel in profluentem demersi. Diuorū imagines, & reliquię proculcatę confractæ, discerptæ, aut etiam concrematæ, sacramenta irrisa, & profligata, fidei cuncta sacra dogmata abnegata reiecta, totius status œconomiæ Christianorum ordinum perturbatus, inuersus, tota facies Ecclesiæ deformata, seu potius extincta; altaria euersa, templa in multis locis incensa, multa diruta. B Quid dico multa? Sane numero incredibili, vtpote ad decem millia, & supra. Quę residua fuere ad vsum equorum commutata, aut in speluncas latronum conuersa sunt. Aureliæ Augustę crucis templum mirabili opere, & cælatura, Lugduni Fanum, S. Iusti actis cuniculis, & incenso puluere corruerunt, sancta ossa aut concremata, aut in profluentem deiecta: sanctorum B. Martini apud Turones, Irenęi, Iusti, & Bonauenturæ, apud Lugdunenses, Hilarij, apud Pictauos, apud Engolismenses Di- C uorum omnium, qui ibi sepulti erant, corpora amisimus. Pudet pigetque, seu potius animus meminisse horret luctuque refugit atrociora, & funestiora alia recentere. O Christe Deus, stupeo plane ad tuam patientiā! Eucharistia porcis obiecta, pedib⁹ protrita, Oleo sacro cocta & (quod maxime horrendum est dicere) angendis natibus adhibita, cum eam vocitarent irrisorio, apud Gallos nomine, Ioannem Album, stultum appellantes Christum Dominum, quod D sub figura panis Corpus suum occuluisset. Pretiosa vestis, aulęa omnis generis, & gemmata sacrorum ornamenta amissa. Ex vasis æneis tormenta conflata. Bibliothecæ instructissimæ, atque antiquissimæ passim arserunt. Busta Principum & nobilium magna crudelitate effossa. Monasteria supra sexcenta solo æquata, plurima incensa. Vasa aurea & argêtea, quæ maiorum pietas templis reliquerat, partim ab hæreticis per sacrilegium rapta, & in pecunias versa, partim à præfectis prouinciarū in vsum belli accōmodata. Ad fanū

Pij V. anno 2.

Martyres innumeri ab hæreticis passi.

Macharij

Anno Christi. 1567.

Pij V. anno 2.

Macharij in Vasconia ab hæreticis Catholici viui aggesta humo obruti, pueri medij ferro secati. Sacerdotum viscera fuste intorta sensim extracta. Fratri cuidam penem amputarũt, coctumque deuorare coegerunt. Tandemque, vt quid de cibo actum esset viderent ventrem medium secuerũt. Mulieribus grauibus vterus ferro cæsus. Infantes ad saxa acti ante mortem acceperunt, quam vitam. Quis hæc credat, quę ipse non viderit? & tamen verè ita acciderunt. Cõstat supra quinque millia Sacerdotes omnis generis his tumultibus, & lentis & crudelibus supplicijs esse peremptos, quibusdam eorũ pellem detractã; qui octauo, aut nono demum die, quasi ad insaniam redacti spiritum exhalabant. Multis caput amputatum, alij militari supplicio minoribus tormentis expoliti, aut æncarum machinarum ori alligati immisso igne in frusta distracti, plurimi vnco summo gutturi affixo dolore, & inedia confecti, non pauci in templorum crucibus suspensi. Sæpius ex sacerdotum adhuc spirantium ventribus discissis, atque inter ipsa gemẽtium piorũ viscera iniecto hordeo equis ipsis insolens pabulum horrescẽtibus, cibus est propositus. Inter hæc immania Sacerdotum tormenta, qui pro Catholica religione tutanda gloriosius laborarunt, Prædicatorię familiæ viri extiterunt, plurimis eorum ab hæreticis, hoc anno & sequentibus pro fide interẽptis. Inter eos aliqui à nobis describentur: nam omnes cum sint fere innumeri difficillime recensere possemus. Itaque anno isto F. Renatus Poiuetus magister cœnobij Engolismẽsis alumnus ferreis forcipibus toto pectore ab Hugonotis hęreticis dilaniatus, atque postea è sublimi solario præcipitatus semiuiuus iacens plumbea glande vi scopletti traiectus victor ad martyrij coronam inigrauit.

F. Ioannes Malchauserius Prior cœnobij Tolosani globulo etiam plumbeo tormenti ænei violentia confossus Romanæ Ecclesiæ fidem suo sanguine stabiliuit. F. Michael Sarberius Prior Ma-A tisconensis ab hæreticis ex alto deiectus adhuc ægre spiritum ducens strangulatur, cum quo Fr. Ioannes nouitius ictu alabardæ concidit. F. Ioannes Bole conuentus Engolismensis, cum alio fratre ab hæreticis crudeliter interfectus, quando magister F. Renatus, qui supra, F. Petrus Guillotus magister, Prior cõuentus Castrensis pugione transfossus & in flumẽ pręcipitatus extinguitur, F. Franciscus Picartius Bellouacensis, in Rupellensi cœnobio diu tortus, tãdem capite truncatus, cum alijs duobus fratribus B in mare proiectus martyrium cõsummauit, Fr. Iacobus Magistri effossis primum oculis, virilibus abscissis gladio, tãdem percussus insignem martyrij palmam est consecutus. F. Ioannes Torta ab hæreticis sagittis confixus.

Complures alij fratres in conuentu Athouarensi, & in Picardia, atque Normandia pro fide Catholica interempti sunt, quorum nomina quamuis hic non exprimãtur scripta tamen esse in libro vitæ non dubitamus.

C In Prouincia Prouincię (Gallice Proẽça) etiam pro fide Catholica interfecti sunt F. Nicolaus Sauxatus, Neumasensis, F. Ioãnes Iunius magister, & Prior conuentus Alexti, F. Ioannes Argempsonius, Fr. Antonius Vrsus, Fr Ioannes Miraballus, F. Apollinaris Viennensis, & F. Ioannes Chabasus conuentus Dionensis. *Horum omnium fratrum martyris, & triumphi iussu Pontificis sanctissimi Pij V. (vt infra dicemus) comprobati sunt. Castillus 1. p. libro 1. cap. 65. Stanislaus Rescius presbyter de Atheismis; & phalarismis Euangelicorum lib 2.*

D ¶ Eodem anno in regno item Galliarum apud villam Hamur Pictauiensis diœcesis solennis disputatio indicta fuit inter Catholicos, & Hugonotes. Vocantur hæretici in Francia Hugonoti ex porta vrbis Turonensis à Rege Hugone Capeta, sic appellata: iuxta quam prima conuenticula, & conciliabula hęreticorum Caluinistarum in Francia fieri cœperunt. Innumerabilis hominum multitudo concurrit designatis pro Catholicis, quidem Magistro

II. *Cõgressus & disputatio cum hæreticis.*

F. Pe-

Anno Christi 1567.

Pij V. anno 2.

F.Petro Diuole Antisiodorensi,& pro hæreticis magistro Luziera apostata cuiusdam religionis. Erat F.Petrus eruditione,facūdia, pietate,atque zelo fidei excellens, qui per plures annos in Gallia res Catholicorum non solum conseruauit,sed & amplificauit,editis doctissimis scriptis aduersus hæreses disputationibus eruditis, & feruidissimis concionibus,quibus magna ex parte hæresis ruinam minabatur. Tandem in platea prędictæ villæ Hamur, vtriusq; partis sectatoribus comparentibus disputationis congressus exorsus est. F. Petrus euidentibus,atque efficacibus rationibus,& sacræ Scripturę authoritatibus veritates Catholicas comprobauit magistro Luziera nimio dedecore conuicto. Et cum semel vociferans errorum suorum articulos proponere contenderet probare, admittendo argutijs sophisticis sua praua dogmata,&primum aduersus Virginitatem B. Mariæ Deiparę cum secundo repetere vellet,coactus est corā omnibus insaniæ,& temeritatis suę pœnas luere, loquela repente & vita amissis. Qui ei appropinquantes erant fœtorem corruptissimum perceperunt, vt nullus ibi sistere, nec comparere posset. Tali euentu plures hæretici ad Ecclesiam Romanam deuenerūt Catholicis in fide firmatis: *Ex relationibus Prouinciarū Galliæ Ordinis Prædicatorum F. Michael Pius lib. 4 col. 221. F. Antonius Lusitanus in Bibliotheca.*

II.

Hæretici debellati.

¶ Eodem anno Pius quintus in Regno Poloniæ religionem Catholicam nutantem,& labantem fulciuit misso Legato, qui strenue pręcepta sanctissimi Pontificis executioni mandans iurisdictionem Ecclesiasticam fere amissam recuperauit, Ecclesias monasteria, Canonicatus ab hæreticis possessos restituit. Poloni à Pio quarto fuerant assecuti communionem sub vtraque specie & nunc insuper Ecclesiasticis & Sacerdotibus vxores petebant. Istud autem sanctissimus Pius quintus negauit,& alterum concessum à Pio quarto reuocauit,propter aliquas fortissimas rationes: nam quamuis initio Ecclesiæ mos esset Eucharistiam sub vtraque specie panis,& vini sumere,tamen postea Ecclesia re bene circunspecta deleuit: causæ,quidem ad id tollendum plures subsunt. Prima numerosa fidelium multitudo in dies crescens,propter quam communicandam periculum erat effusionis sanguinis,quod in præcedenti tempore propter populi paucitatem non adeo timendum erat. Altera huic proxima,delatio vini ad loca distantiora pro communicandis infirmis,quo casu timendū valde erat, ne inopinato deferentis lapsu sanguis effunderetur. Nam ob aliam similem causam,cum olim communio, sub vtraque specie laicis daretur sanguinem Domini à diacono fuisse effusum in vita S.Donati Episcopi, & Martyris legitur,vbi hęc verba habētur: Cumque die quadam missam celebrasset populo & de Corpore Christi venerabiliter recrearetur, diaconus sanguinem sacrum populo tradens cecidit, & sanctum calicem comminuit,hæc ibi. Deinde ne vinum pro infirmis conseruatum vertatur in acetum,quod plurimum contingere solet. Quarta ratio est,quod apud plerasque gentium nationes magna est vini raritas, ob quam difficillimū esset & aliquando impossibile,vt sub vini specie totus populus communicaret,quoniam vinum deesset,quod tantæ multitudini sufficeret. Et quod præ his omnibus magis curandum erat,ne scilicet, homines hac occasione in eum ducerētur errorem,vt crederent sub vtraque Eucharistiæ specie non æque totū Christum contineri,sicut de Nestorianis dicitur in hunc errorem lapsos fuisse,quo fieret,vt cum laboranti in extremis species vini,propter quasdam vrgētes causas subtraheretur, suspicaretur se non integre communicatum: propter has rationes,& plures alias reuocauit sanctissimus Pontifex concessionem communicandi sub vtraque specie in Regno Poloniæ. Fecit etiam vt Rex in publico sacramentum Eucharistiæ acciperet ad Catholicorum confirmationem,& hæreticorum confusionem. Iuxta Poloniam in Prouincia Prussiæ,apud vrbem

Anno Christi. 1568.

Danzic cœnobium Prędicatorum restituit egregijsque concionatoribus locupletauit, qui in ea vrbe & cæteris finitimis Catholicam religioné protegerent, ac sustentarent, hæreticosque ad Ecclesiam reducerent. Incredibilis subsecutus est, ex eorum concionibus in tota illa regione fructus: *Hieronymus Catena pag. 107. & 145. Fonsmaior libr. 5. fol. 105. 107.*

I. *An. 1568.* *Hæretici oppugnati*

ANNO Domini millesimo quingentesimo sexagesimo octauo, Pius quintus, qui aduersus hæreticos scuta aurea sexcenta millia, & quinquaginta, ex redditibus Pontificijs, atque ex Camera Apostolica consumpsit (non loquimur de Thesauris, quos aduersus Turcas exhausit) Regem Catholicum Philippum secundum admonuit ne, vt aliqui consulebant, libertatem conscientiæ in Gallia Belgica permitteret, ostendens grauissimis, & euidentibus rationibus politicum, & spirituale dominium, simul incedere, & quod vix in religione permittebatur aliqua nouitas, quin in dominio, & subiectione, non etiam reperiretur: *Hieronymus Catena, pag. 90. Fonsmaior lib. 3. fol. 71.*

II. *Infideliũ conuersio.*

¶ Eodem anno Pius quintus circa infidelium conuersionem, & neophitorum educationem, & Catechismum in Occidentalibus Indijs Regi Catholico parentibus instructiones salutiferas valde expediuit. Nam pręcepit, vt in cũctis Indorum oppidis conuersiones per manus fratrum, & Sacerdotum fierent, & quod omnes Episcopi seuere corriperẽt ac punirent Christianos sæculares scandalosos, qui prauis moribus Gentilium conuersioni damna ingerebãt, insuper eisdem pastoribus iniunxit, quod cogerent Gentiles nondum conuersos ad obseruantiam legis naturalis, & quod prohiberentur cõuenticula facere, conuiuia temulenta, & ebrietates exercere, & quod Gentiles ad Ecclesiam venientes compellerentur commorari in oppidis relictis montanis, & speluncis in quibus plurimi eorum habitabant ad hoc, vt facilius, & fructuosius in Christiana religione conseruari possent. *Hieronymus Catena p. 94. Fonsmaior li. 4. f. 99.*

Pij V. anno 3.

III. *Hæretici puniti.*

¶ Eodem anno Pius Pontifex cum hęretici Grisones per Lombardiam virus suum diffundere intenderent, quorum dux erat Franciscus Celaria Mediolanensis apostata magni nominis, tantis malis imminentibus obuiare curans misit quendam fratrem Prędicatorem aliquot socijs, & pecunia stipatum, vt illum caperet, & cum esset apud Coiram pręstolati sunt eum prędictus frater, & octo alij homines in trãsitu fluuij Adæ, in quem manus inijcientes per ditionẽ Mediolanensem, Romam festinanter adduxerunt. Conquesti sunt acriter Grisones, quod Pontifex eorum libertatẽ violaret, apud Ducem Alburquerquium Lombardiæ pręfectum, & gubernatorem Mediolanensis ditionis, siquidem Pontifex intra suos terminos iurisdictionem exercens in vincula conijciebat, ad quod Pius respondit, quod Potestas Pontificia in causis fidei nullo limite in terris terminabatur. Romæ autem dictum hęreticum Franciscum Celariam, parum antea ad fidem reductũ igni tradi iussit. Post hoc fuit etiam celebre supplicium à Pio quinto de Carsaneca viro Famosissimo, & ob aspectũ veneratione digno, erat propinquus illustrissimæ domui Medicęæ, Protonotarius Apostolicus quondam Clementis septimi secretarius, & vt ferebatur, nisi mors Pontificis obstitisset Cardinalitia dignitate, & Giennensi Episcopatu ab ipso ornandus. Morabatur Florẽtiæ prædiues plurimis beneficijs Ecclesiasticis locupletatus, & Duci Cosmę acceptus, vt cognatus. Ter Ecclesiæ reconciliatus fuerat hæresi abiurata, sed nunc flammis traditus ad Ecclesiam reductus licet ficte, ab aliquibus suspicaretur, post pertinaciam viginti septem annorum. Comprobatum est etiam, quod ministros Caluinistas, apud Geneuam suis sumptibus Ecclesiasticis aleret, & quod cum hæresiarcha Caluino conuersaretur, cuius manu plures Epis-

Anno Christi. 1569.

stolas exaratas ad Carsanecam nullas ſeruitia facientes in eius domo reperetunt. *Fons maior lib. 5 fol. 107, &c.*

IIII

Scripta cõtra hæreticos.

¶ Eodem anno Fr. Iacobus Naclantus Florentinus eximia eruditione ornatus, ſcripſit aduerſus errores horum temporum tres doctiſsimos libros, alterum de regno Christi, alterum de authoritate Concilij, & Pontificis, & alterum de Pontificatu, & Sacerdotio Chriſti, *Fr. Michael Pius lib. 4 col. 254 Fr. Antonius Lusitanus in Bibliotheca.*

I.

An. 1569.

ANNO Domini milleſimo quingenteſimo ſexageſimo nono. Pius V. vigilantiſsimus Eccleſiæ paſtor maxime intentus cõſeruationi Religionis Catholicæ in toto orbe Chriſtiano, nullum non lapidẽ mouit vt à Regno Galliarum hæreticos omnino expelleret, adeoque Catholicos toto animo & conamine protexit, ac ſi vniuſcuiuſque pater, vel frater exiſteret. Catechiſmum Romanũ Gallica lingua trãsferri fecit, vt prę manibus omnium haberetur. Curauit cum Rege, vt Cardinalem Xatillon hæreticum à Pio Quarto Galero priuatum â ſuo Regio Senatu eijceret, qui in Pontificis irriſionem, at contemptum poſt coniugium Cardinalitias veſtes induebat, quapropter Regem hortatus eſt, vt compelleret eum veſtes Cardineas deponere; alioquin, nullum ſe nationis Gallicæ virum facturum Cardinalem: dum ille ita collegium ſacrum infamaret, inſuper etiam Epiſcopatu Bieben ſi, ab ipſo vſurpato eum priuauit. Epiſcopatus verò Vticenſem, Valentinum Carnotenſem, & Olorenſem hæreticis abſtulit deſignatis ad eoſdem Catholicis viris doctrina, & moribus ornatis. Præterea ſeculares coniugatos beneficijs Eccleſiaſticis onuſtos, ab eorum poſſeſsione priuauit. Et non tantũ Eccleſias, ab hæreticis purgauit, ſed ipſum Regium Senatum, & parlamentum, ac Prouinciarum ſuprema conſilia. Fecit item, vt Epiſcopi, in ſuis diœceſibus reſiderent, ad hæreſum exterminium, & ad omnium Catholicarum ſolatium.

Hæreses profligatę

Pij V. anno 4.

A

Totis inſuper curauit viribus, vt Abbatias, & beneficia ſæcularibus viris, ac mulieribus concedendi abuſus à Regibus introductus, vt ſeruitia ipſis facta recõpenſarent, omnino tolleretur: atq; adeò Princiſſæ Rocaſurioni Catholicæ Epiſcopatum Glandeuenſem, & duas Abbatias in dotem à Regibus datas, & diu poſſeſſas non deſignatis paſtoribus, qui eas adminiſtrarent ſuſtulit.

B

Regi etiam perſuaſit, vt tolleret, & vitaret principum aliquorum ſui Regni perſecutiones, quas Catholicis, & viris Religioſis, & Eccleſijs infligebant, comminatus daturum ſe Epiſcopatus potentioribus Hiſpaniæ antiſtibus, qui viribus ab hæreticorum violentia Eccleſias Galliæ defenſare valerent. Damnauit omnino amicitiam, quam Reges Galliæ cum Turca conſeruabant, cum detrimento maximo totius rei Chriſtianę, & inſtantiſsime petijt diſſolui.

C

Flagitauit inſuper aggredi expugnatiõnem vrbis Genenenſis potiſsimę hęreticorum ſpeluncæ, à qua magna ex parte hęreſes illius Regni emanarunt. Fecit item, vt frangeret pacem ignominioſam, quam Rex cum hæreticis ſtatuerat, & vt bellum aduerſus eos indiceret, ad quod Pontifex miſit ſex millium bellatorum validum exercitum, cum generali prefecto illius Comite Sãcti floris. Adiunctus itaque Pontificius exercitus Regis Catholici ſtrenuo exercitui è Gallia Belgica aduentanti numero quinque millium Hiſpanorum

D

maiori ex parte veteranorum militum ita Catholicorum vires in Gallia increuerunt, vt cum hæreticorum potentiſſimo, & numeroſiſsimo exercitu nẽpè viginti quinque milliũ militũ, è quibus vndecim millia in equitatu erant congredi valerent. Atque adeò quinto nonas Octobris, tertia nempè die dicti menſis vtrinque validiſsime pugnatum eſt: & quidem feliciſsime hæreticorum exercitu à Catholicis proſtrato decem, & ſeptem millibus præ-

Anno Christi 1569.

Pij V. anno 4.

lio occisis ex exercitu vero Catholico solum sexentis desideratis. Asserebant Hugonoti vexillis Pontificis in principio pugnæ extensis faciem, & priori belli ducentibus conspexisse viros splendidis armis vestitos, & gladijs sanguine rubētibus minitātes in hæreticos, qui ex aduerso aggrediebātur. Tali visione territus quidam hęreticorum dux, voto se constrinxit, signa Pontificis secuturū si incolumis euasisset, quod postea executioni mandauit. Misit tūc Comes Sanctifloris Pontificis exercitus præfectus generalis, Romā sanctissimo Pio viginti duo hæreticorum vexilla in prælio capta, quæ in tātę victorię memoriam, & triūphum alia in Lateranensi, alia in Vaticana Ecclesia pēdent. Et cum Rex Galliæ Carolus nonus, pacem cum Hugonotis pacisci decerneret, Pontifex instanter per suum Legatum repugnauit. Per biennium tamen in vrbe Pontificia Auinionēsi exercitum aluit ad hæreticorum terrorem, & frenum: & in eadem vrbe sanctę Inquisitionis tribunal rigorosius, quam antea stabiliuit, cum potestate, bona hęreticorum fisco applicādi ad monasteria, & tēpla destructa resarciēda. Et adeo vehementissimo hæreticos odio persequebatur, vt bello captos emeret: & nisi ad fidem Catholicam reuerterentur, Auinioni cōcremari faceret. Plura alia pręclarissima sanctissimus Pōtifex operatus est ad continendum Regnum Galliæ in Catholica religione, quę ob breuitatem Epitomes huius certaminis, hic inserere omittimus: *Hieronymus Catena à pag. 58. vsq; 75 Fonsmaior libr. 3. fol. 59. 60. 68. & Natalis Comes lib. 18. Mābrinus Roseus lib. 12. Iacobus Augustus Thuanus lib. 45.*

II. *Scriptores cōtra hæreses.*

¶ Eodem anno F. Dominicus Sergent almi nostri studij Parisiensis regens, acerrimus aduersus hæreticos prædicator scripsit opus eruditum de sacramentis, in quo doctissime hęreticorum confutat errores, valde vtile ad eos cōfundendum, & conuincendum. Floruit sapientissimus magister in Gallia maxima rei Catholicę vtilitate ab anno millesimo quingentesimo sexagesimo, vsque millesimū quingentesimū octuagesimū quartū *Fr. Antonius Lusitanus in Bibliotheca.*

I. *An. 1570.*

ANNO Domini millesimo quingentesimo septuagesimo, Pij quinti anno quinto, pro conseruanda Religione Catholica in Gallia, fratres Prædicatores maximas persecutiones ab hæreticis perpessi, plures pro fide necati sunt.

Martyres ab hæreticis passi.

In Prouincia Tolosana F. Leonardius Talasius Sacerdos conuentus sancti Iuliani cum in pauperum Xenodochio repertus fuisset, ab hęreticis strangulatus & pugione cōfossus est. F. Augerius de Montealto Supprior conuentus Morlanensis, ab hæreticis pro Catholica religione catapulta interemptus est. F. Raymundus de Plano Morlanensis conuentus concionator egregius, aduersariusq; acerrimus hæreticorum, cum in fide perseueraret, erutis oculis, & ei in cibū datis tandem ab eisdem hæreticis necatus est, Fr. Ioannes Fargali, Frat. Antonius de Rosa, & Frater Antonius Vuiliers fame consumpti sunt, F. Laurētius Franconi Rutenensis conuentus alumnus ab hæreticis in vinea eiusdem conuentus repertus viuus combustus est, F. Robertus de Bellouisu, vir doctissimus, & insignis Ecclesiastes membrorū articulis abscissis, & inter hęreticos dimissis in residuo corporis decoriatus est, sicque sęua morte vitam mercatus est sempiternam.

In Prouincia Franciæ, & in congregatione Gallicana, F. Robertus Culuanus conuentus Ebroicensis ab hęreticis sagitis confixus. F. Petrus Męretus conuentus Clarèmontensis ab eisdem occisus, F. Ioannes Pichardus cōuētus Beluacensis, & Frat. Ioannes Fegen conuentus Pruuinensis pro religione Catholica interimuntur. *Omnium istorum viginti nouem Martyrum mortes, ac gloriosi triumphi anno millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, & anno millesi-*

Anno Christi. 1570.

Pij V. anno 5.

mo quingentesimo septuagesimo, comprobati sunt iussu, & authoritate sanctissimi Pontificis Pij quinti, qui comitijs generalibus ordinis Prædicatorij Romæ habitis anno millesimo quingentesimo sexagesimo nono, & millesimo quingentesimo septuagesimo primo assitit, vt in fine actorum eorundem refertur, & Castillus, 1. p. lib. 1. cap. 63. idem refert.

II.

Hæretici puniti, & impugnati.

¶ Eodem anno Pius quintus postquam per quinquenium varijs medijs legationibusque missis tentasset, vt Regina Angliæ Elisabet ad Ecclesiam reuerteretur, cum eius animum rebellem, & obstinatum conspiceret, sententiam excommunicationis, & priuationis Regni in eam protulit, subditos à iuramento fidelitatis absoluens excommunicatosque declarans, quotquot ei obedirent. Bulla Pontificis affixa est Ianuis ædium Episcopi Londinensis in die Corporis Christi, & in Bulla eadem hæc sequentia deplorat. Flagitiorum serua Elisabeth à pretensa Angliæ Regina, ad quam velut ad asylum omniũ infestissimi profugium inuenerunt. Hæc eadem Regno occupato supremi Ecclesiæ capitis locum in omni Anglia, eiusque præcipuam authoritatem, atque iurisdictionem monstruose sibi vsurpans, Regnum ipsum, iam tum ad fidem Catholicam, & bonam frugem reductum rursus in miserum exitiũ reuocauit secutisque, & amplexis hæreticorum erroribus Regium consilium ex Anglica nobilitate confectum diremit: illudque obscuris hominibus, & hæreticis compleuit. Catholicæ fidei cultores oppressit, improbos concionatores, atque impietatum administros reposuit, Missæ sacrificium, preces, ieiunia, ciborum, delectum, cœlibatum, ritusque Catholicos aboleuit, libros manifestam hæresim continentes toto Regno proponi impia mysteria, & instituta, ad Caluini præscriptum à se suscepta, & obseruata, etiam à subditis seruari mãdauit, Episcopos Ecclesiarum Doctores, & alios sacerdotes Catholicos suis Ecclesijs, & beneficijs eijcere, ac de illis, ac alijs rebus Ecclesiasticis in hæreticos homines disponere, deq; Ecclesiæ causis decernere ausa prælatis, clero, & populo, ne Romanam Ecclesiam agnoscerent, neue eius preceptis sanctionibusque canonicis obtemperarent, interdixit, plerosque in nefarias leges suas venire, & Romani Pontificis authoritatem, atque obedientiam abiurare, seq; solam in temporalibus, & spiritualibus dominam agnoscere, iureiurando coegit, pœnas, & supplicia in eos, qui dicto non essent audientes, imposuit: easdemque ab ijs, qui in vnitate fidei, & predicta obedientia perseuerarunt, exegit, Catholicos Antistites, & Ecclesiarũ rectores in vincula cõiecit. Hactenus sanctus Põtifex Pius V. qui indefesse laborauit ad subueniendũ Catholicis illius Regni, & ad hoc curauit omni diligentia, vt in duobus seminarijs Duaci, & Remis sub protectione domus, & familiæ Guisarum erectis sacerdotes Angli alerentur, & instruerentur, vt in Regnũ regressi sua prædicatione, & conuersatione Catholicos in fide conseruare, hæreticosque reducere conarentur. Erant hi discipuli F. Petri Soto, & aliorum Doctorum, è Prædicatoria familia, qui in Angliç Academijs Cathedras Theologiæ, ac Philosophiç rexerant, illorumq; maximus numerus intrepide postea mortẽ subijt pro fide Catholica (vt in nostra historia Ecclesiastica horum tẽporum lib. 3. cap. 34. retulimus.) Non pepercit sanctissimus Pontifex vllis sumptibus ad reducẽdũ hæreticos, & Catholicos in fide continendum. Misit namque Comiti Norturberlan Catholicorũ Duci, & Duci Nortfoch Reginç aduersario centũ quinquaginta millia scuta aurea. Pactus etiã est cũ Duce Albano Galliç Belgicç generali præfecto, vt cũ exercitu in Angliam per mare transiret, iter vnius diei, & noctis, & super Londinum Regiam vrbem castra metiri aggrederetur, in qua coniurati Catholici custodes item auro corrupti facile Reginæ capturam promittebant. His afferebat Pontifex, quod Regnum Angliæ tradendum esset Mariæ Reginæ Scotiæ Catholicæ, ac San-

ctissime

Anno Christi. 1571.

ctissimæ fœminæ iure hereditario propinquiori, & tunc Regnum totum Catholicam fidem recepturum. Vehemens apud sanctum Pontificem desiderium inerat, hæc perficiendi, & nomine Pontificis expeditio parabatur: ad cuius instantiam Rex Catholicus Philippus secundus, Duci Albano iniunxit, vt Pontificis ordines in omnibus seruaret. Promittebat Pius, si hęc feliciter executioni mandarentur, se in Angliam profecturum, & ad tanti operis conseruationem conflaturum argentea Ecclesiarum vasa omnia, si ad sumptus belli necessum esset. Moratus est autem Dux Albanus occasione motuum Regni Galliarum præsentientis tantum opus aggredi in Regno adeò sibi finitimo, & interea Regina timens, ac præcauens quod parabatur, portuum custodias pręsidijs, & armis communiuit. *Membrinus Rossius lib. 14. Fr. Thomas Maluenda de Antichristo, lib. 8. capit. 1 Hieronymus Catena, pagin. 103. 104. 105. Fons Maior lib. 5. fo. 112.*

III. *Idolatræ Conuersi.*

¶ Eodem anno, & sequentibus, in Orientali India, apud Regna Svan, & Camboja, Fr. Hieronymus de Cruce, Fr. Lupus Cardoso, Fr. Gaspar de Cruce, & Fr. Ioannes Madeyra, Euangelij pręDicationi incumbentes Gentiles plures Christo pepererunt, potissimum in Regno Camboja, & à Rege illius Regionis maximo in pretio habiti abundantem fructum in Ecclesiæ horreum intulerunt. Ex illis Fr. Hieronymus de Cruce, in Regno Svan à Mahumetanis pro Christo hasta transfossus Martyrij Coronam adeptus est. Nam cum ex propagatione Euangelij, inter gentes Mahumetis sectatores, qui in copiosa multitudine, in illo Regno morabantur maxime dolerent prædicto, Fr. Hieronymo, ac Fr. Sebastiano Docanto mortem intenderunt, ne in dies Christi fides dilataretur. Atque Fr. Hieronymo è viuis sublato, Fr. Sebastianus ęgre tandem è Mahumetanorum manibus euasit, *Fr. Ioannes de sanctis 2. p. lib. 2 cap. 6. & 7. Fr. Antonius Lusitanus in Chronico Decada 1560. pagin. 336.*

Martyr à Mahumetanis passus.

Pij V. anno 6.

IIII. *Contra hæreses scriptores, & Inquisitores.*

¶ Eodem anno, F. Sixtus Ponzellus Lombardus scripsit librum eruditione eximia refertum, præscriptum. Defensio fidei Catholicæ aduersus hæreticos nostrorum temporum. Et eodem tempore Inquisitores contra hęreticam prauitatem erant in Lombardia, & Italia plures Fratres Pędicatores, in India Orientali, in vrbe Goensi, Fr. Gaspar Melius, in Regno verò Polonię, Fr. Stanislaus Raduan, & Fr. Melchior Mosticensis, qui per viginti, & amplius annos hoc Sacrosancto munere egregie & validissime functus est. *Fr. Antonius Lusitanus in Bibliotheca. Paramus lib. 2. ca. 18. & Bzouius cap. 8.*

I. *An. 1571.*

ANNO Domini millesimo quingentesimo septuagesimo primo, Pij Quinti anno sexto, in Regno Poloniæ Fratres Pędicatores, ibi contentione indefessa concionibus doctissimis, disputationibus acerrimis, laboribus immensis fidei Catholicę puritatem, & maiestatem retinuerunt, & sustentarunt Regno illo pene obruto hęresi Lutherana, Zuingliana, SuencKfeldiana, aliorumque monstrorum Sexcentorum labe, ipso Archiepiscopo Regni Primate, tunc Iacobo VchanſKij, de hæresi ob conciones à ministro hęretico in suis ædibus publice factas suspecto, cęterisq; nonnullis in fide Orthodoxa nutantibus. Tunc temporis quinque tãtũ ex Polonię Episcopis recte de Catholica doctrina sentientes memorabantur, Quin & aulę Sigismundi Augusti Regis audenter se inferebat hęresis Brentius & alij nouatores impij passim libros infanda hęresi scatentes Regi offerre ausi, & postulare subscriptiones Principis, iam iã nisi à F. Melchiore Mosticẽsi Inquisitore firmare pene labãtis, vt supra meminimus. Opponebat se hæreticis hoc tẽpore F. Cyprianus, Ago-

Hæreses confutatæ.

Anno Christi 1571.

Pij V. anno 6.

ſtomſcio Rauenſi Palatino, alijſque eius familiæ impijs hæreticis probro habitus & ad necem quæſitus. Opponebat ſe, & F. Leonardus Palatino Petro Sborouio hæreticorum Cracouienſium anteſignano, & protectori ab eodem miſere diuexatus. Pudet dicere de Samuele Sborouio, qui poſtmodum ob crimen maieſtatis decreto Stephani Regis Sigiſmundi ſecundi Auguſti ſucceſſoris capite plexus eſt: quomodò ille fratres Prædicatores vehementiſsimo odio proſequens in contumelias, & dedecora eorum cõtinuo inuigilabat. Die quadam vidit per vrbis Cracouienſis plateã duos incedere fratres, iubet Satellitibus comprehendant, vinciant, & ad ſe deducant illos, vnus fuga labitur, alter eorum comprehenditur, vincitur, & ad Samuelem adducitur. Vocabatur Frater Laurentius Zembrouius, ſpoliatur interim, & truncus ad cruciãdum paratur. Exectum in tormentis fratrem illum totaliter vbi conſpexit Samuel, cõfuſus probris ornatum, è ſcalis præcipitari iubit. Contra omnes illos Eccleſiam circunlatrantes canes Lutheranos Caluiniſtas, Principum fauoribus elatos, & intolerabiles ſola Prædicatoria Prouincia Polonia ſtetit, multos eorũ abegit, proſtrauit, Eccleſiæque iudicio veritatis calculo, atque Apoſtolico decreto â Polonia profligauit. Sacramentis robur, Euchariſtiæ vitam, vitalem Deiparæ venerationem, cælibus inuocationis honorem Paſtori Eccleſię authoritatem, Deo dicatis perſonis immunitatem, Senatui Eccleſiaſtico præſulum Regni locum in ſubſelijs, animabus denique in purgatorijs flammis pœnis exoluentibus indulgentiam, & ſuffragium fratres Prædicatores poſtliminio reddiderũt. Et vt crebrius referebat Epiſcopus Cracouienſis Petrus TylichzKi, ſi fratres Prædicatores S. Dominici in Regno Poloniæ, cum hæreſis omnia tecta peruadebat non fuiſſent, vix aliquod veſtigium fidei orthodoxę in Polonia ſupereſſet. *Frater Abraham Bzouius capit. 6. pagin. 53. & cap. 8. pag. 73. &c.*

Iſli fratres Prædicatores hæreſi oppoſiti in Polonia.

A B C D

II. *Hæreſes oppugnata.*

¶ Eodem anno in Regno Angliæ in Academia Oxomenſi, quidam miniſter Caluiniſta nomine Buritus aduerſus Pium quintum pro ſuggeſtu verba faciens à cœlo ſuæ temeritatis pœnas luere coactus eſt, loquela repente amiſſa. Quidam item Anglus nobilis genere, ſed hæreſi fędatus Romam veniens, cum in proceſsione Corporis Chriſti Pium quintum intuitus fuiſſet, adeo ſanctiſsimi Pontificis aſpectu cõmotus eſt vt per turbam irrumpens ad pedes ipſius proſtratus, & publice hęreſim manifeſtans abiuranſque eam, inſtantiſsime petijt Eccleſiæ reconciliari. Dux Oliçę Germanus in hæreſi etiam vitam degens aſpectu eiuſdem ſanctiſsimi Põtificis ad mentem rediens abiuratis erroribus ad fidem Catholicam reduci tur. *Hieronymus Catena pag. 18. Fonſma ter lib. 2. fol. 45. &c. libr. 3. fol. 53.*

III. *Hæreſes confutatę.*

¶ Eodem anno in comitijs generalibus ordinis Prędicatorum Romæ celebratis ſtatutum fuit vt fratres degentes in Prouincijs hæretica labe maculatis ad Italię, & Hiſpaniæ Prouincias ſtudiorum cauſa aduentantes benigne, & charitatiue reciperentur, vt perfectis ſtudijs ad patriam redeuntes literis, diſputationibus, atque congreſsibus cum hæreticis maximos in Germania, & Gallia fidei progreſſus facerent, Catholicos in fide continentes, & hæreticos ad ſanam mentem reducentes. *Fr. Michael Pius lib. 4. col. 265.*

I. *An. 1572.*

ANNO Domini milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, Pontifice Pio quinto ſanctiſsimo ad cœlum migrante, Kalendis Maij aſſumptus eſt ad Pontificatum tertio Idus Maij Gregorius XIII (qui obijt anno milleſimo quingenteſimo octuageſimo quinto, quarto Idus Aprilis) ſub quibus Põtificibus in noua Hiſpania, apud orbem occiduũ F. Dominicus à S. Maria Linguam Miſtecam ad artem reduxit, & in ea inſtitutionem Chriſtianam compoſuit. Epiſtolas item, & Euange-

Gẽtilium prædicatio.

Anno Christi. 1573.

lia in eandem linguam transtulit, ad prædicatorum eiusdem linguæ eruditionem (nam ea innumeri populi nouæ Hispaniæ vtuntur) ex quo in propagatione Euangelij maximum fructum percepit, plurimis idolatris ad Ecclesiam venientibus. *Fr. Augustinus Dauila lib. 2. cap. vltimo.*

II. *Hæreses extinctæ.*

¶ Eodem anno in Lombardia Fr. Cyprianus Vberti, Inquisitor hæreticæ prauitatis in vrbibus Vercelli Tuxea, & Augusta prætoria, dum sedulo Sancti Officij Inquisitioni incumberet brachio sæculari tradidit comburendum Georgium Oliuettam, insignem hæresiarcham, & carceri perpetuo mancipauit duas Abbatissas â fide Apostatrices, & puniuit aliquas stryges oppidi Glrialanti, multaque passus est ob defensionem Ecclesiasticæ authoritatis. In oppidis item alijs suæ Inquisitioni subiecti, quasdam pullulantes hæreses exterminauit, adeò, vt Gregorius Pontifex eius præclara fama permotus, eum ad Episcopatum Albanium Assumpserit, quem per plures annos integerrime moderatus est. *Fr. Ambrosius Gozzeus, Fr. Michael Pius lib. 4. col. 343.*

III. *Martyr ab hæreticis passus.*

¶ Eodem anno in Germania inferiori, seu Gallia Belgica, Fr. Ioannes Coloniensis, ab hæreticis captus eo, quod Catholicam Religionem indefessè prędicaret, & grandi trabe suspensus visceribus extractis trucidatus, apud villam Gorum, egregium martyrij nomen impleuit. *Guilelmus Estius de Martyribus apud Gorcum interemptis.*

An. 1573.

ANNO Domini millesimo quingentesimo septuagesimo tertio Gregorij Decimi tertij anno secundo aliquot Episcopi, è Prædicatoria familia assumpti eximie laborarunt apud Orientalem vineam in propagatione Euangelij, illarum nationum fructu mirabili, vt Fr. Georgius Temodus primum Episcopus Cochimensis deinde Archipræsul Goensis,

Gentilium conuersio.

A qui in suis diœcesibus strenuè in dilatanda apud gentiles fide insudauit, similiter Fr. Henricus Taborensis Episcopus Cochimensis præfati successor, deinde etiam Archiepiscopus Goensis conuersionum ministerio solertissime, ac vigilanter incubit, & demum veneno ab impijs ouibus, quas reformare studebat extinctus est. *Fr. Ioannes de Sanctis 2. p. lib. 2. cap. 12.*

Gregorij XIII. anno 2.

B

An. 1574.

ANNO Domini millesimo quingentesimo septuagesimo quarto Gregorij Decimi tertij, anno tertio, aduersus hæreses huius temporis scripserunt F. Sanctius Arana Florentinus, & Fr. Thomas de Layxa Aragonensis Hispanus, hic cōtra hęreses super epistolas D. Pauli, quę de illis videbantur referri, ille verò contra hæresum horum temporum effrontè pertinaciam. Item F. Sixtus Senensis eximia eruditione ornatus opus vtilissimum, contra hostes Ecclesię edidit Bibliothecā sanctam appellans, maximò pretio habitam, apud cunctos viros doctos, & in ea librum septimū, & octauum scripsit aduersus destructores noui, & veteris testamenti, in quibus egregie confutat omnes hęreses, quæ circa libros scripturæ sacræ exortæ sunt. *F. Antonius Lusitanus in Bibliotheca.*

C

Scriptores contra hæreses.

D

I. *An. 1575.*

ANNO Domini millesimo quingentesimo septuagesimoquinto Gregorij XIII. anno quarto, & annis sequentibus F. Iordanus â Bejar Hispanus diœcesis Placentinę, in extrema ora cum ad orbem nouum occidentalem se contulisset, fidei propagandę zelo accensus in noua Hispania innumera dæmonum delubra deiecit, & in Misteca natione, & prouincia cętum sexaginta Ecclesias fundauit, idola āgētibus, sub altaribus tēplorū simulate abscōdita, vt quādo viderētur Sātissimo Altaris Sacramēto, & sacris imagini

Gentilium conuersio.

Anno Christi. 1576.

bus Christi crucifixi Deiparę, & sanctorum cultum præbere ipsa idola adorarent, vt accidit in oppidis Comaltepec, & Cruxlauac. Simulacra idolorum lignea comburebat, & argentea, aurea, & ex lapidibus pretiosis demoliebatur innumerabiles Gentiles Christo lucrifecit, & alios nutantes in fide stabiliuit, maxima Euangelij propagatione: *F. Augustinus Danila lib. 2. cap. 85.*

II. *Inquisitores.*

¶ Eodem anno, & sequentibus in Hispania apud Vlisiponensem vrbem Inquisitorum munere contra hæreticam prauitatem fungebantur Frater Hieronymus Oleaster vir doctissimus, qui etiam fuit Lusitanę Prædicatorię Prouinciæ moderator, & Frater Emanuel à Vega, qui etiam apud vrbes Eborensem, & Coimbricensem eodem munere functus fuerat, maximo rei Catholicę incremento: *Paramus libro secundo cap. 17.*

I. *An. 1576.* *Martyres ab hæreticis passi.*

ANNO Domini millesimo quingentesimo septuagesimo sexto, Gregorij decimi tertij anno quinto, in Galliarum Regno in Prouincia Occitana (Hispane Lenguadoc) Frater Guillelmus Brelianus sacræ Theologiæ baccalaureus conuentus Tolosani alumnus pro fide Catholica obijt veneno ab hæreticis propinato, & Frater Gullielmus Bruni diuini Verbi egregius Ecclesiastes in obsidione cuiusdam oppidi ab hęreticis obsessi, vitam pro Christo amisit. Item in Prouincia Prouincię (Hispane la Proença) Frater Antonius Dulcius sacerdos conuentus Sedennensis prope vrbem Bussi glande traiectus, & gladio transuerberatus pro fide Catholica ab hæreticis occisus est, & Frater Claudius Giomelloni diaconus alumnus cœnobij Cisteriacensis ab hæreticis necatus fuit: *Frater Antonius Lusitanus decada 1570. pag. 344. Frater Michael Pius 1. p. libro 2. acta item capituli generalis Romæ anno millesimo quingentesimo octuagesimo.*

Gregorij XIII. anno 5.

II. *Contra hæreses scriptor.*

¶ Eodem anno in Italia, Frater Bernardinus Lucensis eruditum opus edidit aduersus hæreses nostrorum tēporum, in quo authoritatibus sacræ Scripturæ Pontificum, & conciliorum decretis, & sanctorum Patrum testimonijs omnium hęreticorum errores doctissime confutat: *F. Michael Pius libro 4. col. 314.*

I. *An. 1577.* *Passi ab hæreticis.*

ANNO Domini millesimo quingentesimo septuagesimo septimo, Gregorij decimi tertij anno sexto in Prouincia Liuoniæ, in vrbe Torpatensi hæretici tumultuosa seditione commota Diuorum statuas inuadunt, & diruunt, imagines in forum allatas accumulant, & substructa pyra comburunt. Pari crudelitate, & audacia nostrum Prędicatorum cœnobium inuadūt, religiosos viros exturbant adeo, vt saluo corpore difficulter euaderēt, nec quidquam ex amplissima supellectili efferre potuerint pręter horariarum precum codices: ipsam autem Ecclesiam asseruādis bellicis tormentis designant & in armamentarium conuertunt: *Stanislaus Rescius de Atheismis, & phalarismis libro 2.*

II. *Martyres ab hæreticis passi.*

¶ Eodem anno in Regno Galliarū in Prouincia Occitana, apud conuentum Prædicatorium Reuellensem Frater Sebastianus Meunctus Sacerdos, & Frater Raymundus Tiravilla, item Sacerdos propter orthodoxam fidem primum gladio percussi, & postmodum in puteum cum alijs fratribus sui ordinis, & pluribus fidelibus demersi trophœum sanguinis erexerunt. Frater Raymundus de Canneria Sacerdos conuentus Riborum iuxta muros villę Reuelli tormentarijs globis eodem anno pro fide Catholica ab hæreticis interemptus est: *Acta capituli generalis Romæ anno millesimo quingentesimo octuagesimo.*

III. *Hæretici passi.*

¶ Eodem anno Fr. Balthasar Antuerpiensis Brabantinus hæreticorum

vali-

Anno Christi 1578.

Gregorij XIII. anno 7.

validissimus aduersarius, à quibus opprobrijs, persecutionibusque plurimis est vexatus aduersus eorum praua dogmata aliquot tractatus edidit eruditione refertos *Frater Michael Pius libro 4. columna 285.*

IIII. *Gentilium conuersio.* ¶ Eodem anno & sequentibus apud insulas oræ Africæ adiacentes Mozambicanam, Sancti Laurentij, Quirimbæ, & insulę Capitis delicati (Hispane Cabodelgado) & Hinçato Fratres Prędicatores Gentilium conuersioni attenti Ecclesias plures erexerunt, & plurimarum gentium turbam Christo sunt lucrati. Item eximijs periculis expositi fidem Christi mirifice dilatarunt in Æthiopiæ, & Africæ oris in Regnis Sofala, Cuamana, Melinde, Sena, & Tete innumerorum Gentilium inter eos Regulorum aliquot cõuersione. Combusserunt etiam plura delubra Mahumetanorum ibi morantium. Inter cæteros strenuam operam egregie nauarunt Frater Hieronymus de Couto, Frater Petrus Vsusmaris, & Frater Ioannes de Sanctis (qui Historiam Æthiopiæ Orientalis scripsit) Frater Emanuel Pantoja, & Frater Ioannes Madeyra. *Frater Ioannes de sanctis 2. p lib. 3. cap. 7. 8. 10. 13. & 17. & lib. 2 cap. 2. & 8.*

I. *An. 1578. Ab hæreticis pass. f.* ANNO Domini millesimo quingentesimo septuagesimo octauo Gregorij decimi tertij anno septimo, in Prouincia Germaniæ inferioris, seu Galliæ Belgicæ, Frater Martinus Faber, conuentus Valencennensis alumnus, apud Maldobinum Anoniæ vrbem pluribus confossus vulneribus in confessione fidei perseuerans spiritum Deo reddidit. Et in eadem Prouincia in Olandia, Zelandia, Frisia, & Geldria, Fratres Prædicatores tormentis, pœnis persecutionibus, afflictionibusque innumeris, & multis mortis generibus excarnificati sunt & pro fide Catholica interempti, quorum nomina sunt in libro vitę, licet propter incuriam, & ignauiam, quam communiter circa hæc familia Prædicatoria habet Martyrum nomina ignoremus. Eodẽ vero anno in eadẽ Prouincia Gallię, Belgicæ à Principe Orangi hęreticorum generali duce, ab vrbe Antuerpiẽsi ex ulsi sunt Fratres Prædicatores, & apud Brugas, Vtrec, & Audenarde innumeras persecutiones passi, necnon edicto publico cibarijs, & eleemosynis priuati, quia validissime, pro viribus causam Catholicę Religionis defensabant. *Ex actis capitulorum generalium Romæ anno millesimo quingentesimo octuagesimo, & millesimo quingentesimo octuagesimo tertio. Antonius Herrera 2. p. libro 4. cap. 4. & 5 Leo Belgicus anno millesimo quingentesimo septuagesimo octauo Rolandus Mirteus lib. 1.*

II. *Martyr ab hæreticis occisus.* ¶ Eodem anno in Germania superiori Frater Iacobus Tonger confessor monialium in villa Retizen, crudelissime fuit ab hæreticis interfectus: qui animam suam ponens pro sororibus, sibi concreditis dum in fide, & religione constantissime perseueraret pluribus tormẽtis ab hæreticis militibus primũ affectus, deinde ictu Sclopetti transfoditur *Ex actis capituli generalis Romæ, anno millesimo quingentesimo octuagesimo celebrati.*

III. *Illuminati hęresiarcha puniti.* ¶ Eodem anno apud Hispaniam in Prouincia Nobilissima Extremę oræ in Magistratu sancti Iacobi, in oppido Llerenæ octo sacerdotes insurrexerũt ambitiosi, impuri, libidinosi, auram popularem aucupantes, qui se illuminatos à Deo predicantes detestabiles errores disseminabant, quos Magister Frater Alphonsus à Fonte, sanctę Inquisitionis censor, Prior cœnobij Prędicatorij Llerenensis detexit, & sanctissimo tribunali detulit, atque eius sedula vigilantia ab Inquisitoribus deprehensi, meritissimas pro grauitate criminum pœnas luerunt, & sic liberata est Prouincia illa, à grauissimo, quod imminebat periculo. Et quia horum heresiarcharum Illuminatorum fama per orbem longè lateq; diffusa est operæpretium duximus, dicere quomodo

Anno Christi. 1578.

Gregorij XIII. anno 7.

â prędicto magistro Frater Alphonso ad Inquisitores delati sunt, postquam eorum errores cognouit. Erant Illuminati isti, sacerdotes quidam, qui decepti carnalibus, ac bestialibus legibus, fingentes nouam lucem, ac spiritum, suadebant paruulis simplicibus ignorantibus, illum erroneum esse verum spiritum, intendentes animas discipulorum, ac sequacium illuminare, quorum regulæ, & pręcepta in hoc vnum aspirabant, vt carnis imperio, & illecebris in omnibus subijcerentur. Ieiunijs, disciplinis, mortificationibus hoc virus disseminare cœperunt. Vellem equidem silentio præterire nomina horum Sathanæ ducum, qui erant Ferdinandus Aluarez, & Chamizus, hi obliti sui status & muneris, nimis perdiderunt plurimam iuuentutem vtriusque sexus, quę libentius suis præceptis obtemperabat. Quadam autem die ex toto manifestata est hæc abominabilis secta, dum prędictus Frater Alphonsus pro suggestu concionem faceret. Inter concionandum asseruit, quod notitiam habebat de quibusdam, quorum mores religiosi videbantur, cum turpiores essent; siquidem spiritus â Deo non admittit licentiam, & libertatem, quam isti suis sequacibus indulgebant, & quod laudabant, & prædicabant suis discipulis prauam doctrinam, & non aliam, quam illā, quę Germaniam, Angliam, Gallias, & Belgium euerterat, & portam, atque initium, quo hostes fidei nobilissimas, & fidelissimas Ecclesiæ prouincias perdiderant. His alias superaddidit rationes audientium animos alloquens, ne huiusmodi doctrinis adhærerent. Tunc fœmina quędam, quæ in concione erat, infirmitate, ac veneno sectæ Illuminatorum sauciata, furens in medio turbę audientium & extollens vocem dixit Prædicatori Pater honestior, ac melior est horum, quos reprehendis vita, & sanior etiam doctrina, quam vestra. His dictis fœmina â ministris Inquisitionis statim comprehensa

A carceri mancipatur. Ab Inquisitoribus examinata, tot in eadem damnatione complices reuelauit, quod nisi summa breuitate tam magno malo obuiaretur, difficillimum postea remedium haberet, propter numerosissimam vtriusque sexus multitudinem, hac labe iam fere corruptam. Sanctissimum autem Inquisitionis tribunal reos in carcerem conijciens, cum tot essent participes criminis detestabilis â Rege Catholico Philippo secundo, & â supremo Inquisitionis

B senatu, auxilium & fauorem postulauit. Tunc â Rege & supremo generali Inquisitionis consilio missus est Episcopus Salmanticensis D. Franciscus Sotus, qui per plures annos Inquisitoris munere Cordubæ, Hispali, & in supremo Senatu egregie functus fuerat, vt Inquisitoribus Llerenę in inquirendo, examinando, comprehendendo, & puniendo erroribus illis labefactatos associaretur, cuius indus-

C tria, valore, experientia hæresim illam exterminare valerent, sicut fecerunt: nam ex tunc nunquam in ea Prouincia prędicta illuminatorum secta pullulauit: *Paramus libro 2. titulo 3. capite 5. numero 15. Ægydius Gonçalez Abula Historiographus Catholicæ Maiestatis Philippi tertij in historia Salmantina libro tertio capite 28.*

I.

An. 1579.

Hæreticus reductus alius punitus.

D ANNO Domini millesimo quingëtesimo septuagesimo nono, Gregorij decimi tertij anno octauo, in Regno Poloniæ in vrbe Cracouiensi sutor quidam audiens in Prædicatorio templo exorcismos â fratribus celebrari, & ad corpus D. Hyacinti nondum in sanctos relati dæmonia eijci, spectandi, ridendique gratia in templum ingressus est. Hunc cum Pater Frater Seuerinus concionator egregius vidisset. Tu (inquit) impie, quid in cœtu piorum agis? Ille vero, & sanctorum gloriam, & D. Hyacinti nomen cœpit clara

voce

Anno Christi, 1580.

Gregorij XIII. anno 9.

voce conuitijs proscindere dicens se libenter, in se dæmones omnes receptu- rum, quoscumque D. Hyacinti precibus, & virtute expulsos videret. Tunc Fr. Seuerinus, Fiat tibi secundum verbum tuum: ille vero directo ore blasphemo ad sepulchrum conuersus, Huc (inquit) ingredimini, si qui istinc egredіemini. Vix domum suam peruenit, cum à dæmone correptus miserrime, totis quatuor hebdomadibus vexabatur. Tandem cum pœna perditi hominis satis innotuisset multis in vigilia, S. Catherinæ per fenestram, ab eodem dæmone præcipitatus est, & cõquassatus, tertio die descendit ad inferos. Vxor vero eius pœnę atrocitate miraculoq; permota ad Ecclesiam Catholicam redijt, & hæc quæ scribimus omnia eidẽ P. Fr. Seuerino aperuit, *Stanislaus Rescius de Atheismis & Phalarismis Euangelicorum lib. 2.*

II. ¶ Eodem anno in Lombardia, Fr. Hieronymus Volta Inquisitor Reggiensis hæreticorum acerrimus aduersarius, quemdam medicum hæresiarchã Basilium à Reggio (qui sententiam Apocalypsis: Ecce noua facio omnia, de se intelligebat, quasi esset ipse filius Dei & in conuenticulis, tam viros, quam mulieres admonebat, vt in fine orationum semper dicerent; per Dominum nostrum Basilium, &c.) in vincula coniecit, debitis puniuit pœnis, & hęresim, ab eo suscitatam extinxit. Eodem item tempore, Fr. Hieronymus Armenini Inquisitor Fauentinus quendam hæresiarcham alium nomine Tiberium Calabrum plures conclusiones hæreticas defensare curantẽ conuicit, & confudit, & palinodiam decantare, atque abiurare hæreses compulit; *Fr. Michael Pius lib. 4. column. 286.*

Hæretici puniti.

I. ANNO Domini millesimo quingentesimo octuagesimo, & sequentibus Gregorij decimi tertij anno nono, Fr. Cyprianus Siedensis, Episcopus Metonensis suffraganeus Vil-

An. 1580.

A nensis vicatim populo promiscue concionabatur cum hæretici Ecclesiam Catholicam fugiendam esse iactabãt pro cerésque mulcta graui indicta eos ab ingressu templi arcebant. Hinc cachinnis, quandoque spurcissimis rebus, imò & lapidibus interdum, ab hæreticis appetitus, eadem fortitudine animi in plateas forumque mercantium ille prodibat seminaturus verbum veritatis. Vir erat in dicendo liberrimus, & nullius vitia palliabat, si quis peccaret, sed libera voce increpabat: quod autem in eo

Hæreses confutatæ.

B fuit admirandum, cum tanta facundia Scholasticam Theologiam iunxerat, vt abdita Catholicæ fidei mysteria facundo lepore contra hæresim pronunciaret, acumine memoriæ tanto fuit, vt in disputationibus contra hæreticos integra capitula D. Augustini, Cypriani & aliorum Patrum referret memoriter, quasi nuper eos in mentem collocasset, innumeros hæreticos ad fidei veritatem reduxit, & multis laboribus, ab hęreticis vexatus exhaustus obijt, *Fr. Abraham Bzouius ca. 6. p. 53.*

C II. ¶ Eodem anno & sequentibus, in Germania inferiori, Fr. Antonius Temermonus, qui in Hispania, in Toletano Regio S. Petri Martyris Collegio Theologię studijs incubuerat, Antuerpiæ, ab hæreticis in vincula coniectus, eo quod Principis Orangi percussori Sacramẽta pœnitẽtiæ, & Eucharistiæ administrasset, laqueo suspensus, ante quam animã efflaret fune scisso in terrã cadens corde, ac visceribus extractis gloriose vitam cum morte commutauit, corpus

Martyr ab hæreticis passus.

D vero eius in diuersa concisum ad vias publicas palis pendentia, caput à corpore præcisum, vt Sol refulgebat hæreticorum eximia confusione, quod proinde, ne transeuntes aspicerent amotum est, *Leo Belgius in suis Annalibus Belgij anno 1580.*

III. ¶ Eodem anno Fr. Michael Bonellus Cardinalis Alexandrinus è familia Prædicatoria assumptus, nepos sanctissimi Pontificis Pij quinti erexit seminarium triginta quatuor iuuenibus Catholicis alendum, in Villa Tilitis, apud Gri-

Hæreses impugnatæ.

Anno Christi, 1581.

Gregorij XIII. anno. 10.

siones, atque iuuenes, illi in eo accurate literis eruditi, & instructi optimis moribus nationem illam Gritonum in fide Catholica continerent, & hæreticos ad fidem reducerent, *Ioannes Boterus, 3. par fol. 14.*

IIII. ¶ Eodem anno & sequentibus plures gentiles per fratres Prædicatorios Christi Domini fidem professi sunt, in remotissimis Asiæ Regnis Cambojæ Sion, Coulensi, Iauuensi, Panerincha, Arachaueli, & Mangalor. Plura autem miranda operatus est Dominus eorundem fratrum prædicatione, circa gentilium conuersionem, in Regnis Pegu Bengala, Baçaim, Diu, Arracan, Negapatan, Syan, Ceylã, & in insula S. Thomæ, in quibus omnibus ad excolendã Domini Vineam cœnobia plura erexerunt, *Fr. Ioannes de Sanctis pa. 2. lib. 2. capit. 6. 7. & 10.*

Gentiles plurimi conuersi, in varijs regnis.

V. ¶ Eodem anno apud Indiam Oriẽtalem, in insula Solor Fr. Simon è Mõtanis, dum in Ecclesia oraret à Mahumetanis Barbaris inuasus, in odium fidei, hasta transfossus gloriosum martyrium consummauit, *Fr. Ioannes de Sanctis lib. 2. cap. 5.*

Martyr à Mahumetanis passus.

An. 1581.

ANNO Domini millesimo quingentesimo octuagesimo primo, Gregorij decimi tertij anno decimo, in Regno Poloniæ quidam frater, ex Prædicatoria familia cœnobij Cracouiensis alumnus, è Cracouia pepulit Socinum hæresiarcham execrandum libris eius in publico foro exustis. In eodem item Regno Dembouecij, apud Palatinum Sandomiriensem alius frater eiusdem ordinis in maxima frequentia procerum Anabaptistam quendam sacrilegum libello exorcizandi energumenos prolato, ac stola sumpta dæmonem eidem assistentem adiurãs, ne materiã blasphemandi hæretico subministret, ne ve linguam eius veriet: Ego tibi hæretice (ait) præcipio in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, ne amplius blasphemias istas proferre audeas, sed sileas. Illico hæreticum alias lingua versatili promptum, mutum ad omnes interrogationes effecit. Et si omnia hic prodere vellem, quæ hoc anno, & sequentibus per fratres Prædicatores prouinciæ Poloniæ contra hæreticos priuatim, & publice acta sunt, quanta ve accessio animarum ad gremium Ecclesiæ eiurata hæresi facta fuerit, per eosdem nullus finis foret inuidiæque forsan patesceret via, *F. Abraham Bzouius cap. 8 pag. 74.*

Hæretici puniti.

II.

I. ANNO Domini millesimo quingentesimo octuagesimo secundo, Gregorij decimi tertij anno vndecimo, in prouincia Tolosana, & in alijs Franciæ prouincijs plures fratres Prędicatores ab hæreticis interfecti ob fidem Catholicam varias persecutiones, & tormenta intrepide passi sunt. Inter quos F. Petrus Costa, in itinere ad Parisios ab hæreticis captus sciẽtibus, quod ad typis mandandum librum contra eorumdem errores, iter arriperet, ab ipsis suspensus est, *Ex actis Capituli Generalis Romæ anno 1589.*

An. 1582.

Ab hæreticis passi.

II. ¶ Eodem anno Fr. Sebastianus Cataneus Mediolanensis Episcopus Chiemensis, in Germania scripsit librum de Controuersijs horum temporum in materia confessionis aduersus hæreticorum errores, opus eruditione maxima refertum: quin & vtilissimum ad hæreses confutandas, *Fr. Michael Pius libr. 4. colum. 419.*

Contra hæreses scriptor.

I. ANNO Domini millesimo quingentesimo octuagesimo quinto, sub Gregorio decimo tertio, qui obijt quarto Idus Aprilis, & assumptus est ad Pontificatum Sixtus quintus, ex Ordine Minorũ P. N. D. Francisci (qui obijt anno millesimo quingẽtesimo nonagesimo, sexto Kalẽd. septẽbris) in orbe nouo Occidentali, apud insulam Hispaniolam, alias Sancti Dominici F. Ioannes

An. 1585.

Martyres ab hæreticis passi.

nes de Sarauia Sacerdos, & Fr. Ioannes de Illanes Laicus in cœnobio Prædicatorum ab Anglis hereticis eo quod obiurgabant eorum in sacras imagines infanda facinora, laqueo suspensi martyrium consummauerunt. *Antonius Herrera 3. lib. 2. cap. 1.*

II. ¶ Eodem anno apud oram Africæ in insula S. Laurentij prope Mozãbique Fr. Ioannes de Sancto Thoma à Mahumetanis illius insulę propagationem fidelium Christi ferre non valentibus veneno extinctus est, *Fr. Ioannes de sanctis 2. P. lib. 2. cap. 9.*

Martyr à Mahumetanis passus.

I. ANNO Domini millesimo quingentesimo Octuagesimo Sexto, Sixti Quinti, anno secundo, Fr. Paulus Grisaldus Perusinus doctissimum librum edidit aduersus errores, qui vsque ad annum millesimum quingentesimum octuagesimum emerserunt, in eo acerrime, atque erudite impugnat hæreses authoritatibus Sacræ Scripturæ, Pontificum, Conciliorũ, & Sanctorum Ecclesię Patrum, qui propter eximiam eruditionem sæpius Venetijs, & alibi excusus est. *Fr. Michael Pius 2. p. lib. 4. col 379.*

An. 1586.

Cõtra hæreses scriptor.

II. ¶ Eodem anno in Armenia, Fratres Prędicatores plurimas afflictiones à Turcis passi, & crudelibus tormentis expositi pro fide Christi vitam æternam pro temporali commutauerunt, inter quos Fr. Paulus, cum alijs duobus socijs necatus est, *Fr. Dominicus Granina de statu Christianitatis Armeniæ 2. P. cap. 6.*

Martyres à Turcis passi.

ANNO Domini millesimo quingentesimo octuagesimo septimo, & annis sequentibus Sixti V. anno tertio, è Prouincia Prædicatorum Hispaniæ Religiosissimi, doctissimique viri, inter quos plures Theologię Philosophięque prælectores, vt Fr. Antonius de Archidiacono Fr. Michael

An. 1587.

Gẽtiles Ecclesiæ lucrati.

A Benauides, Fr. Ioannes Cobos, Fr. Ioannes Maldonatus Fr. Alphonsus Ximenez Fr. Ioannes de Hormaza, & plures alij, quos longum esset recensere profecti sunt fidei Christi dilatandæ causa ad insulas Asiæ Luzonias, quæ Philipinę nuncupantur cum P. Fr. Ioanne de Castro vigilantissimo, ac obseruantissimo Prouinciali plures nationes, & regna sua feruida prædicatione & vita Sanctissima ad Baptismum traxerunt. Prouinciam itaque Sanctissimi Rosarij B. Virginis, quę insulas Philipinas, Imperia Iaponia, & Synarum, & plura alia Regna complectitur erexerunt. In eaque nostram Prędicatoriam familiam adeò obseruantissime fundarunt, vt in prouincia illa Sãctitate obseruantia, & Religioso rigore sicut in diebus B. P. N. Dominici florere, videatur. Apud Luzonias insulas Populi Pangasinenses, Gacayenses, Illoci Iagalenses, nostrorum prædicatione nomen Christo dedere, in Iaponia verò latissimo imperio Regna Satzuma Figen, & Fingo nostrorum doctrina, & exemplo excoluntur, atque in eis plures Baptismi Sacro lauacro lustrantur, ab anno millesimo sexcentesimo secundo. *Antonius Morga de Philipinis, & Iaponia lib. 1. cap. 7.*

ANNO Domini millesimo quingentesimo octuagesimo octauo Sixti Quinti anno quarto, Fr. Thomas Elisius Neapolitanus, in controuersijs hæreticorum nostri temporis apprime versatus, eruditioneque eximia prædictus scripsit volumen prę scriptum, clypeus Catholicorum, in quo aduersus hæreticos agit de iustificatione Prædesti natione, libero hominis arbitrio, de fide Catholica de reprobatione, de operibus bonis, de gratia, de Purgatorio, de Sacramentis, de Sacramento altaris, de Missa, de sacrificio, de communione sub vtraque specie, de pœnitentia, de confessione auriculari de ieiunio, de oratione, cælibatu diuor

An. 1588.

Cõtra hæreticos, & Hebræos scriptor.

tio

Anno Christi 1590.

tio matrimonio, virginitate, satisfactione, eleemosyna, de sanctorum veneratione, de Ecclesia, de interpretatione sacræ scripturæ, de Sacerdotibus, de prælatis, de Episcopis, de potestate Papę, de clauibus Ecclesiæ, de traditione, de imaginibus, de adoratione, de hæreticis, de votis monasticis, de indulgentijs, de Primatu Pontificis, & de authoritate Papæ in temporalibus, & de vera donatione facta Ecclesiæ à Cōstātino Imperatore, & plura alia. Scripsit item aduersus Hebręos de sacrificijs & Sacramentis vtriusque legis. *Floruit anno millesimo quingentesimo octuagesimo octauo, vt Fr. Ambrosius Gozzeus Episcopus Tribunensis, in Ragusina ditione, de scriptoribus Ordinis Prædicatorum, & literis eruditioneque insignibus viris, & Fr. Michael Pius 2. par. libr. 4. colum. 313. asserunt.*

An. 1590.

Hæretici reducti.

ANNO Domini millesimo quingentesimo nonagesimo, sub Sixto quinto (qui obijt sexto Kalendas Septembris) & sub Vrbano septimo, qui electus est, decimo septimo Kalendas Octobris (& obijt quinto Kalendas Octobris) & sub Gregorio decimo quarto, qui assūptus est ad Pontificatum Nonis Decembris (& obijt anno millesimo quingentesimo nonagesimo primo Idibus Octobris) in Regno Poloniæ, Fr. Melchior Mosticēsis hæreticæ prauitatis Inquisitor, hæreticorum omnium malleus fortissimus, tam sanctitate vitę, quam feruida prędicatione plurimos hæresi infectos Catholicę Religioni adiunxit, & nullam occasionem prętermisit ad reducendos hęreticos opportunam. Quo factum est, vt aliquot eorum millia, ad gremium Ecclesiæ suis ardentissimis concionibus reuocauerit. Item hæresiarcham Bernardinum Ochinum Senēsem Ecclesiæ matris, & religionis suæ desertorem immenso labore reducere conatus est, ad quem extat Epistola elegantissima spiritu Dei plena dignissi-

Sixti V. anno 5.

A ma, vt in hoc certamine contra hęreticos referatur, similis eis, quas sancti Patres Hieronymus, & Augustinus ad suę ętatis hæreticos reducendos scribebāt. Est autem tenoris sequentis.

AD Fratrem Bernardinum Ochinum Senensem Ecclesiæ matris, & religionis desertorem, Fr. Melchior Mosticensis sacræ Theologiæ Magister Ordinis Prædicatorum.

¶ Quid tibi in mentem venit, ò Bernardine? Quis te dæmonis malus velut, olim reprobū Israeliticū Regē, arripuit spiritus? Pater mi, Pater mi currus Is-

B rael, & auriga eius. Quem in spiritu, & virtute Eliæ ascendentem paulo ante mirabamur in cœlum, quo modo, cum curribus, & equitibus Pharaonis descendentem dolemus in infernum? Quomodo cecidisti lucifer, qui mane oriebaris? Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus? Argentum tuum versum est in scoriam, vinum tuum mixtum est aqua. Vinea Dei electa, vinea deliciosa, vinea fertilis, quæ suauissimos botros proferebas, quomodo conuersa es in amari-

C tudinem vitis alienæ? Expectatus, vt faceres vuas, quid tam acerbas fecisti labruscas? Qui filios tuos dulcissime inebriabas quomodo eis amarum fel, & acetum propinas? Qui nutriebaris in croceis, quomodo amplexatus es stercora? Quid orbatum legemus, & sterilem, quem innumerabilium videbamus patrem filiorum lætantem? Totus ad te profluebat populus Italicus: totus inter vbera tua morabatur. Tu terram tuam disperdidisti. Tu popu-

D lum tuum occidisti. O insensate senex quis te fascinauit, vt ad aliud te conuerteres Euangelium, quod non ab vberibus matris tuæ suxisti? Vt alium tibi cōfingeres Christum, quem à Catholica Ecclesia non didicisti? Tu signaculum similitudinis. Tu pręco Altissimi, Tu longe lateque sonans tuba. Tu plenus doctrina, Tu decorus scientia. Tu Cherubin extentus, & protegens: Tu in delicijs paradisi Dei fuisti. Posuerat te Dominus, in monte sancto suo: posuerat te lucernam super candelabrū: po-

Anno Christi, 1590.

Sixti V. anno. 5.

fuerat in lumen gentium, posuerat in salutem populorum: posuerat columnam in templo suo, posuerat custodem in vineis, posuerat pascere gregem populi sui, & eleuatum est cor tuum in decore tuo. Perdidisti sapientiam tuam in altitudine superbię tuæ, in multitudine iniquitatum tuarum. Polluisti sanctificationem tuam, proiecisti sermones eius retrorsum cõuertisti te ad idola domus Israel, libasti Baal: lapis factus es offensionis, & petra scandali in vniuerso mundo. Idcirco proiecit te in terram, & quasi sal infatuatum immisit foras, vt conculceris ab hominibus. Omnes qui viderunt te, omnes qui audierunt te obstupescunt super te, quia nihil factus es, & non eris, incircumcisorum morte morieris, in manu alienorum. O (inquam) insensate senex, an non agnoscis omnes has propheticas voces in te esse completas? Has non ignoras vir doctissimus, has non ignoras vir in sacris literis eruditus? Ah quam magnus eras Bernardine in oculis omnium, si in oculis tuis paruus esse voluisses! Ah quam pulcher eras, & speciosus nisi speciem ipse tuam adamasses, nisi vmbram tuam captare contenderes, verã pulchritudinem, teque ipsum misere demersisses, cum sartum tuum illud, & rude sagum, rubentes pileos, & Pontificũ mitras superabat? Nobile illud stratum tuum in crate, & tabulis mollissimis cubilibus deliciosius poterat ęstimari. Profunda tua, & admiranda paupertas omnes terræ diuitias possidebat. Exaltatæ erat in mundo, & vsque ad cœlos gloria tua, modo traditus es in reprobum sensum, factus in derisum omni populo canticum eorum tota die. Vt quid tam male audit propter te monasticum nomen? Tam male tractatur Euangelicum ministerium? Tam male habetur prędicationis officium? Ah non pudet hominem senem, hominem, ab infantia Christianum, à pueritia Deo dicatum ad tantam insaniam deuenisse? Vt in graui hac ętate tua ea, vel dicere, vel facere non erubescas, quæ nec ethnici faciunt, nec publicani. Tu al- A tissimam, iam semel, & secundo possessam modo pecuniam contrahis, modo te pauperis pœnitet Christi? Tu antiqua ordinis tui, non contentus abstinẽtia, nouum tibi ac sectatoribus tuis rigorem viuendi iniunxeras, longiores vigilias, acriores inedias, aspeniorem vestitum, duriora itinera, humiliorem corporis nuditatem, arctiorem rerum egestatem. Hęc tu magister induxisti, hęc tu imperfecta, & senili ætate comprobasti. Nulla hic adolescentiæ excusatio nulla ignorantiæ ratio, nullus errori relinquitur locus. Modo repentina B leuitate, sacrilega mutatione, non dexterę Excelsi, sed insidię diaboli attrita fronte procedis, sæculari habitu mollibus indutus, modo sacra irrides, modo ieiunia abrogas, modo continentiam culpas, modo absque dierum selectu, vel reuerentia quibuscumque pinguibus saginaris, modo externam eructas cœnam, & crudum pauonem in balnea portas. Toto ętatis tuæ tempore facie lurida, barba prolixa, veste pannosa seueram, atque Stoicam pollicitus vitam, nunc vnguenta redoles, C nũc laute te habes, nũc Bacchanalia viuis. Multa bona opera ostendisti mundo, multos ab erroribus reuocasti, multos ad eleemosynarum largitionem persuasisti, multos ad melioris vitæ frugem adduxisti. Nunc quidquid ędificasti destruis, quidquid parasti amittis: nunc quantum in te est, malo tuo exemplo omnes ad vomitum compellis. Et qui tã peruerse, & impudenter peccas multo deterius, quod peccas excusas: & dũ ad ea, quæ male agis tuęque turpitu D dini patronus accedis magis, quam eras peccator efficeris. Detur timori Romani Pontificis, qui peccasti: detur carni, & sanguini, qui ad schismaticas partes cõmigrasti. Certe maledicẽtiæ tuę virus iniuriã tuę excusationis venenũ nulla simulatio protegit, nulla falsa causa defendit. Pudet me (Pater semper venerãde) pudet omnes candidos Christianę pietatis cultores ea te de ipso te iactantem audire, quæ nullus vnquam aduersarius ausus fuisset tibi in pingere.

Scribis enim in præclaris illis tuis, quæ vulgo circumferuntur Apologeticis literis hactenus te Christiano populo per sonatum, veloque opertum, Christum concionatum fuisse, deinceps verò purum illum, & manifestum producturũ, in medium comminaris. Quid est quod loqueris pater? quasi in tua positum sit potestate, nouum quotidie Christum proferre, nec qualis sit, sed qualem tibi libeat licite prædicare? An non vides tuis te teneri laqueis, tuis te pedicis irretiri? Quæ namque saxa, quæ cruces, quis parricidalis culeus, quæ asinaria mola in tuum caput, in tuam ceruicem, in tuum sufficiant supplicium? si verum est, quod tu de te ipso impostor sacrilegus confiteris; an putas te impune Christianum populum iam dudum illudere potuisse? qui Antichristum pro Christo prædicaueris, qui pharisaicum fermentum, qui diabolicum pharmacum pro sana doctrina, pro veraci lacte proposueris. Siccine simplicem gregem infecisti? Siccine innocentes oues crudelis carnifex sermonum tuorum lenocinio ad lanienam attraxisti? Et quam tibi fidem adhibendam sperare possis, qui tandiù impijssimis mendacijs auditores tuos seduxeris? qui tandiù panem pollutum porrexeris? qui tandiù diuinum verbum adulteraueris? Vides ad quod saxum impingis pater? Vides quam profundam tibi præparas foueam? Vides quam ex diametro in verticem tuum iniquitas descendit? Attende obsecro, quam male tibi non constes, quam periculose te ipsum mutes. Si veritatem tibi esse constabat apud Lutherum, si Petrum, & Paulum eorumque Ecclesiæ successores, non recte videbas ambulare in sinceritate Euangelij, si quæ in populis prædicabas, non secundum Catholicam fidem esse sciebas, cur tanto tempore veritatem Dei, in tua iniustitia detinuisti? Cur tanto tempore in stercore ipso tuo computruisti? Cur tãto tempore impie Hieroboam, in tuis vitulis aureis omnem Israel peccare fecisti? An putas strophis hisce tuis nos illudere, & ne veram

A prævaricationis tuæ causam agnoscamus cornicum (vt veteri dicitur prouerbio) oculos configere? quin potius cum Babylonico Rege confiteris? quin vociferas & dicis, Hactenus Ecclesijs vera prædicaui, hactenus in sana doctrina perseueraui, hactenus Catholicorũ sensum gustaui, hactenus talentum mihi traditum fideliter dispensaui? Nunc superbia mutauit cor meum, nunc lumen oculorum non habeo, nunc fœnum agri, vt bos comedo, nunc rationalem exutus mentem, cum feris, &

B bestijs habito? Quis non videt? quis nõ intelligit, quo spiritu ab Ecclesia recesseris? Ductus sis in desertum, vt tentareris, & vincereris à diabolo, dũ magni haberis in Ecclesia, dũ te Principes audiunt, dum te mirantur populi, dum nobiles te prædicant ciuitates Italiæ, dum tua latet hypocrisis. Verus est Christus, quem prædicas, sana est doctrina, quam loqueris, incorruptum est verbum, quod edisseris. At vbi Sanctissimus Pontifex te citat, vbi te conscientia tua accusat, vbi iniquitas pœ-

C nam formidat, nunc primum nudum te agnoscis, nunc primum Christo velamen detrahis, nunc primum ad aliud Euangelium te conuertis. Vide in se, non cohærere mendacium. Sentis male sartum figmentum? Si falsa dicebas, tunc reus eras, Si vera dicebas, nunc reum te facis. Si male locutus es testimonium pœnitentiæ perhibe de malo. Asperge te cinere, accinge te sacco, indue te cilicio in ieiunio, & fletu, & planctu te pœnitentem ostende. Vi-

D deat populus, quem seduxisti, videat Ecclesia, quam decepisti, quod iniquitatem tuam agnoscis, quod peccatum tuum contra te est semper. Hanc pœnitentiæ formam, vel tuus ipse bonorũ omnium antiquator Euangelicus Epicurus Lutherus non negabit, quam in Israelitico Rege, quam in Niniuitis, quam in ceteris omnibus pœnitentium omnium arbiter Deus probauit. Nunc tuus vere, tibi induendus erat saccus, quem vt iactanter fortassis assumpsisti, sic proculdubio temerarie

dimisi-

dimisisti. Nunc dura subeunda erat eremus, vbi & Pontificis vltionem euitares, & diuinam aduersum te indignationem placares. Tu vero spreto religioso cultu diuiso genitricis vtero confractis vberibus sponsæ tuæ, abrogatis sacris cæremonijs, relictis patrijs legibus confugisti, ad Assyrios, defecisti ad Babylonios conuertisti te ad Baal, & fecisti tibi præputium iuxta ritum gentium, vt dimices aduersus matrem tuã, vt exprobres populum Israel, vt maledicas Ecclesiæ Dei, vt Summo Pontifici detrahas. Accessisti ad gentem apostatricem, ad domum exasperantem ad populũm incredulum, & rebellem, vbi crapulæ ventrique inseruias, vbi incestuosa matrimonia iungas, vbi Epicurum agas, vbi bona omnia opera deneges, vbi Christum denuo crucifigens inconsutilem eius tunicam scindas, partemque tibi ex ea cum impijssimis militibus facias, vbi Euangelicam libertatem iuxta quod beatus prædixit Apostolus, in occasionem carnis conuertas. Heu heu (pater mi) quid fecisti nobis sic? Tantũm ne potuit indignatio? Tantum præualuit ambitio viri? Astra non sunt munda in conspectu Dei, & in Angelis suis reperit prauitatem. An non satius erat in exilium, & in carcerem ire, quam Ecclesiam Dei confundere? An non præstabat ipsam etiam, si necesse erat mortem appetere, quam Dei tui legem derelinquere? Quam sacra vota confringere? Quam solemnia patrum instituta pręterire? Vt quid tanto totius orbis scandalo, tanta animarum perditione, tanto existimationis tuæ dedecore caniciem tuam deducis cũ dolore ad inferos? Adhuc in auribus nostris resonant tuæ illæ luculentissimæ conciones, de continentiæ laudibus, de sacrorum deuotione de ieiuniorum obseruantia, de mirificis sanctorum præconijs, de monasticis celebrationibus, de paupertatis honore. Adhuc alges, adhuc esuris, adhuc sitis, adhuc nudus existis, & inter opiparas epulationes, & comessationes, inter delicias, & cubilia, inter mollia strata, inter vulgares

A tabernas, inter ebrios, inter incestuosos, inter blasphemos inuerecundus apostata videri sustines? Matrem, quæ te genuit dereliquisti, ex cuius ore mel & lac dulcissime suscepisti, & aperis cõtra eam os tuum, exacuis contra eam linguam tuam, leuas contra eam calcaneum tuum. Vbi illę magnificæ tuæ voces, de mundi contemptu, de persecutione, de beatitudine, de constantia in aduersis casibus? Vbi acerrimę illæ tuæ inuectiones contra ardentes honorum cupiditates, contra ambitio-

B num vanitates, & insanias falsas? confusa sunt omnia, cassa sunt omnia. Vbi tu ipse, qui prædicabas non furandum furaris, qui dicebas, non męchandum mæcharis, qui abominabaris idola sacrilegium facis? Vbi tu ipse magister totum id opere destruis, quod dicebas? Quis dabit capiti meo aquam, quis oculis meis fontem lachrymarum, vt nocte fleam, vt luce fleam, baculum Ecclesiæ confractum, magistrum populorum obcæcatum, sapientem patrem, in reprobum sensum datum, pastorem in lu-

C pum commutatum, Christi pręconem diabolum factum? quis magnum mihi suscitet Samuelem, qui Regem à Deo recedentem deploret? Quis mansuetissimum Dauidem exhibeat, qui Absalonem lugebat infœlicem? Quis proferat Euangelicum patrem, qui à meretricibus reuertentem filium prodigũ recipiat? Si forte surgas, si forte ad eũ accedas, & dicas: Pater peccaui in cœlum, & coram te, non sum dignus vocari filius tuus, fac me, sicut vnum, de

D mercenarijs tuis. An non tibi melius existimas reuerti, ad patrem tuum, ad domum genitricis tuæ, vbi abundabas panibus, quam in longinqua à Deo regione pascentem porcos fame mori? Quid tibi in Barbaris gentibus? Quid tibi in externis ædibus? Quid cum nutrice aliena? Quid cum crudeli nouerca? Quid cum muliere meretrice, quę & suum oppressit, & viuentem veræ matris filium conatur diuidere? Agnosce ventrem, qui te portauit: agnosce vbera, quæ te lactauerunt agnosce vo-

Anno Christi, 1590.

cem vocantis, vocem plorantis, vocem, in Rama, vocem ab excelso clamantis: Reuertere dilecte mi, assimilare capreę hinnuloque ceruorum super montes Bethel, super montes aromatum: non poterit obliuisci mater infantem suum, nō poterit se pater continere: quin occurrat, quin amplexetur, quin osculetur, quin proferat stolam primam, & occidat vitulum saginatum: mitescet super te virga Pij Pontificis, vbi mitescet in te furor sacrilegi erroris: septies indulgentem patrem, vbi te exhibeat Catholicum filium. Moueat te Sanctorum chorus, moueant te fratrum tuorum preces, moueant lachrymę filiorum: noli illos despicere, noli illos parui facere, pro quibus mortuus est Christus. Leua in circuitu oculos tuos, & vide quos in Christo genuisti, quos dulcissimo lacte nutristi, quos solido cibo pauisti: omnes isti congregati sunt, venerunt tibi. Venerunt orationibus, venerunt votis, venerunt obsecrationibus, vt pij suscipiant, vt in humeros suos gaudentes imponant, vt ad Dominicum gregem lapsum pastorem reducant, vt vnanimes gratias Altissimo referant, vt pijssima voce decantent: Pater noster perierat, & inuentus est, mortuus fuerat, & reuixit. *Fr. Abraham Bzouius cap. 10 p. 80. & 81. Fr. Michael Pius 2. par. lib. 4. colum. 345.*

I.

An. 1591.

Ab hæreticis passi.

Martyr ab hæreticis necatus.

ANNO Domini millesimo quingentesimo nonagesimo primo, sub Gregorio decimo quarto (qui obijt Idibus Octobris) & sub Innocentio nono ad Pontificatum assumpto decimoquarto Kalēdas Nouēbris (qui obijt quarto Kalendas Ianuarij) Fratres Prædicatores plurimas persecutiones passi sunt ab hęreticis, in Germania inferiori: inter quos F. Iacobus Faber sacræ Theologiæ Doctor, & in Academia Louaniensi regens, dum iter ageret in vigilia D. Catherinæ Virginis, & Martyris, vt verbum Dei in proximo futuro aduentu populis annuncia-

A

ret, ab hæreticis immani crudelitate, per triduum agitatus gladio tandem occisus fuit, miræ patientiæ, & inuictę fidei testimonium post se relinquens, *Ex actis Capituli Generalis Veneti anno millesimo quingentesimo nonagesimo secundo.*

Sixti V anno. 5.

II.

Martyres ab hæreticis passi.

¶ Eodem anno in Congregatione Gallicana Ordinis Prædicatorum, in Regno Francię Fr. Nicolaus de monte magister, & almi studij Parisiensis primarius regens, & F. Petrus Turpin Baccalaureus, ab hæreticis in festo omniū sanctorum, hasta transfossi ad eorumdem societatem breui peruenere, Fr.

B

Ioannes Broinsin Baccalaureus, ab hæreticis suspensus fuit, F. Ioannes Rex patibulo affixus, & quamplurimi alij Prędicatorum ordinis fratres, in diuersis Franciæ prouincijs multas persecutiones ob fidem Catholicam ab hæreticis perpessi, gloriose vitam cum morte cōmutarunt, *Ex actis Capituli Generalis Veneti anni 1592.*

C

I.

An. 1592

ANNO Domini millesimo quingentesimo nonagesimo secundo, sub Clemente octauo assumpto ad Pontificatum, tertio Kalendas Februarij (qui obijt anno 1605. quinto nonas Martij) in Æthiopia Oriētali apud oram Africæ, in prouincia Cuamæ prope Mozambique, Fr. Nicolaus de Rosario, dum ad prædicationem inter gentiles, iter ageret, ab eisdem sagitis confixus, & trucidatus corpusque in frusta concisum, & decoctum barbari ipsi comederunt, *Fr. Ioannes de sanctis 2. p. lib. 2. cap. 9.*

Martyr à gentilibus passus.

D

II.

¶ Eodem anno Frater Ioannes à Pietate Conuentus Muzambucani, incola à quodam ethnico Regulo oppidorum plurium domino, in prouincia Cuamæ, quem ad fidem Christi trahere conatus fuerat, immanissime interemptus est, *Frater Ioannes de Sanctis 2. part. libro. 2. capit. 2.*

Martyr à gentilibus passus.

Anno Christi, 1594.

An. 1593.

Contra hæreses certatum.

ANNO Domini millesimo quingentesimo nonagesimo tertio, Clementis octaui anno secundo, in Polonia priuatim, & publice, per fratres Prædicatores contra hæreses præclara munera gesta sunt, & magna animarum accessio ad gremium Ecclesiæ abiurata hæresi, per eosdem facta est; atque Fr. Hyacintus Susicius Regens studij Cracouiensis apologiam eruditam scripsit contra quendam Caluinianum, pro sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, *Frater Abraham Bzouius capit. 12. & capit. 8.*

An. 1594.

Contra hæreses.

ANNO Domini millesimo quingentesimo nonagesimo quarto, Clementis octaui anno tertio, & annis sequentibus, Fr. Hipolytus Maria Beccaria de monte Regali, totius Prædicatoriæ familiæ Magister Generalis lustrauit hæreticorum prouincias; vt pote Germaniam superiorem, Austriam, Hungariam, Boemiam, Morauiam, Silesiam, Poloniam, & Russiam maximo Catholicæ Religionis augmento. Nam inter alia plures fratres eximios verbi Dei præcones varijs illarum nationum Conuentibus assignauit, vt hæreticis se opponerent, quod egregie ab ipsis executioni mandatum est. Incredibiles item incõmoditates, damnaque innumera, in hoc munere aduersus hæreses obeundo sustulit, sæpius in stabulis, & super nudam terram dormiens, inedia, & fame cruciatus. Eius sanctissima vita hæreticis confusioni, & admirationi fuit, è quibus plures ad fidem redierunt ipsius exemplo, cõuersatione, & doctrina permoti. Nunquam togam sui ordinis, in hæreticorum prouincijs occultauit, vt cæteri omnes Religiosi faciunt, sed palam patenterque gestauit. Hoc rarissimum, ac singulare, in Germania visum est. Cæteri metu mortis, & persecutionum, religionis vestes abscondunt: ipse tamen, cum hæreticos minime timeret, nunquam ad hoc potuit adduci, sed immẽsis laboribus tractus infirmitates grauissimas incurrit, vno oculo amisso in ista sua diuturna aduersus hæreses decertatione. *De sanctitate huius Apostolici viri, & zelo contra hæreses Episcopus Monopolitanus plura scripsit, in quarta centuria ordinis lib. 3. cap. 33. & 34. Fr. Ioannes Michael Pius 2. p. lib. 4. col. 317.*

Clemẽtis VIII. anno 4.

I.

An. 1595.

Rutheni, ad gremiũ Ecclesiæ reducti.

ANNO Domini millesimo quingentesimo nonagesimo quinto, & annis sequentibus, Clementis octaui anno quarto, in Regno Poloniæ Fr. Michael Mostitensis vir integerrimus, & contra hæreticos subtilissimus, & acerrimus disputator, alter Zeno, aut Crisipus nostri sæculi appellatus, existens Prior Conuentus Prædicatorij Luceoriensis maximos subijt labores in conuersione Ruthenorum ad gremium Ecclesiæ Romanæ. Et quandiu Vilnæ, in Conuentu nostro Sancti spiritus Lectoris Theologiæ munus obijt plurimos schismaticorũ, & hæreticorum suis disputationibus, & doctrina ad fidem pertraxit. In gratiam quoque Ducum Radiuiolorum se insinuauit, præsertim vero pientissimi Stanislai, cuius auspicio, ac fauore conuersio prædictorum agebatur, quapropter cum illo frequens erat in hoc labore, Prior autem existẽs, in Conuentu Luceoriensi contracta familiaritate cũ Ipatione Prototheonio, Episcopo Volodimiriẽsi Brestẽsiq; nec nõ cũ Cyrilo Terluzhi Hexarcha metropoliæ Kiouiensis Episcopo Luceoriẽsi Ostrosiensiq; atque in primis, cum Michaele Metropolita Kiouiensi, Haliciensi & totius Russiæ ritus Græcanicæ Ecclesiæ, nunc priuatis persuasionibus, nũc doctissimis disputationibus, cum eis habitis plurimum egit, vt vniuersi Episcopi Russiæ vna cum populis suæ curæ subiectis, schismate post Concilium Florentinum, ab Ecclesiæ copore præcisi, ad eandem postliminio redirent. Consilio enim interse cõmunicato in Synodo

Anno Christi, 1595.

Clemētis VIII. anno. 4.

indicta de renouanda vnione cum Ecclesia Romana, suasu Fratris Michaelis legationem instituendam ad Sedem Apostolicam decreuerunt. Hinc fidei formula ad veterem normam Ecclesię concepta, & præscripta, atque ab eodem Fratre Michaele ad antiquam amussim examinata legationis munus Ipationi, & Cyrillo Episcopis, ad Clementem octauum Pontificem maximum iniunxerunt. Qui mandatis acceptis à prædicto Metropolitano, totius Russiæ, atque ab alijs Coepiscopis, nempè Gregorio Archiepiscopo Polocensi, atque Vitebscensi Dionysio ZbirusKi, Episcopo Chelmensi, atque Belsensi, Leontio PeleczicKi, Episcopo Prinscensi, atque Turouiensi, Iona Hohol Archimandrita Kobrinensi Ecclesiæ Sancti Saluatoris Romam accedentes, die vigesima tertia mensis Decembris huius anni millesimi quingentesimi nonagesimi quinti, in aula Constantiniana palatij Vaticani, coram ipso Summo Pontifice Clemente octauo, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, alijsque diuersi ordinis diuersarumque dignitatum insignibus proceribus, in publicum auditorium admissi Pontifice conspectu, in terram se venerationis ergò prosternentes, & ad thronum eius accedere iussi, eiusdem pedibus humillimo cultu, & reuerentia exosculatis literas legationis à supradictis Episcopis subscriptas, & signatas Pontifici, in confirmationem obedientiæ præstitæ legendas obtulerunt. Mox fidei Catholicæ professionem in scriptis editam, suaque manu subscriptam, coram ipso Summo Pontifice recitarunt: repetitisque iuramentis ad Ecclesiæ communionem admissi sunt maxima totius Ecclesię gratulatione, & lætitia, *Fr. Abraham Bzouius cap. 3. pag. 21. & 22.*

II. ANNO Eodem mense Decembris, in Regno Galliæ, Fr. Ioannes Regat Magister, & Prior Cō-

A

uentus Prædicatorij Parisiensis, qui crebris suis concionibus, & scriptis totis viribus hæreticorum incendia extinguere conabatur, feruida sua prędicatione, & suasu ad veram Religionem reduxit Bordanum Martelium Caietanum virum eruditione prȩstantem, sed prauis dogmatibus adhærentem, & sectarum nouarum prȩcipuum cultorem, & inuentorem. Is Bordanus Martelius: postquam relictis erroribus Catholicam Religionem professus est, apud Montem Pesulanum, vbi morabatur, & apud alias vrbes rebus Catholicis opem, auxilium, & incrementum attulit, *Ex Genebrardi appendice Petri Victoris Palma anno millesimo quingentesimo nonagesimo quinto.* *Hæresiarcha reductus.*

B

I. ANNO Domini millesimo quingētesimo nonagesimo sexto, Clementis octaui, anno quinto, apud Synarum amplissima Asiæ Regna familia Prædicatoria Euangelij vocem intonuit, cœnobiumque eo exit ductoribus, Fr. Antonio ab Archidiacono, Fr. Bartholomęo Lopez, & Fr. Alphonso de Sancto Dominico, in Religiosissima Philipinarum Sanctissimi Rosarij prouincia commorantes. Sua igitur prædicatione, tam in eisdem regnis, quam apud Manilam, nobilissimi Philipinarum, & Asiæ emporium Synarum millia ad fidem Christi perduxerunt, *Fr. Ioannes de sanctis 2. p. lib. 2. cap. 10.* *An. 1596.* *Gentiles conuersi.*

C

II. ¶ Eodem anno in Prouincia Prædicatorię familiæ Philipinarum, quæ latissima Iaponum, & Synarum imperia amplectitur, aliqui fratres idiomate Synarum eruditi libros aliquot, in eo ediderunt, vt prædicatores illius gentis promptius fidem Christi illis patefacerent, nam Catechismos etiam ad Synas, in Christo erudiendos, ac stabiliendos Typis mandarunt; ex quibus vix credi potest, quanta fidei incrementa pepererint. Inter hos fratres, Fr. Thomas Maior Collegij, ac cœnobij Orionensis alumnus symbolum fidei excu- *Gentilibus prædicatur.*

D

sit, &

Anno Christi 1597.

Clemētis VIII. anno 5.

sit, & Fr. Dominicus Nieua Conuentus Vallisoletani Christianæ fidei memoriale, in quibus potissimos fidei articulos, & mysteria doctissime ostendunt, & conuenientiam legis Christi, cum intellectu humano, & lege naturali. *Ex relationibus missis à Philipinis, eademquè volumina, in Hispania habemus.*

An. 1597. *Passi Martyrium à Turcis.*

ANNO Domini millesimo quingentesimo nonagesimo septimo Clementis octaui anno sexto, apud Armeniam passi sunt à Turcis, & à schismaticis Nestorianis, illos comitantibus, Fr. Nicolaus Fridonix, Archiepiscopus Naxiuanensis, F. Raphael Prior Conuentus S. Ioannis Baptistæ Chiaugensis, Fr. Matthęus, & alij fratres Christianam Religionem Ecclesiæ Romanę inibi colentes, & conseruantes. *Fr. Dominicus Grauina 2. p. cap. 11. p. 157.*

An. 1598. *Martyr passus à gētilibus.*

ANNO Domini millesimo quingentesimo nonagesimo octauo Clementis octaui anno septimo apud Indiam Orientalē in insula Solor, Fr. Franciscus Calassa Goensis à Barbaris Gentilibus post innumeram in Christo Domino messem adquisitam spiculis confossus, in cœlum migrauit, *Fr. Ioannes de Sanctis 2. p. lib. 2. cap. 5.*

An 1599. *Martyres à Gentilibus, atque ab hereticis passi.*

ANNO Domini millesimo quingentesimo nonagesimo nono, Clementis octaui anno octauo, apud Indiam Orientalē, in insula item Solor, Fr. Ioannes Trauaços Batallensis Lusitanus, & F. Melchior conuersus, dum getilium prauos mores corrigere intendunt, ab ipsis immaniter trucidati, in cœlum euolarunt. Eodem die duo pueri, ex seminario Prædicatorio, ab eisdem gentilibus sunt necati, oculis erutis, linguis, & brachijs in frusta pręcisis, eo quod Christi fidem renunciare noluerunt. Item Fr. Paulus à Mesquita ab insula Solor versus Malacam nauigans, ab hæreticis Olandis pyratis captus, in odium fidei, & Prædicatoriæ Religionis iugulatus est, cum cæteros captiuos Catholicos incolumes reliquissent. Insuper F. Gaspar de Sà, & F. Emanuel è Lambuao, ex insula Solor versus Goam nauigantes à Mahumetanis Barbaris insulæ Dachem capti crudelissime, in odium Christianæ fidei interempti sunt. Præterea in insula Pagua prope Solor Fr. Hieronymus Mascareñas incolarum gentilium insignis Ecclesiastes, ab eisdem in odium fidei trucidatus est. Denique etiam eodem ipso anno Fr. Simon à Pietate, & Fr. Petrus Vsusmaris post plurimos gentiles Christo prædicatione sua adductos, in Orientali India à Barbaris Malabaribus occisi sunt, & circa idem tempus, Fr. Gaspar ab Assumptione, dum è Regno Bengala Goam proficisceretur, à prædictis Malabaribus interfectus est, & Frat. Ioannes Suarez post plurimam gentilium turbam conuersam, ab incolis insulæ Sanguisel prope Solor pro fide Christi interemptus est. Denique, Fr. Petrus conuersus, in Regno Moga à gentilibus est trucidatus, dum Lusitanos ad moriendum pro Christi nomine exhortaretur, *Fr. Ioannes de Sanctis, pa. 2. lib. 2. cap. 5.*

I.

An. 1600. *Martyr ab hereticis passus.*

ANNO Domini millesimo sexcentesimo, Clementis octaui anno nono, die vigesima quinta Augusti, in Regno Anglię Fr. Robertus Nuttures, apud Bancastrum vrbem post molestissimos, per viginti duos annos carceres pro fide Catholica, ab hęreticis suspensus cordeque & visceribus antequam animam efflaret extractis corpus in diuersa cōcisum est, *Ex 4. p. hist. Ord. Præd. lib. 4. ca. 22.*

II.

Martyres à Gentilibus passi.

¶ Eodem anno Fr. Ioannes Maldonatus, & Fr. Alphonsus Ximenez concionatores egregij Cœnobij Vallisoletani alūni, cū ex insulis Philipinis ad Regnū Cāboiæ dilatationis fidei causa se

Anno Christi, 1601.

conferrent iussu Regis Syan, in itinere necati sunt in odium Christianę Religionis Fr. Alphonsus hasta transfossus, & Fr. Ioannes Bombardæ ictu interemptus. *Ex relationibus missis à Philipinis.* Eodem item anno, in Regno Syan Fr. Ludouicus à Fonseca à Mahumetanis in odium nominis Christi necatus est, dum Sacrosanctum missæ sacrificium ad altare offerret, *F. Ioannes de sanctis 2. P. li. 2. cap. 7.*

An. 1601.

ANNO Domini millesimo sexcentesimo primo, & sequentibus Clementis Octaui anno decimo in Gallia, apud Montem Pesulanum hæreticorum vrbem, Fr. Sebastianus Michaelis, per totum triennium perpetuas conciones diebus festiuis habuit, maximo percepto fructu, nam plurimi ad fidem Catholicam redierunt, & tribus responsionibus à Catholicis prælo commissis ministrorum hæreticorum ora, præsertim Theodori Bezę, insignis, hæresiarchæ compescuit, de Sacratissimę Eucharistiæ quęstionibus, quam plurimum poterant arduis, vt ne mutire quidem deinceps ausi fuerint, exultantibus Catholicis, nec hæreticis victoriam negare audentibus. Labefactarat Theodorus Beza vrbem illam magna ex parte ab Geneua illuc frequentius aduentans. Fuit iste magni nominis hæresiarcha secularis in iuris peritia licentiatus Burgundus, qui sedem, ac pestilentiæ Cathedram Geneuæ statuens damna irremediabilia per totam Galliam, & alias finitimas prouincias induxit, Lutheri, & Caluini erroribus superadditis insanijs, ac deliramentis plurimis, hic suis inuentis per manus cuiusdam discipuli sui, nomine Poliot plumbea glande vi scopleti traiectum interimi fecit Ducem Guisiæ, Religionis Catholicę in Francia vnicam columnam, ac protectorem maxima Catholicorum iactura. Contra errores, quos iste hæresiarcha in monte Pesula-

Hæretici reducti.

A no seminauerat, validissime se opposuit prædictus Frat. Sebastianus Michael, cuius feruorem, doctrinam, & Sanctitatem vitæ cognoscens Summus Pontifex, eum hæreticæ prauitatis Inquisitorem Auinionensem instituit. *Ex relationibus probatis Regni Galliæ.*

Clemētis VIII. anno 10.

B ANNO Domini millesimo sexcentesimo secundo, & annis sequentibus Clementis Octaui, anno vndecimo, in Regno Cambojæ, apud Indiam Orientalem in Asia, Fr. Syluester Figueredus, in promulgatione Euangelij strenue laborans, templa vero Deo erexit, trophęa Crucis Christi in pluribus oppidis leuauit, quę maxime à Gentilibus etiam, culta sunt, plurimis eorum ad Christum adductis. *Fr. Ioannes Gundisaluus Mendoça Augustinianus, in itinerario noui orbis.*

An. 1602.

Gentiles conuersi.

C ¶ Eodem anno in Iaponum Imperium Sacra Prædicatoria familia ingressa maximos fructus Ecclesię attulit, in regnoque Satzuma Conuentum fundauit, & ibi Fr. Franciscus Morales Prioris munere fungens, ex Priore Conuentus Mabrilani alijs tribus fratribus sociatus, in excolenda Iaponica vinea egregie laborauit. *Antonius Morga in historia de Philipinis, & Iapone cap. 7.*

II.

Gentiles conuersi.

D ANNO Domini millesimo sexcentesimo tertio, Clementis Octaui anno duodecimo, apud Philipinas seu Luzonias insulas, Fr. Michael Benauides Manilanus Archiepiscopus, suarum ouium vigilantissimus custos, maximam ex gentilibus segetem Ecclesiæ adduxit, qui per plures annos Segouiensem Episcopatum, & Archiepiscopatū Manilanum moderatus plura dęmoniorum delubra deijciēs tēpla plurima Deo vero erexit

An. 1603.

Gentiles conuersi.

miracu-

Anno Christi 1604.

miraculis in fidei confirmationem editis. Vnum tantum modo perfunctorie adducemus, quod gentiles lucem magnam domum fratrum Prædicatorum, & Ecclesiam, in qua baptismo eos lustrabant, circumfusam nocte quadam sunt contemplati; alij autem visionem viderunt, qua allecti baptismum efflagitarunt, nam ex oppidis gentilium, in quibus Ecclesiæ fundabantur, intuiti sunt scalam cœlo se inferentem, per quam abluti sacro fonte ascendebant, quo mirando in se reuersi Ecclesię gremio cooptari petierunt. Ante quam vero sanctus præsul in Episcopum assumptus fuisset, Synarum linguam discens (primus enim fuit, qui apud Philipinas plenè calluit idioma Synarum) in amplissima illa regna proficiscens Euangelij prædicationi incumbens à Synis in vincula coniectus, & crudelissime flagellatus fuit. *Ex 4. par. historia Ordinis Prædicatorum libro 4. capit. 22. & 23.*

I. *An. 1604.* *Martyres à Barbaris cæsi.*

ANNO Domini millesimo sexcentesimo quarto, Clementis octaui anno decimo quarto, Frater Petrus Morenus Conuentus Segobiensis alumnus, & alij quinque fratres eius Sodales, ad vineam Domini Iaponensem, & Synarum excolendam nauigantes, in itinere, apud Guadalupensem insulam manibus Barbarorū sagitis confixi occubuere. Quorum corpora, cum postea Christiani colligerent, viderunt multa in testimonium sanctitatis ipsorum signa, quæ cunctis in eadem classe adnauigantibus conspicua facta sunt. *Ex actis Capituli Generalis Parisiensis, anno millesimo sexcentesimo vndecimo.*

II. *Gentiles conuersi.*

¶ Eodem anno apud oram Africanam, in Regno Congi, & Angolæ, Frater Antonius de Sancto Stephano, Regnorum illorum vigilantissimus pastor sedulo infidelium conuersioni inuigilans, plures ad Ecclesiam traxit superstitionibus, & ignorantijs idolatriæ reiectis. *Ex relationibus, ad Lusitaniam transmissis.*

Clemētis VIII. anno 14.

III. *Armeni Ecclesiæ Romanæ fideles, & subditi.*

¶ Eodem anno Archiepiscopus Naxiuanensis in Armenia, Frater Azarias Ordinis Prædicatorum, Romam ex Armenia veniens, vt à Summo Pontifice suæ electionis confirmationem consequeretur, post consecrationem in Capella Pontificali factam, & pallium donatum, sequentem relationem Clementi Pontifici dedit, de Christianitate Armeniæ Romanę Ecclesiæ fundata, & conseruata, per fratres Prędicatores, qua vigilantissimus Pontifex animo recreatus, gauisus est gaudio magno valde. Relatio est tenoris subsequentis.

BEATISSIME PATER.

¶ Ecclesia Archiepiscopalis Naxiuanensis, Sancto Thomæ Apostolo dicata, in Armenia Maiori, cuius Archiepiscopum Sanctitas vestra dignatus est, me consecrare, non meis meritis, sed sola singulari clementia vestra manet in Naxiuan vrbe turribus, & muris vallata & rigata fluuio Arasch, eā circumfluente, quæ distat à ciuitate Tauris Regia Regum Persiæ itinere sex dierum. In hac vrbe Naxiuanensi maiori ex parte habitant Persę Mahometani, & fere eiusdem numeri Armeni, schismatici ritus, Armeni Nestoriani, & nulla domus Armeni ritus latinica in vrbe illa inuenitur. Cùm enim hęc Ecclesia, & ciuitas cum cœnobio Prædicatorum, quondam ab hostibus expugnata esset, coactus est Archiepiscopus ab illa recedere, Cathedrali in Mahometis delubrum translata, & in vrbe Abbarano itinere diei vnius à Naxiuan separata residere. Satis amplus est Archiepiscopatus, sed morantur in eo innumeri Persæ Mahometani, & Christiani ritu Armeno fædati. Sed populi, qui è Christianis meis ritus Latini Sedi Apostolicæ, & Sanctitati vestræ obedientes, sunt duodecim.

1 Prima est vrbs Abbarenorum muris

& flumine circumdata, in qua Archiepiscopus assistit, eam inhabitant quinque millia vtriusque sexus personæ cõmunicationem sacram recipientes, & paruulorum, ac puerorum, quibus Eucharistia nondum datur, duo millia, & quingenti in domibus quingentis Christianorum, & solum ex Mahometanis sunt quingentę. Sunt itaque in ciuitate ista capellæ, vel Ecclesiæ quinque, in quibus in magnis festiuitatibus ob deuotionem populi diuina officia celebrantur. Iuxta vrbem istam constructa est Ecclesia Omnium sanctorum, cum suo grandi Prædicatorum Conuentu, hortis, & prædijs, in qua diuina officia, sicut in cunctis ordinis grauibus Conuentibus fiunt. In cœnobio hoc viuit Archiepiscopus, cum sexaginta, & tribus fratribus. Eorum quindecim sunt Sacerdotes, octo Diaconi, decem Acolythi, & triginta fratres laici, qui hortos, prædia, & terras colunt, rem familiarem administrantes.

2 Secundum oppidum vocatur Abbragonium, in quo sunt circiter quadringenti, ex meis Christianis Latinis communionis capaces, & paruuli trecenti. In ipso oppido est Ecclesia, S. Georgij, cum quodam Conuentu duodecim fratrum, ex eis quinque Sacerdotes, duo Acolythi, & quinque fratres laici, siue conuersi.

3 Tertium oppidum est Carna, non longe ab Abbarano, in quo sunt ducenti, ad communicandum accedentes, & ex paruulis, & pueris centum quinquaginta. In villa hac fundata est Ecclesia Sanctæ Elisabeth, in qua requiescit sacrum corpus Beati Frat. Bartholomęi Barui Bononiensis nostri primi Antistitis, & fundatoris Ordinis Prædicatorum in Armenia. Cum illa Ecclesia coniungitur cœnobium viginti fratrum, ex quibus quinque sunt Sacerdotes, duo Diaconi, tres Acolythi, & decem fratres laici.

4 Quartum oppidum est Saltach, in quo sunt sexcenti ad communicationem admissi, & puerorum numerus extenditur ad trecentos, in centum & A viginti domibus habitantes. Iuxta oppidum sita est Ecclesia Sancti Sergij Martyris, cum suo Conuentu, quem incolunt vndecim fratres, quatuor Sacerdotes, duo Acolythi, & quinque fratres laici.

5 Quintum oppidum est Nascascen, in quo sunt centum & triginta domus Christianorum Latinorum, & septuaginta communionis capaces, & puerorum, qui non communicant, trecenti, & amplius. Intra oppidum est Ecclesia Lanceę Domini, cum suo Conuentu B duodecim fratrum, è quibus quinque sunt Sacerdotes, duo Acolythi, & quinque laici. Extra oppidum in proximo monte est templum Sancto Taddęo Apostolo sacrum.

6 Sextum oppidum vocatur Mettscen, in quo sunt centum & quinquaginta communicantes, & paruulorum centum. In medio oppidi est Ecclesia Sanctissimæ Deiparæ, cum domo, in qua habitant Sacerdos vnus, & frater Acolythus.

C 7 Septimum oppidum est Canzag, quadraginta leucis ab vrbe Abbarano separatum, & quinquaginta solum à monte Ararat, in quo requieuit Arca Noe, sunt ducenti ad communicandum recepti, & centum, & quinquaginta paruulorum. Extra oppidum est Ecclesia Sancti Andreę, & Sancti Iacobi Apostoli, cum domo vna, in qua manent quinque fratres, duo Sacerdotes, vnus Diaconus, & duo Acolythi.

8 Octauum oppidum est Xhabunis decem leucis, ab Abbarano distans, in D quo sunt quadringentæ animæ communionis, & ducentæ paruulorum. In oppido isto est Ecclesia Beatissimę Virginis Mariæ, cum satis numeroso fratrum Conuentu, nempe viginti & amplius fratres habente, è quibus decem sunt Sacerdotes, duo Diaconi quatuor Acolythi, & quinque fratres laici. Extra oppidum est quędam Ecclesia Sancti Stephani Protomartyris.

9 Nonum oppidum est Grahug itinere diei vnius distans, ab vrbe Abbarano, in

Anno Christi, 1604.

Clemēt VIII. anno. 13.

no, in quo sunt quingentæ domus Christianorum Armenorum, ritus Latini plusquam quinque millia communionem recipientes, & puerorum, duo mille quingenti, in villa hac est Ecclesia S. Ioannis Baptistæ, cum suo Conuentu satis grandi, nempe triginta fratres habente, è quibus duodecim sunt Sacerdotes, duo Diaconi, quinque Acolythi, & vndecim fratres laici.

10 Decimum oppidum vocatur Caragus viginti leucis ab Abbarano distans; in quo sunt centum, & quinquaginta personæ communicantes, & paruuli centum: habet Ecclesiam Beatissimæ Virgini Mariæ dicatam, cum domo vna, in qua habitant vnus Sacerdos & vnus Acolythus.

11 Vndecimum est Chezzug sexaginta leucis, ab Abbarano distans: sunt in eo centum & sexaginta animę communicantes, & puerorum septuaginta: habet Ecclesiam Beatæ Virgini Mariæ etiam dicatam, cum domo vna, in qua manent sex Sacerdotes, & duo Acolythi. Extra oppidum est Ecclesia Annunciationis, vbi tantum in diebus festiuis missa celebratur.

12 Duodecimum est Artach quindecim leucis ab Abbarano distans, in quo sunt centum communicantes, & pueri septuaginta: habet capellam, cum domo, in quo sunt Sacerdos vnus, & Acolythus.

Itaque mei Catholici Latini, cum pluribus alibi commorantibus extra prædicta duodecim oppida sunt decem & nouem millia: fratres vero Prædicatores, qui hanc Christianitatem Latinam in Armenia conseruamus, sumus centum, & nonaginta; Sacerdotes sexaginta & sex, Diaconi, quindecim, Acolythi triginta, & octo, & fratres laici, septuaginta & vnus. Ex his doctiores sunt Frater Petrus de Giahug qui modo est Vicarius Generalis, Frater Matthęus, Frater Taddęus de Abbarano, Frater Thomas de Albragon, Frater Matthias de Nascascen, & Frater Dominicus de Carnâ Sacerdotes sæculares, nec religiosi, non initiantur ordine sacro nec vllo alio Ecclesiastico, nisi prius professionem solemnem sub Ordine Prędicatorum emiserint. Archiepiscopatus prouentus sunt ducenta scuta, è quibus centum pro tributo exiguntur, nam redditus huius Ecclesiæ propt ius sunt cruciatus, persecutiones, lachrymæ, quam pecuniæ. Omnes fratres viuunt in communi, in Conuentu cum Archiepiscopo, & in sacrificio Altaris missis cæremonijs, & diuinis officijs conformantur, cum suis fratribus Prædicatoribus Europæ. Pius quintus declarauit anno millesimo quingentesimo sexagesimo octauo, Archiepiscopo, Fratri Nicolao, quod fratres illi satisfacerent suæ constitutioni ferendo tantùm scapulare album, quod est præcipuus habitus Ordinis Prędicatorum, cappam autem, & tunicā superiorem, non vt in Europa portant, nam Turcæ non eis permiserunt, sed tantum scapulare portare: isti fratres, & Archiepiscopus, die noctuque chorum frequentant, ieiunia ordinis obseruant, & in cæteris obseruantijs regularibus plurimum curant. Singulis diebus Dominicis, & festis prædicant Euangelium, & mysteria fidei docentes, ac doctrinam Christianam, laborant multum in colendo terras propter excessiua tributa soluenda, in quo occupantur fratres laici aliqui: ex fratribus Sacerdotibus sunt Parochi, & rectores curam animarum habentes, prius ab Archiepiscopo expositi, & examinati.

Hic est status Christianitatis Armenorum Latinorum, per fratres Prędicatores fundatæ, & conseruatæ descriptus, & datus Pontifici Clementi octauo, & multis Sanctæ Romanę Ecclesiæ Cardinalibus, qui omnes gaudio spirituali legentes gratias agebant Deo, quod inter tot Barbaras, & infideles nationes veram fidem, & obedientiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ conseruarent, &c. *Frater Dominicus Granina p. 2. cap. 8.*

Anno Christi 1605.

Ann. 1605. ANNO Domini millesimo sexcentesimo quinto, sub Clemente Octauo (qui obijt quinto nonas Martij) Leone vndecimo, qui assumptus est, quarto nonas Aprilis (& obijt quinto Kalendas Maij) & Paulo Quinto, qui electus est decimo septimo Kalendas Iunij, & viuit adhuc, in orbe occiduo, apud Regnum Chile Gentilium barbarorum multitudine ad arma concurrente quinque Hispanorum vrbes destructæ, & solo æquatæ sunt dirutis quinque domibus Ordinis Prædicatorum. *Trucidati à Barbaris* Earum incolæ Religiosi Fratres Gentilium, & neophitorum prædicationi intenti partim à barbaris trucidati, partim in captiuitatem rapti sunt. In vrbe Valdiuia F. Petrus Peçoa Prior Conuentus, ab Indis hasta transuerberatus, quia barbaros ne Christianæ Virgini vim inferrent reprehendebat, & Fr. Ioannes à Vega laicus, quia eosdem sacras imagines lanceis discerpere prohibebat. In Villa Rica interempti sunt à Gentilibus Fr. Paulus à Bustamante F. Ferdinandus Ouando vnus nouitius conuersus, & quatuor alij fratres. In Engolt Fr. Martinus de Sanctis, & in Duau Fr. Christophorus à Buiza occisi sunt. *Ex actis Capituli Generalis Romæ 1608. & ex relationibus probatis.*

An. 1606. ANNO Domini millesimo sexcentesimo sexto, & sequentibus Pauli Quinti anno secundo, in Regno Poloniæ, plures fratres Prædicatores inuictissimi extiterunt Catholicæ fidei propugnatores, qui hæreticorum reductioni intenti eorum plurimos ad Catholicam Ecclesiam suis sermonibus traxerunt, inter eos præcipui Fr. Bartholomæus Præsmiliensis Cathedralis Ecclesiæ Cracouiensis insignis Ecclesiastes Fr. Seuerinus, in hæreticis confundendis acerimus, F. Hyacin- *Hæretici plures reducti.*

A tus Sulcius, Fr. Michael Mosticensis, de quo supra F. Martinus Nepelsius F. Seuerinus Tarnouius, & F. Nicolaus Mosticensis, in Sacra Theologia Magistri suis scriptis congressibus, disputationibus adhortationibus, & monitis hæreticos ad sanam mentem reduxerunt, & Catholicos in fide orthodoxa continuerunt, atque adeò, ab illis vniuersa Polonia magna ex parte in Religione Catholica stabilita est, Catholicis plurimis circa fidem naufragantibus in ea roboratis. B Prior autē Prouincialis F. Albertus Secouius vigilantissimus pastor zelo fidei accensus authoritate sibi à Clemente Octauo data, cū sui fratres Prędicatores innumeros hæresi labefactatos, in dies ad Ecclesiam suis concionibus suauiter traherent, in maioribus cōuentibus exposuit plures pœnitētiarios Apostolicos, in minoribus vero vnum ad excipiendas confessiones eorū, qui hæresim eiurarunt, *Fr. Abraham Bzouius cap. 11. p. 87. & cap. 12. p. 89.* *Pauli V. anno 1.*

C ANNO Domini millesimo sexcentesimo septimo, Pauli V. anno tertio, apud Iaponum Imperiū in Regno Figē fratres nostri à Rege Gratanter, & beneuole recepti conuentū erexerunt, sub inuocatione S. Marię de Rotario, in quo plures Gentiles fratrū prædicatione conuersi nomen Christo dedere. Anno autem subsequenti, ab eodem Rege donati sunt situ, ad alias duas domos erigendas in vrbibus Regni sui frequentioribus, ad quas Iaponum D multitudo ad audiendum Verbum Dei confluebat, pluribus eorum sacro fonte ablui flagitantibus, Et tunc in ministerio isto Apostolico indefesse laborarunt inter cæteros, Fr. Alphonsus à Mena, & F. Thomas de Spiritu Sācto. *Ex literis à Iapone, ad Capitulū generale Parisiense anno 1611.* I. *An. 1607.*

¶ Eodem anno F. Gregorius Seruātius de Sancto Seuerino Episcopus Treuicanus in Regno Neapolitano scripsit librū eruditione plenum in defensionē II. *Cōtra impugnātes Pontifice.*

Anno Christi. 1608.

potestatis,& immunitatis Ecclesiasticę contra opusculũ o ɛto propositionũ Doctoris incogniti super Breue Apostoli cũ cẽsurarum Pauli V contra Senatum Venetum anno millesimo sexcentesimo sexto,quod opus ab omnibus semper maiori pretio æstimatum est,quam plura alia scripta,quæ de hoc argumento in lucem prodiere. *F. Michael Pius p. 2. lib. 4 col. 372.*

I. *An. 1608.*

ANNO Domini millesimo sexcentesimo octauo, Pauli quinti anno quarto,ad petitionem Regis Congi,& Angolæ fratres Prædicatores ad aliam vineã Domini in AEthiopia sitam, quam ipsi primi plantauerãt anno millesimo quadringentesimo nonagesimo primo(vt supra dictum est) sese contolere,cœnobium ædificarunt, in quo plurimi gentiles ad Christum se receperunt. *Gentiliũ conuersio.* Apostolici viri ad hoc missi sunt,Fr. Laurentius ab Acuña,Fr. Gundisaluus Caruallius,Fr. Ferdinandus de Assumptione,& F. Dominicus de Cruce.

II.

¶ Eodem anno apud Iaponicum imperium,in regno Satzuma familia Prędicatoria prętlare Euangelij tubã resonante pluribus Iaponijs ad Ecclesiã congregatis,adeo orthodoxa fides cordibus fidelium radicata est per fratres Prędicatores, vt cum aliqui Iapones in fide à nostris instructi essent post baptismum in ipso fidei illorum exordio ad tantam charitatem deuenerunt,vt pro fide animas suas posuerint decimo quinto Kalendas Decembris in villa Firaia,& ab eisdem fratribus ad Martyriũ sunt cõfortati. *Gẽtiles cõuersi martyres.* *Ex actis Capituli generalis Parisiensis anni millesimi sexcentesimi vndecimi.*

III.

¶ Eodem anno,& sequentibus in Germania strenuam nauauit operam contra hæreticos,F. Gisbertus Specchtius hæreticæ prauitatis Inquisitor Coloniensis,qui fuit diffinitor Comitiorũ generalium ordinis huius anni.

In Regno autem Galliarum sedulam

A nauarunt operam in eadem hæreticorum reductione concionibus, disputationibus, & congressibus Magistri sequentes. *Pauli V. anno 4.*

In Prouincia Occitana Magister F. Ioseph Borguignon,qui nunc est Inquisitor Carcasonensis. In Tolosana vero fr. Ioseph de Ibreis,qui in Agennensi vrbe,& alijs villis adiacentibus res Catholicorum mirum in modum promouit, fr. Ioannes à Verniano, qui apud villas Baygneres,Lordum,& Benac plurimis

B scaturientes hęreticis per aliquot quadragesimas prædicationi incubuit, maxima Catholicorum vtilitate, licet nimis lacessitus persecutionibus, ac iniurijs molestissimis Caluinistarum Ludouicus Castes zelo fidei feruens, qui in Agennensi ciuitate plures hæreticos ad veram Religionem traxit, & Magister Iornierus illius Prouinciæ vigilantissimus moderator,qui apud montem Pessulanum, & apud villam Bloycensem per biennium verbi Dei egregius,& indefessus concionator extitit magno,rei

C Catholicę incremento plurimis Hugonotis ad eam redactis. *Ex relationibus probatis.*

ANNO Domini millesimo sexcentesimo nono,Pauli quinti anno quinto apud Imperium Iaponicum aliquot egregij, ac feruidissimi verbi Dei concionatores ex Prędicatoria familia erant qui sedulo Gen- *An. 1609.*

D tilium conuersioni incumbẽtes in Regnis Satzuma,Figen,& apud vrbem Nangasaqui domos erigentes incrementa Ecclesię vigilantissime perficiebant. In ter eos erat præpositus fr. Ioannes de Hormaza Methinensis,qui philippinarum Prouinciam, iam moderatus fuerat,fr. Alphonsus Mena ,fr. Franciscus Morales,fr. Thomas à Spiritu sancto,fr. Ioannes Rueda,fr. Ioseph à sancto Hyacinto , frater Hyacintus Orfanel,& alij,&c. *Gẽtiliũ cõuersio.* *Ex relationibus probatis à Iaponia missis.*

A

An.1610.

Haeretici & schismatici reducti.

ANNO Domini millesimo sexcentesimo decimo, Pauli quinti anno sexto, apud Vualachiam, F. Andreas Bobius sacrę Theologię professor ex conuentu Pręditatorio Fauentino Prouincię Lombardiæ vir religiosissimus, & Catholicę fidei acerrimus propugnator, cum in Vualachiam à sacra congregatione de propagāda fide destinatus, esset profectus in Russiam assumpto secum socio, P. Frat. Matthęo de Vlonis Morauo de conuētu Leopoliensi, multis pro eadem fide Catholica propagāda laboribus, ac periculis innumeris perpessis, nōnullisq; Catholicis Ecclesijs sub Romano ritu erectis Schismaticis, hæreticisque pluribus ad sanctæ Ecclesiæ gremium adductis Vualachiam rediens ab hæreticis militibus Catholicam, & Prędicatoriā eius religionem detestantibus, & odio habentibus, veluti agnus innocens à lupis appetitus, crudelique morte affectus duplicem (vt pie creditur) Martyrij, ac Doctoratus palmam cœlo triumphans inuexit. Eius socius arrepta interdensas siluas celeri fuga, ex eorum manibus elapsus Deo prouidēte, ne tanti patris triumphus tenebris obuolueretur, hoc fideliter enarrauit: *Ex actis capituli generalis Romæ, anno millesimo sexcentesimo duodecimo.*

An.1611.

Hæreses abiuratæ.

ANNO Domini millesimo sexcentesimo vndecimo, Pauli quinti anno septimo, in Germania Superiori F. Ioannes Paulus Lacumulanus, Prior conuentus Frisacensis, & Fr. Seruatius Iungling Prouincialis fructuosissimę hæreticorum reductioni insudantes plures ad Ecclesiæ gremium abiuratis erroribus reduxerunt: *Ex relationibus probatis à Germania missis.*

An.1612.

Hæreses impugnatæ.

ANNO Domini millesimo sexcentesimo duodecimo, Pauli V. anno octauo in Lombardia, Fr. Seraphinus Caponi de Porreta, eruditissimus sacræ Theologię professor doctissima commentaria super summā D. Thomę sępius in lucem edita scripsit, in quibus ostendit, quod idem Angelicus Doctor fere in omnibus articulis eiusdem summæ confutat specialem hæresim, vel errorē non solū ex damnatis ab Ecclesia ante ipsum Doctorē sanctū, sed etiam ex omnibus illis, quos post Angelici Doctoris felicissimum transitū Ecclesia condemnauit. Quæ volumina authoritatibus sacrę Scripturę, cōciliorum, & Patrum; tam Gręcorum, quam Latinorum scaturiunt. Et incredibile est enarrare, quas vtilitates præsidia, & adiumenta Doctoribus Catholicis ministrauerint [illegible], enim veluti armamentarium [illegible], ex quo Catholici castrametati hæreticorum phalangem facile deturbānt, & conuincūt. Edidit item cōmentaria super Euangelia Matthæi, Marci, &c. & super Pentateuchum, in quibus non tantum hæreses destruit, sed fidem astruit. Scripsit etiam postillam super Symbolum fidei, vt in fide dubitātes quosdā in vrbe, in qua morabatur stabiliret. *F. Ioannes Michael Pius in vita eiusdem Fr. Seraphini, cap. 8. & p. 2. lib. 4. col. 340.*

B

C

D

An.1613.

Hæreses confutatæ

ANNO Domini 1613. Pauli V. anno nono in Germania F. Cosmas Morrellas Hispanus Valentinus, sacræ Theologię publicus professor in Vniuersitate Coloniensi, & à Paulo Pōtifice institutus Inquisitor hęreticæ prauitatis diœcesum Coloniēsis Treuerēsis & Maguntinæ, fortissime aduersus hæreses se opposuit in publicis congressibus, doctrina Angelica D. Thomæ hæreticos eneruādo, & cōfūdēdo, de quo Parisiēse capitulū generale anni 1611. agēs

Anno Christi. 1614.

de prouincia Aragoniæ,& in ea etiam illum ad magisterium assumens ita ait. *Propter multa* (inquit) *& singularia beneficia, quæ in partibus Germaniæ Ordini præstitit variosque labores, quos disputãdo, & scribendo in Catholicæ Religionis propugnationem; hæresumque extirpationem pertulit, & in dies perferet, &c.* Inter alia edidit eruditam disputationem aduersus Caluinistas Francofurti habitam: de valore operum nostrorum, in qua doctissime eorundem argumentationes,& fallacias dissoluit. Et vix dici potest quantum Religio Catholica in Germania debeat acerrimo isti Doctori, quo authore triumphos maximos sępe sæpius Catholici à Caluinistis, & Lutheranis sunt assecuti, *Fr. Michael Pius 2. P. lib. 4. col. 390.*

A lentia, & animaduertens quantum illa de institutione, introductione, & conseruatione Sanctissimæ Inquisitionis, in orbe Christiano, & potissimum, in suis Regnis Hispaniarum, vt supra ostẽsum est ad supremos, ac generales Sãctę Inquisitionis suorum Regnorum senatus in Curia Regia Matriti, & Vlisipone assistentes duos ex eadem familia fratres Inquisitores Generales perpetuo futuros assumpsit. Matriti quidem pro hac prima vice Reuerendissimum Magistrum Fr. Ludouicum Alia-
B ga suę Catholicę Maiestatis confessarium, & de supremo Status senatu, &c. Vlisipone autem Fr. Emanuelem Coellum, qui fuerat Lusitanię Prouinciæ moderator designauit, ex quorum eruditione, consilio, & dexteritate plura incrementa rebus fidei Catholicæ prouenire noscuntur.

Pauli V. anno 10.

ameuita fuerit,

I.

An. 1614.

ANNO Domini millesimo sexcen[illegible] decimo quarto Pau[illegible] anno decimo, in Regno Gal[illegible] colaus Coefeteus cõcionator ordinarius Christianissimorum Regum Henrici Quarti, & Ludouici Decimi tertij edidit aliquot elegantissima volumina, atque eruditione referta idiomate Gallico aduersus hæreses horum temporum, potissime aduersus Caluinistas, qui frequentius in Francia Grassantur, in quibus errores, & praua dogmata eorundem mirabiliter cõuicit, rationibus seù paralogismis eorum omnino dissolutis. Scripsit enim librum, cui titulus est, Miranda Sanctissimæ Eucharistiæ, alium autem pro Sãctissima Eucharistia aduersus Molineũ heresiarcham, opusculum item Apologeticum, & responsionem contra Molineum, alium item eruditum librum scripsit aduersus illum, quem Angliæ Rex Iacobus edidit, & adhuc quatuor volumina controuersiarum aduersus hæreses huius temporis.

Hæreses impugnatæ.

II.

¶ Eodem anno mense Iulij, Potentissimus, ac inuictissimus Rex Catholicus Philippus Tertius pro sua singulari erga Prædicatoriam familiam beneuo-

An. 1615.

C ANNO Domini millesimo sexcentesimo decimo quinto, Pauli Quinti anno vndecimo, in Galliarum Regno Congregatione Occitana Ordinis Prædicatorum erecta à F. Sebastiano Michaele Inquisitore Auinionensi zelo fidei Catholicę incremẽti concionatore feruidissimo, qui Episcopatum Auraficensem, Hispane de Orange, Arelatensi Archiepiscopatui suffraganeum, recusauit, tam Parisijs, quam Tolosæ, & in pluribus Galliarum vrbibus eiusdem Congregatio-
D nis fratres numero sexaginta, & amplius egregij, ac feruidissimi concionatores per vrbes, & villas Regni Francię distributi validissime hęreticos oppugnant, Catholicos confirmant, & roborant, maximos in dies in Religione Catholica progressus operantes. Præter istos autem Cõgregationis Occitanę Prędicatores (in qua viuitur secundum exactam normam constitutionum B. P. Dominici absque vlla dispẽsatione) etiam ex prouincia Prouinciæ Tolosana Franciæ, & ex Congregatione Gallicana plures verbi diuini de-

Hæreses oppugnatæ.

Anno Christi. 1616.

clamatores viri Apoſtolici, præcipue per Aduentũ & Quadrageſimã in villis, vicis, oppidis, & vrbibus per vniuerſam Franciam concionantes pro conſeruatione, & augmento fidei Catholicę, & hæreſis exterminatione ſtrenue, ac indefeſſe laborantes: *Ex probatis relationibus ex Gallia.*

An. 1616. ANNO Domini milleſimo ſexcenteſimo decimo ſexto, Pauli V. anno duodecimo Prædicatoria familia hęreticis, Iudęis, Agarenis, validiſsime reſiſtens pręlia Domini Sabbaoth præliando, cum innumeris verbi Dei præconibus, & Theologię prælectoribus, tũm quadraginta, & amplius hęreticę prauitatis Inquiſitoribus, qui in nobiliſsimis nationibus totius orbis Chriſtiani diſtributi extant. Videlicet in Hiſpania in ſupremo Senatu Inquiſitionis R. Magiſter Frat. Ludouicus Aliaga, & in ſupremo Senatu Luſitaniæ Magiſter Frater Emanuel Coellus. In Regno Franciæ Auinioni Frat. Sebaſtianus Michaelis. Toloſę fr. Petrus Gyrardellus. Carcaſonę fr. Ioſeph Borguignon. In Germania, Coloniæ, Treueri, & Maguntiæ fr. Coſinas Morellas. In Dalmatia apud Iaderam, fr. Cornelius Naſſus. Romæ Commiſſarius generalis Inquiſitionis, fr. Andreas Iuſtinianus. Bononiæ fr. Paulus Gareſius. Mediolani, fr. Michael Angelus de Landa. Genuæ, fr. Eliſeus de Bononia. Venetijs, F. Dominicus de Rauana. Ferrarię, fr. Ioannes Baptiſta de Glidio, Mantuæ, fr, Hieronymus de Medices. Placentię, fr. Alexander de Polexino. Parmæ, fr. Ioannes Maria de Soncino. Mutinę, fr. Michael Angelus de Forliuio. Papiæ, fr. Maximus de Bozzolo. Regij, fr. Paulus de Neapoli. Comi, fr. Paulus de Capriata. Cremonę, fr. Deſiderius Scala. Caſſali, fr. Benedictus de Mantua. Tortonæ, fr. Stephanus de Vidigulfo. Bergomi, fr. Sylueſter de Caſtellione. Brixiæ, fr. Franciſcus de Ripalta. Veronæ, fr. Auguſtinus de Ripalta. Vincentiæ, fr. Camillus de Coluino. Fauentię, fr. Seraphinus de Calio. Arimini, fr. Iacobus de Argenta. Anconæ, fr. Ioannes Maria de Bononia. Salucij, fr. Ioãnes Franciſcus Cicala. Inquiſitor Rauennæ. Inquiſitor Fani, & Inquiſitor Eugubij. Hę viginti ſex Inquiſitiones pertinent ad Prouinciam Prædicatorum Lombardię. Turini, fr. Camillus Ballianus. Nouariæ, fr. Gregorius Maninus. Alexandriæ, fr. Baſilius Porta. Monteregali, frat. Tiberius Pernicot. Eſti, fr. Ioannes Baptiſta Porcellus. Vercelli, fr. Ambroſius Barbauara. Hę ſex Inquiſitiones attinent ad Prouinciam S. Petri Martyris in Pedemontio.

Pauli V. anno 12.

Peruſij, frat. Benedictus Herculanus. Hęc Inquiſitio fere totam Vmbriam cõplectitur, & pertinet ad Prouinciam Romanam.

Inſuper Prædicatoria familia præter cœnobia plura, quæ in Armenia ad Armenos in fide, ac deuotione Romanæ Eccleſię conſeruandos (vt diximus) habet apud nouum Orbem Occiduum in America, Oriente, atque Africæ oris ſexcentas, & vltra Eccleſias, in quibus gentes innumeras multo labore fidei aggregatas varijs, & arduis linguis excolit, & in fide alit, eis prædicans, & Euãgelizans de Regno Dei.

Item in Regnis & inſulis Iaponum, Synarum, & Luzonum plures fratres Prædicatores ſtrenue, & indeſeſſe nouis Gentilium conuerſionibus incumbunt. Denique in Europa pręter innumeras hæreticorum, Galliarũ, Germaniæ, ac Poloniæ reductiones, quas ipſi fratres operantur, in Moſchouia, Vvalachia plures ſchiſmaticos Eccleſiæ vnierunt, & in inſulis, ac Regnis Angliæ, & Hiberniæ, vltra triginta fratres Prædicatores ærumnis, carceribus, diuerſimodiſque tormentis afflicti hæreticorum reductioni, & Catholicorum incremento inuigilant.

Anno Christi. 1616. | Pauli V. anno 16.

EMENSA igitur per quadringentos, & amplius annos, hæc Prædicatoria pro Ecclesia Catholica Concertatione, quasi laborioso vasti maris itinere, contrahens vela, oratio cõquiescat, ita tamẽ, vt nõ ociosa cõsistat, sed ei, cuius auspicio è portu soluit, eiusdemque ope altum pelagus enauigauit beneficij memor actura gratias ad sanctissimæ Dei Genitricis Mariæ pedes prona se prosternat, vt cui accepta fert omnia, dono offerat quidquid á Deo se eius precibus intelligit consecutam. In ipsam velut in sacrosanctum viuumque Gazophylacium duo minuta æra, instar viduæ illius ex paupertate multo labore collecta inferat. Sit ipsa nobis Virgo arca tutissima, in qua lucubrationes nostræ seruentur, atque tuta custodia muniantur: ne fur obrepens, appetitus, videlicet gloriæ, rapiat, vel tinea, vel rubigo inhærescente spes, scilicet fallaces exedant. Est enim ipsa vera Diuinaque arca ex lignis setim compacta: quæ sibi credita, sine corruptione conseruat. In eiusmodi enim archiuo, cum res nostræ repositæ fuerint, nulla vnquam temporis varietate, vel diuturnitate labefactatæ, aut vetustate deletæ perpetua memoria in terris viuẽt: &(quod magis optamus) æterna præmia Diuina gratia largiente assequentur in cœlo à Domino nostro Iesu Christo. Cui vna cũ Patre & spiritu Sãcto, sit semper laus, honor, virtus, & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

EXPLICIT CONCERTATIO Prædicatoria contra Hæreticos, &c.

NOTITIA

SCRIPTORVM PRAEDICATORIAE FAMILIÆ.

AVTHORE P. F. ALPHONSO FERnandez Placentino, eiusdem Ordinis.

CVM in diuersis nationum Bibliothecis, seu Catalogis scriptorum, qui iam prodierunt, vtpote in Belgico, Hispanico, &c. Plures è Prædicatorum ordine scriptores, & ipsi egregij desiderentur; libuit in præsenti separatim apponere in qualibet litera vniuscuiusque nationis scriptores, vt facillime in posterum nouæ singularum nationum scriptorum editiones locupletentur additis pluribus huius Prædicatoriæ familiæ doctoribus, qui erudita volumina vniuersali Ecclesiæ bono in lucem dederunt.

A

SCRIPTORES HISPANI.

Valerius Andreas in Catalogo scriptorum Hispaniæ.

FRater Alphonsus ab Herrera conuentus Legionensis alumnus, Caroli quinti Augusti concionator ordinarius in Scholastica, & sacra Theologia egregie versatus scripsit luculenter librum per modum disceptationis de valore bonorum operum aduersus Lutheranos: claruit circa annũ Domini 1550.

F. Antoni⁹ Lusitanus in Bibliotheca scriptorum ordinis Prædicatorum

Fr. Alphonsus Martinez ex Prouincia Bethica, eruditione scholastica excellens edidit cẽsuram Annotationum Vatabli in Biblia eiusdem sanctæ Inquisitionis nomine, & hac censura illustratus, & castigatus prodijt Vatablus. Claruit circa annum 1558.

F. Antoni⁹ Lusitanus

F. Alphonsus Venerus Burgensis cœnobij filius varia rerũ notabiliũ eruditione refertus edidit librum idiomate Hispano inscriptũ Enchiridion tẽporũ, in quo plurima agitlectione digna. Claruit circa annum Domini 1560.

F. Antoni⁹ Lusitanus

F. Alphonsus Muñozius celeberrimi Magistri F. Francisci à Victoria discipulus, edidit varias relectiones Theologicas in vnũ volumẽ cõgestas, ex quęstionibus à suo pręclaro magistro vẽtilatis; insuper ex Italica in Latinã linguã transtulit homilias F. Hieronymi Sauaranolę Ferrariensis super Prophetam Michęam, & super librum Ruth circa annum 1560.

F. Antoni⁹ Lusitanus

F. Alphonsus Muñozius alter in sacra Theologia pręsentatus vir doctus varia, & diuina historia locupletatus scripsit vernacula lingua librũ, in quo Missæ sacrosãctæ ceremonias tractat cũ expositionibus præclaris superadditis simulq; significationibus omnium rerũ, quę in sacro illo ministerio peragũtur, &

vt non passim Hispano idiomate, ab omnibus contrectaretur Latinitati donauit. Huic patri Magister Fr. Petrus Fernandez Prouinciæ nostræ Hispaniæ moderator obseruantissimus, cuius memoria in benedictione est, commisit, vt per eam prouinciam recurrens vniuersa in vnum colligeret, quæ vtilia essent ad chronica Ordinis nostri conficienda, quæ omnia Magistro Fr. Ferdinando Castillo tradita sunt, Claruit circa annum 1574.

A

Fr. Alphonsus Espinosa, patria ex insula S. Dominici siue Hispaniolæ, apud orbem occidentalem, & in Bethica Prouincia Ordini adscriptus edidit librum de imagine Sacræ Deiparæ, Hispane appellata De la Candelaria in Fortunatis insulis in domo nostra Prędicatoria crebris miraculis refulgente, alium librum edidit super Psalmum 44. *Eructauit cor meum.* Claruit circa annum 1584.

B

F. Ioãnes Pius Michael Pius Bogonitsis 2. p. lib. 4. de viris illustribus Ordinis Prædicatorum.

Fr. Alphonsus Ciacconius, Hispane Chacon, patria Biacensis in Prouincia Bethica pœnitentiarius Summi Pontificis Gregorij Tertij decimi, humanarum, ac diuinarum litterarum cognitione clarus, scripsit duobus voluminibus viras, & gesta omnium summorum Pontificum â Christo nato, vsque ad Clementem Octauum, necnō Sanctæ Romanę Ecclesię Cardinalium, cum eorundem insignibus. Scripsit etiam tractatum de liberatione animæ Traiani Augusti, alium de Cardinalitio B. Hieronymi librum de Martyribus Monasterij Sancti Petri Cardeniæ, non longe â Burgensi vrbe, librum dę signis Sanctæ Crucis, quę in diuersis olim regionibus, & nouissime anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo primo, in Anglia, & Gallia diuinitus apparuerunt. Scripsit item, licet non ediderit vberem Bibliothecam omnium Scriptorum Ecclesiasticorum, quam Antonius Poseuinus illustrauit. Claruit circa annum Domini 1590.

C

D

F. Ambrosius Gozę

Fr. Alphonsus Auendanus, & cœnobij Beneuentani filius, vir in declamandis ad populum concionibus celeberrimus; ac vitiorum intrepidus, ac feruidus reprehensor, scripsit commentaria super Psalmum centesimum decimum octauum Salmanticæ, ac Venetijs excusa, atque duos tomos eruditione refertos super Matthæū. Obijt Vallisoleti in Conuentu Sancti Pauli anno 1596. vndecima die Octobris.

Episc. Tribuniensis de scriptoribus Ordinis Prædicatorum. Antonius Poseuinus in Apparatu Sacro.

Fr. Alphonsus â Luna ingenuo stemmate ortus in oppido Villalpando Palentinę diœcesis in cœnobio insigni Salmanticensi Ordini addictus, Scholastica Theologia pręclare eruditus in Salmantina celebri Academia totius Europæ Principe, Cathedrarum Scoti, & Durandi strenuus moderator, ingenij acumine arguendique dexteritate adeo excellens, vt admirationi traheret spectantes: edidit obseruationes in tertiam partem Angelici nostri Doctoris Sancti Thomæ super scholia Sapientissimi Magistri Fr. Bartholomęi Methinensis eiusdem Fr. Illephonsi præceptoris, sed egregijs animi dotibus tantæ Magistri inuida mors eum nobis præmature eripuit anno 1596. tertio Idus Iulij ætatis suę quadragesimo quinto.

Fr. Alphonsus Cabrera Cordubensis nobili genere ortus, & in Sancti Pauli Cordubensi cœnobio Prædicatoriam togam indutus, concionator ordinarius extitit Catholicorum Regum Philippi Secundi, & Philippi Tertij. Is nondum sacerdos ad Americam se conferens vita, & doctrina przlucere cœpit: Hispaniam rediens Theologiæ studijs, ac patrum lectione perpolitus per aliquot annos Theologiæ primariam Cathedram in Academia Ossunensi prestanter moderatus est, atque adeo concionandi muneri se totum dedit, vt in eo nostra ætas vix ęqualem agnouerit, si venustatem, ac nitorem sermonis, spiritus feruorem sententiarum grauitatem vocis dulcedinem, & claritatem spectes. Qui felicissimis naturæ incrementis summo studio artibus dicendi perpolitus, & instructus sine armis piam tyrãndem,

Fr. Ioãnes Michael Pius p. 2. lib. 4.

in animis hominum exercebat. Dumque præconis Euangelici partes agit, fideles vel à vitijs deterrendo, vel ad virtutem impellendo, maximo, ac singulari populorum concursu nobilium, ac Religiosorum corona, attétione, admiratione, ac vitæ emendatione Hispali, Cordubæ, Granatæ, Valentiæ, Toleti, ac Matriti concionatus est, sed proh dolor, mors eum nobis sustulit vniuersali reipublicę mærorē, ac desiderio quinquagesimo ętatis suæ anno inchoante, & Domini millesimo quingentesimo nonagesimo octauo mense Nouembri. Scripsit elegantes, venustas, ac feruidas Euangeliorum conciones, quas Prior, & conuentus S. Pauli Cordubensis curarunt in lucem edi. Hactenusque quatuor tomi excusi sunt. Quadragesimalium priores, posteriores vero Aduentus, & Dominicarum vsque ad septuagesimam cum sanctorum, ac mysteriorum occurrentium concionibus. Volumina autem hæc ex pluribus repetitis editionibus, quam accepta sint liquidò ostendunt atque ex vehementi plurimorum desiderio, qui auidius cætera authoris volumina, vt in lucem prodeant, in dies præstolantur.

Antonius Posseuin.

Fr. Alphonsus Giron Claro genere natus, patria Talabricensis in Salmantino nostro Conuentu familię Prędicatoriæ adiunctus, diuinorum librorū studijs excultus scripsit Tomum concionum de Sanctis recusum Salmanticæ, Maguntię, & Coloniæ, obijt anno 1607.

Fr. Alphonsus à Ribera cœnobij Taurensis alumnus scripsit libellum deuotione refertum circa exercitia Sāctissimi Rosarij Beatę Virginis, & sanctissimi nominis Iesu, & aliud volumen concionatoribus vtile typis paratum habet, viuit adhuc.

Frater Alphonsus Fernandez Placentinus, huius operis author in ciuitate Placentiæ in celeberrimo S. Vincencij Ferrerij cœnobio togam Prędicatoriam induit anno Domini 1587. decimo octauo Kalēd. Octobris. Scripsit hactenus *historiam Ecclesiasticam nostrorum temporum*. Tribus libris distributam Toleti anno 1611. editam, itē librum *de Rosario B. Virginis* de miraculis per ipsum patratis, & de indulgētijs eiusdem confratribus concessis Matriti editum anno 1613, & Vallisoleti anno 1614. & plura alia opera, quę vita comite in lucem edenda habet: hoc anno 1617. quadraginta quatuor ætatis suæ annos expleuit.

Fr. Ambrosius Salazar Conuentus Salmantini filius, præclarissimi atq; excellentis ingenij vir, ex Collegio Sancti Gregorij Vallisoletano Salmanticam aduocatus vt Magistro F. Dominico Soto in Primaria Cathedra rude donato, ac iubilationis iure gaudente substitutioni se opponeret, quam totius Theologorum Scholæ suffragio, & applausu assecutus est. Ibi per aliquot annos sanctum Thomam egregie est interpretatus: scripsit ingeniosa atque erudita in primam Partem commentaria, quæ immatura morte præuentus prælo dare non potuit, obijt anno 1560. ætatis suæ 38. anno inchoante.

F. Antonius Lusitanus.

Fr. Andreas Florez ex Prouincia Bethicæ, vir doctus, & pius Regis Catholici iussu edidit Hispane librum prænotatum, Doctrina Christiana de obligatione inter eremi cultorem, & vnū paruulum, atque sub censuris, & alijs pœnis fuit iniunctum vt tā in diœcesi Toletana, quam in Gallograeciæ Regno, & alibi in Ecclesijs paruuli omnes hac doctrina reformarentur. Sed huius optimi Religiosi methodum quidam postmodum imitantes, vel potius nōnulla addentes, vel aliqua auferentes in alioꝝ segetes falces miserunt, opus hoc sibi quodam modo ascribendo. Claruit circa annum 1560.

F. Augustinus Dauila, hist. Prouinciæ Mexici li. 2. cap. 93.

Fr. Andreas Moguer ex oppido Moguer in Prouincia Bethicæ in Salmantino tamen Cœnobio ordinem professus, ad nouum orbem occiduum se contulit, feruido desiderio gentilium animas ad Christum trahendi, quod & præclare fecit. Religiosissimam Prouinciam Sancti Iacobi Mexicanam integerrime est moderatus: scripsit duo

con-

concionum volumina de tempore, ac de sanctis, librum item exemplorum, & historiam initiorum, & progressuum nostræ familiæ in noua Hispania cũ actis quatuor Priorum Prouincialium. Claruit circa annum 1570.

Fra. Michael Pius 2. p. lib. 4.

F. Andreas Resendius ex Prouincia Lusitaniæ linguarum cognitione clarus & omnigenæ antiquitatis curiosus inuestigator, fuit Regis Lusitaniæ Ioannis tertij ordinarius concionator, edidit historias sanctorum, quę publice in Ecclesijs decantantur, atque instante serenissimo Cardinale Infante Henrico postea Lusitaniæ Rege Archiepiscopo Eborẽsi breuiarium Eborensis Ecclesiæ reformauit. Vitam B. AEgydij ordinis Prædicatorum in quatuor libros distribuit, vitam item edidit, & officium B. F. Gundisalui de Amarante, librum de B. Vincentio Martyre, ac de alijs sanctis, composuit etiam Lusitano idiomate vitam B. F. Petri conuersi nostrę familiæ viri, cuius corpus in Eborẽsi quiescit cœnobio, Claruit circa annum 1570.

Fr. Ioãnes Lopez Episco. Monopolitan. 4. P. histo. ordinis li. 4. cap. 2.

F. Andreas Mendez ex Prouincia Bethicæ sacræ Scripturæ, & sanctorum Patrum lectione apprime versatus scripsit Hispano idiomate volumen grande de laudibus B. Virginis, & de concionibus in aliquibus eiusdem festiuitatibus. Claruit circa annum millesimum sexcẽtesimum quintum.

F. Andreas Perez Legionensis conuẽtus filius, scripsit lingua Hispanica vitã B Raymundi de Peñafort. Viuit adhuc,

Fr. Antonius Lusitanus.

F. Antonius à Peña conuentus Petrę fixæ alumnus, Sacrę Theologiæ Magister pręclarus, & concionator egregius, vbique maxime gratus, & acceptus primo à Regibus Catholicis Ferdinando, & Elisabet in suum prędicatorem ordinarium ascitus, postea ab eisdem ad Canariensem Ecclesiam electus vertit in maternam linguam volumen epistolarum sanctæ Catherinę Senensis, Reuerendissimoque fr. Francisco Ximenio Toletano Archiepiscopo dicauit, librum item edidit de vita eiusdem Sanctissimæ Virginis Catherinæ, & aliquot Sanctarũ nostri Ordinis sororum Claruit circa annum millesimum quingentesimum decimum.

Frat. Michael Pius 2. P. lib. 4.

Fr. Antonius Fonseca Olisiponensis linguarum cognitione, concionum declamatione, ac diuinæ Scripturæ interpretatione clarissimus, in Coimbricensi Academia, admirabili tum applausu tum fructu sacros diuinę scripturæ fontes, per aliquot annos patefecit, postea à Ioanne tertio Lusitaniæ Rege, ad curiam vocatus, vt concionatoris Regij subiret munus, scripsit adnotationes luculentas, ac sapientissimas, in commentaria Reuerendissimi Cardinalis Thomę Caietani super Pentateuchum, circa annum millesimum quingentesimũ quinquagesimum.

Antonius Posseuin.

Frater Antonius Lusitanus (dictus Senensis ob deuotionem erga Beatam Catherinam Senensem) ex oppido Guimaraens, Bracharensis diœcesis maximo ingenio, singulari memoria omne disciplinarum genus diligenter excoluit, in humana, Ecclesiastica, & diuina historia, atque in Theologica doctrina præstantissime eruditus, cui nostra Sacra Religio plurimum decoris, & ornamenti debet, vti viro maxime prędito zelo eiusdem amplificandę, postquam è Collega Sancti Thomę Coimbricensis eductus pręlectionibus dialecticę, & philosophię, in studio Sancti Dominici Regalis Olisiponensis operam nauauit ad Academiam Louaniensem est translatus, vbi Theologiæ professoris, ac regentis officio per plures annos functus est. Scripsit celebres adnotationes Summę Theologię Angelici Doctoris continuo atq; indefesso labore, in marginibus apponens, quo nam libro, & capite, tã testimonia Patrũ, quã aliorũ authorũ, apud ipsos cõstẽt quęcũq; affert Sãctissimus Doctor, in confuso, & quãdo inquit, vt supradictũ est, velut infra dicetur. Hunc adnotationum immensum laborẽ apposuit etiam catenę aureæ Euangeliorũ: edidit insuper vitas Sanctorũ nostri ordinis Latina lingua ex operibus F. Laurentij Surij transumptas, simulq; confe-

cit Chronicô gestorum,& virorum sanctitate,dignitate,& doctrina fulgentiû nostri ordinis,licet breuius , quam par erat, Bibliothecam etiam scriptorum nostrę familiæ. Scripsit item vitas,B.F. Petri Gundisalui Telmi,B. Ægydij, & B.Gundisalui de Amarante. Edidit denique volumen plurimum Theologiæ quæstionum,alterumque de comparatione virtutum & vitiorum, & alia plura. Obijt eruditissimus, & venerandus magister circa annum Domini millesimum quingentesimum octuagesimum sextum.

Fr. Antonius Lusitanus. F. Antonius à sancto Dominico Coimbricensis excellentis ingenij vir,qui per quadraginta annorum curricula D.Thomam est interpretatus,& viginti,& amplius Primariam Theologiæ Cathedrã Coimbricensis Academiæ,cum discipulorum incomparabili fructu simul, & acceptatione doctissime est moderatus:vbi rude donatus est. Ex Latina in Lusitanam linguam vertit sanctorum nostri ordinis vitas in vno volumine,& morti proximus velut spiritualis odor, dictauit librum de quatuor nouissimis apprime eruditum, cessit è viuis , circa annum Domini 1595.

4.p.lib. 3. cap.4. F.Antonius Nauarrus ex nobilissima Extremæ orę Prouincia(Hispane Estremadura)ex oppido Llerena in celeberrimo conuentu Salmantino, ordinem professus in Sacrarum literarum sensibus enodandis dexteritate mirabili prędituş vtilem,atque assiduam in concionibus ad populum habendis operam posuit,& vt stylo posteris prodesset, sicut prętentibus voce profuerat,scripsit volumen concionum de Sanctis, & mortem cum vita commutauit circa annũ 1596.

4.p.hist.ordinis lib.4 cap.17. F.Antonius Vincentius Domenec ex Principatu Cataloniæ,ex oppido S.Gabrielis de Grions Gerundensis diœcesis sanctitate insignis, ac miraculorum gloria coruscus,vt iuridicæ comprobationes ordinaria authoritate firmatæ de eius vita,& gestis ostendunt, Dialecticam,& Theologiam per decennium prælegit, cum discipulorum,tum disciplinę, tum virtutum maiori profectu prçlectiones semper Rosarij exercitio oratione, ac meditatione prææueniens, magna in eo erat rerum despicientia, magna laudis,& aurę popularis contẽptio,humilitas,ac modestia eximia,ardens,ac iuge orationis,ac meditationis studium, summa in cibo potuque parcitas,pœnitentia rara,paupertatis Euangelicæ rigida obseruatio,Charitas erga proximos admirabilis,perviginti,&amplius annos concionibus,zelo ac spiritus feruore ardentibus animas fidelium, vel deterrendo â vitijs,vel ad virtutes impellendo. B.Virginis Marię addictissimus seruus,in cui⁹ patrocinio acquiescebat,in eaque colenda,& laudibus efferenda multus erat, scripsit historiam Ecclesiasticam de vitis sanctorum Principatus Cataloniæ diligentissime concinnatam. Deniq; F.Antonium hæc supradicta cuncta meditantem,agẽtem, perficientem mors sustulit, atque ad beatam vitam transtulit, tertio Kalendas Nouembris,anno Domini millesimo sexcentesimo sexto,ætatis suæ 53.

Frat.Michael Pius 1.p.Appendice col. 411. F.Antonius â Caceres nobili genere ortus,oriundus â nobilissima castrorum Cereris villa Caurienfis diœcesis in Extrema ora,licet Granatę natus, cœnobij Salmanticensis alumnus, à sacris cõfessionibus Philippi tertij Regis Catholici Asturiensis deinde præsul in Theologia,ac doctrina sacra pariterque Patrũ lectione egregie instructus,scripsit tomum concionum Hispano idiomate â Dominica prima Aduentus,vsque adPẽtecosten,& de eiusdem temporis sanctorum festiuitatibus, volumẽ item explicationis Dauidici Psalterij. Obijt anno millesimo sexcentesimo decimo quinto,sexto Kalendas Augusti ætatis suę 63.

P.4.lib.4. cap.55. F.Antonius Feo ex Prouincia Lusitaniæ in Scriptura diuina præstanter versatus, & in euoluendis priscorum Patrum sententijs optime excultus scripsit Lusitano idiomate duos tomos concionum,quadragesimale primum,alterum de sanctis Apostolis, & de Cruce eximie ab omnibus acceptatos,vt eorũ

crebræ

crebræ editiones, & translationes in Hispanam linguam ostendunt. Alia volumina iste studiosus, & eruditus author habet pręmanibus prælodanda, quæ ab omnibus desiderantur. Viuit adhuc.

F. Francis cus Diagus hist. Prouinciæ Aragoniæ, lib. 2. cap. 31.

F. Arnadus à Bellovisu Barchinouensis cœnobij filius, diuinorum librorum interpretatione clarus, scripsit quatuor volumina super Scripturam sacram, & diffusius super librum Apocalypsis, edidit etiam tractatum de Conceptione B. Virginis, & alios plures circa annum 1530.

HISPANI AMERICI.

F. Augustinus Dauila lib. 2. c. 93.

FRATER Alexius Garcia apud Americam in Prouincia Mexicana S. Iacobi, scripsit Kalendariũ perpetuum ordinis circa annum millesimum quingentesimum septuagesimũ nonum.

Dauila li. 2. cap. 93.

F. Antonius à Regibus in Prouincia Mexicana idiomate Mexicano edidit librum satis vtilem ad intelligendum annorum curricula, & ad intelligendum Indorum Mexicanorum historias, & annales circa annum Domini millesimũ quingentesimum octuagesimũ octauũ.

Dauila li. 2. cap. 93.

F. Antonius Dauila Germanus, F. Augustini Dauila Archiepiscopi insulæ S. Dominici Mexici ortus Prouinciam sanctæ Crucis, insularum S. Dominici Cubę, Margaritæ, &c. moderatus est: edidit artem ad discendum linguam Mexicanam, eius elegantias ad faciliorẽ methodum reducens, scripsit librum hunc circa annum Domini millesimum quingentesimum nonagesimum quintum, & viuit adhuc.

Frat. Michael Pius 2. p. lib. 4. col. 331.

F. Augustinus Dauila patria Mexicanus, & insignis cœnobij S. Dominici Mexicani alumnus pariter, vt eius Germanus, F. Antonius Philippi tertij Regis Catholici concionator ordinarius Archiepiscopus insulæ Hispaniolę, seu S. Dominici, Primasque noui orbis occidui in Theologia, & Scriptura sacra præclare instructus in declamationibus elegans venustus, & feruidus populos ad pietatem commouendo, nunquam non miraculum sanctissimi Rosarij B. Virginis ad reformationem morum proponens, scripsit historiam Ecclesiasticam Prouinciæ Prædicatorum S. Iacobi Mexicanæ: cessit è vita anno Domini millesimo sexcentesimo quarto.

SCRIPTORES ITALI.

F. Iacobus è Suzato in Chronica ordinis Prædicatorum.

FRATER Accoldus à Florentia Theologiæ studijs egregie versatus, & linguarum comprehensione celebris, qui præter alias Arabicã calluit linguam, volumẽ eruditione refertum edidit aduersus perfidiam Sarracenorum, & alterum de modo disputãdi contra infideles, circa annum 1265.

Antonius Possevin⁹

F. Adrianus Venetus Episcopus Iustinopolitanus (quæ ciuitas est Istriæ caput) socius olim sanctissimi Pij quinti Pontificis Concilio Tridentino, cum Patriarcha Achilæę Theologus astitit, & per quadraginta annos Patauij Theologiam publice professus est: scripsit aliquot eruditione plena volumina de Sacramento Eucharistiæ aduersus Caluinianos, aliũ aduersus Matthęum Gribaldum, & aliud de Inquirendis hæreticis. Claruit circa annum millesimum sexagesimum.

Fr. Leander Albertus lib. 4. de viris illustrib⁹ ordinis Prædic.

F. Albertus Manduegarinus Lombardus cõgressibus, ac disputationib⁹ scholasticis egregie versatus scripsit super quatuor libros Sententiarum, & nonnulla alia circa annum 1300.

Tritheni⁹ de Scriptoribus Ecclesiasticis Fr. Antonius Lusitanus.

F. Albertus Brixiensis Angelici Doctoris D. Thomę discipulus, & doctrinę eiusdẽ sancti Sectator insignis, præter iuris vtriusq; peritiã Theologica doctrina præclare exultus, sanctitatem scientiæ adiungens miraculorum splendore fuit decoratus: cui Sanctus Augustinus apparuit dicẽs, Thomas mihi par est in gloria, virginali pollens munditia scripsit summam de casibus conscientiæ, alteram de Sacerdotum instructione in quatuor libros distributã, sermones itẽ varios. Floruit anno 1285. superstes vsq; ad annum 1314. quidquid secus Trithemius, & alij (loquẽtes forsitã de alio) scripserint, dum multo tempore post eum claruisse inquiunt.

Fr. Anto-nius Lusitanus.

Fr. Albertus Laudensis diuinorum librorum interpretatione clarus, eruditionis eximiæ specimen posteris relinquens scripsit duos tomos commentariorum super omnes epistolas D. Pauli circa annum 1350.

Antonius Possevin.

Fr. Albertus Castellanus Venetus in Theologiæ studijs atq; historię plurimum versatus posteritatis iuuandæ auidus locupletiorem reddidit Chronicam breuem Ordinis Prædicatorũ à Fratre Iacobo è Suzato, vbi iste finierat, incipiendo, scripsit verò eo tempore, quo Frater Leander Albertus Bononiensis; edidit item librum de Rosario Beatissimæ Virginis idiomate Italico, in eo agit de meditationibus, quindecim mysteriorum, & de aliquot miraculis, scripsit etiam tractatum de virtutibus moralibus, atque expurgauit Catalogum Sanctorum Petri de Natalibus, circa annum millesimum quingentesimum, edidit etiam sacerdotale Romanum, librum vtilem Sacerdotibus.

Fr. Antonius Lusitanus.

Frater Albertus Porlesiensis diuinarum, atque humanarum litterarum cognitione clarus, in singulas Partes morales Diui Antonini Archiepiscopi Florentini, adnotationes præmisit circa annum millesimum quingentesimum.

F. Antonius Lusitanus

Fr. Aldrobandinus Toschanota in Theologia, & Scriptura sacra apprime versatus, & concionator suo tempore insignis scripsit duo volumina concionum; de tempore vnum, de Sanctis alterum; atque historiam, B. Dominici Patris nostri, in octo distributam partes anno millesimo trecentesimo decimo quarto.

F. Ambrosius Gozzeus.

Fr. Aldobrandinus alius scripsit volumen concionum circa annum millesimum trecentesimum trigesimum quartum.

Frat. Michael Pius 2. P. appendice.

Frater Aldobrandinus Ferrariensis, eruditione varia clarus scripsit officium de translatione Angelici Doctoris Sancti Thomæ, & plura alia tam Latino, quam vulgari sermone, circa annum 1380.

Frat. Michael Pius 2. P. appendice.

Fr. Alexander Manerbius Brixiensis in Theologia eruditus, & in Scripturæ sacræ lectione versatus scripsit cõmentaria super librum Ruth, & librum de rebus moralibus: obijt anno 1610.

Fra. Michael Pius 2. p. lib. 4.

Fr. Alexius Fligliuerius, vir sanguinis splendore illustris, sed doctrina, & moribus illustrior, ex mandato Sanctissimi Pij Quinti, Catechismum iuxta Tridentini Concilij ordinationem cõpositũ è Latina in Italicã linguã vertit, & nõnulla alia scripsisse fertur anno 1567.

Guillelm. Eisingrenius.

Fr. Alphonsus Boninhomius, vir doctus, & Arabicæ linguæ notitia clarus ex illa in Latinam vertit opus, ad congrediendum, cum Iudæis apprime vtile, secundæ Parti Historiali D. Antonini appositum anno 1338.

F. Antonius Lusitanus

Fr. N. Amalphitanus Archiepiscopus scripsit super quatuor libros sentẽtiarum, & habentur in Bibliotheca Regij Sancti Dominici Neapolitani Conuentus.

F. Iacobus è Suzato.

Fr. Ambrosius Senensis spiritus feruore, ac vitæ Sanctitate clarissimus, in diuinis litteris optime versatus, & Theologicę disciplinæ professor eximius Parisijs, & coloniæ magna cum admiratione, & maiori frequentium discipulorum fructu Cathedras rexit, ac per quadraginta annos Italiæ, Germanię, Galliarumque populos concionibus Spiritu Dei feruidis, ad morum reformationem allexit, miraculorum gloria omnibus clarus: de cuius canonizatione sępè actum est, ac postremo à felicis recordationis Clemente Octauo anno Domini 1601. Beatorum Catalogo est ascriptus. Scripsit Sanctus, & doctus vir duo concionum volumina de tempore, ac de Sanctis. Ad cœlum migrauit anno 1285. quartodecimo Kalendas Aprilis.

F. Leãder Albertus li. 4.

Fr. Ambrosius Soncinas humanas, ac politiores litteras colens, & in Theologia egregie instructus scripsit vitã B. F. Iacobi Alemani per multa capita distinctam: ex qua F. Syluester Prieras, Isidorus Mediolanẽsis, & Ioãnes Antonius Flaminius suas Latinas exceperũt. Claruit

circa

circa annũ millesimũquingentesimum.

Frat. Michael Pius 2.p.lib. 3. Fr. Leander Albertus lib. 4. fol. 153.

Frater Ambrosius Taegius Mediolanensis historiarum accuratissimus indagator ex pluribus, qui de hoc argumẽto egerũt, cõgessit ordinis nostri Chronicã in quatuor dissectã partes aliqua ei superaddendo: scripsit etiam vitam B. Columbę Mediolanensis, selectissimæ Virginis nostrę Prædicatoriæ familiæ, ex cuius historia fr. Seraphinus Razi, & frater Ioannes Michael Plodius plura ad suas deduxerunt, quæ omnia habentur in conuentu nostro Mediolanensi sanctæ Mariæ Gratiarum, in cuius bibliotheca asseruantur sex magna volumina monimentorum ordinis nostri, & acta plurium comitiorum generaliũ & plura alia. Claruit circa annum millesimum quingentesimum decimum.

Fr. Antonius Lusitanus.

Fr. Ambrosius Catherinus Politus patria Senensis Archiepiscopus Compsanus humanarum literarum, ac iuris etiam Canonici peritissimus in Theologia pręclare exercitatus, omne disciplinarum genus diligentissime excoluit, licet notata fuerit in tanto viro auiditas plus ęquo viros clarissimos carpendi. Moderatus fuerat Cathedram iuris Canonici antequam nostro collegio adiungeretur, in qua discipulum habuit Iulium tertium, à quo fuit primo Minoriensis præsul deinde Compsanus creatus scripsit libros quinque aduersus Martinum Lutherum Florentię anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo primo, editos & Carolo quinto Augusto dicatos, scripsit etiam librum pręnotatum, speculum hęreticorum, tractatum item, quo iure, & qua pœna hæretici plecti debent, tractatum alterum vtrum expediat diuinam scripturam in linguam vulgarem verti, librum, inscriptum, claues duę ad aperiendum intelligendumque scripturas, scripsit etiam Commentaria super priora quinque capita Genesis, super omnes epistolas D. Pauli, & super epistolas canonicas, è vulgari in Latinam linguam transtulit vitam D. Catherinæ virginis Senensis olim à fratre Raymundo Capuano nostri ordinis Magistro generali composi- A tam, libros tres de Conceptione B. Virginis, librum de veneratione sanctorũ alterum de pręscientia, & prouidentia Dei, libros tres de prædestinatione Dei, libros duos de eximia prædestinatione Christi. De Angelorum bonorum gloria, & de malorum lapsu, librum de consummata gloria solius Christi, & B. Virginis, librum de lapsu hominis, & de peccato originali, librum de vniuersali omnium morte, & resurrectione, librum de veritate purgatorij, librum de præmio bonorum, & de supplicio æterno, B librum de statu puerorum, absque Sacramento decedentium, librum de perfecta iustificatione, de fide, & operibus, librum, in quo interpretatur caput nonũ Concilij Tridentini de iustificatione, librum de residentia Episcoporum, librum contra Caietanum, vbi vniuersas illius opiniones, quas à veritate alienas credidit in vnum collegit. Apologiam contra M. F. Dominicum Soto. Scripsit etiam aduersus Baldum, librum de consideratione, & iudicio præsentium temporum à superseminatis zizanijs in agro C Domini, tractatum de recipiendis pueris Iudæorum veniẽtibus ad baptismũ. Assertiones quatuordecim pro Assertione gratiæ ad Concilium Tridentinũ. Pro prędestinatione Christi adnotationes in Caietanum, tractatum de Conceptione B. Virginis, & pro eius festiuitate à cunctis fidelibus celebranda, librum de cultu, & adoratione imaginũ, alterum de veritate incruenti sacrificij. Quęstiones, quibus verbis conficitur Sacramentum, librum de Communione D sub vtraque specie. Quæstiones vtrum Sacerdos ratione ordinis, vel iurisdictionis sit minister Sacramenti pœnitẽtię. Quæstio de Charactere, & per quæ Sacramenta imprimantur. Quæstio de differentia inter baptisma Christi, & Ioannis. Quæstio de baptismo paruulorum, & de existentibus in vteris maternis, de Matrimonio quęstiones plures, de diuinis, & Canonicis scripturis, Defensionem suæ doctrinę contra quendam falso deferentem eum ad summum Põtificem. Cõfirmationẽ suæ do

ctrinæ circa residentiam Episcoporum. Scripsit etiam opusculum inscriptum De cœlibatu aduersus impium Erasmũ. Scripsit etiam Italice de reprobatione doctrinæ, fr. Bernardini Ochini, & aliquarum conclusionum Lutheranarum, librum etiam alium scripsit Italicum prænotatum, Discorsi contra la dottrina è le profetie di Fragirolamo Sauaranola. Videatur indices expurgatorij à Clemente Papa, & Magistro sacri Palatij, & Inquisitione Hispanica emissi, vbi aliquæ eius propositiones notatur: nec valde mirum, si tot ac tanta scripserit, quod in aliquo offenderit, cum plures reperiri soleant in pluribus errasse minora scripta posteritati relinquẽdo, quæ si ipse esset superstes, haud dubiũ, quin pro sua erga Catholicam Ecclesiã obseruantia, & fide improbaret. Plura alia scripsisse fertur: obijt anno millesimo quingentesimo quinquagesimo secundo.

F. Ammonius, vel Antonius de Parma, scripsit vnicum volumen eruditione plenum concionum super Euangelia Dominicarum totius anni. Claruit circa annum 1312. *Frat. Michael Pius 2. p. lib. 1.*

F. Andreas à Modentia in Philosophia humana, & diuina pulchre excultus scripsit Commentaria super Euangelium Ioannis centum & sexaginta lectiones continentia. Item volumen vnũ concionum, alterum super Logicam Aristotelis, tertium autem super Philosophiam eiusdem circa annum 1270. *Fr. Antonius Lusitanus.*

F. Andreas à Pistorio Episcopus Pistoriensis, tam virtutum, quam doctrinę dotibus decoratus scripsit tria volumina concionum de tempore, de sanctis, & de quadragesima: de qua conciones edidit quadruplicatas, circa annũ 1314 *Frat. Michael Pius 2. p. lib. 1.*

F. Andreas Portugalla Brixiẽsis eximius Euangelij præco, ac Prouincię Lombardiæ prudentissimus moderator edidit volumen doctis, ac lepidis sermonibus refertum circa annum Domini 1508. *Fr. Leander Albertus lib. 4.*

F. Andreas Zanettus Salodiensis socius Reuerendissimi P. N. Generalis sanctæ memoriæ, F. Seraphini Caballi Brixiensis, ac Prouincialis terræ Sanctę scripsit Italico idiomate librum sanctissimi Rosarij B. Virginis Deiparæ ex fratris Ludouici Granatensis scriptis congestum, qui Italice sępius excusum passim piorum manibus teritur. Dumque ad communem vtilitatem alia meditatur præmatura mors eum nobis sustulit anno 1575. *F. Ioannes Michael Pius 2. p. libr. 4. & F. Ambrosius Gozzeus.*

A

F. Andreas à MaternoBrixiensis eruditionis, ac religionis pręstantia clarus, Mantuæq; hæreticę prauitatis Inquisitor scripsit librum annotationum super confessionale F. Hieronymi de Panormo, circa annum millesimum quingentesimum septuagesimum quintum. *Frat. Michael Pius 2. p. lib. 4.*

B

F. Andreutius à Camerino, Philosophiæ, ac Theologię studijs egregie versatus scripsit super libros Physicorum Aristotelis, & reduxit Philosophi textũ ad formam syllogisticam, circa annum 1214. *Frat. Iacobus de Suzato.*

F. Angelus Bononiensis, qui propter eximiam morum honestatem literarũque excellentiam factus fuit Florentinus Pręsul doctissima scripsit Commentaria super quatuor libros Sententiarũ, circa annum Domini 1300. *F. Seraphinus Razi de viris illustrib. ordin. Prad. & F. Michael p. 2. lib. 3. col. 4.*

C

F. Angelus Negronius Viterbiensis de mandato Pontificis Bonifacij octaui librum scripsit eruditum de authoritate Pontificis Romani anni 1300. *F. Ambrosius Taegi 1. p. historiarum ordinis Prędicatorũ.*

F. Angelus Senensis eruditissime culmen disciplinarum scholasticarũ adeptus aggregauit in vnum volumen quęstiones Metaphysicas Magistri fr. Francisci Neritonensis, qui in studio Patauino Metaphysicæ Cathedram moderatus fuerat, quã fr. Angelus conscendens scripsit super prędicabilia Porphirij, super librum Perihermenias Aristotelis, super prædicamenta, & super libros posteriorum, super libros Physicorum, & de Anima, circa annum millesimum quingentesimum septuagesimum quintum. *Fr. Antonius Lusitanus.*

D

F. Angelus de Corfiniano Thuscus egregius concionator, ac Magister doctissimus in Theologia scripsit volumẽ concionum, aliud de Rosario B. Virginis Deiparæ, aliud de Iubileis librum, *Fr. Ambrosius Gozzeus.*

item

item de anno sancto circa annum mille simum quingentesimũ septuagesimum sextum.

F. Ambrosius Gozzeus. Antonius Possevin⁹.

F. Angelus à Rieti scripsit Commentarium, super sequentiam defunctorum anno 1601.

F. Annibaldus Romanus excelléti ingenio prędítus & pluribus virtutibus decoratus S. R. E. Cardinalis ab Vrbano IIII. creatus scripsit prȩclarissima cōmētaria super quatuor libros Sētentiarũ in quibus Doctoris Angelici, ac Petri de Tarantasia doctrinā secutus, tanquā eorũ abbreuiator est habitus, scripsit etiam librum quodlibetorum. Claruit circa annum millesimum ducentesimũ septuagesimum.

Tritbemi⁹ F. Leāder Albertus, li. 3. fol. 10

D. Antoninus Archiepiscopus Florētinus sanctitate, ac doctrina insignis ab Adriano sexto sanctorum Catalogo ascriptus, de quo adhuc in viuis agente Nicolaus quintus asseruit non minus Archiepiscopum Florentinorum in sanctorum numerum referre existimarem, quam Bernardinum Senensem mortuũ Scripsit summam Theologię moralem in quatuor partes distributam. In primo tomo agit de anima, & eius potentijs, passionibus, causis peccatorum, &c. in secundo de septem peccatis mortalibus, in tertio de officijs proprijs cuique hominum statui (quod opus appellauit de statibus hominum) & de censuris, ac de septem Sacramentis Ecclesię, in quarto de quatuor virtutibus cardinalibus, & de tribus Theologicis de gratia, & de donis spiritus Sancti, adiungens etiam quadraginta & sex conciones in laudē B. Virginis. Scripsit etiam summam historialem, qua à principio mundi, vsque ad sua tempora historias prosequitur, in tribus voluminibus comprehensam. Sũmam item de casibus conscientię. Dialogum, vel potius trialogum Domini, & discipulorum euntium, in Emaus. Volumen grande super caput primum Lucę de Annũciatione, & Salutatione Angelica. Confessionalia duo idiomate Italico, tractatum de decem præceptis, & de septem peccatis mortalibus per modum interrogationis faciendę ante cō

A

fessionem Obijt anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono, quinto Nonas Maij in festo Ascensionis Domini.

F. Iacobus e Suxato.

F. Antonius à Nazario Vercellēsis, tā in Theologia, quam in iure canonico egregie instructus scripsit in iure Canonico summam copiosam per modum Alphabeti, dicitur. Lucerna pudicialis, & volumen contionum Dominicarum, & festiuitatum sanctorum totius anni circa annum millesimum ducentesimum sexagesimum secundum.

B

F. Leāder Albertus, lib. 4

F. Antonius Bononiensis in diuina Scriptura eximie versatus ac diuini Verbi celebris declamator scripsit librum concionum Dominicalium, alterum itē quadragesimalium anno millesimo quadringentesimo secundo.

F. Leāder Albertus, lib. 4.

F. Antonius de Azario Parmensis facundus, & insignis concionator scripsit volumen sermonum de festiuitatibus, de Dominicis, ac de tempore, quendā etiam librum inscriptum, historiarum fragmenta circa annum 1404.

C

Frat. Michael Pius 1. p. lib. 1.

F. Antonius de Neapoli Archiepiscopus Amalphitanus, vir vndequaque doctus scripsit librum quæstionum super Metaphysicam circa annum 1409.

Fr. Antonius Lusitanus.

F. Antonius Maccus Fauentinus in diuinis literis luculenter excultus, & cōcionandi sacro munere versatus scripsit librum concionum de tempore, ac de sanctis circa annum millesimum quadringentesimum quadragesimum quartum.

Fr. Antonius Lusitanus.

D

F. Antonius Brixiensis, hæreticorum censor acerrimus Brixiæ, & celebris ac fructuosus per Italiam declamator vbique acceptissimus scripsit volumen concionum, tam de tempore, quam de sanctis circa annum 1490.

Fr. Sixtus Senēsis de scriptoribus sacra Scripturæ.

F. Antonius Gislandus, è Iaueno Inquisitor Taurinensis omne disciplinarũ genus diligentissime excolens scripsit opus decem millium quæstiuncularum in Euangelia totius anni cum illarum solutionibus secundum sanctorum Patrum doctrinam, quod opus præscribitur, opus aureum, & fuit sæpe sæpius excusum. Claruit circa annum 1490.

Fr. Leander Albertus lib. 4.

F. Antonius Ferrarienſis in Scholaſticis, ac diuinis literis egregie verſatus ſcripſit ſuper Pſalmos Gloſſemata Latino, & vulgari ſermone, commentaria etiam ſuper Iob, homilias quadraginta ſuper Pſalmum 118. Beati immaculati homilias quinquaginta ſuper Canonicã D. Petri, duos tomos Commentariorũ in primam partẽ D. Thomæ Cõmentaria ſuper Metaphyſicam Ariſtotelis, ſuper libros Phyſicorũ, & de anima, ſuper libros de cœlo, & mundo, ſuper libros Perihermenias, ſuper libros Poſteriorũ, ſuper Prædicamenta, ſuper Prędicabilia Porphirij, ſuper Sphęrã, ſcripſit etiã quodlibeta aliqua de quæſtionibus naturalib9, & Metaphyſicis declarationes conciliorum multorum caſuum ad diuerſas materias pertinentium volumen vnũ, in quo exponit cõfeſsionales materias D. Antonini. Interrogatoriũ ſatis amplũ pro introductione Inquiſitorũ hęreticæ prauitatis. Tractatum de Corpore Chriſti Latinũ, & Italicũ duo volumina concionum quadrageſimalium. Mariale B. Virginis, quod continet homilias triginta, orationes quadraginta, pro diuerſis materijs, Scalam ſpiritualis profectus, tractatum etiam, an in Adã inceperit Eccleſia, an vero in Abel? Claruit circa annum milleſimum quingenteſimum decimum ſextum.

Fr. Antonius Luſitanus.

F. Antonius à Parma eruditus diuini verbi concionator ſcripſit ſermones varios ſuper Euãgelia totius anni, & aliud volumen ſermonum quadrageſimaliũ, quod inſcribitur Medulla ſermonum. Claruit circa annum 1516.

Frat. Michael Pius 2. p. lib. 4.

F. Antonius à Brixia alius ab eo, cuius parumper memini, egregius, & facũdus concionator ſcripſit volumen vnũ concionum circa annum milleſimum quingenteſimum trigeſimum.

Fr. Antonius Luſitanus.

F. Antonius à Marrafa patria Martina (Apulię ciuitas eſt) in vniuerſitate Regia Neapolitana S. Dominici Regẽs, ac Metaphyſicæ Cathedraticus ſcripſit doctiſsimum opus de anima, & in eo diſputat de immortalitate illius, &c. Claruit circa annum milleſimum quingenteſimum quinquageſimum.

Frat. Michael Pius 2. p. lib. 4.

F. Antonius de Collemontio doctrina, ac moribus conſpicuus ſcripſit librũ de ſuprema felicitate. Claruit circa annum milleſimum quingenteſimum ſeptuageſimum ſextum.

Frat. Michael Pius appendice

F. Archangelus Carraccius de Ripalta Lombardus, ſcripſit librum de Roſario B Virginis ſępius excuſum. Item alium de Beato Valerio Epiſcopo, ac Martyre, & de ſancto Baudolino Alexãdrino Epiſcopo, librum etiam de quarta funerali, & nonnulla alia: viuit adhuc.

Fr. Antonius Luſitanus.

F. Ardengus Papienſis in diuinis literis egregie verſatus edidit volumina concionum de tempore, ac de ſanctis circa annum milleſimum quingenteſimum ſexageſimum ſecundum.

Antonius Poſſeuin9:

F. Armandus de Bellouiſu Bononiẽſis in Theologia ſacra doctiſsimus fuit Magiſter ſacri Palatij, atque ſcripſit librum difficilium terminorum Theologię, ac Philoſophiæ, Scholaſticam item poſtillam in Pſalmos, ac meditationes, & preces. Commentaria etiam ſuper quatuor libros Sententiarum, & ſuper librum D. Thomę. De ente, & eſſentia, atque expoſitionem hymni, Veni Creator ſpiritus circa annum 1296.

F. Ambroſius Gozzeus:

F. Athanaſius Nellus Viterbienſis Vicarius Pœnitẽtiariorũ S. Marię Mayoris de vrbe tẽpore Pij V ſcripſit librũ de origine, & miraculis S. Mariæ de Quercu Viterbienſis, circa annum 1580.

Frat. Michael Pius 2. p. lib: 4.

F. Auguſtinus Iuſtinianus Genuenſis nobiliſsimo ſanguine ortus Epiſcop9 Nebienſis omne diſciplinarũ genus exacte adeptus ad Philoſophiã, & Theologiã Græcæ, Hebraicæ, Arabicæ, & Chaldaicæ linguarũ peritiã adiunxit: edidit his linguis ſcholia plura, & vtiliſsima ſuper vtrumque teſtamentum. Edidit Pſalterium octuplum, & in ſingulis folijs habetur editio Hębraica, in ſecundo Latina illi correſpondens: in tertio Latina, communis, in quarto Græca, in quinto Arabica, in ſexto Paraphraſis Chaldaica, in ſeptimo Latina correſpondens Chaldęæ, octaua, & vltima cõplectitur ſcholia. Ad eundẽ modũ ſcripſit vtrũq; teſtamentum, vetus, & nouum.

Vertit ex Hebræo in Latinum librum Rabbi Moysi Ægyptij, qui inscribitur Dux, siue director dubitantium. Clariut circa annum millesimum quingentesimum vigesimum.

Fr. Antonius Lusitanus.

Fr. Augustinus Marciagninus Florétinus scripsit erudite super totam Philosophiam Aristotelis circa annum millesimum quingentesimum trigesimum.

Frat. Michael Pius lib. 4.

Fr. Augustinus à Monte Alchino scripsit doctissime summam de casibus moralem præscriptam Lucerna animæ, circa annum millesimum sexcentesimum quintum.

Fr. Antonius Lusitanus.

Fr. Aymericus Placentinus, qui fuit nostræ familiæ generalis præfectus vir in sacris humanisque disciplinis præstanter excultus, & in rebus agendis, ac regimine prudentissimus, necnon morũ venustate maxima ornatus, scripsit tabulam super libros D. Augustini de ciuitate Dei, Epistolasque doctas exhortatorias ad religionis augmentum. Claruit, circa annum millesimum trecentesimum vigesimum septimum.

SCRIPTORES GALLI.

Fr. Ambrosius Gozæus.

FRATER Adamus Ferrarius Aurelianensis scripsit doctissime super quatuor libros sententiarum, & super Metaphysicam, & libros de cœlo, & mundo, circa annum millesimum trecentesimum octuagesimum.

Antonius Possevin.

Fr. Alphonsus Ricius Philosophiæ, ac Theologiæ studijs excellens scripsit librum de eruditione Christiana, ad Annam Francorum Reginam, & Britonũ Ducissam Dialogos purgatorij contra Vualdensium errores. Librum etiam de merito ferentis patienter aduersa, circa annum millesimum quingentesimum duodecimum.

Frat. Michael Pius lib. 2.

Fr. Amadeus Meigretius Lugdunensis scripsit librum quæstionum super libros Aristotelis de cœlo & mundo dicatum Archiepiscopo Lugdunensi Galliarum Primati, circa annum millesimũ trecentesimum trigesimum quintum.

Fr. Sixtus Senẽsis libro 4.

Fr. Andreas sacrarum literarum expositione insignis, & scholasticæ disciplinę eruditione clarus scripsit in quatuor libros Regum scholastica commentaria, circa annum 1300.

Antonius Possevin.

Fr. Arnaldus Badetus Prior Cœnobij Burdegalensis, in scholastica disciplina instructus concionibus feruidis indefesse, non destitit Religionem Catholicam amplificare, & aduersus hæreticos scripsit librum prænotatũ, Margarita sacræ scripturæ, prauitatis hęreticę destructrix, circa annum millesimũ quingentesimum trigesimum sextum.

SCRIPTORES GERMANI.

Fr. Antonius Lusitanus.

FRATER Adam in Conuentu Coloniensi sacræ Theologiæ professor eruditus scripsit doctissima commentaria super quatuor libros sententiarum: floruit anno millesimo trecentesimo quinquagesimo quinto.

Tritbemi de viris illustribus Germaniæ.

B. Fr. Albertus cognomento, magnus è parentibus illustribus natus, nimirum, ex Regulis Bolstatensibus, in Sueuia, in agro Laugingensi, ad Danubium, ad nostram Prædicatoriam familiam conuolans pietati, ac literarum studijs operam dedit. Parisijs Colonię & Agripinæ scholasticam Theologiam præstantissime docens magni nominis discipulos educauit, inter quos Angelicum Doctorẽ D. Thomam Aquinatem, Vrbano quarto, & Rodolpho Imperatore cogentibus Episcopatui Ratisponensi præfectus est, quem cum aliquo tempore scilicet, trium annorum curriculo administrasset, ad consueta studia, & humilia pietatis exercitia suspirans, mortuo Vrbano quarto deposita administratione rediję ad fratres suos, vbi legens, scribens, ac docens anno ętatis octogesimo septimo sanctissime obijt anno 1280. Fuit deuotus eximius B. Virginis à qua magnis est cumulatus fauoribus, Beatorũ Catalogo ascriptus est, ac sępius de eius canonizatione actum. In Episcopatibus Ratisponensi, ac Coloniensi eius festum colitur, & cum ad Theologiæ, & Philosophiæ apicem peruenisset reliquit posteritati, quæ sequuntur. Quatuor libros summæ Theologię

Fr. Sixtus Senensis libro 4.

commentaria etiam super quatuor libros sententiarum, librum vnum de homine, alium de vita spirituali. De officio Missæ, de Corpore Christi, alium librum triginta duos sermones de eodem complectentem. Librum de muliere forti. Libros quinque in libros D. Dionysij Areopagitæ. Librum de multiplici timore, alium de laudibus B. Mariæ. Defensorium Mendicantiũ, de reformatione hominis, de oratione Dominica, de reparatione lapsi, de adhærendo Deo, de quatuor coquis, de bono, de partu hominis, de origine animę, de arte prędicandi, commentaria in quinque libros Moysi in Iosue, in librum Iudicum, in Ruth, in quatuor libros Regum, in duos libros Paralipomenon, in Esdram, & Nehemiam, in Iudith, in Thobiam, in Hester in Prouerbia, in Canticum Canticorum, in Ecclesiaste n, in Ecclesiasticum, in librum sapientiæ, in Iob, in Isaiam, in Hieremiã, in Ezechielem in duodecim prophetas minores, in libros Machabęorum, in Euangelium Matthęi. Marci Lucæ, & Ioãnis, in epistolas Pauli, & in epistolas canonicas libros quatuor decim in Apocalipsim. Volumen item concionum de tempore, aliud de sanctis, de animalibus libros viginti, librum orationum super sententias, de differentia spiritus & animę. Paradisum animæ, librum vnum orationum super Euangelia. De diuinatione, & prophetia, librum alium quæstionum diuersarum de causis elementorum, de intellectu, & intelligibili, de vita, & morte. Summam Philosophię. Quęstiones contra Auerroistas, libros sexdecim philosophię motalis de œconomia, de Arithmetica, de musica, de moribus animalium, de iuuentute, & senectute, de plantis, & vegetabilibus, libros tres de vnitate intellectus, de vnitate formæ, de monastica libros quinque, libros octo de politica, de Geometria, de Astronomia, de sphera, speculum astronomiæ, de natura Deorum, de duodecim Alphabetis, de somnijs, de Prædicamentis, de definitionibus, de Grammatica, de Medicina, de Agricultura, de nauigatione, libros octo super Physica Aristotelis, libros duos de generatione, & corruptione, de anima, de somno, & vigilia de perspectiua, de astris, de mineralibus, de secretis naturæ, de magistris eligendis, de vniuersalibus, de sex Principijs, de caussis, de Rhetorica, de lanificio, de aratura, libros tredecim de Metaphysica, libros quatuor de cœlo, & Mundo, libros quatuor de scientia Meteororum, de nutrimento, & nutribilibus, librum vnum quæstionum quindecim, commentaria, in libros omnes Aristotelis, & multa alia scripsisse dicitur.

Frater Albertus Coloniensis scripsit postillam eruditam super Euangelium Lucę, & plura alia circa annum Domini 1300. *Trithemi⁹ & Possenin⁹.*

Frater Albertus à Saxonia philosophicis, ac Theologicis studijs excultus egregie scripsit super octo libros Physicorum Aristotelis, de motuum proportionibus, super quatuor libros de cœlo, & mundo, super libros de generatione, & corruptione, & super libros de anima, circa annum millesimum trecentesimum quinquagesimum. *Frat. Michael Pius lib. 2.*

F. Ambrosius Alemanus Sacrę Theologiæ professor eruditus morum sanctitate, ac disciplinarum cognitione clarus indefesso studio, ac magna animi contentione ad perfectionem duxit opus satis prolixum: tabulã enim operũ D. Thomæ à Fr. Petro Bergomensi cõpositam locupletiorem, & auctiorem reddidit circa annum millesimumquingentesimum decimumsextum. *F. Antonius Lusitanus.*

Frater Ambrosius Pelargus Niddanus, omnium scientiarum eruditione conspicuus scripsit aduersus Ioannem Oecolampadium pro Missę sacrificio, aduersus Anabaptistarum errores librumvnum, refutationem cõsilij Oecolampadiani de differendo paruulorum baptismo, librum aduersus Iconomachos, siue in eos, qui bellum mouent aduersus Sanctorum imagines, *Antonius Posseuin⁹.*

librum alium, An fas sit in Anabaptistas, atque adeo in alios hæreticos pœna capitis animaduertere? Confutatio nem Missoliturgi de sacrificio Missæ. E Græco in Latinum vertit D. Ioannis Chrysostomi Liturgiam, cui versioni adiecit Doxologiam, tam Græce, quã Latine, quæ & in Missa, & in precibus Matutinis vsui fuit antiquis. Nicenum item symbolum conuertit, omnia ad exemplar D. Simeonis quod apud Belgicam Treuerim extat peruetustum, cũ breuibus eiusdem Fr. Ambrosij notatio nibus, scripsit insuper adnotationes, in ea quę Erasmus, non orthodoxe scripsit. Bellaria etiam Epistolarum, quas misit Erasmo. Librum de morte non timenda, Dialogum mulierum, ac virorum Lutheranæ sectę Antesignanorum, librum de cælibatu Sacerdotum adnotationes in plures Bibliorũ libros, atque volumen plurium concionum, circa annum 1545.

Fr. Antonius Lusitanus.

Fr Andreas Bontius Conuentus Traiectensis supra Mosã eruditione clarus scripsit volumen quæstionum Theologicarum prænotatum opus Regale, circa annum 1560.

Fr. Antonius Lusitanus.

Fr. Angelus Higri Vvitembergensis diuinę, atquè humanę Philosophiæ studijs excultus scripsit librum de potestate Papæ, & nonnulla alia, circa annum millesimum ducentesimum nonagesimum octauum.

Trithemi⁹ & Albertus Venet⁹, in Chronica Ordinis Pradicatorum.

Fr. Aquinus Teutonicus è Sueuia mathematicus excellens, ac Theologus eruditus Boetiũ imitatus scripsit librũ, de numerorum proportionibus, & aliud volumen concionum diuersarum alterumquè Epistolarum, circa annum millesimum quadringentesimum nonagesimum quartum.

SCRIPTORES ANGLI.

Fr. Ambrosius Gozzeus.

FRATER Abraham Vvaldensis Cantuariensis Theologus, ac Philosophus insignis, scripsit super quatuor libros sententiarum, super libros de anima, super libros Physicorum Aristotelis, & super Dialecticam: claruit circa annum millesimum trecentesimum nonagesimum.

A

Fr. Ambrosius Gozzeus.

Fr. Adamus Braduadinus Cantuariensis hęreticorũ malleator fortis scripsit volumen contra errores Pelagij, & aliorum hæresiarcharum, circa annum millesimum trecentesimum nonagesimum.

SCRIPTORES BELGÆ.

Trithemi⁹ de viris illustribus Germania

FRATER Alanus à Rupe Olandus, in Belgio Beatissimæ Virginis Deiparæ cultor deditissimus eiusdemquè Rosarij sanctissimi propagator eximius, ac indefessus, siquidem, in prouincijs Galliæ Belgicę, ac Germaniæ inferioris Britãniæ, Normandiæ, & in alijs Galliarum regionibus, per quindecim continuos annos diuino Rosarij exercitio populos ad pietatem, & vitę reformationem commouere non destitit, scripsit in Cantica canticorum, sic vt singula Salomonis verba ad Christũ Dominum, & Beatissimam Virginem inuicem colloquentes apposite aptauerit, scripsit item vir sanctus librum de miraculis ob deuotionem Rosarij patratis, & libros concionum, tam de tempore, quam de sanctis, obijt in Conuentu Duuonensi, in Olandia in peruigilio assumptionis B. Virginis, anno millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto.

B

Fr. Leander Albertus lib. 4. fol. 150.

C

SCRIPTORES POLONI.

Antonius Possenin⁹

FRATER Abraham Bzouius vir eximia eruditione præclarus, in sacra scriptura scholastica Theologia, ac patrum lectione egregie instructus historiæ sacræ, & profanæ cognitione celebris scripsit thesaurum de laudibus sanctissimę Deiparæ super cãticum Salue Regina quadraginta conciones amplectentem, item flores aureos super Euangelia totius anni trinas cõciones super singula, itẽ volumen inscriptum Florida Mariana B. Virginis pro singulis festiuitatibus ipsius, tres cõciones, item sacrum Pancarpium, seu pro singulis Dominicis diebus, tres con

D

ciones pro singulis diebus quadragesimæ singulas, totidemque pro singulis festiuitatibus sanctorum. Item monile Gemmense Deiparæ Mariæ. Item librum de rebus preclare gestis, in Prouincia Poloniæ Ordinis Prædicatorum. Librum de vita, & miraculis B. Hyacinti. Item sertum B. Hyacinti Poloni. Itẽ historiam Ecclesiasticam, ab orbe redempto ad annum vsque 1606 libris viginti quatuor distributam, & insuper tomum decimum tertium Annalium Ecclesiasticorũ prosequens illos ab anno 1198 quo Cardinalis Baronius scribere desijt, vsque ad annum 1299. Item idiomate Polonico Rosarium sæpius editum ad serenissimam D. Constantiã Austriacam Reginam Poloniæ, & Suetię, &c. Item Rosarium, seu exercitia pietatis Christianæ Sodalitatis Rosarij ad serenissimum Principem Ladislaum Sigismundum Regis Poloniæ, & Suetiæ Sigismundi tertij filium. Item librum de vita, & rebus preclare gestis B. Fr. Ceslai Germani fratris Sancti Hyacinti. Viuit adhuc.

Bzouius cap. 11.

F. Antonius Grodicius vir doctus scripsit librum de vita, & miraculis Sancti Hyacinti. Viuit adhuc.

SCRIPTORES DALMATÆ.

Frat. Michael Pius appendice

FRATER Ambrosius Gozzeus Ragusinus à Paulo quinto, Episcopus Tribunę, ac Mercanæ factus in ditione Ragusæ scripsit catalogum scriptorum Ordinis Prædicatorum, librum item de exemplis, & similitudinibus, atque Albetum familiæ Gozzeę. Viuit adhuc.

F. Ambrosius Gozzeus:

Fr. Angelus Martinus Ragusinus scripsit methodum Grammaticæ, & volumen variarum rerum, circa annum millesimum quingentesimum trigesimum.

Fr. Ambrosius Gozzeus.

Fr. Archangelus Gozzeus Episcopus Tribunensis scripsit lingua Illirica librũ de confraternitatibus Rosarij B. Virginis, ac nominis Dei. Alium item de Rosario B. Virginis, circa annum millesimum quingentesimum nonagesimum sextum.

Frat. Michael Plodius li. 4.

Fr. Augustinus Nale Ragusinus Scholasticis concertationibus clarus, qui conciliabulum Pisanum dissolui fecit (de quo latius infra, in concertatione nostrę Prædicatorię familiæ anni Domini 1512) Episcopus Mercanensis scripsit librum annotationum super Summã D. Thomę, obijt anno 1527.

SCRIPTORES CYPRII.

Fr. Antonius Lusitanus.

FRATER Angelus Calepius nobilis genere, sed nobilior moribus, qui prouinciam terrę Sanctę ad quam pertinebant Cœnobia Regni, & insulæ Cypri Vicarius Generalis existens, in obsidione, & expugnatione eiusdem magnum suæ virtutis, ac religionis specimen præbuit, fideles ad pugnam, pro defendenda fide Catholica inflammando, infirmos eorum, ac vulneratos quosuis, ad patientiam exhortando, morituris Sacramenta ministrando, ac insuper, in miserorum leuamen eorum maxime, qui in Turcarum deuenerant potestatem vndequaque, ad redemptionem eorũ eleemosynas colligendo, ne penuria pressi vltimaque calamitate afflicti fidem abnegarent, & huius generis complura opera exercendo scripsit doctus, & religiosissimus vir tanquam testis oculatus historiam Regni Cypri à Turcis expugnati idiomate italico, circa annum Domini 1577.

B

SCRIPTORES HISPANI.

Frat. Michael Plodius appẽdice.

FRATER Balthasar è Sancto Ioanne Lusitanus, in humanis literis perpolitus, & Theologicis conspicuus, eloquio item comptus scripsit vitã B. Ægidij nostri ordinis fratris (cuius corpus in Conuentu Sancterenẽsi asseruatur) dicatam M. Fr. Georgio Bogado Regis Emanuelis à sacris confessionibus: additum est officium eius-

dem

dem Beati, Claruit circa annum mille-simum quingentesimum.

Fr. Antonius Lusitanus.

Fr. Balthasar Sorionius, in cœnobio S. Onophrij prope Valentiam ordini nostro adiunctus, prouinciæ Aragoniæ moderator postea præclarus varia, & omnigena eruditione præditus, necnon virtute sanctitatis zelo erga Prædicatoriæ familiæ ornamentum præstans, quippè qui Collegium Regale, & Academiam Sancti Dominici, in Derthusensi vrbe fundari curauit, & impetrauit à Carolo quinto Cæsare, scripsit librum de viris illustribus nostræ familiæ, in Prouincia Aragoniæ. Librum item præscriptum, Manale de laudibus B. Virginis editum Derthusæ: scripsit item librum pro vnica Magdalena contra Iacobum Fabrum Stapulensem. Volumen concionum de Sanctis copiosum satis, atque eruditum, homilias decem in Psalmum 44. Duci Calabriæ dicatas, librum contra septem blasphemias Barchinone excusum, Vixit vsque ad annum millesimum quingentesimum quinquagesimum septimum, & centenarius è vita cessit.

Fr. Balthasar Nauarrete Vallisoletanus, qui Vallisoleti S. Pauli celeberrimi Conuentus alumnus, & Prior extitit excellentis ingenij acumine pollens D. Thomæ illustris interpres, atquè acerrimus propugnator euasit, per plures annos Angelici Doctoris doctrinam explanauit tanto ingenio, iudicio, perspicuitate, argumentorum pondere, vt nō tantum in Valleoletana Academia, vbi Primariam Theologiæ Cathedram, ab excellentissimo Duce Lermæ nostræ familiæ professoribus fundatam, summa omnium expectatione moderatus sit, sed in Collegio Sancti Thomæ Complutensi, vbi prælectoris, ac Regentis officio functus, multa acutissimi ingenij, in celebri illa vniuersitate dederit argumenta. Edidit commentaria erudita super summam Theologiæ Angelici Doctoris, eum discipulósque à calūnijs modernorum vendicans. Duos videlicet tomos ad quæstionem vsque 25 primæ partis complectentes prælo de-

A dit, tertium quoque paratum habet in scholasticorum omnium maximam vtilitatem, tanti viri subtilissima scholia auiditate eximia præstolantium. Viuit adhuc.

Fr. Balthasar Roca ex prouincia Aragoniæ, in Scholastica Theologia apprime instructus, scripsit vitam B. F. Ludouici Bertrandi, & librum de sanctissimo Rosario B. Virginis, & de Nomine Iesu. Viuit adhuc.

Fr. Iacobus à Susa to.

Fr. Bartholomæus Hispanus minus doctis compatiens, & se illis quodam B modo debitorem cogitans, scripsit summam quandam grammaticalem in eorum gratiam, circa annum 1265.

Historia prouinciæ Lusitaniæ

Fr. Bartholomæus Ferreyra Lusitanus multo labore, atque in defesso studio librum edidit de his, qui de fide Catholica malè sentientes, aliquid scripserunt, vel inter Catholicos tractatus obiter aliquid de suo interposuere, circa annum 1500.

Fr. Augustinus Dauila li. 1. cap. 99.

Fr. Bartholomæus Casaus Hispalensis nobili genere ortus, in insula Sancti Dominici Hispaniolæ ordini ascriptus, C & postea Episcopus Chiapiensis factus, tanto charitatis feruore pollebat erga proximos, ac pauperes præsertim, vt Episcopatum renunciauerit, tantum vt in Hispaniam rediens miserorum Indorum saluti, & incolumitati consuleret, quod egregie præstitit, in curia Imperatoris Caroli quinti, à quo magni æstimatus est, adeò vt ipse Augustus religiosissimi Episcopi consilio plurima, ad regimen Americæ, & ad subleuandū pauperculos Indos à nimio labore, ne D dicam rigore aliquorum Hispanorū ordinauerit, atq; executioni mādare præceperit. Scripsit vndecim doctissimos tractatus in defensionem libertatis Indorum, vt pote vir doctus, non solum in Theologica disciplina, in ordine eruditus, sed etiam in iure Cæsareo, & Canonico optime instructus, in quo laurea Licentiati decoratus fuerat, dum in seculo moraretur. Obijt sanctus, & vigilantissimus Pastor, in graui, ac obseruanti Cænobio Sanctæ Mariæ Regalis Atocha Matriti, circa annum 1566.

Frat. Michael Plodius li. 4.

Fr. Bartholomæus Carrança Mirandensis patria, in Regno Nauarrę nostrę familiæ adiunctus, in Conuentu Benalac, qui ad vrbem Guadalajara Toletanæ diœcesis translatus est Archiepiscopus Toletanus concionator egregius & præstantissimus Theologiæ professor (de quo in Ecclesiastica horum tẽporum historia egimus lib. 3. cap. 29.) scripsit summam conciliorum. Librum etiam de necessaria residentia Pastorum Tridenti explicatum plurimis scripturę, & sanctorum Patrum testimonijs, & rationibus efficaciter probans esse de iure diuino. Scripsit etiam librũ de patientia, aliumquè de Missa attente, & deuote audienda: scripserat autem Catechismum, qui in Romano indice prohibitus est. Obijt Romæ, in Cõuentu nostræ Mineruæ anno 1575. sexto Nonas Maij.

Frat. Michael Plodius li. 4.

Fr. Bartholomæus Methymnensis, in Methymna Riui sicci natus in Salmantino pręclarissimo, & religiosissimo Conuentu togam Prædicatoriam primùm induit, Primariæque Theologorum Cathedræ, in alma Academia Salmanticensi præfectus fuit, vir sane ingenij subtilis, iudicij admirabilis, memoriæ excellentis diligẽtis, incredibilis, indefessi studij, laboris supra vires patiens in Theologicis, ac metaphysicis disciplinis enodandis pręstantissimus præceptor, & in argumentis tantæ energiæ, & vigoris, vt omnium sapientium sententia nulli Theologorum secundus videretur, adeò gratus, & acceptus scholasticis, vt illius memoria semper in benedictione sit, & postquam Primariam Cathedrã eximio triumpho, & applausu adeptus est præclara commentaria super Primam secundæ, & super tertiã partem D. Thomæ edidit, cuius acerrimus defensor euasit. Scripsit etiam idiomate Hispanico summam de casibus sæpius editam, quæ passim cunctorum manibus teritur. Sed cum commẽtaria, in reliquas D. Thomæ partes excogitaret immatura mors eum nobis, vel potius Ecclesię abstulit maximo sui relicto desiderio, laborib⁹ studiorũ fractum, ac meritis cumulatũ anno 1580. tertio Kalend. Ianuarij ętatis suę 53.

Frat. Michael Plodius li. 4.

F. Bartholomęus de Martyribus Lusitanus Archiepiscopus Bracharensis, & Primas quod munus, è maiorum imperio Ecclesiastica censura adactus recusare nõ potuit vigiuti ferme annos in cœnobio Regio Victoriensi vulgo de la batalla Theologiæ Cathedram moderatus emitti permisit, Fr. Ludouico Granatensi vrgente compendium spiritualis doctrinæ ex varijs sanctorum Patrũ libris magna ex parte collectum Vlysipone Parisijs, & alibi excusum: edidit etiam librum, quem inscripsit Stimulum Pastorum, è Patribus contextum, perutilẽ omnibus, qui animas regũt Vlysipone Romę Parisijs, & alibi editũ. Catechismũ etiam Lusitano idiomate. Quẽ rudiores Parochi intelligerent, & populum docerent, qui Hispanica lingua donatus â Fr. Emanuele Roderico Ordinis Minorum editus est Salmanticæ anno 1602. Expositiones in Psalmos difficiliores. Introductionem ad veram sapientiam, varias sententias, ad sacram scripturam pertinentes, alium Tractatũ cui nomen dedit, collationes centũ quadraginta sex habitę in diuersis locis, & de varijs materijs. Epitome ex vitis Põtificum, Regum Portugaliæ, & Sarracenorum. Et postquam, per viginti & tres annos sanctè, & laudabiliter suas oues doctrina, virtutibus, atque eleemosynis coaluerat, & in Tridentino Concilio magnum eruditionis, & religionis nomen sibi comparando astiterat, Archiepiscopatui cedens, ad cellam Monasterij Vianensis, quod ordini nostro à fundamentis erexerat se recepit. Magna in eo erat rerum despicientia, magna laudis & aurę popularis contemptio, humilitas, ac modestia eximia, ardens, ac iuge orationis, ac meditationis studium, summa in cibo potuq; parcitas, paupertatis Euangelicæ rigida obseruatio, in summa vir sanctus mundo, sibiq́ue crucifixus ad vitam æternam trãslatus (vt pie creditur) signis, ac mirabilibus coruscans anno 1590. sextodecimo Kalẽdas Augusti postquã per octo annos, &

sex-

sex menses concupitis dilectæ Rachelis amplexibus, in cella tanquam vnus ex humilioribus fratribus fruitus fuerat.

Fr. Bartholomæus Miranda Cordubensis Religiosissimi Conuentus Sancti Pauli alumnus, clarissimis concionibus, & Scholasticis congressibus celeberrimus per Breue Apostolicū Sixti Quinti, instante Cardinale Alexandrino Romam vocatus, vt in Collegio Sancti Thomæ super Mineruam Lectoris, ac Regentis officio fungeretur plures conciones venusto atque eleganti Hispano sermone edidit Magister sacri Palatij factus Episcopatum Viglebanensem satis pinguem in Insubria, sub Archiepiscopatu Mediolanensi recusauit. Obijt Neapoli, in Conuentu nostro sancti Spiritus anno Domini 1597. septimo Idus Iunij, cunctorum ordinum Religiosis viris vltra quatuor millia albis cereis accensis disciplinarum professoribus, vel potius tota Academia Neapolitana, Doctoribus, Magistris &c. canonicis cunctis, senatibus Regni Vicerege, Principibus, & nobilibus omnibus funus illius prosequētibus. Et quidem merito, nam præter eius eximiā eruditionem, summumque ingenium, & iudicium vir fuit integritate vitę, sanctitate, ac morum honestate admirabilis, vestium, & capillorum partes populo eximia veneratione scindente, sepultus est iuxta maius Ecclesiæ altare marmoreo sepulchro, cum hac inscriptione, D. O. M. Reuerendissimo P. F. Bartholomęo Miranda Cordubensi Ordinis Prædicatorum sacri palatij Magistro Summorum Pontificum Vrbani VII. Gregorij decimi quarti, ac Innocentij noni, familiaritate spectabili, & Clementis Octaui, donis decorato Procuratoris, & Vicarij Generalis, eiusdem Ordinis officio, prius functo concionatori celeberrimo studiorum Romæ, & Hispaniæ præfecto, insigni virtutum omnium decore laudabili, quinquagesimo tertio ætatis suæ anno Neapoli, in Conuentu sancti Spiritus, ad meliorem vitam transitu claro Fr. Ioannes çaragoça, sacræ Theologiæ

Frat. Michael Plodius lib. 4. 3. P. bist. r. ordinis lib. 1. cap. 51.

A Magister, eius dilectissimus, cum lachrimis, & mœrore extremam manum posuit, anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo septimo, septima die Iunij.

Fr. Bartholomęus à Ledesma Salmantini cœnobij alumnus Primariæ Theologorum Cathedrę, in Vniuersitate Regali Mexicana, apud nouum orbem Occiduum moderator, Maxima auditorum admiratione, ac fructu, ad Episcopatum Guaxaquensem, assumptus doctrina, & moribus Gregem pascens, suo muneri sanctè ministrando incumbebat. Scripsit librum de Sacramentis, super quartum sententiarum Salmanticæ editum, in quo materias omnes (morales potissimū) exacte, & clare dilucidat. Inter tanti pręsulis illustria opera, non minori æstimandum est, quod in Cathedrali Guaxaquensi Ecclesia Cathedram instituerit, ac dotauerit, quam Theologi nostrę familię doctrinas morales Theologicas explanātes moderarentur. Obijt sedulus, ac Religiosissimus Pastor anno 1598.

B

C

Fr. Benedictus Crinigandus ex prouincia Aragoniæ scripsit docta commētaria super quatuor libros sententiarum circa annum millesimum quadringentesimum vigesimum.

Antonius Posseuin.

Fr. Benedictus Fernandez Conuentus Salmanticensis filius, vitæ Sanctitate, & propagatione Euangelij ad idolatras nationis Mistecæ, in noua Hispania clarissimus, cuius prędicatione innumerabiles gentium illarum oues, ad ouile Romanę Ecclesiæ congregatæ sunt, scripsit librum prænotatum, Doctrina Christiana, in lingua Misteca circa annum 1566.

F. Augustinus Dauila li. 1 cap. 93.

D

Fr. Bernardus philosophiæ, ac Theologiæ studijs sufficienter instructus, & diuinorum librorum elucidatione versatus Scripsit commentaria in aliquot Bibliorum libros, quodlibeta item tria, quæstiones de spirationibus, ac de potentia Dei, ac librum de anima corpori iuncta.

F. Leander Albertus li. 4. f. 137

Fr. Bernardus Eimengaudius Aragoniæ

F. Frācis.

cus Diag. li. 1. c. 30.

goniæ Prouinciæ præfectus in Scholasticis, & sacris disciplinis eruditus scripsit super quatuor libros sententiarum, volumen item concionum, & aliqua opuscula, circa annum millesimum trecentesimum septuagesimum septimum.

F. Bernardus à Nieua ex oppido Nieua Segobiensis diœcesis, & Regij Monasterij Sanctæ Mariæ Nieuiensis alumnus scripsit summam moralem de casibus conscientiæ, circa annum millesimum quingentesimum sexagesimum.

Fr. Blasius Verdu Valentini cœnobij filius, & Cathedralis Ecclesiæ Derthusensis Lector, in D. Thomæ explanatione simulque scripturæ sacræ lectione assiduus, scripsit adhuc librum disputationum logicalium, alium de auxilijs diuinæ gratiæ, alium de Trinitate, & idiomate Hispano, vnum de temporum fallacijs, alterum de lachrymis B. Mariæ Magdalenæ, & de nauigatione Sancti Raimundi. Viuit adhuc.

ITALI.

F. Leāder Albertus, lib. 3. fol. 125.

FRATER Baptista Finariensis clarissimo genere Dominorum Finariēsium natus Episcopus Vintimiliensis, apud Liguriam sacra doctrina instructus scripsit Dialogū super Euangelium de Duobus discipulis euntibus in Emaus, circa annum millesimū quadringentesimum sexagesimum octauum.

Frat. Michael Plodius li. 4. appendice

Fr. Baptista è Fabriano scripsit librū de sensu composito, ac diuiso, plura in eo congerens in gratiam Dialecticorū, circa annum millesimum quadringentesimum septuagesimum secundum.

Fr. Antonius Lusitanus.

Fr. Barnabas Vercellensis, qui inter plures viros literis, & sanctis moribus præstantes assumptus est ad magisteriū generale nostri ordinis propter eximiā in iure Canonico, in quo celebris erat eruditionem, & præstantiā in Theologia Scholastica, honestati morum iunctam scripsit volumen diuersarum concionum. Obijt Parisijs anno millesimo trecentesimo trigesimo secundo.

F. Leāder

Fr. Bartholomeus Vincentinus Apostolici palatij Magister deinde ad Episcopatum in Regno Cypri euectus, ac tandem ad Vincētinā Ecclesiam translatus propter sanctitatem, ac doctrinæ præstantiam magni æstimatus à Diuo Ludouico Galliarum Rege, cui à sacris confessionibus extitit, à quo vnam coronæ Domini spinam obtinuit, quam in cœnobio Vincentino, quod ipse erexit honorifice collocauit; scripsit commentaria in libros D. Dionysij Areopagitæ. Volumina etiam concionum diuersarum, atque historiam Ecclesiasticam de vitis Sanctorum, circa annum millesimum ducentesimum quinquagesimum quintum.

Albertus, lib. 3. fol. 115.

F. Dominicus Grauina, de Armenorum reductione.

Fr. Bartholomæus Paruus patria Bononiensis, de cuius eximia sanctitate, zelo admirabili propagandæ Romanæ Ecclesiæ fidei, scripsimus in Ecclesiastica historia horum temporum lib. 2. ca. 45. &c. traduxit ex Latina in Persicam linguam totam Bibliam; erexit plures Cōuentus ordinis in Armenia, e quibus extant decem & octo, quorum fratres illius nationis fideles in gremio Sanctæ Romanæ Ecclesiæ conseruant, de eorū deuotione, virtutibus, ac moribus egimus vbi supra, ab illo tempore vsque ad præsens perseuerat continua successio Episcoporum in Armenia è nostra familia à Romanis Pontificibus creatorū: videatur F. Leāder Albertus li. 8. f. 124. Claruit circa annum millesimum ducētesimum quinquagesimum quintum.

Fr. Antonius Lusitanus.

Fr. Bartholomæus Tridentinus doctrina, & spiritus feruida deuotione clarus scripsit volumen de vitis sanctorum, à quo plures postea hauserunt, circa annum 1256.

Fr. Antonius Lusitanus.

Fr. Bartholomæus D. Thomę discipulus, eiusque doctrinæ cultor Torselanus Episcopus scripsit Chronicon à principio mundi, vsq; ad sua tempora. Claruit circa annum 1280.

Tritbemi. F. Leāder Albertus, lib. 4. fol. 151.

Fr. Bartholomæus de sancto Concordio Pisanus edidit summam, quæ Pisana appellatur, eruditione eximia constantem, de qua dixit F. Angelus Clauasius ordinis Minorum, omnes conscientiæ casus morales, in suam summam

transtu-

trantulisse: scripsit etiam, super tragędias Senecę, & super Virgilium, & alia plura, circa annum millesimum trecentesimum trigesimum octauum.

Antonius Possevin.

Fr. Antonius Lusitanus.

Fr. Bartholomæus Ferrariēsis scripsit libros sex de Christo Iesu abscondito pro solemnitate corporis eiusdem Domini nostri, indicem librorum, sub Clemente Octauo, & Magistro sacri palatij, Fr. Ioanne Maria à Brisiguela: edidit etiam doctissimum volumen concionum. Claruit circa annum 1390.

Fr. Antonius Lusitanus.

Fr. Bartholomæus Dominici Senensis Sacrę Theologiæ studijs excultus, & vita, & moribus adeò clarus, vt fuerit ex primis nostrę familiæ reformatoribus in Italia, edidit librum de initio status fratrũ, & sororũ ordinis de pœnitentia B. Dominici Patris nostri atque postea ad Ecclesiam Coronensem assumptus est circa annum millesimum quadringentesimum quartum.

Frat. Michael Plodius lib. 3.

Fr. Bartholomæus Mutinensis hæreticæ prauitatis Ferrarię Inquisitor, hæreticorumque acerrimus hostis, morum grauitate, prudentia, & doctrina conspicuus scripsit super regulam Beati Augustini, & plura alia opuscula Theologica, circa annum millesimum quadringentesimum decimum octauum.

Fr. Sixtus Senensis lib. 4.

Fr. Bartholomęus Paruus, scripsit commentaria super Lucam, quorum initium est, Oblatio iusti impinguat altare, &c.

Fr. Sixtus Senensis li. 4.

Fr. Bartholomæus Bononiensis diuinorum librorum cognitione instructus scripsit commentaria super Euãgelium Matthæi, & super Euangeliũ Lucæ, quæ incipiunt, Facies quatuor circulos, item in omnes epistolas canonicas postillam incipientem, Iosue sexto præcepit Dominus, &c.

Fra. Michael Poccianius Seruita in libro de scriptoribus Florentinis.

Frat. Michael Plodius li. 3. col. 15.

Fr. Bartholomæus Lapatius Golbertinus Florentinus, in secularibus disciplinis, atque in diuinis exactè eruditus, præco eximius Verbi Dei, hæreticorum acerrimus inuestigator, & censor, disputator vehementis energiæ, atque mirabilis efficacię, in congressibus à Patribus Sacrosancti Concilij Florentini tempore Eugenij Quarti, designatus ad concertationes disputationum, cum Doctoribus Græcis, & tantę expeditionis, ac eloquentię in Græca lingua ostentauit signa, vt ipsis Gręcis superior fuerit habitus. In illo grauissimo Patrum consessu Græcorum Patriarcham, & Episcopum Ephesinũ viros doctissimos efficacibus, ac euidẽtibus rationibus conuicit, & ad rectam fidem conuertit, adeò felici euentu, vt gaudium simul, & admirationem apud cunctos excitaret. Postea à Sede Apostolica legatus missus est ad Regna Hũgariæ, Bohemię, atquè Poloniæ. Scripsit strenuus, ac celebris magister volumina aliqua concionum, tam de sanctis, quam de tempore, ac de quadragesima commentaria, item super Psalmum quinquagesimum, & librum de glorificatione sensuum post resurrectionem: scripsit etiam tractatum de distinctione Spiritus sancti à filio, & de eius à filio processione, Cardinali Besarioni Græco dicatum, librum controuersię sanguinis Christi in cruce effusi, Pio secundo Pontifici consecratum, librum de gloria paradisi, tractatum item alium controuersiæ circa diuinissimum sanguinem Christi, atquè etiam librum scholasticum de Incarnatione. Claruit circa annum Domini millesimum quadringentesimũ trigesimum octauum.

Frat. Michael Plodius li. 3.

Fr. Bartholomæus Forliuiensis, in Theologia, & philosophia sufficienter instructus scripsit librum de septem artibus liberalibus, sub iusto compendio, & summam de casibus eruditam, circa annum millesimum quadringentesimum sexagsimum quartum.

Frat. Michael Plodius li. 3.

Antonius Possevin.

Fr. Bartholomæus Sybilla Monopolitanus Theologiæ studijs excultus Euangelistesque præclarus edidit speculum peregrinarum quæstionum, in quo de animabus, de cœlo, de purgatorio de inferno, de Angelis bonis, & malis, ac de multis alijs materijs agit, quod varijs, cum additionibus, Fr. Raphaelis Maffæi Veneti, anno

1582. excusum est Venetijs. Est opus in tres decades diuisum, dicatum Alphonso Calabrię Duci, postmodum Siciliæ Regi, & miror quod Posseuinus affirmet, quod viuebat iste author anno 1534. cum obierit, circa annũ 1486.

F. Bernardus Lucēburgin suo Catalogo. F. Leander Albertus lib. 4. fo. 148. & Frat. Michael Plodius li. 3.

Fr. Bartholomęus Ignotus cognomine scripsit librum eruditum de rerum proprietatibus, circa annum 1500.

Fr. Bartholomęus Mortarius eloquentia, & facundia in concionando præditus, in Theologia egregie eruditus, hæreticorumque censor indefessus scripsit aliqua opuscula orationesque elegantes miro lepore ornatas, insuper historiam de vita, & actibus B. Fr. Iacobi â Meuania, Fr. Iacobi Sextij, & aliorum sanctitate insignium nostræ familię virorum, circa annum 1510.

Frat. Michael Plodius li. 3.

Fr. Bartholomęus Spina Pisanus sacri palatij Magister maximo ingenio præditus, peracri iudicio, singulari memoria omne disciplinarum genus diligentissime excoluit. Ferrarię interfuit disceptationi Fr. Thomę Caietani, & Ioannis Pici Mirandulani, in quo nobilissimo, & frequentissimo congressu decoratus est Doctorali pileo â Fr. Ioachimo Turriano Veneto, nostrę familiæ Generali moderatore: scripsit volumen, quod prænotauit, Tutela veritatis, de animæ immortalitate contra Petrum Pomponatium, Mantuanum. Volumen alterum præscriptum Propugnaculum Aristotelis de immortalitate animæ, Flagellum in tres libros Apologiæ eiusdem Petri Mantuani eodem argumento. Quæstiones de ordinę sacro. Volumen item aliud, in quo extant quęstiones tres de Deo aduersus Caietanum, quęstiones quatuor de personalitate. De primis operibus Angelorum articuli quinque. Quæstio de formatione animæ intellectiuę. Tractatus de vniuersali corruptione generis humani. Tractatus de Conceptione B. Virginis. Quæstio de præsumptuoso appetitu Episcopatus. Quæstio de Simoniaca redemptione vexationis Ecclesię. Quęstio de forma baptismi. Quæstio de neutra intentione A baptizati. Quæstio de necessitate baptismi paruulorum. Quæstio de forma cõsecrationis sanguinis Christi. In quarto autem volumine extant tractatus de strigibus, alter de necessitate confessionis ante sacram communionem. Alius de coniugio, in gradibus diuino iure prohibitis. Tractatus de dispensatione coniugij cum vxore relicta fratris defuncti. Declaratio potestatis Ecclesiæ, super gradus prohibitos. Quædam dubia resoluta, in materia Simoniæ. Casus vnius vsurarij decisio, quando scilicet socius in se suscepit onus exa- B ctionis, & refusionis ex suo faciendæ camerę, ante terminum salarium exigens ad ratam refusionis factæ, ex pacto â socijs in termino. Casus matrimonialis decisio, quando contrahens cum eo qui infectus est Gallico morbo, contra voluntatem propalatam, vel etiam non propalatam est à tali matrimonio soluta. Quæstio de præstantia Alexandri super Salomone in potestate, & affluentia diuitiarum. Edidit etiam commentaria super librum Perihermenias, super libros Posteriorum, & C super libros Physicorum, & de anima. Scripsit etiam defensiones, in Metaphysicam, contra Scotistas, quæ communiter sunt coniunctæ Metaphysicæ D. Thomæ. Claruit circa annum millesimum quingentesimum decimum octauum.

Fra. Michael Piodius lib. 3.

Fr. Bartholomęus Mauzolus Bononiensis Philosophiæ, Theologiæ, iuris Pontificij, & Cæsarei cognitione præstãs scripsit librum de formalitatibus secundum D. Thomam, alium de Definitio- D nibus, & aliqua opuscula Theologica, circa annum millesimum quingentesimum decimum octauum.

Fr. Antonius Lusitanus.

Fr. Bartholomęus Fremus Placentinus hereticæ prauitatis Inquisitor eruditione, ac moribus clarus scripsit summam de casibus conscientiæ inscriptam, summa aurea Armilla (in qua casus ad animarum salutem attinentes breuiter, & dilucide complectitur) sępius editam Lugduni Antuerpiæ, ac Venetijs. Claruit circa annum millesi-

mum

mum quingentesimum quadragesimu quintum.

Fr. Antonius Lusitanus.

F. Bartholomeus Angeli, qui aliquot annis sacrę Theologię prælector, in Regio studio Neapolitano Cœnobij S. Dominici edidit librum de Rosario B. Virginis idiomate Italico. Alium de consolatione pœnitentium, quo agit de indulgentijs, de oratione, de confessione & alijs, alium inscriptum Documentum bene moriendi. Præterea scripsit Thesaurum Mendicantium, quo agit de ortu Mendicantium, eorum authoribus, ac dignitate. Confessionale etiam per dialogi modum inter Episcopū, & examinandum. Claruit circa annum millesimum quingentesimum septuagesimū septimum.

F. Anton. Posseuin'

Fr. Benedictus Episcopus Cumanus scripsit librum quæstionum Theologicarum, circa annum millesimum ducentesimum sexagesimum secundum.

Frat. Michael Plodius appēdice.

Fr. Benedictus Tamacedus Perusinus Theologica disciplina egregie instructus, scripsit aduersus errores Fratricellorum de paupertate Christi commentaria, item in quatuor libros sententiarum, & volumen concionum, aliud etiā solemnium collationum, circa annum millesimum ducentesimum sexagesimū secundum.

Fr. Antonius Lusitanus.

Fr. Benedictus de Vrbe veteri fructuosus verbi Dei declamator, atque eruditus Theologus scripsit volumen cōcionum, tam de tempore quam de sanctis circa annum millesimum ducentesimum sexagesimum secundum.

¶ Benedictus vndecimus Summus Pontifex è nostra familia assumptus, quæ scripserit, Vide infra verbo Fr. Nicolaus de Taruisio.

Fr. Ambrosius Taegius. l. p.

Fr. Benedictus Comensis scripsit doctissimum librum concordiæ locorum aliquot S. Thomæ, qui videbantur aliquatenus disconuenire, circa annum millesimum trecentesimum decimum octauum.

F. Antoni' Lusitanus.

F. Benedictus Veronensis scripsit volumen sermonū de tempore, & de sanctis. Aliud super Orationem Dominicam, conciones super symbolum Apostolorum, & super Decalogum, circa annum 1420.

A

Frat. Michael Plodius li. 3.

F. Benedictus Soncinas, qui per plures annos sacræ Theologiæ prælectionibus studiose incubuit, scripsit volumen, in quo præcipuas Aristotelis sententias dilucide congessit, circa annum 1493.

Frat. Michael Plociantius.

Fr. Benedictus de Paulo Florentinus scripsit opusculum præscriptum fons vitæ, & Chronicam nostri ordinis, tractatum item suæ conuersionis, & aliqua in laudem Fr. Hieronymi Sauaranolæ, circa annum 1500.

B

F. Antonius Lusitanus.

Fr. Benedictus Morcbettus à Monte Regali scripsit eloquenter librum orationum eruditarum, quas ipse declamauerat, circa annum 1564.

Fr. Albertus Venet'

Fr. Bernardus è prouincia Lombardię scripsit super quatuor libros sententiarum, circa annum 1292.

Fr. Leander Albertus lib. 4. fol. 152.

Fr. Bernardus è Castro Sancti Vincentij, in euoluendis antiquorum annalibus strenue versatus, in Philosophia naturali, & morali eruditus scripsit Chronicam ordinis nostri, ab eius exordio vsque ad annum 1304. contexuit etiam Annales Summorum Pontificum, & Imperatorum, vsque ad Ioannem 22. librum etiam de Synodis Generalibus à primo Concilio, vsque ad sua tempora. Vitam Fr. Aldobrandini Caualcantis Florentini, & aliam Fr. Angeli Acciaioli pręsulis Florentini. Claruit circa annum 1305.

C

Fr. Antonius Lusitanus.

Fr. Bernardus Comensis, siue Nouocomensis hæreticę prauitatis Inquisitor scripsit librum eruditione refertum inscriptum, Lucernā Inquisitorum, circa annum millesimum quingentesimū sexagesimum sextum.

Frat. Michael Plodius li. 2.

Fr. Bernardinus è Busco Mediolanēsis edidit librum concionum prænotatum, Rosarium sermonum Prędicabilium, dicatum D. D. Bernardino Caruajal Cardinali, circa annum millesimum quadringentesimum nonagesimum octauum.

Fr. Michael Plodius li. 1.

Fr. Bertrandus à Trilia, in concertationibus scholasticis assidue versatus scripsit super quatuor libros sententiarum, circa annum 1296.

F. Leander Albertus, lib. 4. fol. 139.

F. Bombologninus, è Gabiano Bononiensis scripsit commentaria super libros Sententiarum satis erudita, circa annum 1320.

Fr. Gregor. Lombardellus Senensis libro de viris sanctorum Senensium ordinis Prædicatorũ.

F. Bonauentura Ptolomey Senensis nobilissimo sanguine ortus, sed maiori sanctitatis stemmate nobilitatus, cuius vitam admirandam in tertia centuria Ordinis, lib. 1. cap. 14. &c. per decem capita complexi sumus, scripsit sanctus, ac eruditus vir tractatum de contemptu, ac vanitate mundi, alium de grauitate peccati, & de damnis, quæ recidiua peccata ingerunt animæ, tractatum de sui ipsius cognitione, alium de virtute castitatis, historiam vitæ, ac miraculorum B. F. Ambrosij Senensis, volumen concionum quadragesimalium, aliud Dominicalium totius anni, tertium de sanctis, librum item spiritualium collationum. Transijt ad meliorem vitam anno Domini 1343.

Frat. Michael Pledius li. 3.

F. Bonifacius Cremonensis inter cunctos, sui temporis celebris, ac fructuosus Ecclesiastes scripsit volumen concionũ de tempore, ac de sanctis, circa annum 1350.

F. Ambrosius Gozzeus.

F. Bon Ioannes de Mesthana in sacræ paginæ lectione versatus, scripsit librũ quadripartitum per modum figurarum moralium.

Fr. Antonius Lusitanus.

F. Bourromeus Basacomatrius, scripsit librum eruditum de Philosophis, ac Philosophia circa annum 1314.

SICVLI.

F. Ambrosius Gozzeus.

FRATER Bornasius ob morũ honestatem eruditionisque splendorem venerandus, scripsit librũ de vita B. Dominici Patris nostri ex omnibus, quę testes adiurati de illius sanctitatis notitia, & cognitione testificati sunt cum sanctorum Catalogo fuit annumeratus, in quo plura notabiliora cõtinentur, quam in alijs Chronicis, quæ communiter de vita B. Patris nostri tractant. Claruit circa annum millesimum trecentesimum quadragesimum quartum.

A

GALLI.

Antonius Possevin.

FRATER Bartholomæus de Riparia Tolosanus Episcopus Bayonensis, scripsit super quatuor libros Sententiarum.

F. Ambrosius Tægius 1. p.

F. Benedictus Nonocomẽsis Parisiensis Doctor ingenij pręstantia, & doctrina clarus, scripsit infatigabili studio, summaque cõtentione laboriosissimũ opus, in quo dicta D. Thomę, quæ dissona esse videbantur ad concordiam reuocare conatus est circa annum 1318.

B

Frat. Michael Pledius li. 1.

F Bernardus de Prouença discipulus S. Thomę, tam scholasticę, quam diuinæ scientię cognitione clarus, scripsit commentaria in aliquot sacræ Scripturę libros, tractatus item duos, alterum de cognitione animę separatę, alterum de cognitione animę coniunctę. Obijt anno millesimo ducentesimo septuagesimo secundo.

Antonius Possevin.

F. Bernardus à Trillia diœcesis Nemausensis prope Auinionem Prouincię Prouinciæ Hispane de la Proença, moderator strenuus, scripsit commentaria in Cãtica canticorum, in librum Sapientiæ, in Ecclesiasten, in Psalterium, in Ioã nem, vsque ad vndecimũ caput, in Apocalypsim, quęstiones de differentia esse, & essentię, de anima de potẽtia Dei de spiritualibus creaturis, quodlibeta aliquot, quęstiones super totam astrologiã de cognitione animę separatę. Claruit circa annum millesimum ducentesimum nonagesimum secundum.

C

Fr. Antonius Lusitanus.

F. Bernardus de Francouen, scripsit volumen cõcionum de tempore, ac de sanctis, circa annum millesimum ducentesimum nonagesimum secundum.

D

F. Ambrosius Tægius 1. p.

F. Bernardus Claremontanus Metaphysicæ, ac Theologię studijs nobilissime excultus strenuusque Doctoris Angelici D. Thomę doctrinę propugnator scripsit pro defensione D. Thomæ aduersus Henricum de Gandauo Gottifredum de Fontibus, alterumque librũ contra Iacobũ Viterbiensem, commẽtaria quoque super quatuor libros Sentẽtiarum, circa annum millesimũ ducentesimum nonagesimum secundum.

Frat.

Fr. Antonius Lusitanus.

Fr. Bernardus Arnoldi Tolosanus, in sacris literis valde eruditus scripsit cōmentaria, super Apocalypsim, & super Psalmos Pœnitentiales, circa annum millesimum ducentesimum nonagesimum sextum.

Frat. Michael Plodius li. 2.

Fr. Bernardus Guidonis Lemouicensis hæreticæ prauitatis Inquisitor Tolosanus, deinde Episcopus Laudonensis scripsit speculum sanctorum, in duos libros distinctum. Libros item duos de Chronica Pontificum, & Cæsarum. Alios etiam duos de gestis Regum Francorū & Chronicam Fratrum Prædicatorum, circa annum millesimum trecentesimum.

Tritheni.

Fr. Bernardus Parentinus patria Orthesiensis, in Vasconia prouinciæ Tolosanæ, Theologus eruditus, & celebris ecclesiastes scripsit librum pignotatū, Liber missę, in quo sacri Canones, & totius Missæ capita iuxta doctrinam D. Thomæ enodantur: edidit etiam volumen concionum. Claruit circa annum millesimum quadringentesimum quadragesimum.

GERMANI.

Fr. Antonius Lusitanus.

FRATER Balthasar Vuerlinus Colmariensis (quæ ciuitas est prope Argentoratum) vir doctus scripsit Appendicem Secundum ad Trithemium de scriptoribus Ecclesiasticis, quo authores aliquos, ab eodem prętermissos, & alios qui post eiusdem tēpora emerserunt complectitur, & recēset, circa annum 1546.

Frat. Michael Plodius li. 1.

Fr. Bartholomęus à Bolsenech sacri palatij Magister Philosophiæ, ac Theologiæ eruditione conspicuus scripsit super quatuor libros sententiarum, volumen item aliud de plurimis Theologicis quęstionibus, quod inscribitur, De viro completo, circa annum 1312.

Fr. Leander Albertus li. de viris illust. ord. Prædicatorum.

Fr. Bascalcus Erfordiensis vir pius, & doctus scripsit librum deuotum, & eruditum ad Virgines Deo dicatas, circa annum 1420.

Frat. Michael Plodius li. 1.

Fr. Bernardus à Lucemburg de literis, ac religione optime meritus scripsit. Cathalogum hæreticorum omnium vsque ad annum 1530. Librum de B. Ioseph laudibus, alium de Purgatorio anno 1530.

F. Antonius Lusitanus.

Trithemi.

Fr. Bertramus Episcopus Thefelicensis Meteusis Episcopi suffraganeus, concionator egregius scripsit super quatuor libros sententiarum volumen concionum de tempore, ac de Sanctis. Librū de schismate, tractatum item de illusionibus dæmonum. Obijt anno 1387. tertio decimo Kalendas Februarij Confluentiæ, ibique sepelitur.

Frat. Michael Plodius li. 2.

Fr. Bertholdus à Maisberch Theologiæ, ac Philosophiæ studijs valde exercitatus scripsit summam Theologiæ, & commentaria in Philosophiam Platonis, item in librum elementorum Procli, in librum de polo Iridis, atque expositionem in tres libros Meteororum, & plura in Astronomiam, circa annum 1355.

Fr. Ambrosius Taegius.

Fr. Brocardus Argentinensis vir eruditus edidit librum, de descriptione terrę Sanctæ, circa annum 1260.

BELGÆ.

F. Antonius Lusitanus

FRATER Balthasar Brabantinus Antuerpiensis cœnobij alumnus multa (vt tantum non suspendium) passus ab hæreticis, è quorū manibus diuina ope fuit ereptus, dum illi indubitatam fere mortem haberent paratam vir in declamandis concionibus magno spiritus feruore præditus, facundus, doctus, hæreticorum hostis acerrimus, aduersus quos scripsit aliquot tractatus, edidit etiam homilias de filio prodigo, circa annum millesimum quingentesimum septuagesimum septimum.

DACI.

Frat. Michael Plodius li. 2.

FRATER Boetius è Prouincia Dacię Theologiæ studijs excultus scripsit librum de ęternitate mundi, & in libros Aristotelis de sensu, & sensato de morte, & vita de Somno, & vigilia, circa annū millesimū trecentesimū quadragesimum quintum.

ALLOBROGI.

Fr. Antonius Possevinus.

FRATER N. Bernensis Vir doctus pariter & pius, collegit gratissimam Antiphonam, Regina Cœli, & illam, Quam pulchra es, ex diuersis partibus antiphonarũ reponsoriorum, hymnorum, retinentibus tamen proprium sensum, cum proprijs melodijs, quæ finit, Tuum precare filium pro tuo cætu pauperum, circa annum millesimum trecẽtesimum decimum quartum.

F. Ambrosius Gozzeus.

Fr Bouer Bernensis Philosophus, ac Theologus excellens scripsit erudita commentaria super logicam Aristotelis anno millesimo trecentesimo quinquagesimo.

POLONI.

Fr. Abraham Bzouius c. 12.

FRATER Bartholomæus Presmiliensis cõcionator egregius scripsit volumen concionum totius anni, quas coram Sigismundo tertio Rege Poloniæ, in Cathedrali Cracouiensi prædicauit; scripsit etiam postillam super Euangelia, & librum de confraternitate nominis Dei. Viuit adhuc.

Frat. Michael Plodius li. 3. col. 10.

Fr Benedictus Sentinus Cameracensis scripsit super quatuor libros sententiarum, & commentaria in logicam Aristotelis, circa annum millesimum quadringentesimum vigesimum.

DALMATÆ.

F. Ambrosius Gozzeus.

FRATER Bernardus Ghetaldus Ragusinus genere, & moribus nobilissimus scripsit historiam illustrium virorum congregationis nostræ Ragusinæ, circa annum millesimum quadringentesimum septuagesimum.

Fr. Seraphinus Razzi.

Fr Blasius Ragusinus Episcopus Tribunensis scripsit duo volumina concionum de tempore, ac de sanctis, circa annum millesimum quadringentesimũ octuagesimum.

C

HISPANI.

Fr. Franciscus Diagus lib. 1. cap. 35 & li. 2. c. 40.

FRATER Christophorus Galuez Euangelistes præclarus scholasticæ disciplinæ, ac in sacræ paginæ cognitione egregie versatus anno millesimo quadringentesimo octuagesimo secundo, cum Fr. Ioanne de Orts Valentiæ hęreticæ prauitatis Inquisitor (cum antea in Regno Aragonię Generalis sancti officij Inquisitor extitisset) scripsit volumina quatuor quadragesimalium concionum, quatuor item concionum de sanctis. Scripsit etiam quadraginta materias ad fructuose prędicandum conciones Dominicales per annum, & alia plura, circa annum millesimum quadringentesimum octuagesimum secundum.

Frat. Michael Plodius li. 4. col. 390.

Fr. Cosmas Morellas Conuentus Sãcti Onophrij prope Valentiam filius, ingenio promptus iudicio acris, memoria tenax, hęreticorum nostrę ętatis hostis acerrimus, ac indefessus malleator, Regens in Coloniensi studio, atque in publica Academia Theologiæ Cathedræ præfectus edidit plures tractatus, per modum controuersiarum aduersus Caluinistas, & Lutheranos, inter alios de valore operum nostrorum, vnum circa disputationem celebrem, quam Francafurti, aduersus Caluinistas habuerat. Viuit adhuc maximo Religionis Catholicę augmento, hæreticæ prauitatis Inquisitor institutus à Paulo quinto diœcesum Coloniensis Maguntinæ, & Treuerensis. De ipso loquens Capitulũ Generale Parisiense anno millesimo sexcentesimo vndecimo, in Prouincia Aragoniæ, pag. 47. sic ait. Ob multa, & singularia beneficia, quæ Magister Frat. Chosinas Morellas, in partibus Germanię Ordini pręstitit, variosque labores, quos disputando, & scribendo, in Catholicæ Religionis propugnationem hę-

Capitulũ Generale Parisiense. 1611.

resisque extirpationem pertulit, & in dies perfert supplemus, ex speciali gratia, & indulto quemcumque defectum qui circa magisterium quocumque modo acciderit, &c. Atque operibus D. Thomæ, Romæ impressis addidit Tomum decimum tertium, in Antuerpia apud Ioannem Krasbergium.

Eisingrenius.

Fr. Cyprianus Venerus Aragonensis vir doctus, in Theologia scholastica, & morali scripsit de prima orbis sede, de Concilio, de Ecclesiastica potestate, de Pontificis maximi authoritate, circa annum millesimum quadringentesimum nonagesimum octauum.

I T A L I.

Frat. Michael Plodius li. 4.

FRATER Camillus Campegius Papiensis Inquisitor dominij Ferrariensis, eruditione omnigena clarus composuit adnotationum volumen super tractatum Zanchini Vgolini Ariminensis de hæreticis, circa annum millesimum quingentesimum vigesimum.

Frat. Michael Plodius li. 4.

Fr. Camillus Baglianus Mediolanensis eruditione præclarus scripsit librum orationum Latinarum, & aliqua, in modum concionum de sacra sindone, in qua inuolutum fuit corpus Saluatoris, quæ Turini seruatur. Viuit adhuc Inquisitor Turinensis postquam Pedemontij Prouinciæ moderator extitit.

Historia Ordinis Prædicatorum 1. p. lib. 1. cap. 31. &c.

Fr. Antonius Lusitanus.

Sancta Catherina Virgo Senensis Soror tertij habitus de pœnitentia B. Dominici Patris nostri (cuius vitam admirandam scripsit B. Fr. Raimundus Capuanus eiusdem confessarius, vir doctrina, & sanctitate insignis nostræ Prædicatoriæ familiæ generalis moderator) scripsit dialogos, in sex tractatus distributos, ijsque ex Italica in Latinã linguam conuersi diuinam plane, & admirabilem sapientiam ad spiritualis vitæ institutionem complectentes, Adiectæ sub finem orationes eiusdem sanctissimę Virginis, in editione Ingolstadij anno millesimo quingẽtesimo octuagesimo tertio, & in alijs. Scripsit etiam trecentas sexaginta, & quatuor Epistolas (quæ magna ex parte in vnum grande volumen congestæ idiomate Hispano, atque etiam Latino sunt traductæ) pietate, ac doctrina refertas, de argumentis varijs ad Summum Pontificem, Cardinales, Reges, aliosque Principes, & ad cuiusuis status personas. Hæc Beata Virgo literis, ad Gregorium vndecimum missis, & tandem peregrinatione ad hoc suscepta effecit, vt ex Auinione, vbi per septuaginta, aut circiter annos Pontificalis curia sederat, Romam rediret. Ad vitam ęternam translata est anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo, tertio Kalendas Maij ætatis suæ 33. & in Cœnobio Romano Mineruæ sepulta, & anno millesimo quadringentesimo sexagesimo primo sancta rum Virginum Catalogo ascripta à Pio secundo.

Frat. Michael Pocciantius.

Fr. Cherubinus Florentinus vir eruditus, & promouendę salutis animarum auidus scripsit idiomate Italico librum præscriptum, Confessionale, in quo formam me confitendi, & interrogandi tradidit, circa annum 1530.

Fr. Antonius Lusitanus.

Fr. Chrysostomus Iauellus Canapitius vir incomparabili penè ingenij fœlicitate, in Aristotelis, ac D. Thomę disciplinarum cognitione pręclare versatus scripsit erudita commentaria super P. Partem eiusdem Angelici Doctoris, & super octo libros Physicorum Aristotelis, quæstiones etiam super eosdem libros. Commentaria super libros de generatione, & corruptione, super libros Priorum, super duodecim libros Metaphysicæ, quæstiones etiã super eosdem, super decem libros Ethicorum, super octo libros Politicorũ, super Platonis Politica, insuper scripsit Philosophiã Christianam, in octo distinctam libros, septem etiam libros de œconomia Christiana, Philosophiamque moralem circa annum Domini 1530.

Fra. Michael Piodius lib. 1.

Fr. Clarus probatę vitæ ac doctrinæ vir Romanæ præpositus Prædicatoriæ Prouinciæ, ac Pontificis summi pœnitentiarius scripsit aliquot spirituales tractatus ad posteritatem iuuandam, circa annum 1230.

Antonius Possevin. Fr. Claudius Spineus scripsit Epitomē,in quatuor libros sententiarum anno 1551. quod eodem anno Parisijs, apud Ioannem Foucherium editum est.

Frat. Michael Plodius li.1. Fr. Conradus de Esculo, in Philosophia, ac Theologia eruditus scripsit super libros Physicorum Aristotelis, & super libros Meteororum circa annum 1314.

Frat. Michael Plodius li.3. Fr. Conradus Astensis,vir grauitate morum, scholasticæque disciplinæ eruditione conspicuus,qui nostræ familiæ magister generalis extitit scripsit aliqua volumina de quæstionibus Theologicis,& de alijs argumentis circa annum millesimum quadringentesimum sexagesimum quartum.

Antonius Possevin. Fr. Constantinus Vrbeuetanus Episcopus Religione atque eruditione clarus scripsit vitam B. P. Dominici Fratri Ioanni Teutonico Ordinis nostri Generali dicatam,& officium eiusdem Sanctissimi Patris, quo hodie vtimur, circa annum millesimum ducentesimum quadragesimum octauum.

Fr. Ambrosius Gozzeus. Fr. Constantius de Asculi Marchianus scripsit librum diuersarum quæstionum Theologicarum, circa annum 1348.

Frat. Michael Plodius li.3. Fr. Constantinus Fabriensis scripsit vitam B. Fr. Conradini, & aliorum Beatorum nostri ordinis. Obijt sancte anno 1481.

Frat. Michael Plodius li.4. Fr. Cyprianus Vberti Tureanus Pedemontanus validus atque infractus hæreticorum aduersarius, per quadraginta duos annos Inquisitoris munere fungens,scripsit Italice librum de cruce,alium item de cruce,in quo egit de origine, regulis, capitulis indulgentijsque crucis,vel cruce signatorum,alium de Rosario B. Virginis, volumen concionum de tempore,ac de sanctis, ac librum de illustrioribus Inquisitoribus Ordinis:obijt anno 1607. mense Octobris.

Fr. Ambrosius Gozzeus. Fr. Cyprianus à Luca concionator egregius scripsit lingua materna librum de confessione circa annum millesimum sexcentesimum decimum.

A

GALLI.

FRATER Carolus Rosellius ex Congregatione Gallicana scripsit idiomate materno librum prænotatum,mirabilia crucis,aliumque de Rosario B. Virginis. Viuit adhuc.

Antonius Possevin. Fr. Claudius à Rota Lugdunensis cœnobij alumnus, vir apprime doctus scripsit librum præscriptum, opus aureum vbi diuersas materias morales tractat,alium item de historia Sanctorum,& Sanctarum insignium circa annum 1519.

B

GERMANI.

Fr. Leander Albertus lib.4. fol.151. FRATER Conradus Teutoniæ Prouinciæ præpositus,obseruantia regulari, & doctrina clarus scripsit librum de vita,obitu,& miraculis B. Dominici Patris nostri cæteris locupletiorem, circa annum 1290.

C

Tritbemius, & Fr. Sixtus Senēsis li.4. Fr. Conradus Halberstatensis, siue Alberstadius publicus Theologiæ professor, & in diuinis scripturis vsque adeò detritus, vt vniuersum nouum,ac vetus testamentum memoria teneret, composuit ad imitationem Fr. Hugonis Cardinalis consimili labore concordantias Bibliorum,in quibus, & dictiones declinabiles,quod prius fecerat Hugo,atque omnes indeclinabiles orationis partes iuxta Alphabeti seriem adiecit,signatis non solum libris,ac librorum capitibus, sed capitulorum quoque lineis, in quibus quæcumque quæsita vox facile inueniri posset. Scripsit etiam in Iob commentaria, quæ incipiunt, Vsque in tempus sustinui, & Glossas in librum Iosue, ad Carolum Imperatorem. Item de Regno Romanorum. De Beatitudine de visione beatifica, de consolatione mæstorum. Quadripartitum morale, De senectute,de bono mortis,de Virginitate, de triuio, de paupertate,de muliere bona, de muliere mala,de viduitate,præterea summam studentium in tres libros

libros diuisam, & volumen concionum de tempore, ac de sanctis. Claruit anno 1290.

F. Leander Albertus. Fr. Conradus composuit sermones ad populum sub nomine peregrini circa annum 1290.

Fr. Antonius Lusitanus. Fr. Conradus alter composuit summam tripartitam moralem per Alphabetum circa annum millesimum ducentesimum nonagesimum quintum.

Frat. Michael Plodius li. 1. Fr. Conradus Rufus Esterlogensis, in Scholastica, & Sacra Theologia, nec non in patrum lectione apprime eruditus, redegit in compendium D. Thomę expositionem in Euangelia, scripsitque homilias in illud, Stabat iuxta crucem Iesu, & in illud, Extollens vocem quædam mulier de turba. Claruit anno 1319. licèt Posseuinus, post ducentos annos sequentes eum vixisse asserat.

Antonius Posseuin. Fr. Conradus Koellinus patria Vlmensis, vir eruditione eximia prędítus, potissimum in Scholasticis disciplinis, hæreticę prauitatis Inquisitor in Colonia, ac Prior Coloniensis insignis cœnobij scripsit librum contra Lutherũ prænotatum, Euersio Lutherani Epithalamij, aduersusque alios eiusdem tractatus, qui vel gentilibus essent abominabiles Paradoxam eruditam, opus in quatuor libros diuisum. Scripsit etiam quodlibeta viginti septem, per modum dialogi. Scripsit item accurata, & docta commentaria, super Primam secundę Sancti Thomæ, sed & in Primam, & in Tertiam Partem scripsit, licet non ediderit. Obijt doctissimus magister annō 1536.

POLONI.

F. Abrah. Bzouius cap. 12. FRATER Camillus Samboriẽsis cōcionibus clarissimus in scholasticaq; disciplina maxime versatus scripsit commentaria doctissima super D. Thomam, & super Aristotelem. Obijt magno nostræ familię mœrore anno 1605. ætatis suę triginta cũ iam Cracouiensis generalis studij Regens esset.

A

Antonius Posseuin. Fr. Cornelius Snekis cœnobij Rostochiẽsis Prior in Ducatu Megalopolitano Ecclesiastes facundus, eruditus, feruidus, omniumque disciplinarũ cognitione conspicuus scripsit aduersus Sebastianum Polonum Lutherani dogmatis propugnatorem. Item de Rosario B. Marię Virginis; conciones quoque Synodales, quas in diuersis Ecclesijs Cathedralibus habuit: item sermones aliquot in receptione nouitiorum ad ordinem. Obijt Leouardiæ circa annum 1537.

B

DALMATÆ.

Fr. Sixtus Senensis lib. 4. FRATER Clemens Araneus Ragusinus Theologiæ, ac Scripturæ Sacrę studijs egregie excultus scripsit commentaria in epistolam ad Romanos, perstringens Lutherana dogmata, & docte satis impugnans, ac refellens. Scripsit volumen grande concionum à Dominica 1. Aduentus vsq; ad Pascha; edidit etiam librum præscriptũ. Quodlibetũ declamatorium circa annum millesimum quingentesimũ quadragesimum.

C

D

HISPANI.

D

F. Antonius Lusitanus. Frat. Michael Plodius li. 1. F. Vincentius Beluacensis speculo historiali li. 30 F. Antoninus 3. P. tit. 19. ca. 1. &c. SANCTISSIMVS Pater Dominicus Ordinis Prædicatorum, dux, ac parens ex nobilissima Guzmanorum familia, vir spiritu Dei plenus Theologiæ, ac Scripturæ Sacræ studijs excultus in Palentina Academia Doctoratus, ac Magisterij Laurea est insignitus, in concionandi munere post Apostolos vix vlli secundus, quatuordecim fere annorum spacio Europæ Regiones, ac Regna Hispaniarum Galliarum, & Italiæ, verbo Dei replens plusquam centum millia Albigẽsium hæreticorum ad veram, & Catholicam fidem adduxit, à Beatissima Vir

gine Rosarij pium cultum, & habitum nostri ordinis accepit. Semel quadraginta mortuos ad vitam iuxta Tolosam reuocauit, contra Albigensium hęresim Catholicam Religionem propugnans, & disputans duos libellos scripsit, qui ter ab hæreticis in ignem comiecti, nunquam, vel leuiter læsi sunt, cum autem Sacri Palatij primus ab Honorio Tertio Pontifice Magister creatus Scripturam Sacram Romæ interpretaretur, scripsit Paraphrasim, siue Postillam in epistolas D. Pauli. Bononiæ autem in Epistolas Canonicas atque Psalterium, & in Euangelium Matthęi, ac separatim, in illa verba Matthæi 8. Abeunte Iesu in nauiculam scripsit. Obijt vir Sanctissimus semper viuens in cœlis, & adhuc in sua familia Prædicatoria in vniuerso orbe anno 1221. octauo Idus Augusti Bononiæ, vbi eius Sacrum corpus in Mausoleo marmoreo ex politioribus magnificisque totius Italiæ fabricis requiescit.

Hist. Prouinciæ Lusitaniæ.

Fr. Damianus Diaz Lusitanus, D. Vincentij conciones de tempore, ac de sanctis recognouit, & notis illustrauit Antuerpię anno millesimo quingentesimo septuagesimo.

Fr. Damianus à Fonseca Lusitanns licèt cœnobij Valentini alumnus, eruditione conspicuus scripsit librum Italico idiomate, quem post modum trãstulit in Hispanicum de iusta Maurorũ expulsione ab Hispania, & de rationibus solidioribus, ac efficacibus, quibus Catholicus Rex noster Philippus Tertius à Regnis Hispaniarum eos eiecit. Viuit adhuc.

Fr. Damianus Aluarez patria Methymnensis à Riuo sicco, atque in Cõuentu Sancti Petri Martyris eiusdem villæ ordini nostro adiunctus germanus Reuerendissimi Archiepiscopi Tranensis Fr. Didaci Aluarez, qui & alium habuerunt germanum natu minorem in Sacra Theologia pręsentatum, egregium etiam concionatorem eiusdem cœnobij alumnum, scripsit volumen concionum de Aduentu, & Natali Domini idiomate Hispano. Viuit adhuc.

Fr. Sixtus Senēsis li. 4.

Fr. Didacus Deça patria Taurensis & cœnobij Taurensis filius nobilis genere, sed nobilior moribus, ac disciplinarum Theologicarum exacta cognitione illustrissimus, Primariam Theologiæ Cathedram in vniuersitate Salmantina anno 1477. decimo septimo Kalendas Ianuarij, cum esset pręsentatus in Theologia prò Petro Oxomẽsi substituit, quo mortuo Albæ libris, codicibus Cathedraquè in media Academia igne combustis, ipso abiurante errores, quos docuerat anno 1480. quarto decimo Kalendas Maij Magister Fr. Didacus Deça Cathedram Primariam in proprietate obtinuit (vt ex actis in vniuersitate constat) quam aliquot annis moderatus est, deinde in magistrum, ac præceptorem serenissimi Principis D. D. Ioannis Catholicorum Regum primogeniti electus deinde successiue Zamorensis Episcopus factus Salmantinus, Giennensis, & Palentinus, demum Archiepiscopus Hispalensis, ac electus Toletanus euasit. Fundauit Collegium, & Academiam Hispalensem Sancti Thomæ, in qua vrbe per viginti annos Archipręsulis munus sanctè, & accurate obiuit. Cum esset Episcopus Giennẽsis supremus hæreticę prauitatis in Hispaniarũ Regnis inquisitor est factus, quod pręclarũ munus per vndecim annos diligenter & valide exercuit, & anno 1507. eo se libenter abdicauit. In hoc tamen tantus vir fuit reprehensus, quod propter eius ignauiam, ad clericos sęculares munus sanctæ Inquisitionis deuenit cũ in nostra familia etiam in Hispanijs, ab eius exordio mansisset. Renunciauit enim præclaro muneri à parentibus nostris successiua possessione habito, & datum est in Castella, & Legione Cardinali Toletano Fr. Francisco Ximenez, in Aragoniæ verò regnis Fr. Ioanni Engruna Regis Catholici confessario è nostra familia Episcopo Illerdensi. Scripsit Sapientissimus Magister, pro Sancto Thoma, aduersus Magistros

Sebastianus Olmedo in vita generalis F. Vincentii Vandelli.

Nico-

Nicolaum, & Matthiam super additiones Pauli Burgensis volumen eruditum, quo vniuersas sententias D. Thomæ complectitur, quas ijdem ex eiusdem expositionibus in varios Scripturæ libros collegerant: scripsit etiã Monotessaron Euangelicum commentarijs Euangelia illustrans, volumen itẽ concionum de tempore, & de Sanctis, expositionem in orationem Dominicam, quin & in libros sententiarum volumina ea scribendi ratione, qua visus est Fr. Ioannes Capreolus D. Thomæ doctrinam egregie tuendo. Hæc vero Hispali prodierunt in lucem. Denique cum defuncto Gullielmo Eroy Præsule Toletano, eiusdem Primatiæ sedis Archiepiscopus esset electus, & confirmatus, in itinere constitutus cessit è vita anno millesimo quingentesimo vigesimo tertio, quinto Idus Iunij.

Historia Prouinciæ Lusitaniæ

F. Didacus Lemios è Prouincia Lusitaniæ alumnus religiosissimi cœnobij Benficæ iuxta Olisiponem feruidus, verbi Dei concionator edidit librum idiomate lusitano de vita B. P. Dominici, anno millesimo quingentesimo vigesimo quarto.

F. Antoni⁹ Lusitanus

F. Didacus Astudillus insignis, accelebris Vallisoletani cœnobij S. Pauli filius, philosophus, ac Theologus excellens, de quo M. F. Franciscus à Victoria Theologorum princeps sui temporis in Hispania frequentius dicebat, F. Didacus Astudillus fortior me est: scripsit cõmentaria super octo libros Physicorũ Aristotelis, super libros de generatione & corruptione, librum etiam de modo intelligendi sacram Scripturam, commentaria item super Euangelium Matthæi super Epistolas D. Pauli ad Romanos, & ad Hebræos circa annum millesimum quingentesimum trigesimum.

F. Antoni⁹ Lusitanus

F. Didacus à Victoria patria Victoriensis conuentus S. Pauli Burgensis insignium virorum seminarij alumnus germanus frater magni Fr. Francisci à Victoria, de quo nuper meminimus, & infra latius mentionem faciemus, in scholasticis, ac diuinis disciplinis strenue versatus & in concionandi munere adeo fœcũdus, efficax, & vtilis, vt inter primarios sui æui concionatores facile omnium Princeps agnitus, & habitus fuerit, Caroli quinti Augusti à sacris cõcionibus extitit. Cõfraternitatem nominis Dei aduersus iuramentorum perniciosum abusum instituit, scripsit volumen vnum sermonum de tempore, & de sanctis ediditque regulam, & ordinationes confraternitatis nominis Dei, & tractatum paruulum, quibus conditionibus constare debet iuramentum, vt sit licitum. Obijt sancte circa annum 1540.

Antoni⁹ Possevin⁹

F. Didacus Ximenez conuentus Salmantini filius, edidit Kalendarium perpetuum triginta & sex tabulis cõstans, anno millesimo quingentesimo sexcentesimo.

Frat. Michael Plodius li. 4.

F. Didacus Ximenez Arias, patria Alcantarensis, ex Prouincia Extremæ orę feraci, ac nobili inter reliquas Hispaniarum, in diuinis literis, & ecclesiasticis historijs admodum versatus, atque egregius concionator, scripsit lexicon ecclesiasticum, atque idiomate Hispanico librum de B. Maria Magdalena, scripsit item eleganter super Psalmum Miserere mei Deus, &c. Edidit etiam librum inscriptum Enchiridion doctrinæ Christianæ, in quo orationem Dominicam explanat. Claruit circa annum millesimum quingentesimum septuagesimum.

Frat. Michael Plodius li. 4.

F. Didacus Horozquius Segobiensis cœnobij alumnus, vir religionis obseruantia, & in Theologica, sacra, atq; Patrum antiquorũ lectione, valde exercitatus, ac proinde religionis fratrum sanctæ Trinitatis visitator, ac reformator à Rege Catholico Philippo secundo est delectus, atque nostrę familiæ in Prouincia Hispaniæ Vicarius generalis scripsit Hispane quidem conciones de festis B. Virginis, Latine vero quadragesimales, & Dominicales per annum: claruit circa annum millesimum quingentesimum septuagesimum.

F. Ambrosius Gozzæus.

F. Didacus de Rosario Lusitanus, in-

signis Ecclesiastes eruditioneque Sacra conspicuus, Fr. Bartholomæi à Martyribus Archiepiscopi Bracharensis, varijs in sua diœcesi muneribus functus Sanctorum historias conscripsit, quibus conciones adiunxit, & quidem Lusitano idiomate duobus magnis voluminibus, quę Bracharæ, in lucem prodierunt anno 1563. Claruit circa eundem annum vsque 1574.

Fr. Didacus Ogea Stellensis Conuentus filius scripsit librum de Rosario B. Virginis, atquè etiam de Nominis Dei, & Sanctissimæ Eucharistię Sacramenti societatibus anno 1584.

Fr. Didacus Masius, cœnobij Salmāticensis alumnus, licèt in Regno Valentino ortus, & affiliatus postea cœnobio Prædicatorum Valentino, vir philosophiæ naturalis, ac diuinæ exercitatione eximia eruditus, scripsit duos tomos super Logicam Aristotelis, duo item volumina super eiusdem Physicorum libros, & etiam tractatum de transcendentibus, & idiomate Hispano vitam B. Hyacinti, duobus libris complexam, aliumquè de vita B. Agnetis de monte Poliano, & aliarum Beatarum sororum nostræ familię, & cū per quatuordecim annos pręcipuam Theologiæ Cathedram in Valentina celebri Academia esset moderatus, maxima scholæ acceptatione atquè vtilitate, & duo magna, & eruditissima volumina indefesso, & continuo studio elaborata super Summam D. Thomæ luculenter, & acerrime Sancti Doctoris, & discipulorum doctrinam propugnando reliquisset, cessit è vita piorum laborum præmia à Deo consecutus anno Domini 1608.

Fr. Didacus Yanguas Conuentus Sanctę Mariæ Regalis de Atocha Mantuani filius, vir incomparabili pene ingenij fœlicitate, vt continentia, & pietate prędirus in metaphysicis, & Theologicis quęstionibus diligentissime versatus in lectione Patrum eximio studio egregie instructus, scripsit tomos ... s de Cardinalibus, & pręcipuis le... u Christi, & Sanctorum operibus, quæ festis eorum diebus in Ecclesia celebrantur, prodierunt Parisijs, & Colonię, cum hac inscriptione, Promptuarium concionum festiualium totius anni, addita Dominicæ passionis explicatione, &c. in Conuentibus, & Collegijs Placentino, Complutensi, Segobiensi, & Sancti Pauli, Vallisoleti, in celebrique nostro Sancti Gregorij Collegio, magna cum laude D. Thomam, per plures annos explanauit, maxima discipulorum frequentia secularium ex Academia aduentantium. Licet enim Scholastici Theologi Vniuersitatis sicut dialectici, & physici ad Scholas nostri Collegij fere omnes semper conueniant frequentiori tamen corona, quā solent Theologi, ad prælectiones tanti Magistri confluebant. Fuit enim (vt eius scholia, ab omnibus maximi habita ostendunt, & fortassis in aliorum Doctorum commentarijs edita) in inueniendo acutus, in iudicando seuerus, in disponendo distinctus, perspicuus in explicando, & in disputando acer. Obijt anno millesimo sexcentesimo sexto, vndecimo Kalendas Augusti.

Fr. Didacus Zamorensis Conuentus Taurensis, traduxit ex idiomate Italico in Hispanum aliqua opera concionum Cornelij Mussi Britontini. Obijt anno 1603.

Fr. Didacus Nuño Conuentus Villalonensis filius, atquè, in eo celebri oppido natus postquam eximio ingenio, excellenti memoria, indefesso studio philosophicas, atquè Theologicas litteras feliciter didicisset Sacram D. Thomæ doctrinam docuit in Hispanię Prouincię Conuentibus Trianensi, Placentino, Vallisoletano Sancti Pauli, & in Collegio D. Gregorij (in quo rude donatus extitit) cum maximo auditorum fructu, in qua quidem pręclara functione triginta annos contriuit, atquè his laboribus publice legendi, non contentus animum ad ea scribenda transtulit, quæ maximo studio, diuturna lectione, & accurata meditatione collegerat. Scripsit duos tomos super

Frat. Michael Plodius li. 3.

Fr. Antonius Possevinus.

Frat. Michael Plodius li. 4.

per tertiam Partem, siue super quartum sententiarum Vallisoleti,& Venetijs editos,& alium super primas quæstiones eiusdem tertiæ Partis de Incarnatione prælo dare aptum habebat, cum in Segobiensi Regali Conuentu dum Prioris officio fungeretur à nobis ablatus est anno millesimo sexcentesimo decimo quarto, Mense Februario.

Frat. Michael Pio dius li. 4. & Anton. Possevin'

Fr. Didacus Aluarez à Methymna Riui sicci, & cœnobij Sancti Petri Martyris, eiusdem villæ alumnus (qui & duos alios Fratres germanos in ordine habuit, vt supra meminimus) meus in Sacra Theologia præceptor, vir ingenio excellenti, iudicio acri, tenaci memoria, sanctorum Patrum lectione, atquè obseruatione instructus viuit adhuc,& de eius singulari modestia animi candore, derectione, reliquisque virtutibus nihil dicam, philosophiam, atque Theologiam egregie docuit, in studijs Burgensi, Trianensi, Placentino Taurensi, Vallisoletano,& Romano S. Thomæ super Mineruam Collegio, per triginta,& amplius annos: vnde ad Archiepiscopatũ Tranẽsẽ est euectus, scripsit erudita commentaria duobus distincta tomis super Isaiam Prophetam iuxta sensum literalem,& moralem, alium item de auxilijs diuinæ gratiæ, propter excellentiam doctrinæ ab omnibus susceptum, ac veneratum, vt eius frequentiores excusiones ostendunt, tomum, etiam super tertiam partem D. Thomæ vsque ad quæstionem 26. Romæ,& Lugduni editum, insuper duos tomos super primam secundæ D. Thomæ, iam iam prælo Romæ mandat. Viuit adhuc.

Antonius Possevin'

F. Dominicus de Catalonia in scholasticis concertationibus eruditus, scripsit librum de Conceptione B. Virginis, circa annum millesimum trecentesimũ decimum quartum.

Frat. Michael Pio dius lib. 4

F. Dominicus de Mortario Sedulus Theologicarum disciplinarum indagator super quatuor volumina F. Ioannis Capreoli composuit indicem ad instar iusti libri circa annũ 1520.

F. Antonius Lusitanus.

F. Dominicus à Mendoça germanus carnalis, Fr. Garciæ à Loaysa, scripsit in sacra Theologia aliquos tractatus doctrina refertos. Iste religiosissim' Pater, apud insulas Hispaniolæ, Sancti Dominici, Cuba, &c. conuentus in magna obseruantia,& primitiuo rigore constitutionum fundauit, circa annum millesimum quingentesimum vigesimum.

Fr. Sixtus Senensis lib. 4.

F. Dominicus Soto patria Segobiensis insignis cœnobij S. Pauli Burgensis filius summus Theologus, Philosophus,& orator Dialecticæ,& Philosophiæ studijs diligentissime versatus, atque in diuinis,& scholasticis disciplinis eximie instructus Primariam, ac vespertinam Cathedras Salmaticæ summa cum laude, magno auditorum plausu,& fructu fœcundissimaque eruditionis propagatione moderatus est, per viginti annorum curricula, vnde rude donatus, ac iubilationis priuilegio gauisus fuit. Sacrosancto Tridentino Concilio missus à Carolo quinto Augusto, magna cum laude interfuit, vbi Reuerendissimi Magistri generalis nostræ familiæ vices,& locũ tenuit. Eidem Carolo Cæsari à sacris confessionibus fuit,& Episcopatum Segobiensem, ab eodem oblatum recusauit. Scripsit sapientissimus Magister præter Philosophica (nimirum in Logicam nouam,& veterem,& in libros Physicorum commentaria,& quæstiones) de natura,& gratia, opus Concilio Tridentino sacratum. Scripsit super librũ quartum Sententiarum, librum item de iustitia,& iure, ea, quæ S. Thomas tractat secunda secundæ accurate expendens, scripsit Apologiam contra Ambrosium Catherinum, librum etiam de tegendo & detegendo secretum. Tractatum itẽ prænotatum, Deliberatio in causa pauperum, alium de iuramento,& periurio librum de doctrina Christiana, siue Catechismum fidei, cõmentarium vbere in Epistolam ad Romanos aduersus hæreticos, fertur scripsisse in Matthæum, & in libros de anima. Claruit vsque ad annum Domini millesimum quingentesimum sexcentesimum, in quo decimo septimo Kalendas Decembris, feliciter

ac sancte

ac sanctè in Domino obdormiuit Ægidius Gundisaluus Dauila, ex portione beneficiarius in Cathedrali Salmantina, eruditione varia præclarus, Theologicisque disciplinis egregie versatus monimentorum antiquitatis, ac comprobandæ veritatis diligentissimus inuestigator in suo Theatro Ecclesiastico loquens de diœcesi Segobiensi elogiũ de M. Dominico Soto, in hunc modum scripsit.

Fr. Dominicus Sotus ex Prædicatorũ familia doctissimus, & consummatissimus Magister à Carolo Augusto, pro sacris confessionibus electus, ab Academia Salmanticensi publica prece adscitus, quam libenter adijt, vt eam sua excelsa doctrina muniret, & illustraret. Sacro Concilio Tridentino interfuit, in quo fides contra Lutheranos Caluinistas, & alios nostri seculi nebulones ipso pręcipuè iuuante conclamata est, multos hæreticos erroribus abdicatis ad veritatis lucem sua prædicatione adduxit; multos libros pro Religione, quam ardenter contra impios nouatores defenderat, edidit, Episcopatum Segobiensem, quãuis à Carolo quinto delatum recusauit. Obijt doctrina clarus, pietate clarior, vita & moribus clarissimus.

Frat. Michael Plodius li. 4. Fr. Dominicus Baltanasius, in prouincia Bethicæ cœnobiorum plurium fundator diuinorum librorum, ac Theologiæ studijs egregie excultus librum edidit, quo Euangeliorum, & reliquos Sacræ Scripturę complures locos, qui interse pugnare videntur, conciliauit: historias de vitis sanctorum sat vberes Hispano sermone, atque etiam historiam sanctorum Patrum veteris testamẽti contexuit, & insuper Doctrinã Christianam vberem, & margaritam confessorum. Claruit circa annum millesimum sexcentesimum sexagesimum.

Frat. Michael Plodius li. 4. Fr. Dominicus à Celaya cœnobij Salmanticensis alumnus, Theologus eruditus, & in sacræ paginę lectione versatus scripsit super septem Psalmos pœnitentiales, circa annum millesimum quingentesimum septuagesimum quartum.

Fr. Antonius Possuinus. Fr. Dominicus à Pace Lusitanus, in Sacræ Scripturæ, ac scholasticæ disciplinæ cõcertationibus exercitatus scripsit tomos duos concionum circa annũ millesimum quingentesimum octuagesimum.

Frat. Michael Plodius li. 4. Fr. Dominicus Bañes Mondragonensis Cantaber cœnobij Salmanticensis alumnus, vir magni ingenij, tenacis memoriæ, iudicij peracris, Theologicę scholasticæ eruditione eximia excultus postquam in Vniuersitate, & Collegio Abulensi, & Valleoletano maxima discipulorum vtilitate Theologiam docuisset, & Conuentui Taurensi præfuisset, deniquè ad Salmanticensem Scholam euocatus, Cathedram Durandi primum, Primariam, postmodum Scholasticorum suffragijs gloriose est consecutus, in quarum oppositionibus maximam sibi laudem comparauit, atque adeo eandem celeberrimam Europæ Academiam prçlectionibus, disputationibus, responsionibus, scriptis luculentis illustrauit. Edidit duos tomos commentariorum, super primam partem D. Thomæ, alia duo volumina super secundam secundæ, agit in vltimo de iustitia, & iure. Scripsit etiam super libros de generatione, & Corruptione, Summulas, item super Dialecticam Aristotelis præterea edidit aliquot loca Sacræ Scripturæ pręcipue Euangeliorum, ad quindecim Sacratissimi Rosarij mysteria præmeditanda, & cum in Vniuersitate Salmanticensi rude donatus, ac iubilationis priuilegio potiretur, cum in Primaria Theologiæ Cathedra viginti annorum curricula compleuisset, in Conuentu Regio Sancti Andreæ Methymnensi obijt plenus bonis operibus, deuotissime Sanctis Sacramentis Ecclesiæ susceptis anno Domini 1604. duodecimo Kalendas Nouembris ętatis 77.

Fr. Dominicus à Nieua Conuentus Sancti Pauli Vallisoletani filius, in prouinciã Rosarij Philipinarum, & Iaponij se cõferens zelo prorogationis Ecclesię

inter

inter gentes idolorum cultui deditas, vbi plures molestias, ac labores perferendo Christo Domino plurimos filios peperit, & ad pietatem erudiuit in lingua, & Characteribus Synarum, edidit librum prænotatum, memoriale vitæ Christianæ, ex cuius lectione fructus copiosus percipitur à neophitis, & à cæteris fidelibus. Claruit anno millesimo sexcentesimo decimo.

Frat. Michael Plodius li. 4. & Anton. Posseuin. F. Dominicus de sancta Cruce Segobiensis Regalis cœnobij alumnus edidit Hispane librum de Rosario B. Virginis præscriptum, Rosarium Regale sacrosanctæ Virginis Mariæ Matris Dei Dominæ nostræ Parisijs, & Salmanticę excusum. Viuit adhuc.

ITALI.

Fr. Antonius Lusitanus. FRATER Damianus Crassus patria Ripolensis in Subalpinis, qui in Prouincia Lombardiæ moderatoris munere strenue functus sacræ Scripturæ, atque Theologiæ scholasticæ notitia clarus, scripsit volumen eruditum super Iob, & cũ Regens esset Collegij Papiensis Sancti Thomæ edidit librum, in quo asseruit, has propositiones, Sanctus Ioannes fuit consanguineus Christi, consanguineus Dei, & plures alias, quarum oppositum alterius ordinis alumnus tuebatur, plura alia scripsit. Obijt anno millesimo quingẽtesimo decimo quinto.

Antonius Posseuin. F. Damianus Roscius Bononiensis, eruditione omnium fere disciplinarum insignis edidit libros tres de hæresibus agnoscendis, & conuincendis, ac de hæreticorum dogmatibus: addita est conciliorum summa, à quibus hæreses ipsæ damnantur, circa annum millesimum quingentesimum octuagesimum quintum.

Frat. Michael Plodius li. 3. F. Daniel Vincẽtinus, scripsit librum concionum de tempore, ac de sanctis, circa annum millesimum quadringentesimum nonagesimum nonum.

Fr. Ambrosius Gozzeus. F. Desiderius Anichinus Veronensis scripsit tractatum quendam de confessione, circa annum millesimum quadringentesimum octuagesimum.

Iacob. Suzatus. F. Dominicus Pantaleo Florentinus in physicis, ac Theologicis quæstionibus eruditus, scripsit tractatum de peccato originali, alium de corpore Christi, aliũ etiam de substantia orbis, circa annum millesimum ducentesimum sexagesimum secundum.

F. Antoni. Lusitanus. F. Dominicus à Vico Pisanus in morali, ac naturali Philosophia egregie versatus, scripsit materna lingua librum de varijs argumentis Theologicis, ac physicis, circa annum millesimum ducentesimum octuagesimum.

Antonius Posseuin. F. Didacus Sinarra, è Fabriano diuinarum literarum cognitione præclarus & ecclesiastes insignis, scripsit duo volumina concionum de tempore, ac de sanctis, circa annum millesimum trecentesimum decimum quartum.

Frat. Michael Plodius li. 4. F. Dominicus Pisanus alter in politioribus literis apprime instructus, scripsit commentaria in Senecam circa annum millesimum trecentesimum quadragesimum octauum.

Fr. Ambrosius Gozzeus. F. Dominicus à Monteluporũ, scripsit tractatum de Conceptione B. Virginis, circa annum millesimum trecentesimum quadragesimum octauum.

Antonius Posseuin. F. Dominicus à Leone Venetus edidit volumen eruditum super Lucam, item librum prænotatum, prima, & secunda pars Solis Christianorũ, alterum item primum, & secundum volumen de vexillo B. Virginis, duos libros de lumine supernaturali maiestatis, volumen vnum de Philosophia sacri Throni supernaturalis, librum vnum de sapientiali Theologia. De ministerio Dominicę Incarnationis, de matris Domini ortu, dilucidationes de luce sanctæ Crucis, de notitia viæ rectæ, Dialogum de gratia, & nobilitate naturę humanę. Dialogum moralem de amore Dei. Claruit circa annum millesimum trecẽtesimum sexagesimum octauum.

Frat. Michael Poccianitus. F. Dominicus Petrinardus Florentinus in sacra pagina, & Theologia scholastica egregie admodum instructus, scripsit quadragesimale pro concionatoribus, cuius initium est, quoniam multorum

torum patrum mei ordinis, recursus aliud volumen sermonum de sanctis à festo S. Andreę, sic incipiés, Proposito sibi gaudio, item volumen sermonum de tempore per totum annũ. Obijt in conuentu Florentino S. Marię Nouellę anno millesimo trecentesimo octuagesimo quinto, decimo octauo Kalendas Ianuarij.

Fra. Michael Piodius lib. 2.

F. Dominicus Steleopardus de Astragola Theologiæ sacræ, & Philosophiæ cognitione clarus, scripsit commẽtaria super libros de anima Aristotelis anno 1386.

Frat. Michael Pocciantius Seruita:

F. Dominicus Ioannis Florentinus in humanis, ac diuinis literis cõmendatione dignus, scripsit quatuor libros de laudibus B. Virginis: in primo agit de vita, & obitu eius: in secundo de eiusdem gloria in tertio & quarto de tẽplis Romæ, & in Hetruria, eidem dicatis, scripsit de laudibus sancti Vincentij, & sanctæ Catherinæ Senensis, & Historiam Florẽtinorũ. Obijt anno Domini 1483 sexto Kalendas Nouembris, Magistratu Florentino funus prosequẽte, & suis sumptibus honorifice sepeliente.

Antonius Posseuin⁹:

F. Dominicus Bugella Pedemontanus vir acri iudicio, memoria tenaci propensione ad studia clarus, & posteritatis iuuandæ auiditate insignis, summam vtramque D. Antonini illustrauit indicibus per Alphabeti seriem, tum verborum, tum materiarum, tàm è summa morali, quàm è summa historiali. Adiecit, quæ sunt de B. Virgine in D. Antonini operibus sparsa, quin & alio indice complexus est authoritates sacrę Scripturæ, quas D. Antoninus varijs in locis, exposuit, sicut & adhuc alio, quæ ab eodem Antonino varijs in locis habentur dicta in Epistolas, & Euangelia, totius anni de tempore, quod & præstitit, simili labore, in festa sanctorum, circa annũ 1500.

F. Ambrosius Gozzeus.

F. Dominicus è Castenedulo Brixiẽsis, doctus Ecclesiastes, morumque grauitate, & virtutibus ornatus, qui cõgregationis reformatæ Lombardię moderator extitit, scripsit volumen concionum, circa annum millesimum quingentesimum quinquagesimum.

Frat. Michael Piodius lib. 4

F. Dominicus Catalca de vico Apulus, vir pius, ac eruditus, scripsit idiomate Italico volumen concionum, & aliũ librum inscriptum speculum Crucis, circa annum millesimum quingentesimum sexagesimum sextum.

F. Ambrosius Gozzeus.

F. Dominicus Buclus Inquisitor, scripsit super septem Psalmos Pœnitentiales, circa annum millesimum sexcentesimum.

Fr. Michael Plodius lib. 4

Frat. Dominicus Fugonius Venetus Theologiæ professor egregius Archiepiscopus Spalatrensis, scripsit volumen eruditione refertum, prescriptum, Discursus pius, & Catholicus, super vrgentissimum Galliarum negotium, in quo agit vtrum sit conueniens ad gremium Ecclesię admittere Henricum quartũ Regem Nauarræ, & Francię. Obijt anno millesimo sexcentesimo secundo, quarto Nonas Augusti.

F. Dominicus Nazarius, vir scholastica disciplina eruditus, & in almo, ac Florentissimo studio Bononiensi sedulus, ac diligentissimus Regens, edidit hactenus commentaria in 1. partem D. Thomę, in quibus eiusdem Angelici Doctoris doctrinam doctissime propugnat atque explanat. Viuit adhuc.

Frat. Michael Plodius lib. 4

F. Dominicus Grauina ex congregatione cœnobij sanctæ Mariæ Sanitatis Neapolitani, scripsit librum de fidelibus Armenis Ecclesiæ Romanæ subiectis per fratres Predicatorios ad eam introductos, & conseruatos. Viuit adhuc lector sacræ Theologiæ eruditus.

GALLI.

F. Albertus Venetus:

FRATER Dominicus Tolosanus, vtriusque Philosophię scientia clarus; & sacrarum literarum cognitione conspicuus, scripsit volumẽ grande super vetus testamentum, atque adeo commentaria iuxta literalem ac mysticum sensum in totam diuinam Scripturam, quę dicauit Ioanni Vigesimo secũdo Pontifici iuxta annum millesimum trecentesimum decimum octauum.

F Do-

Fr. Antonius Lusitanus.

F. Dominicus Sergent eximius sanctæ Theologiæ Parisiensis professor, & à concionibus Galliæ Reginę Elisabeth Austriacæ acerrimus hęreticorum aduersarius, quos disputationibus cõgressibus, scriptis denique confregit, librum Gallico idiomate scripsit aduersus eos de non iterando baptismo, deque cæremonijs ipsius, & de harum vtilitate, erat Prior cœnobij Parisiensis S. Iacobi Prædicatorum, anno millesimo quingentesimo octuagesimo quarto.

Trithemi.

Frater Durandus de sancto Porciano ingenij præstãtia clarus, qua omne disciplinarum genus strenue excolens, prius Diui Thomæ doctrinæ Angelicæ propugnator, postmodum illius impugnator euasit, cum iam extra ordinem ex magisterio sacri Palatij factus Episcopus Meldensis maneret, in quo, & si quędam inueniuntur dissona communi Theologorum sententiæ, quæ ægre defendi iam possent, meminisse oportet, quod ipsemet in pręfatione commentariorum suorum in Magistrum sententiarum dixit, & quoniam interpretatio dubiorum sacrę Scripturę ad Sanctam Ecclesiam Romanam, & Catholicã pertinet, omnia opera mea eius correctioni totaliter suppono. Scripsit dilucida, atque erudita commentaria super quatuor libros Sententiarum sæpius recusa, librum de origine iurisdictionum, tractatum de visione diuinę essentię ante diẽ iudicij, tractatum de legibus, librum quęstionum diuersarum, alterum de instructione cleri, aliũ de Concilij celebratione, quodlibeta aliquot, volumen diuersarum cõcionũ. & miror valde, cur Antonius Posseuinus asserendo esse fratrem ordinis Prædicatorum (vt vere extitit) & magistrũ sacri Palatij, affirmet illum claruisse, anno Domini millesimo trigesimo quinto, & scripsisse epistolam ad Henricum Franciæ Regem primum, qui eo tempore regnum idem moderabatur, & dicat scripsisse super magistrum Sẽtentiarũ, cum post centum triginta annos magister floruerit, & asserat fuisse magistrũ sacri Palatij, & ex ordine Prædicatorũ, cum nec ordo, nec magisterium ducentos fere vsque annos sequentes, anno millesimo ducentesimo decimo sexto, & millesimo ducentesimo decimo nono, exordium sumpserit. Claruit circa annum millesimum trecentesimum vigesimum. Pontificis Ioannis XXII. tempore.

Fr. Antonius Lusitanus.

F. Durandus alter, scripsit super quatuor libros Sententiarum, & quodlibeta aliquot, circa annũ millesimum trecentesimum trigesimum.

Antonius Posseuin.

F. Durandellus consobrinus Durandi de sancto Porciano, Theologica, & Philosophica eruditione præstans, scripsit librum contra Durandum, tanquam contra S. Thomæ oppugnatorem, & sic incipit, Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, & aduersum filium matris tuę ponebas scandalum, hęc fecisti, & tacui: existimasti inique, quod ero tui similis: arguam te, &c. Scripsit aliud volumen præscriptũ Correctorium corruptorij D. Thomę, circa annum Domini millesimum trecentesimum quinquagesimum.

BELGÆ.

Fr. Antonius Posseuinus.

FRATER Damianus Aligno Antuerpiensis in scholastica, & diuina disciplina egregie instructus è Latino Germanicum fecit librum de sancto Altaris sacrificio ad piorum fidelium consolationem, & corroborationem in fide Catholica: ediditquoq; volumen concionum de tempore, & aliud de sanctis, circa annum millesimũ quingentesimum septuagesimum octauũ.

Fr. Antonius Lusitanus.

Fr. Dominicus à Flandria vir ingenij profunditate cum magnis comparandus in quæstionibus scholasticis, Physicis, Metaphysicis, ac Theologicis eruditionis eximię, qui per annos plures in almo studio Bononiensi Regentis officio summa cum laude functus est, scripsit doctas quęstiones, super libros Aristotelis, primum, & secundum & super librũ inscriptũ, De fallacijs, D. Thom. scripsit quoq; annotationes egregias in tres libros Aristotelis de anima

atque item eruditas quæstiones, & scholia super eiusdem libros Metaphysicæ circa annum millesimum quadringentesimum septuagesimum.

F. Ambrosius Gozzeus. F. Dominicus Topiarius Antuerpiensis Theologus, ac Philosophus eruditus, & celebris Ecclesiastes, scripsit & accurate concinnauit volumina quatuor concionum, tam de tempore, quam de sanctis qui sæpe sæpius iam prodierunt in lucem, edidit etiam ad informandam iuuentutem contra noua, & antiqua hæreticorum dogmata librum apprime vtilem de rudimentis & mysterijs Catholicæ fidei. Claruit circa annum millesimum quingentesimum octuagesimum.

DALMATÆ.

Frat. Michael Pio dius li. 4. FRATER Dominicus Buthius Cattarensis Dalmata in sacra lectione versatus, scripsit super septé Psalmos Pœnitétiales: incipit opus, Manna cœleste, circa annum millesimum quingentesimum trigesimum.

E

ITALI.

Fr. Antonius Lusitanus. FRATER AEgydius de Lascinis Theologię eruditionis præstantia clarus, scripsit librum de immediata Dei visione, & libros duos de vnitate formarum, circa annum millesimum ducentesimum septuagesimum.

Frat. Michael Piodius lib. 4 Fr. AEgydius Foscherarus Bononiensis, Episcopus Mutinensis, qui eruditionis vniuersalis specimen tantum in Tridentino Concilio demonstrauit, vt omnes quasi oraculum illum audirent, cui eadem sacra Synodus commisit reformationem Breuiarii, Missalisq; Romani, &c. & in societate Fr. Francisci Forerij Lusitani, & Fr. Leonardi Marini Archiepiscopi Lancianensis Catechismum Romanum composuit. Obijt anno millesimo quingentesimo sexagesimo quarto, decimo Kalendas Ianuarij.

A

Fr. Ambrosius Gozzeus. F. AEgydius Bononiensis Scholastica disciplina eruditus, ac maxime versatus in concionandi munere, scripsit volumen concionum quadragesimalium, alterum vero concionum de tempore, & multa alia Theologica, ac Philosophica, & commentaria super nonnullos libros sacræ Scripturę á Senatu Veneto, magnis stipendijs Paduam adductus est, vt in eadem Academia Theologiã doceret. Obijt anno millesimo quingétesimo octuagesimo quarto.

B

Fr. Seraphinus Razzi. F. Egnatius Danti Perusinus Episcopus Alatiẽsis in Campania Theologus, ac Philosophus doctus, sed in matematicis nulli sui temporis secundus, edidit aliquot opuscula de matematicis, & de Sphæra orbis. Obijt anno Domini millesimo quingétesimo octuagesimo sexto.

F. Albertus Venetus. Fr. Emanuel Mediolanensis, scripsit volumen concionum, circa annum Domini millesimum ducentesimum sexagesimum secundum.

C

F. Leãder Albertus, lib. 4. fol. 141. F. Eusthaquius Bononiensis, primo Prouinciæ Lombardię præpositus, & Bononiensis Inquisitor, postmodũ procurator generalis ordinis creatus, doctissimus sui temporis almi studij Bononiensis Regens, scripsit super quatuor libros Sententiarum tractatum, etiam de incarnatione Verbi, alium de Trinitate, alterum de Angelis, atque alium de B. Virgine, & volumen plurium orationum doctrina, & venustate constantium. Floruit circa annum millesimum quingentesimum decimũ quintum.

D

F. Eusthaquius Daley Bononiensis Theologus acutissimus, scripsit librum de auxilijs diuinæ gratię, & commentaria super Logicam, Physicam, & de Anima, Aristotelis. Obijt 1600. ętatis 53.

SICVLI.

Fr. Michael Piodius lib. 4 FRATER Eugenius Casalaina Messanensis Theologus, pręstantissimus, scripsit commentaria in epistolas D. Pauli. Obijt anno millesimo quingétesimo octuagesimo quarto.

GER-

GERMANI.

F. Sixtus Senensis libro 4. & Frat. Michael Plodius li. 1.

FRATER EcKardus Germanus in Peripatetica Philosophia, omnium eruditorum sui sæculi princeps, & in diuinarum rerum scientia pręstantissimus, acris, ac subtilis ingenij, cuius nonnullæ scholasticæ propositiones propter obscuritatem, ambiguitatem, nouitatemque dictionũ ex aliquot Theologorum Academijs explosæ fuerunt, scripsit scholastico more in Genesim, in Exodum, in Canticũ Canticorum, in sapientiam Salomonis, in Ioannem, in orationem Dominicam in Euangelia festiua totius anni, super quatuor libros Sententiarum volumen concionum de tempore, alterum de Sãctis. Floruit anno millesimo trecentesimo decimo, sub Henrico Cæsare.

F

HISPANI.

4. p. Historiæ ordinis libr. 4. cap. 58.

FRATER Felix Dauila Complutensis cœnobij Matris Dei alumnus, vir in scholasticis disciplinis eruditus, ingenio acri vir, iudicioq; seuero prędítus, in argumẽtando admirabilis efficacię, & perspicuitatis, à quo plurima eruditionis eximiæ merito expectantur in lucem edenda, interdum ob deuotionem, quam erga sanctum Felicem Martyrem habet, scripsit vitam eiusdem sancti. Viuit adhuc.

Fr. Antonius Lusitanus.

F. Ferdinandus à sancta Maria, ex Prouincia Lusitaniæ sacræ Theologię in Orientis vrbis Goensis conuentu prælector, vir magna Dei charitate, animarum zelo, fortitudine, & patientia præditus, quibus virtutibus plures Gentiles Euangelij luce perfudit, atque Christo Domino peperit, edidit vitam B. Fratris Hieronymi à Cruce Olisiponensis pro Catholicæ veritatis propagatione in Taprobana regione A Paganorum gladijs interempti. Scripsit etiam librum alterum de Goensi obsidione ab innumerabili gentilium exercitu tunc profligato, & cæso à fortissimis Lusitanis, circa annum millesimum quingentesimum septuagesimum.

Hist. Prouinciæ Lusit.

Frater Ferdinandus Taborensis Lusitanus, tam eruditione, quam morum sanctitate excellens Episcopus Funchalensis, scripsit commentaria super Euãgelium Ioannis, anno millesimo quingentesimo septuagesimo quarto.

Frat. Michael Plodius li. 4.

F. Ferdinandus à Pineda scientia, & B morum grauitate clarus, & B. Virginis Rosario valde affectus, scripsit librum de hac deuotione, & societate, & aliũ de modo bene viuendi, circa annum millesimum quingentesimum septuagesimum septimum.

4. p. Hist. ord. lib. 3. cap. 64.

F. Ferdinandus Castillo illustrissimi Vallisoletani cœnobij alumnus Philippi secundi Regis Catholici insignis Ecclesiastes, & ab eo summo in pretio habitus & ad Regem Lusitaniæ Henricum ad grauissima munera obeunda legatus destinatus, omni disciplinarum genere C præclare excultus, intellectus acumine, & perspicuitate, iudicio excellenti, cęterisque animi dotibu, clarus, religione præstans, consilio, & prudentia summus Ecclesiæ, & religionis propugnaculum, scripsit primam & secundam Centurias historiæ ordinis nostri elegãtia, & facundia eximia. Obijt anno Domini 1593. quarto Kalendas Aprilis.

Antonius Posseuin.

F. Franciscus à Corduba patria Cordubẽsis nobili stẽmate ortus, qui propter eximiam eruditionem, & morum honestatem Episcopus Velandicensis D factus est, scripsit summam moralem, volumẽ concionum de tempore, ac de sanctis, quin & alia scripta concionatoribus vtilia reliquit, circa annum 1520.

Antonius Posseuin.

Frater Franciscus à Victoria Burgensis insignis Sancti Pauli cœnobij alumnus, licet patria Victoria vrbe, apud Cantabros religionis obseruantia, an eruditionis præstantia fuisset clarior, sub dubio manet, Theologię Scholasticę apud Hispaniam princeps, felicitate ingenij, tenaci memoria, iudicio

preclaro, diligentia summa in naturali, ac morali Philosophia egregie versatus, in Theologia vero vsque adeo splenduit, vt fulgentissimum Theologorum lumen, è cuius radiorum luce cęteri Theologiæ professores saltem Hispani perfusi didicerunt, & hauserunt, quę postea feliciter docerent in Primaria Vniuersitatis Cathedra Salmanticensis præclarissimæ scholæ, per viginti fere annos admirabilis extitit preceptor, insignes, ac celebres discipulos aliarum Academiarum maximos regentes, & moderatores educauit; Scripsit in vniuersam Summam Diui Thomę relationes tredecim in duos tomos distributas, quæ Ingolstadij, Lugduni, Venetijs, Antuerpiæ semel, & iterum cum hac prænotatione pro liero in Summa Sacramentorum Ecclesię. Accesserunt eisdem relectionibus quæstiones è Sanctorum Conciliorum decretis, pręsertim Tridentini, & aliorum quæ antea desiderabantur, adque cura frat. Thomæ à Chaubus, Egit in eis de potestate Ecclesiæ de potestate ciuili, de potestate Concilij, de Indis, de matrimonio, de augmentu charitatis, de eo ad quod tenetur perueniens ad vsum rationis. Ad tantum Magistrum tanquam ad oraculum non solum ex Hispaniarum Regnis, sed ex Galliarũ, Germanię, Italiæ, atque remotissimę Americę quæstiones morales, & variarũ, ac difficilium rerum consultationes deferebantur. Obijt sapientissimum Theologorum lumen anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo sexto pridie Idus Augusti magno omnium mœrore, ac luctu, prosequentibus eius funus cunctorum ordinum religiosis viris, nobilitate Salmantina, canonicis Cathedralis Ecclesię, omnium collegiorum alumnis, Magistris, Doctoribus, Scholasticis, quem vt præceptorem dilectissimum omnes miro venerabantur affectu. singularum facultatum Primarijs professoribus feretrum, quo iacebat corpus portantibus, sicut laudabilis est huius celeberrimę Academię consuetudo, & ita obseruatũ est in funere fratris Dominici Soto, fratris Petri Sotomaior, & fratris Bartholomæi Methymnensis, qui Salmanticæ obierunt in cœnobio nostro sancti Stephani.

Frater Franciscus Mexia, vir deuotione affectus cultui sanctissimi Rosarij B. Virginis, scripsit librum de hoc tam vtili, ac saluberrimo exercitio, & aliquibus miraculis medio isto patratis, quę in nostro volumine Rosarij Beatissimæ Virginis Marię ex professo retulimus. Claruit circa annum millesimum quingentesimum sexagesimum.

Frater Franciscus à Bouadilla illustris genere, sed religionis obseruantia, & literarum ornamentis illustrior, qui Prouincię Lusitaniæ bina vice habenas tenuit, & serenissimæ Reginæ Portugalię Catherinæ à sacris confessionibus extitit, hostis otij infensus, breues notas ad libros sapientiales, in Ecclesiastem autem commentarios vberes, sicut in omnes D. Pauli epistolas, scripsit. Claruit circa annum millesimum quingentesimum septuagesimum octauum.

Frat. Michael Pledius li. 1.

F. Franciscus Forerius Lusitanus patria Olisiponensis Theologus, & Philosophus summa eruditione insignis, Lusitaniæ Regis concionator Latinę, Græcę, & Hebraicæ linguę peritissimus, ac plane dignus, quem ob multiplicem rerum omnium scientiam sacrosancta Tridentina Synodus ad censuram totius Christianæ Bibliothecę vnà cum pleritque doctissimis viris eligeret, correxit Missale, & Breuiarium Romanum vnà cum Fratre Leonardo Marino Archiepiscopo Lancianensi, & fratre Ægydio Foscheraro Bononiensi, Episcopo Mutinensi ex nostra item familia assumptis, libros Iob, Dauidis, Salomonis, & Prophetarum omnium ex Hebraica veritate iterum de verbo ad verbum, eo consilio vertit, vt vulgatæ editionis authoritatem confirmaret, eiusque authorem ostenderet sensum de sensu aptissime expressisse, deinde vero eosdem met libros

F. Sixtus Senensis li. 4.

lucidissimis explicauit commẽtarijs, in quibus verum, ac germanum literæ sensum aperiẽs singulas Hebraicæ scripturæ particulas, dictiones, & vocalia dictionum puncta summo studio, & exacta admodum diligentia expendit, peculiares linguæ sanctę idiomatismos, ita elucidauit, & obscurissimos Prophetarum locos sic illustrauit, vt nullum vnquam opus in hoc scribendi genere prodierit in lucem, quod æquius possit Cornucopiæ appellari. Prodierunt etiã hæc commentaria Venetijs, & Antuerpiæ, Prouinciæ Lusitaniæ, quam per quadriennium moderatus est, imo totius Hispaniæ fulgentissimum lumen, & totius nostri ordinis, cuius generalis procurator in curia Romana in capitulo Romæ 1571. celebrato designatus est, decus, & ornamentum. Obijt anno millesimo quingentesimo octuagesimo, in conuentu sancti Pauli de Almada, iuxta Olisiponem, quem tantus pater sua industria construxit. In Psalterium autem, & in alios scripturæ libros se scripsisse in præfatione sua testatur.

Diagus libr. 2. c. 85.

F. Franciscus Garcia Tarraconensis Academię Theologicæ facultatis professor primarius cœnobijque Valentini alumnus, scripsit librum de erratis, quę typographorum incuria Romæ in D. Thomę operibus edita sunt, duo insuper volumina de contractibus emptione, & venditione. Claruit circa annum millesimum quingentesimum octuagesimum octauum.

Frat. Michael Plodius li. 4.

F. Franciscus Dauila patria Abulensis cœnobijque Regij sancti Thomæ illius vrbis filius, quamuis nobilis genere scholastica eruditione clarior, scripsit Romæ tractatum de auxilijs diuinæ gratiæ, & aliud opusculum de confessione aduersus eos, qui probare tentarunt licere per literas confiteri, quam sententiam absurdissimam Sedes Apostolica, vt temerariam, & scandalosam damnauit. Obijt anno millesimo sexcentesimo quarto.

Fr. Franciscus Pereda Regalis, ac sacri cœnobij almæ Virginis Mariæ de Atocha Matriti filius, vir doctus, ac religione conspicuus, scripsit librum Hispane de imagine sanctæ Deiparę de Atocha, & de fundatione domus, & mirabilibus operatis ibi à Deo per intercessionem B. Virginis. Obijt anno 1612.

F. Franciscus Blãcus à sancto Ioseph Complutensis cœnobij Matris Dei filius, elegans, feruidus, ac fructuosus Ecclesiastes in Hispania existens zelo propagandæ fidei ad Philipinas, vel Luzonias insulas se contulit, ibique in vinea Domini indefesse laborans illarum gentium complures ad Ecclesiam aggregauit. Edidit librum in Tagalico insularũ idiomate de deuotione sanctissimi Rosarij, alium etiam de sacrosanctis Ecclesiæ Sacramentis, quæ vtilitatem maximam illius orbis christicolis afferunt. Obijt anno millesimo sexcentesimo decimo quarto.

Fr. Franciscus Diagus conuentus S. Onophrij prope Valentiam celebrem Hispaniæ vrbem alumnus Regius historiographus in Aragonię regnis, diligẽs historiarum inuestigator, pietatis optimus cultor ordinis nostri decoris zelo excellens (& vtinam plures haberet æmulatores, ac sectatores) in scholastica Theologia D. Thomę, quam Barchinonę diu explanauit, admodum versatus, scripsit historiam Prouincię Aragoniæ ordinis nostri, volumen alterum historiæ Comitum Barchinonensium, librum vitæ sancti Vincentij Ferrer, vitam sancti Raimundi confessoris, ac etiam venerabilis, ac sanctę memoriæ, fr. Ludouici Granatensis, & sancti Cardinalis Petri de Lucemburg: insuper primum volumen historiæ ciuitatis, & Regni Valentini, omnia idiomate Hispano. Obijt religiosissimus pater bonorum omnium mœrore, anno millesimo sexcentesimo decimo quinto.

Frater Franciscus de Araujo nobilis genere conuentus Salmantini alumnus, lector Theologus in Abulensi. Angelici Doctoris Sãcti Thomæ Regia Academia multo studio, & labore edidit in lucem primum tomum super libros Metaphysicę Aristotelis Philosophi: erit

secundus autem cito prodituris, & plura Theologica in D. Thomæ doctrinę ornamentum ac defensionem. Viuit adhuc Cathedrę Primariæ Theologorum Academię Salmanticensis in substitutione moderator, & secundum tomum, iam pręlo tradere festinat.

AMERICI.

FRATER Ferdinandus Ogea Mexicani cœnobij alumnus, virtutibus, ac literis pollens, scripsit idiomate Hispano, librum de vita Christi, alium de D. Iacobo Maiori Apostolo, & de eius aduentu in Hispaniam, alium item de nobilitate Hispaniensi. Obijt anno millesimo sexcentesimo decimo quinto mense Augusti.

F. Augustinus Dauila li. 2 cap. 93.

Frat. Ferdinandus Baçan Mexicani etiam conuentus filius, vir scholastica disciplina conspicuus qui per plures annos in ordine, & in Academiæ Regiæ Mexicanę Cathedra vespertina Theologiam docet, scripsit doctissima commentaria in tertiam partem D. Thomæ ac super primam secundæ. Viuit adhuc magna discipulorum vtilitate, & frequentia, iam bis Prouincię nostræ Mexicanę moderator.

Dauila libr. 1. c. 93

F. Franciscus Aluarado edidit in Prouincia Mexicana vocabularium, ac Lexicō linguæ Mitlecæ, in eo labores aliorum patrum ad communem vtilitatem cōcionatorum eius nationis excusum. Claruit circa annum 1590.

ITALI.

Fr. Antonius Lusitanus.

FRATER Federicus morum probitate, & doctrinæ eruditione clarus Fulginiensis Episcopus, scripsit idiomate Italico opus, quod prænotauit Quadriregium moralium Sententiarum grauitate refertum, circa annum 1515.

F. Leāder Albertus lib. 4. fol. 136.

F. Federicus Venetus in sacris literis eruditus, & in Theologicis satis versatus, scripsit commentaria super Apocalypsim idiomate materno eleganti.

Hic frater Felicianus Ninguarda à Morbinno. Vide intra, &c.

Antonius Possenin.

F. Felix de Castrofranco, quod est oppidum in tractu Bononiensi in historię disciplina, & in studijs Theologiæ exercitatus hortatu Reuerēdissimi Generalis ordinis recensuit, & auxit librū prænotatum, Formularium principaliū actuum pertinētium ad officia ordinis, & Chronicon ordinis, etiam locupletauit additis, quę sua ætate acciderunt, circa annum millesimum quingentesimum septuagesimum.

F. Leāder Albertus, lib. 4. fol. 151.

Fr. Flaminius Corneliēsis eruditione varia clar⁹, scripsit libros duos de siluis, librum de armoniaca institutione, vitā B. Iacobi de Venetijs, vitam B. Venturini Bergomensis, B. Alberti magni, sancti Vincētij Ferrer, & historiam Romanorum Imperatorum. Claruit circa annum millesimum quadringentesimum quadragesimum.

Frat. Michael Plodius li. 2.

F. Franciscus Galuanus Mediolanensis Theologus eruditus, & magni nominis Ecclesiastes, scripsit volumen concionum de tempore, & aliud de sanctis Chronicam insuper nostri ordinis anno millesimo ducentesimo sexagesimo secundo.

Fr. Antonius Lusitanus.

F. Franciscus Grauanus Geniensis diuinis, & humanis literis eruditus scripsit commentaria super Lucam, collationes in eundem, concionesque Dominicales, quadragesimales, & de sanctis, edidit & alia opuscula diuersarum materiarum circa annum millesimum trecētesimum decimum secundum.

F. Ambrosius Gexzeus.

F. Frāciscus à Beluno Forlanus, scripsit commentaria super libros Tobię, & super Genesim, ac nonnulla alia, circa annum millesimum trecentesimum nonagesimum quintum.

Frat. Michael Piodius li. 3.

Fr. Franciscus Noritonensis, quæ ciuitas est in tractu Hidruntino Apuliæ iuncto Pataupio, rofessor publicus Metaphysicę, vir summo ingenio, atque Theologica eruditione clarus, qui & discipulos magni nominis creauit, scripsit volumen quęstionum in Metaphysicam præclare elaboratum. Claruit anno millesimo, quadringentesimo nonagesimo.

Frater

Fr. Antonius Lusitanus.

Fr. Franciscus à Columna Venetus, scripsit eruditum volumen litterarium de diuersis materijs, tam Theologicis quam humanis, ac politioribus, circa annum 1500.

F. Leäder Albertus lib. 4. fol. 141.

Fr. Franciscus Siluester Ferrariensis generalis ordinis moderator, felicitate ingenij pene incōparabili excellēs, in D. Thomæ Doctrina egregie versatus, quod maxima cum laude osten dit in Bononiensi almo nostro gymnasio regentis officio functus, scripsit cōmentaria in summam S. Thomæ cōtra gentes eruditione eximia locupletata, scripsit in libros posteriorum, quæstiones etiam in libros physicorum, ac de anima, præterea vitam B. Osanæ Mantuanæ sororis nostri ordinis sex libris distributam, scripsit etiam orationes plures elegantes, & venustas stylo politissimo excultas. Obijt postquam per triennium & trimensium ordinem rexerat anno 1528. octauo Kalendas Octobris ætatis suæ 51.

Frat. Michael Plodius lib. 3

Fra. Michael Pocciantius Seruita.

Fr. Franciscus Thomæ Florentinus, in omni disciplinarum genere versatus scripsit super vniuersalia Porphirij, & super libros Posteriorū Aristotelis, edidit etiam volumē quadragesimale pro concionatoribus è Græco autē in Latinum vertit Cyrilli homilias in Isaiam Prophetam, & quædam alia. Obijt Florentiæ in Conuentu Sanctæ Mariæ Nouellæ anno 1514. quarto decimo Kalendas Maij.

Fr. Antonius Lusitanus.

Frat. Michael Plodius li. 4.

Fr, Franciscus Romeus à Castilione nostri ordinis Generalis Magister ingenio acri, memoria tenaci, iudicioq; claro excellens, in sacris litteris, & scholasticis egregie excultus scripsit librū de libertate pauperum & necessitate aduersus pseudophilosophos, & pseudochristianos, breuem quoque tractatum ad animę immortalitatem ostendendam Christiane, & peripatetice deductam: scripsit autem epistolas exhortatorias ad religiose viuendum. Obijt lustratis prouincijs Hispaniarum, Galliarum, Italiæ, & Dalmatiæ, cum etiam in Concilio Tridentino astitisset anno 1552. tertio decimo Kalendas Augusti ætatis suę 50. Miror, cur Posseuinus, pag. 580. mentionem faciat de hoc Fr. Francisco Romæo Generali, qui obijt 1552. & postea pag. 592. de Fr. Francisco Syluestro Ferrariensi eadem scripta Romæi illi tribuendo, & dicat quod obijt eodem anno, cum talis Franciscus Siluestrius, qui talia scripserit, nunquā in ordine nostro inueniatur, sed tantum Fr. Franciscus Siluestrius Ferrariēsis, qui scripsit super contragentes, & obijt anno 1528. deberet, inquam iste auctor diligentius veritatem inuestigare.

F. Antonius Lusitanus.

Fr. Franciscus Pratensis Florentinus Theologicis disciplinis excultus scripsit librum, quo plures quęstiones Theologicas Metaphysicas, & de anima expendit, tractatum item de connexione accidentis cum substantia, alterum de logicalibus, vt vocant, terminis circa annum 1577.

F. Ambrosius Gozzeus.

Fr. Franciscus Fontana Comensis concionator egregius scripsit librum de Rosario B. Virginis, circa annū 1595.

GERMANI.

Antonius Posseuin.

Frat. Michael Plodius li. 4.

FRATER Felicianus Ninguarda à Morbinio, quod est oppidū in valle Tellina cœnobij Sanctę Marię Gratiarum Mediolanensis alumnus, vir omnigena eruditione excultus primo Scalensis, deinceps autem Nouocomensis Episcopus doctam edidit fidei Catholicæ assertionem aduersus articulos vtriusque confessionis fidei Anę Burgensis iuris Doctoris Aurelianensis Academiæ Cathedratici, & postremo senatoris Parisiensis senatus quam confessionem eidem senatui obtulit, cum propter hæresim idem Anæ Burgensis ad supplicium esset deducendus. Præterea contra eiusdem mortis historiam, quæ falso nomine inscripta erat, Martyrium, deque miraculis hæreticorum. Assertionem autem hanc legati Cardinales pręsides Synodi Tridētinæ anno Domini millesimo quingētesimo sexagesimosecundo, dignam typis approbarunt, quam ob rem Ve-

uetijs prodijt anno 1563. Agitur autem in ea de immunitate,& interpretatione scripturarum, de traditionibus Apostolicis,& humanis, de Primatu Pontificis, deque plerisque alijs, quæ Caluiniani hæretici solent carpere, præcipue autem de Sacramentis, edidit etiam manuale visitatorum duobus complexum libris: continet autem, quæ ad visitationem pertinent, ac diuersos visitandi modos omnibus, qui hoc munere funguntur vtilissimum, edidit item Enchiridion de censuris, irregularitate,& priuilegiatis, curam animarum gerentibus & rerum Ecclesiasticarum iudicibus cōmodum, quod quidem vrgentibus Metropolitano,& Coepiscopis Prouinciæ Salisburgensis Ingolstadij emisit anno millesimo quingentesimo octuagesimo tertio. Edidit demum librum prænotatum, defensio fidei maiorum nostrorū. In Germania Apostolicus,& Cæsareus visitator extiterat religiosorum illius nationis,& in Concilio Tridentino orator Archiepiscopi,& Principis Salisburgensis extiterat, vbi magnum eruditionis sibi nomen comparauit. Obijt in senectute bona Episcopus Comensis anno millesimo quingentesimo nonagesimo tertio.

Eisingrenius. F. Felix Fabri edidit quendā peregrinationis suæ Hierosolymitanæ librum circa annum millesimum quingentesimum octuagesimum tertium.

F. Leader Albertus, lib. 4. fol. 150. F. Franciscus à Rethsa sacræ paginæ disciplina exculpus,& deuotissimo affectu ad B. Virginem nobilitatus in Viennensi Austriæ Academia Prouerbia Salomonis publice duodecim annorum spatio interpretatus, scripsit in eadem volumen sat grande de vitijs, & virtutibus in Prouerbiorum item sextum caput digressionem ad B. Virginem, quam summopere venerabatur, scripsit Antiphonam, denique Salue Regina exponēs, in tres libros eam est partitus. Claruit circa annum millesimum quadringentesimum decimum sextum.

G

HISPANI.

Diagus libr. 1. c. 40. FRATER Gabriel Casafages, Barchinonensis insignis cœnobij alumnus in Theologia scholastica,& in sacra pagina eruditionis conspicuæ in argumentis efficaciæ, atq; energiæ splendido vigore præditus, acerrimusque in congressibus disputator, qui coram Summo Pontifice Pio secundo, cum duobus nostræ familiæ viris doctissimis anno millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio egregie, & maxima cum laude ostendit in sanguine Christi in passione effuso esse diuinitatem,& ita adorationis latriæ cultum ei esse exhibendum. Scripsit iussu Summi Pontificis, librum de omnibus in illa concertatione controuersijs. Claruit circa annum 1464.

Diagus libr. 1. c. 44. F. Gaspar Fayol Illerdensis conuentus religione, atque scientia clarus, de consilio prælatorum, scripsit librū aliū de profectu in religione, alterum contra somnia,& errores Iudæorum, contra Mahometanorum turpem sectam alium,& alium valde eruditum de articulis fidei, de Ecclesiæ Sacramentis, & de vitijs & virtutibus. Claruit circa annum millesimum quadringentesimum nonagesimum quintum.

Diagus libr. 1. c. 31. F. Gombaldus de Vligia conuentus Cerueriensis alumnus, ac Prouinciæ Aragoniæ moderator, Theologus clarus,& moribus præstans, scripsit commentaria super quatuor libros Sententiarum, & volumen de vitis sanctorum. Obijt anno millesimo trecentesimo octuagesimo quarto pridie Idus Iulij.

Frater Gregorius Martinez Segobiēsis regalis sanctæ Crucis conuentus filius, censor fidei in Vallisoletano Inquisitionis Senatu, ingenij acumine viuacitate,& perspicuitate cum maximis

comparandus, postquam per duodecim & vltra annos in prædicto Segobiensi, & S. Pauli Vallisoletani Florentissimis Cœnobijs Theologiam sacram D. Thomę prælegerit scripsit tomum primum commentariorum, primæ secundę Doctoris eiusdem magna eruditione refertum. Viuit adhuc.

Frat. Michael Plodius li. 4. Fr. Gregorius Aguayo Bethicus Cõuentus Malaccitani filius cõsultor, & censor fidei, in Hispalẽsi, & Murciensi Inquisitionis Senatibus cõcionibus, ac Theologica doctrina clarus scripsit Neapoli aliquas conciones de tempore, ac de sanctis, vt Fr. Ambrosius Gozzeus, & Fr. Michael Plodius lib. 4. col. 378. referunt. Viuit adhuc.

Fr. Ambrosius Gozzeus.

ITALI.

Fr. Antonius Lusitanus. FRATER Gabriel Barleta Apulus Theologus, ac concionator insignis reliquit sermones ad quadragesimam tomo vno, ad tempora vero Aduentus, Ascensionis, Pentecostes, & dies sanctorum festos altero spectantibus, qui cum sæpe in lucem prodijssent recusi sunt Venetijs anno 1571. Claruit circa annum 1470.

Antonius Posseuin. Fr. Galuanus (alijs Georgius) Flamma Mediolanensis historiæ disciplinis nobiliter versatus, & Theologus eruditus scripsit Chronicon ordinis à B. P. Dominico, quod extat Mediolani, in celebri Cœnobio Sanctę Mariæ Gratiarum, Chronicon item Imperatorum, & Vrbis Mediolanensis, ab eius conditione, summam item de casibus conscientię, circa annum millesimum trecentesimum quadragesimum.

Antonius Posseuin. Fr. Gaspar Stephanus scripsit librum satis eruditum pro Ecclesiastica libertate, & immunitate, circa annum millesimum quingentesimum vigesimum.

Fr. Ambrosius Gozzeus. Fr. Gaspar Bugatus Mediolanensis scripsit commentaria, super Tobiam, & Chronicon mundi, vsque ad sua tempora, & fundationem, ac progressum Cõuentus Mediolanensis Sancti Eustorgij, cuius alumnus extitit, circa annum 1597.

A

Frat. Michael Plodius li. 1. Fr. Georgius Arrarus Alexandrinus Lombardus scripsit commentaria, & adnotationes super totum decretum, cum in iure Pontificio, ac Cæsareo apprime versatus esset, ac etiam philosophus, ac Theologus egregius, circa annum 1262.

Fr. Antonius Lusitanus. Fr. Cascanus Mediolanensis vir doctus, in Theologia, & Philosophia egregie excultus scripsit super totã Philosophiam Aristotelis, & super quatuor libros sententiarum, circa annum millesimum ducentesimum sexagesimum secundum.

B

Fr. Seraphinus Razi. Fr. Georgius à Peyra scripsit super quatuor libros sententiarum, & super logicam Aristotelis, circa annum millesimum trecentesimum duodecimum.

Frat. Michael Plodius li. 3. F. Georgius Mediolanẽsis vir doctus & studiosus scripsit vitam B. Iacobi Sextij Mediolanensis, quæ habetur, in Leandro Alberto lib. 5. fol. 255. & vitas aliorum quorundam virorum nostrę familiæ sanctitate fulgentium, scripsit etiam super logicam, circa annum millesimũ quingentesimum decimum quintum.

C

Antonius Posseuin. Fr. Georgius Rauegnatinus Mediolanensis, in politioribus literis, atque Philosophicis, ac Theologicis studijs egregie excultus, scripsit de illustribus fratribus nostri ordinis, qui in Romana prouincia claruerunt. Alium item librũ ad historiæ modum quadripartitũ Cœnobij Sanctæ Mariæ Gratiarum Mediolanensis, historiam item quadripartitam, in qua interlocutores introducens vitas D. P. Dominici, D. Petri Martyris conscripsit. Tractatum de vita cœnobitica, alium librum inscriptum, interlocutio męsta super nouis, & inauditis rerum mutationibus, Apologiam, pro Bartholomęo Quarterio, qui impubes ordinem fuerat ingressus, hymnum de Assumptione B. Virginis ad superna, & alia opuscula. Claruit circa annũ millesimum quingentesimum vigesimum.

D

F. Antoni Lusitanus Fr. Georgius Bostius Vercellẽsis almi Cœnobij Bononiensis alumnus, & ibidem Regens eruditus, Theologicis, ac Metaphysicis disciplinis apprime e-

xercitus scripsit quæstiones nouem de Philosophicis, quęstiones tres de relationibus creatis, quæstiones de fine hominis, quęstiones quinque de prouidentia Dei, quæstiones de prędestinatione & reprobatione, quæstiones de diuinis relationibus, de potentia creandi, de contritione, de confessione, de fide, & operibus, de fide, & eius causa, de libero arbitrio, & eius viribus, de motu locali, de merito, & de peccato angelorum, de necessitate Sacramenti Baptismi, de reali existentia Christi in Sacramento Altaris, de necessitate confessionis præmittendę, ante Eucharistiæ sumptionem, de vxoris adulterę dimissione, & num maneat vinculũ matrimonij? An libellus repudij olim fuerit licitus? An pluralitas vxorum sit cõtra ius naturę presertim habere duas vxores viuas? Vtrùm connubium inter fratrem, & sororem sit contra ius naturæ? De differentia gratię à virtutibus Theologicis, de discrimine inter nouã, & veterem legem. De necessitate, & vtilitate legis humanæ, de Ecclesiasticis dignitatibus, & potestatibus, & earum ordinibus. Floruit doctissimus Magister anno 1576.

A

Fra. Michael Piodius lib. 1.

Fr. Gerardus à Sileto Astrologiæ nõ minus, quã Theologię studijs addictus scripsit summam de astris, & eam in tres partes distinxit, circa annum millesimum ducentesimum nonagesimum quintum.

F. Ambrosius Taegius 1. p.

Epitome Gisneri.

F. Gratiadeus Æsculanus dialecticæ Physicæ, ac Theologiæ concertationibus versatus, scripsit super prædicabilia Porphyrij, super libros Perihermenias Aristotelis, super Prędicamenta, super libros sex principiorum, scripsit etiam super libros Physicorum, & volumen quęstionum Theologicarum, ac Metaphysicarum, quas in studio Patauino disputauit, scripsit etiam summam logicæ, & super parua naturalia Aristotelis. Claruit circa annum Domini millesimum quadringentesimum octuagesimum.

Fr. Antonius Lusitanus.

Fr Gregorius de Primatijs Senensis Theologiam diù publice cum magna laude professus, Tridentinæ Synodo assistens eruditionis clarissimum specimẽ præbuit: edidit in omnes D. Pauli Epistolas, & in Canonicas, siue Catholicas Apostolorum Petri, Ioannis, & Iudę commentaria, literalem præcipue sensum enodantia. Floruit circa annum millesimum quingentesimum septuagesimum sextum.

Frat. Michael Piodius lib. 4.

Fr. Gregorius Seruantius de S. Seuerino, Marchianus Episcopus Treuicanus in Regno Neapolitano, doctrina, & eruditione insignis scripsit librum eruditum de potestate, & immunitate Ecclesiastica aduersus Doctorem quemdam incognitum, qui tractatum quemdam octo propositionum scripserat, super Breue Apostolicum Pauli quinti cõtra Senatum Venetum expeditum anno millesimo sexcentesimo sexto. Obijt istè doctus, & vigilans pastor anno millesimo sexcentesimo octauo, Mense Octobris.

B

F. Ambrosius Gozzeus.

Fr Gregorius Lombardellus Senensis historiarum clara lectione versatus, scripsit vitas aliquot Sanctorum Senensium & Italicorum, insuper ad instantiam Clementis octaui Pontificis maximi librum de veritate stigmatum Sanctæ Catherinæ Senensis, insuper lingua etiam materna summarium disputationis, de Stigmatibus Sanctæ Catherinę. Viuit adhuc.

C

Fr. Antonius Lusitanus.

Fr. Guido è Cenodio, in iure diuino Cæsareo, & Pontificio valde instructus scripsit libros quinque Decretalium modo disputatiuo, opus insigne, quod appellauit quæstionarium, volumen etiam concionum, per annum. Floruit anno 1300.

D

Fr. Sixtus Senensis lib. 4.

Fr. Guido Ferrariensis Ecclesię Episcopus poëta valde elegans, diuinarũ quoque literarum tractator egregius inter multa ingenij sui opera edidit ad imitationem Petri Rigę Remensis presbyteri Scholasticum poema Clementi Pontifici eius nominis quinto dicatum: in quo hexametro versu vtriusque testamenti libros historica, & allegorica explanatione disseruit, eius titulus est, Margarita Biblię initium vero, Nobile principium. Claruit, sub Henrico

Imperatore septimo, anno millesimo trecentesimo decimo.

Fr. Leander Albertus lib. 4. fol. 153.

F. Guido Genetius Bononiensis Philosophus, ac Theologus eruditus, in vniuersam moralem Philosophiam Aristotelis, scripsit & alia opera, quæ in bibliotheca Sancti Dominici Bononiensis extant. Floruit circa annum millesimum trecentesimum octuagesimum sextum.

Frat. Michael Plodius li. 1.

Fr. Gullelmus Romanus Parisiensis Doctor, Philosophus eximius, atque Theologus excellens scripsit commentaria super quatuor libros sententiarum, volumen etiam concionum de tẽpore, ac de sanctis, circa annum millesimum ducentesimum quinquagesimũ quartum.

GALLI.

Fr. Antonius Lusitanus.

FRATER Gerardus (alijs Georgius) Ade Archiepiscopus Antibariensis vir doctus, & pius scripsit officium vndecim milliũ virginum, officium B. Georgij Martyris, officium B. Thomæ Aquinatis, atque officium de sanctificatione B. Virginis, circa annum millesimum ducentesimum octuagesimum.

F. Leander Albertus lib. 4. fo. 153.

Fr. Gerardus à Fracheto Lemouicẽsis prouinciæ Galliæ præfectus iussu Fr. Humberti Ordinis Generalis, & ex decreto Capituli Generalis anno 1256. Parisijs celebrati (quo mandatum fuit nostræ familiæ Sodalibus vniuersis, vt siquid memoria dignum de nostri ordinis fratribus, & sororibus haberent, id Generali significarent) scripsit vitas fratrum, seu commentarium, in quinque partes distinctum de origine, & viris illustribus Ordinis Prædicatorum typis longe dignissimum. Obijt anno Domini 1271. quarto Nonas Octobris.

F. Antonius Lusitanus

Fr. Gothifredus scripsit librum de rebus spiritualibus, quem inscripsit, Pantheon, circa annum millesimum trecentesimum.

Antonius Possevin.

Fr. Gregorius Britannicus doctrina, & moribus ornatus, & sui æui celebris ecclesiastes composuit conciones varias funebres, nuptiales, & plures alias, orationum etiam volumen copilauit. circa annum 1516.

Fr. Sixtus Senensis lib. 4.

Fr. Guido Ebroycensis Theologus insignis, & declamationibus ad populum facundus, & disertus addidit ad regulas Ticonij Afri, quædam aptissima documenta, ad sacræ scripturæ sensum capessendum vtilia, ostendens, ex quarum rerum ignorantia, in doctrinę sacræ expositione errare sæpius contingat, his titulum fecit, De clauibus sacræ scripturæ. Scripsit etiam conciones de tempore, ac de sanctis, tali dignas ingenio, ac etiam librum, in quo Themata, & assumpta variorum generum cõcionatoribus vtilia proponit. Floruit circa annum 1314.

Fr. Ambrosius Gozzeus.

Fr. Guido Virmanus de Auinione eruditione insignis scripsit summam virtutum, & vitiorum, circa annum millesimum trecentesimum septuagesimum quintum.

Fr. Antonius Lusitanus.

Fr. Guido Gallicus vir spectabilis doctrina, & in declamationibus ad populum feruidus, & egregius ecclesiastes scripsit sermones de tempore, & de sanctis per annum, & super Euangelia, & Epistolas, & summam compendiosam, in Philosophiam naturalem, circa annum 1440.

Antonius Possevin.

Fr. Guido Flamuchetus Narbonensis Generalis Ordinis prępositus, ac Magister, vir doctus, moribus præstans prudentia excellens, zelo obseruantiæ clarus scripsit chronicon Ordinis, obijt anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo, quarto Idus nouembris.

F. Leãder Albertus l. b. 4. fol. 153.

Fr. Guericus medicina, & Philosophia insignis, scripsit super octo libros Physicorum, super logicam Aristotelis, & insuper librum de medicina, & antequam sacris initiaretur, nec togam prædicatoriam indueret, in diuersis Gymnasijs studia logicalia, Philosophica, & medicinalia sectatus est, & toga prędicatoria sumpta egregie Parisijs Theologiam docuit. Floruit circa annum millesimum ducentesimum sexagesimum tertium.

Trithemi.

Fr. Guillelmus Peraldus Viennensis

in Del-

in Delphinatu eruditione scholastica, & sacra excellens, & in philosophia naturali, ac morali nulli suæ ętatis secundus, scripsit conciones de tempore, ac de sanctis, librum eruditum, de proprietatibus rerũ, alterum de regimine Principum, expositionem regulæ D. Benedicti, summam virtutum, & vitiorum à Fr. Iacobo de Voragine, in compendiũ redactam perutilem quidem concionatoribus Venetijs, Antuerpiæ, & Lugduni sæpius excusam. Floruit circa annũ millesimum ducentesimum quinquagesimum quintum.

Fr. Sixtus Senensis lib. 4. Fr. Guillelmus de Alcono Academiæ Sorbonicæ apud Parisios Magister, collegit in Ecclesiastem Scholasticam postillam, itemque in Matthęum, & tractatum de decem virginibus, circa annum 1262.

Trithemi. Fr. Guillelmus Lugdunensis, & eiusdem Ecclesiæ antistes scripsit in libros sententiarum, item conciones varias ad populum, summam virtutum libris quinque, & summã vitiorum libris octo complexam, scripsit de legibus, & de fide Sacramentorum, circa annum millesimum ducentesimum septuagesimum sextum.

Fr. Antonius Lusitanus. Fr. Guillelmus Durandi cognomine Speculator, qui fuit Mimatensis Episcopus, ob ingentem omnium scientiarum etiam iuris Canonici cognitionem scripsit summam vtilissimam, quam Speculum appellauit, edidit etiam aliud volumen prænotatum Rationale diuinorum officiorum, in octo libros distributum: scripsit etiam repertorium iuris. Claruit circa annum 1279. sub Nicolao tertio.

Antonius Possevin. Fr. Guillelmus de Tornaco sacræ paginæ, atque scholasticæ Theologię cognitione clarus, scripsit super Epistolas D. Pauli, & super alios scripturæ sacræ libros, circa annum 1293.

Frat. Michael Plodius li. 1. Fr. Guillelmus eruditione præstans, ex dictis sanctorum compilauit summam notabilem, quam distinxit in libros decẽ, & inscribitur. Florigerũ Theologię anno 1295.

Fr. Antonius Lusitanus. Fr. Guillelmus Celdonensis scripsit erudite super summam Raimundi, & alia opuscula, in vtroquè iure, circa annum 1295.

Fr. Sixtus Senensis li. 4. Fr. Guillelmus de Mesitona Cancellarius Parisiensis scripsit in duodecim prophetas postillam, itemque in Epistolam ad Hebræos, cuius initium est, Narrabo nomen tuum. Floruit circa annum 1298.

F. Antoni. Lusitanus. F. Guillelmus Parisiensis, qui fuit Philippo quondam Gallorum Regi à sacris confessionibus, vir ingenio pręstãs, iudicio clarus, & prudentia conspicuus Theologię iurisquè Pontificij studijs excultus, composuit repertorium, seu indicem ad inueniendum facile in Decreto, & Decretalibus quæcumque notabilia, circa annum 1300.

Frat. Michael Plodius li. 1. Fr. Guillelmus Cancus eruditione excellens scripsit super quatuor libros sententiarum, & plura opuscula de varijs argumentis, circa annum millesimũ trecentesimum duodecimum.

Antonius Possevin. Fr. Guillelmus Petrigodiuus Bayocensis Vasco, qui postea Sanctę Romanæ Ecclesiæ Cardinalis à Pontifice Clemente quinto creatus est, scripsit librum de nuptijs Christi Domini, & Ecclesiæ. Obijt anno Domini millesimo trecentesimo trigesimo sexto.

Antonius Possevin. Fr. Guillelmus Suthampton, vir doctus, & in cognitione diuinorum excellens, scripsit super quatuor libros sententiarum commentaria, item in Isaiam, volumen alterum super moralia D. Gregorij, quæstionum Theologicarũ volumen aliud, vltimum vero de concionibus, tam de sanctis, quam de tempore, circa annum Domini millesimum trecentesimum quadragesimum.

Antonius Possevin. Fr. Guillelmus Rothuel omni disciplinarum genere excultus, scripsit in libros Magistri sententiarum, quæstionum scholasticarum librum vnum de principijs naturæ, de intellectu, commentaria librum Iudicum, in Regum historiam, in Psalterium, in Ecclesiasticum, in D. Pauli Epistolas, ad Romanos, ad Corinthios, ad Galathas, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Colossenses, ad Thessalonicenses, atquê etiam

volumen

volumen vnum concionum. Claruit circa annum millesimum trecentesimum sexagesimum.

Fr. Guillelmus Sudre Lemouicensis, ab Vrbano Quinto Cardinalis creatus, vir doctrina clarus scripsit librum de sancta cruce, epistolas quoque in causis fidei ad diuersos. Obijt anno 1373.

Antonius Posseuin.

Fr. Guillelmus Kayoto eruditione Religione, ac moribus excellens, qui laudabiliter Franciæ prouinciam Prædicatoriam gubernauit, scripsit librum concionum, & summam confessionum Fr. Ioannis Teutonici redegit in compendium circa annum millesimũ trecentesimum nonagesimum.

Trithemius.

Fr. Guillelmus Paruus (Gallice petit) Normanus, & Episcopus Trecensis in Campania Galliæ, & Lodouici huius nominis duodecimi Regis confessarius, & Regis Francisci primi Theologus, eruditione, prudentia, & Religione ex ellens scripsit librum de hominis reformatione, ac de eiusdem excellentia, quo item modo se gerere debeat, vt denique ad Regnum cœleste perueniat. Claruit circa annum millesimum quingentesimum decimum quintum.

Antonius Posseuin.

Fr. Guillelmus Papicus, vir doctus, edidit volumen concionum in Rosarium B Virginis, circa annum millesimum quingentesimum vigesimum.

Antonius Posseuin.

Fr. Guillelmus Pepinus Ebroicensis concionator facundus, & ardens, cui parẽ, temporibus suis Gallica lingua nõ habuit, composuit in Genesim, in Exodum, & in septem Psalmos pœnitentiales iuxta quadruplicem diuinæ Scripturæ sensum Scholasticam lecturam rudi quidem & inculto sermone, sed artificiosa industria concinnatam, declamatoribus diuini Verbi vtilem, scripsit etiam in epistol s & Euangelia totius anni scholasticos Sermones pene innumeros, scilicet, volumen quadragesimalium concionum, alterum Dominicalium ex epistolis, & Euangelijs totius anni, cum indice locupletissimo, aliud in Euangelia quadragesimalia Sacræ scripturæ, Patrumque notationibus auctum. Volumen concionum de imitatione sanctorum pro diebus festis, eorum anniuersarijs, volumen prænotatum, Elucidatio in Cõfiteor, in qua quęcumque ad confessionem, ad peccata cordis, oris, operis, & omissionis ad contritionem, & ad satisfactionem spectant, accurate explicãtur. Volumen item inscriptum Rosarium aureum B. Virginis, & opusculum prænotatum, Secretum secretorum; quæ omnia eruditissima opera sępius Venetijs, Parisijs, Lugduni, & Coloniæ ad publicam vtilitatem recusa sunt. Obijt anno millesimo quingentesimo vigesimo septimo.

F. Sixtus Senensis li. 4.

GERMANI.

FRATER Galterus (alijs Gualterus) Vinterbonius Salisburgẽsis scholastica disciplina, & diuina excellens scripsit librum quæstionum Theologicarum, & aliud concionum ad populum, circa annum millesimum trecentesimum quintum.

Fr. Antonius Posseuinus.

Fr. Gerardus Coloniensis, vir pius & doctus scripsit librum prænotatum Medullam, siue potius in ædelam animæ circa anum 1514.

Frat. Michael Piodius li. 1.

Fr. Gerardus Leodiensis, in diuinis disciplinis optime excultus scripsit librum de doctrina cordis, incipit, Preparate corda vestra Domino, quo libro cum septem dispositiones proponat faciendas circa cor, disserit eas perutiliter, scripsit autem alios duos libros alterum concionum de tempore, alterum de sanctis, circa annum millesimum trecentesimum decimum quartum.

Tritbemi de viris illustribus Germaniæ

Fr. Gerardus de Haucinis Religione, & forma spectabilis Theologus, & philosophus insignis, scripsit super quatuor libros Magistri sententiarum, circa annum Domini 1314.

F. Seraphinus Razi.

Fr. Gerardus Vulichius Trenerensis præclaram litterarum sacrarũ cognitionem assecutus, scripsit volumen concionum de tempore, ac de Sanctis

Fr. Antonius Lusitanus.

ctis Passionale etiam de Sanctis Martyribus, circa annum millesimum trecentesimum decimum quartum.

Tritbemi⁹ Fr. Gerardus de Eltem Conuentus Coloniensis, postquam Theologiam annis multis, in Gymnasio Coloniensi publice, non sine magna laude omnium docuisset, scripsit quæstiones sententiarum libro vno, quæstiones quoque alias varias, in scholis disputatas, sermones ad populum, & orationes complures ad clerum. Claruit anno millesimo quadringentesimo septuagesimo.

F. Antoni⁹ Lusitanus Fr. Goscalcus Ephordiensis scripsit volumen eruditione, ac pietate plenũ, in gratiam virginum Deo dicatarum. Claruit circa annum 1420.

Fr. Antonius Lusitanus. Fr. Gregorius Viennensis philosophus, & Astrologus excellens, scripsit librum de eclipsibus Solis, & Lunæ, circa annum millesimum quingentesimum trigesimum quintum.

Antonius Possevin⁹ F. Guillelmus Kinghesam scripsit cõmentaria erudita in Ecclesiasticum, & librum variarum concionum anno millesimo trecentesimo trigesimo.

Antonius Possevin⁹ Fr. Guillelmus Humerius Nouesianus Cœnobij Cramandensis, in Sueuia scripsit erudita commentaria, in Genesim, quæ Dilingæ fuerunt excusa anno millesimo quingentesimo sexagesimo quarto.

ANGLI.

Fr. Alphõsus Ciaconus, vel Chacon de gestis Pontificũ, & Cardinalium. FRATER Gualterus VVinKterburnus Saresbinẽsis Philosophus & Theologus præclarus Angliæ prouinciæ præpositus Eduardi Anglorũ Regis â sacris confessionibus, presbyter Cardinalis à Benedicto vndecimo, scripsit libros tres summæ Theologiæ, de peccato originali librum vnum, quæstionum Theologicarum librum vnum, alterum concionum, & alia quędam. Obijt Genuæ anno Domini 1305. Kalendis Septembris.

Fr. Antonius Lusitanus. F. Gualterus Iorsius eruditione Theologica excultus, scripsit doctissime super quatuor libros sententiarum, & librum alterum plurium quæstionũ Theologicarum, circa annum 1310.

A

F. Leãder Albertus de viris illustribus Ordinis Prædicatorum lib. 3. fo. 86. Fr. Guillelmus de Odone, clarissimis viris religione, ac doctrina comparandus excellentibus, bis in Anglia administratione prouinciæ functus, Archiepiscopus Dublinensis, in Regno Hiberniæ factus, scripsit in quatuor libros sententiarum, & librum de immediata visione diuinæ essentiæ, & alium de vnitate formarum. Obijt anno 1298.

F. Leãder Albertus lib. 4. fol. 149. Frat. Guillelmus Masset scholastica Theologia excultus, scripsit volumen vnum quæstionum aduersus Henricum â Gandauo, alterum contra corruptorium correptorij D. Thomæ, librum alterum quæstionum de Angelis, postillas super aliquos libros scripturæ sacræ, & librum de decem virginibus, circa annum 1300.

B

Frat. Michael Plodius li. 3. Fr. Guillelmus Bethus, vir eruditus in concertationibus Theologicis, scripsit super quatuor libros sententiarum, & librum de vnitate formarum, atque varias lecturas scholasticas, circa annũ millesimum quadringentesimum nonagesimum octauum.

C

BELGÆ.

Fr. Ambrosius Gozeus. FRAT. Gerardus Flander scripsit de Rosario B. Virginis, aliquot item adnotationes de Arithmetica, & Kalendarium perpetuum ad soluendum diutnum officium, circa annum 1605.

F. Antonius Lusitanus Fr. Guillelmus Brabantinus in politioribus literis, & linguę Græcæ cognitione clarus philosophus, ac Theologus pręstans, ad instantiam D. Thomę dicitur in Latinum ê Gręco transtulisse textum Aristotelis, composuit etiam librum de proprietatibus, & naturis rerum, quem quidam perperam tribuũt Frat. Bartholomęo Anglico: scripsit etiã librum vnum de apibus. Claruit circa annum 1262.

D

DALMATÆ.

Fr. Antonius Lusitanus. FRATER Gregorius Ragusæus sacræ paginæ cognitione excultus, & Theologus valde eruditus,

scripsit commentaria super Epistolas D. Pauli, circa annum millesimum trecentesimum trigesimum quintum.

F. Ambrosius Gozzeus.

Frat. Gregorius Notalius Ragusinus Philosophiæ, Theologiæ, & sacræ scripturę lectione eruditus scripsit super librum Exodi, super parabolas Solomonis, super Isaiam, & Hieremiam, super Euangelium Matthæi, Marci, & Ioannis, super Epistolas D. Pauli, super Decretum, & Decretales, super Prædicabilia, quęstiones de anima, de Deo, de Angelis, de homine, de creaturis, de pœnitentia, de Astrologia, librum: item aduersus hæreticorum deliria, conciones de tempore, ac de sanctis, tractatum de Stigmatibus B. Virginis Catherinæ Senensis. Tractatum etiam de puero Iesu, circa annum 1540.

H

HISPANI.

Frat. Michael Plodius li. 2.

FRATER Henricus Petri Illerdensis Conuentus, vir in scholasticis concertationibus eruditus scripsit super quatuor libros sententiarum, circa annum millesimum trecentesimum octuagesimum.

Historia Prouinciæ Lusitaniæ

Fr. Henricus Taborensis de Brito Lusitanus religione simul & scientia insignis, cum esset socius Archiepiscopi Bracharẽsis, F. Bartholomęi de Martyribus scripsit librũ vtilissimum de his, quę à perito confessore pro confessionum audientia sunt aduertenda, circa annum millesimum quingentesimum septimum.

Fr. Franciscus Diagus lib. 1. cap. 98.

Fr. Hieronymus Taix, ex prouincia Aragoniæ, vir pius, & deuotus, qui anno millesimo quingentesimo trigesimo octauo erat Prior cœnobij Sancti Onophrij propè Valentiam, scripsit librum de Rosario B. Virginis, & de miraculis aliquot propter eius deuotionem patratis

Fr. Sixtus

Fr. Hieronymus ab Oleastro Lusitanus Regalis, ac sumptuosissimi, & pulcherrimi cœnobij Victoriensis (Hispane de la Batalla) alumnus, ob morum grauitatem Lusitanię prouinciæ præfectus, & hæreticæ prauitatis apud inclytam Olisiponem Inquisitor, omne disciplinarum genus assecutus, ad sacræ namque paginæ cognitionem, & in scholastica eruditione præstantiã etiam linguarum Græcæ, & Hebraicę peritiam addidit. Scripsit commentaria in quinque libros Moysi exacte literalem, ac moralem sensus enodando, scripsit etiam postillas in reliquos veteris testamenti libros, potissime super Isaiã, Hieremiam, & duodecim prophetas minores, quæ morte pręuentus edere nequiuit, volumen etiam eruditum scripsit contra hęreses horum temporum. Claruit ab anno 1556. quo commentaria in Pentateuchum Olisipone excusit, vsquè ad annum Domini 1563. quo obijt.

Senensis lib. 4. & Antonius Lusitan.

Frat. Michael Plodius li. 4.

Fr Hieronymus Pinerius Lusitanus, Episcopus Salenus suffraganeus Henrici Cardinalis, posteà Lusitanię Regis, Archiepiscopi Eborensis, clarus concionator, & tam doctrina, quam moribus conspicuus, scripsit de Resurrectione Domini: tractatum item de Ecclesiæ Sacramentis, & volumina concionum, de tempore, ac de sanctis. Claruit circa annum millesimum quingentesimum septuagesimum sextum.

Frat. Michael Plodius li. 4.

Fr. Hieronymus Ramos Eborensis Monasterij in Lusitania alumnus, scripsit vitam B. Ferdinandi Lusitanię Principis apud Marroquinum in captiuitate defuncti, qui pro Diuo à Lusitanis colitur. Cuius corpus requiescit in magnificentissimo regio cœnobio de la Batalla. Claruit circa annum millesimum quingentesimum septuagesimũ octauum.

Historia prouinciæ Lusitaniæ

Fr Hieronimus Corrigius Lusitanus diligens, ac eruditus vir, scripsit indefesso labore tabulam priuilegiorum nostro Ordini Prędicatorio concessorum, & alium librum de concordantia scientiarum, circa annum millesimum sexcentesimum.

Fr. Hieronymus Almonacirius Conuentus Ciuitatensis, in Extrema ora alumnus sacræ Theologiæ, & diuinorũ librorũ cognitione insigni excultus, qui per quadraginta amplius annos, tam in cœnobijs Burgensi, Vallisoletano, quam in vespertina, & sacrę scripturæ Cathedris, in Complutensi celebri Academia, in qua rude donatus, ac iubilatus est, prælectionibus sacris ac Theologicis Magister euaserit admodum consummatus, qui & supremi Senatus Generalis Inquisitionis censor, & Complutẽsis scholę Theologicæ facultatis Decanus extitit, scripsit erudita cõmentaria, in librum Cantici Canticorũ stylo perpolito, & sententiarum grauitate refertum, obijt Compluti, in senectute bona octogenarius anno millesimo sexcentesimo quarto.

Fr. Hieronymus Moreto Hispalensis S. Pauli celeberrimi Conuentus filius, scripsit vitam venerabilis Fratris Pauli à Sancta Maria, qui cum opinione maximę sanctitatis obijt in eodem Conuentu, miraculorum gloria coruscus. Viuit adhuc.

Fr. Hieronymus Baptista de la Nuza Conuentus grauissimi, ac religiosissimi Valentini filius, qui iam semel, & iterum in Aragonię Prouincia moderatoris officio functus est, & Episcopus Baluastri vrbis, in Aragonia factus, vir omnigena disciplina instructus, Theologus excellens, & concionator insignis, non minus morum grauitate, virtutumque ornamentis, quam eximia eruditionis excellentia conspicuus, scripsit hactenus volumen grande concionum super Euangelia, quatuor feriarum à Cinere vsque ad Sabathum, ante primã Dominicam quadragesimæ, doctis viris valde probatum. Viuit adhuc. Et alia plura doctissima Typis edenda parat.

ITALI.

F. Leander Albertus, lib. 4. fol 147. &

FRATER Henricus Ariminẽsis, vir eruditionis pręstantia clarus, scripsit tractatum de quatuor virtutibus Cardinalibus, concionato-A ribus satis vtilem, Philosophiam moralem complectentem, cum Epistolis, & historijs, ex diuinarum humanarumquè scripturarum authoribus, librum item de politia Venetorum. Claruit circa annum millesimum trecentesimũ decimum tertium.

Antonius Posseuin.

Fr. Henricus Ferrariensis scripsit tractatum vtilem, atquè curiosum de quadruplici instinctu, circa annum millesimum trecentesimum nonagesimum.

Fr. Antonius Lusitanus.

Fr. Henricus de Plano Astensis scrip-B sit volumen concionum quadragesimalium, & per totum annum. Claruit circa annum millesimum quadringentesimum vigesimum.

Frat. Michael Plodius li. 3.

Fr. Hermanus de Triuisio eruditione sacræ scripturę clarus, scripsit commentaria super Cantica Canticorum, circa annum 1355.

F. Ambrosius Gozzeus.

Fra. Hyacintus Petronius Romanus Magister sacri palatij, qui Salmanticæ Theologiam discens, & in Abulensi Sancti Thomæ Academia dialecticam, C & Philosophiam docens, apud Mineruam Romę Theologiam prælegit, deinde ad magisterium sacri palatij assumptus est. Commentaria erudita super logicam Aristotelis dedit in lucem, & in animo habebat, plura alia opera Theologis, & philosophis satis vtilia typis mandare, sed tanto munere, iam occupatus, dubium est, si ad ea edenda tempus habeat. Viuit adhuc.

Fr. Hieronymus Ioannis Florentinus, qui in Florentino Concilio perorauit, & Græciæ prouinciæ moderator, D & totius Ordinis Generalis procurator extitit, duo quadragesimalia volumina edidit, & librum de Antiphonis. Obijt Florentiæ anno 1454. tertio Kalendas Septembris, ętatis 77.

Fra. Michael Pocciantius & fra. Michael Plodius libr. 4.

Fr. Hieronimus Bononiensis scripsit Chronicam nostri ordinis, vsquè ad sua tempora anno 1484.

Fr. Antonius Lusitanus.

Fr. Hieronymus Forliuiensis, vir doctus, & egregius Ecclesiastes, scripsit volumen concionum de tempore, & de sanctis, & quædam historiarum fragmẽta, circa annum millesimũ quadringentesimum octuagesimum quartum.

Fr. Antonius Lusitanus.

Frater

Frat. Michael Plodius li. 3.

Fr. Hieronymus Albertutius Burtelus Bononiensis Musis omnibus charus politioribus literis, Historiarum notitia, Theologię cognitione clarissim⁹, scripsit Chronicon omnium rerum gestarum, ab orbe condito, vsque ad annum 1491. Annales historias almi Cõuentus nostri Bononiensis, ab instauratione vitæ regularis, vsque ad sua tempora, Elenchum vnum asserentium Doctorum B. Virginem, in originali peccato esse conceptam. Annales fratrum nostri ordinis, tabulam de Generalibus Magistris ordinis, aliam de viris illustribus nostri ordinis, volumen etiam concionum anno 1490.

Fr. Sixtus Senēsis li. 4. Antonius Posseuin⁹

Fr. Hieronymus Sauaranola Ferrariensis, ex almo Bononiensi Conuentu (cuius vitam scripsit Ioannes Franciscus Picus Mirandulę, atque Concordię comes) excellentis ingenij vir, multarumquê scientiarum copia prędictus declamator, fuit sermone quidem simplex & incomptus, sed sensu acris, & actione vehemens, sanctitatis vero opinione, ita omnibus admirandus, vt Florẽtinę vrbis populus, apud quem septem annis in magna, & assidua auditorum frequentia conciones habuit, nollet rẽpublicam, & communia ciuitatis imperia, nisi eius nutu administrari, quæ cũ aliquibus primarijs ciuibus, nõ satis placerent, data opera, vt Magistratus vrbis crearentur, ex eorum numero qui mini nie eum sequebantur Hieronymus tumultu, & sanguine multorum captus, & in carcerem coniectus ad mortem damnatus est. Hic igitur elaborauit in diuinis scripturis plurima, de quibus infra scripta feruntur. De Arca Noe in sextũ Genesis caput sermones decem, in sexta priora capita Exodi sermones quatuordecim, in historiã Ruth sermones quinque, in duo prima Iob capita sermones quadraginta, in Ezechielem sermones quadraginta & sex, in Amos sermones quadraginta, in Zachariam sermones viginti, in Micheam sermones triginta, in Aggeum sermones quinque, in septem Psalmos Pœnitentiales commentaria, in Psalmũ 72. sermones vigintiquatuor, in Psalmum 79. expositionem, itẽ in varios psalmorum versiculos sermones viginti, in orationem Dominicam triplicem expositionem, in Canonicam primam Ioannis sermones decem, & nouem. Scripsit etiã librum, qui inscribitur Triumphus Christi. Librum de simplicitate vitæ Christianæ, librum prænotatum, Solatium itineris mei, compendium reuelationum, Manuale confessionum. Librum de prophetica veritate, opus de Poëtis, conciones in Aduẽtu Domini, quadragesimales, compẽdium totius philosophię, compendium Logicæ, librum de diuisione, & ordine, & vtilitate omnium scientiarum, Expositiones graduum D. Bonauenturæ, quibus ad perfectionem vitę spiritualis ascenditur, breues conclusiones decretorum Pontificum, quęstiones plures, tam in Philosophia, quã in Logica, & in Theologia, regulam bene viuendi, confessionale quoddam, opusculum, quo secta Mahumeti omni ratione carere monstratur. Italico autem idiomate scripsit sequentia, librum de amore Christi, librum de sacrificio Missæ, opusculum, de viduali vita, librum de oratione, librum in laudem orationis mentalis, cõtra diuinatricem Astrologiam tractatũ, de humilitate, tractatum, in quo decem præcepta explicantur, regulas exhortatrices, ad religiosos, antidotum spirituale contra corporalem pestilentiam, de sacrificio Missæ, expositionem orationis Angelicæ, triumphum Christi, cõpendium reuelationum, ex Latina in vulgarem linguam, versum varia volumina concionum, quas habuit ad populum. Decimo octauo Kalendas Iulij anno 1498. vitam cum morte commutauit ætatis suæ quadragesimo sexto. Fr. Thomas Nerlius, vir pius, & doctus Apologeticum librum scripsit pro doctrina authoris huius, tamen videantur aliquę eius conciones; & tractatus notati indice Romano Magistri sacri palatij, seu Clemẽtis VIII. vsq; ad emẽdationẽ.

Fr. Antonius Lusitanus.

Fr. Hieronymus Peciana Vercellẽsis in politioribus literis eruditus, & in sacris optime versat⁹ scripsit epigrãmata,

quam plurima eius eruditionem, & ingenium commonstrantia, circa annum millesimum quingentesimum duodecimum.

F. Leāder Albertus, lib. 4. fol. 141.

Fr. Hieronymus Fantonus Vigleuanensis eruditione incomparabili penè insignis Regens Bononiensis, & hæreticæ prauitatis Inquisitor edidit indicem super quatuor volumina Capreoli, tam accurate, vt siquis eum habuerit, totum Capreolum sub quodam claro epitomate, se habere gloriari possit, scripsit vero aliam tabulam super opera Scoti optima eruditione refertā pro Angelica D. Thomæ schola anno 1515.

Frat. Michael Plodius li. 4.

Fr. Hieronymus Fornarius Papiensis doctrina, & moribus conspicuus, scripsit eruditum librum de immortalitate animę, circa annum 1519.

Fr. Leander Albertus lib. 4. fol. 141.
Fr. Antonius Lusitanus.

Fr. Hieronymus Monopolitanus, in scholastica disciplina pariter, & in sacris literis egregie excultus, atque in concionibus ad populum facundus, & feruidus ecclesiastes, in agendo cum sæcularibus tantæ dexteritatis, & morū bono odore coniunctæ, vt eorum adiumento, & eleemosynis, in Conuentu regio nostro Neapolitano fabricam insignem construere potuerit, & in eadem vrbe xenodochium magnificum Sanctę Mariæ, in subsidium pauperum incurabili morbo laborantium. Fuit prouincię nostræ Neapolitanæ vigilantissimus pastor, & per plures retro annos in studio, & Academia Patauina publicus Metaphysicæ professor scholasticis, & numero grandi, & fructu potiori, tantum Magistrum auscultantibus. Scripsit pręclarus iste Predicatoriæ familiæ verus alumnus commentaria super Metaphysicam Aristotelis, librum etiam de veritate Sanctissimæ Eucharistiæ contra Zuinglium, & similes nostri sæculi nebulones, aduersus quos edidit etiam tractatum eruditum de necessitate bonorum operum, alium etiam super symbolum D. Athanasij. Claruit circa annum 1520.

Nauarrus ab Azpizcueta.

Fr. Hieronymus Balbus Venetus, scripsit aliqua opera moralia, vt refert Nauarrus cap. nouiter de iudicijs notabili 4. Floruit circa annum 1530.

F. Sixtus Senensis libro 4.

Fr. Hieronymus Venetus, ex nobili Triuisana Venetiarum familia ortus, qui ob vitæ, & morum excellentiam sacrarum literarum cognitionem, atque in concionando facundię pręstantiam factus est Veronensis Antistes, scripsit expositionem, in Epistolam D. Pauli ad Hebręos. Obijt anno 1562.

Antonius Posseuin.

Fr. Hieronymus Panormitanus Theologię studijs egregie versatus, in Gallia Cisalpina, & Neapoli publicus scholasticę disciplinę professor edidit confessionale eruditione refertum, circa annum 1570.

Frat. Michael Plodius li. 4.

Fr. Hieronymus Volta Mantuanus Regij hęreticę prauitatis Inquisitor scripsit commentaria super libros Esdræ, circa annum 1570.

F. Antoni Lusitanus

Fr. Hieronymus Brauaterius Brixiēsis in sæculari, & diuina philosophia ęque doctus, scripsit super Isagogen Porphirij commentaria, circa annum 1573.

Francifcus Sansouin de viris illustribus Venetis.

Fr. Hieronymus Vielmius Venetus moribus, & doctrina clarus Argolicensis, & postea Aemonensis Episcopus factus, scripsit opus eruditum de sex diebus conditi orbis, duos, item libros, de doctrina, & scriptis, D. Thomæ item orationes duas, alteram Apologeticā aduersus obtrectatores Theologię, alterā vero de optimi Episcopi munere. Obijt anno millesimo quingentesimo octuagesimo secundo. Nonis Martij ętatis suæ 63.

Frat. Michael Plodius li. 4.

Fr. Hieronymus Armenini Fauentinus Inquisitor, scripsit super aliqua Aristotelis opera. Claruit circa annum 1582. disputauit etiam iste author, & conuicit hæreticum Tyberium Calabrum errores per Italiam diffundentē.

Fr. Hieronymus Verouardus patria Venetus apposuit additiones, & appendicem libro Sanctissimi Rosarij, quem ediderat Fr. Andreas Zanettus super addendo miracula patrata eiusdem sacræ deuotionis virtute, circa annum 1587.

Antonius Posseuin.

Fr. Hieronymus Pollinus Florentinus scripsit vitam B. Margaritæ de Castello

& Fr. Ambrosi' Gozzeus.

ſtello, & hiſtoriam Angliæ, ſcripſit copioſe idiomate Italo, ab Henrici octaui tempore, vſque ad Heliſabeth, vel Hyezabel Reginam, circa annum 1590 huius authoris ſtatuam prædicta Regina Lōdini iuſsit vri publice propter hūc librum.

F. Ambroſius Gozzeus. Antonius Poſſeuin'

Fr. Hieronymus Ioanninus è Capuniano, quod oppidum eſt in Tractu Bononienſi, ſcripſit librū n Italice prænotatum Cogitationes Chriſtianæ; emiſit etiam conciones B. Fratris Humberti, quinti generalis ordinis, cum eiuſdem vita à ſe conſcripta, circa annum 1600. Scripſit etiam tractatum de Cambijs, fuit Inquiſitor Vincentinus, & obijt Romæ anno 1604.

Frat. Michael Plodius lib. 4. & Antonius Poſſeuinus.

Fr. Hieronymus Mercurius Romanus, cum in ſæculo erat nomen Scipio, tres eodem nomine Scipiones emiſit, in lucem prænotatos obſtetrix Magno prægnantium, & parientium atque infantium, & aliorum, ſiue coniugum, ſiue medicorum, atquè adeò Sacerdotum bono. Centum enim monita, non tam corporibus, quam animabus ſalutaria tradit, quibus à peccatis lethalibus abſtineant, qui imprudenter, aut item improbe auctores ſunt abortuum, vnde infantium animæ perpetua Dei viſione priuantur. Scripſit etiam ſeptem libros de erroribus popularibus ſæpius recuſos, in quibus inter alia tradit explodendam eſſe omnino Iudæorū medicorum curationem, & quantopere peccatur ab ijs, qui à circulatoribus, & Aſtrologis remedia petunt, & plurima notata affert digna, quæ attente percipiantur. Scripſit etiam librum prænotatum, Horologium Philoſophicum, itē alterum inſcriptum, Aulicus Catholicus: ſcripſit deinde commentaria in Torquati Taxi librum de mundi creatione. Viuit adhuc regens in cœnobio Mediolanenſi, S Euſtogij.

Frat. Michael Plodius li. 4.

Fr. Hieronymus Capredonius à Sončino Ariſtotelis, ac Sācti Thomę doctrina egregie verſatus Inquiſitor Mantuanus, ſcripſit volumen controuerſiarum de auxilijs diuinæ gratiæ. Viuit adhuc, & ſine dubio eſt vnus de ſapientioribus Magiſtris, quos noſtra familia apud Italiam habet.

Frat. Michael Plodius li. 4.

Fr. Hieronymus à Camerino Marchianus, Inquiſitor Mātuanus, ſucceſſor Capredonij, vir eruditione ſcholaſtica inſignis ſcripſit vnum tomum ſuper Primam partem D. Thomæ, & alios in lucē proditurū eſſe ſperatur. Viuit adhuc.

Francis. Sanſouinus.

Fr. Hippolytus Ciera Venetus, ſcripſit aliqua opera, & tractatus de muſica circa annum 1560.

S. Antoninus 3. pa. ti. 23. c. 11.

Fr. Humbertus Florentinus Epiſcopus Piſtorienſis, ſcripſit commentarios in Metaphyſicā Ariſtotelis anno 1450.

Fr. Antonius Luſitanus.

Fr. Humbertus Locatus Placentinus, Epiſcopus Balneoregienſis, ſcripſit opus inſcriptum, opus iudiciale Inquiſitorum, circa annum 1560.

SICVLI.

Fr. Antonius Luſitanus.

FRATER Hieronymus Fazellus diuinarum literarum cognitione clarus, & verbi Dei declamator egregius, ſcripſit volumen concionum quadrageſimalium anno 1570.

GALLI.

Frat. Michael Plodius li. 2. Antonius Poſſeuin'

FRATER Herueus Brito Generalis noſtrę familię moderator eruditione ſcholaſtica clariſſimus & religione, ac virtutibus conſpicuus, de quo Poſſeuinus, tanquam de duobus diſtinctis agit pa. 514. & p. 738. cum ſit vnus tantum fuit etiam vir D. Thomæ doctrinę acerrimus propugnator, ſcripſit ſuper quatuor libros ſententiarum Volumen etiam quodlibetorū maiorū, librum de ente & eſſentia, quodlibeta minora viginti quatuor contra Henricum à Gandauo, ſcripſit item contra eūdem librū de pluralitate formarum, de intellectu. Tractatū de vnitate formę in homine. De vnitate formarum contra Durandum, de cognitione primi principij, de ęternitate mundi, de materia cœli, de voluntate Dei, de verbo, de motu Angeli, De relationibus, tractatus duos de ſecundis intentionibus, de ordine ſecundæ intention is

scripsit etiam tractatum de Sacramentis, alterum de Christi Domini, & Apostolorũ paupertate aliũ de vtraque potestate Papali, & Regali, alium de beatitudine, librum etiam contra Durandum, quoad illa, in quibus D. Thomæ aduersabatur. Obijt Narbonæ in Gallia anno 1323 quarto Idus Augusti.

Tritbemius. F. Sixtus Senensis li. 4. F. Alphonsus Ciaconius.

Fr. Hugo de Sancto Caro è diœcesi Ebredunensi, in Delphinatu Galliæ eximius sacræ scripturæ, & Theologiæ elucidator, vir ingenio moribus, & doctrina excellens à Magistro B. Fr. Iordano ad ordinem receptus, & non à Magistro Fr. Humberto, vt Fr. Sixtus Senensis asseruit, cum anno, quo Frater Humbertus assumptus est, ad officium Generalis Magistri ordinis electus fuerit, in Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem, ab Innocentio quarto anno 1244. & per plures antea annos Prouinciæ nostræ Franciæ moderator, & Lugdunensis Archiepiscopus extitisset, scripsit commentaria, in vniuersam scripturam sacram, iuxta quadruplicem sensum absque vllo fuco sęcularis eloquentiæ. Post hæc autem commentaria primus omnium excogitauit indicē magnum, in sacrosancta Biblia Concordantias Bibliæ prænotatum, laboriosissimum sane, & immensi tædij, ac temporis opus, sed sacrorum voluminum studiosis magnopere necessarium, & in quo singulas Diuinę scripturę dictiones declinabiles, secundum consequentiam literarum accuratissima diligentia digessit, annotatis, non solum libris, sed etiam librorum capitulis, & capitulorum lineis, in quibus vnaquæque desiderata dictio contineretur, sunt qui existiment hoc opus, ob immensi temporis laborisquē dispendium, cui vnius hominis vita satis esse non poterat, hortatu Fr Hugonis iniunctum fuisse quingentis studiosis patribus diuersorum cœnobiorum nostri ordinis ea ratione, vt singuli singulas dictiones, in Alphabeticas classes redigerent, sicque breui tempore multorum sedulitate perfectum fuisse opus, quod postea, tam à Gręcis, quam ab Hebręis diligentissime imitatum videmus, opera Rabbi Isaac Nathan Iudęi, & Euthalij, Rhodij monachi, quorum ille Hebraicas Biblię concordantias, hic Græcas collegit; hę Romæ visæ sunt, in antiquis membranis Gręca manu descriptæ, ille vero typis Iustiniani Venetijs excusæ. Cardinalis autem creatus à priori vitæ instituto, & rigore non discessit. Scripsit itē super quatuor libros sententiarum, & cōpendium Theologiæ, speculum religiosorum, regulam quoque fratrum Carmelitarum, quos mandato Pontificis reformauit, & ad ordinem mendicantem instituit. Scripsit autem Summam de casibus, & sicut dicitur de D. Hieronymo quod se ipsum scribendo Epistolas superauit, & de Origene, quod cæteros cūctos scriptores, etsi scribendo vicerit, se ipsum tamen scribendo super Cantica, sic & Fr. Hugo, cum scribendo super libros sacræ scripturæ cæteros superauerit, scribendo tamen super Isaiam, super Psalmos, & Euangelia se ipsum superauit. Obijt in vrbe veteri anno 1264 Cardinalatus anno vigesimo sexto, decimo Kalendas Aprilis ibidem, in Conuentu nostro est sepultus.

Guillelmus Eisengrenius.

Fr. Hugo de Biliomo Aluernus diœcesis Claramontanæ Theologus, ac Philosophus egregius, & in lectione sacrorũ voluminum assiduus, vir doctrinæ, ac morũ splēdore conspicuus, Cardinalis creatus à Nicolao quarto anno 1288 scripsit super quatuor libros sententiarum, librum item de visione diuinæ essentiæ, & commentaria super Threnos Hieremiæ, & volumen concionum, ad populum. Obijt Romæ anno 1298. & apud Conuentũ S. Sabinę est sepultus.

Tritbemi 1. pa. hist. ordinis libr. 2. c. 47.

F. Humbertus de Romanis Burgundus doctrina, & pietate insignis adeò, vt supremum familiæ nostræ Magistratum sit assecutus, & cum per nouem annos optime illum administrasset, in Comitijs Generalibus Ordinis Londini in Anglia celebratis ei renunciauit, postea per annos tredecim superstes, in otio, non otiosus plura scripta doctam pietatem spirantia posteritati reliquit, vt pote librum de Prædicatione Crucis

alium

alium de septem gradibus contemplationis, de tribus votis religionis, de fundatione ordinis, & vitis sanctorum eiusdem, de officijs ordinis, commentaria super constitutiones ordinis, & regulam B. Augustini sæpius recusa, librum de eruditione religiosorum, opus vniuersa, quę ad absolutam religionis formam spectant, comprehendens, & duo volumina sermonum, ad omne hominum genus pertinentium, Venetijs anno 1603. recusorum, Obijt anno 1274.

F. Ambrosius Gozzeus. Fr. Humbricus scripsit septem libros de proprietatibus rerum, circa annum millesimum quingentesimum trigesimum quartum.

GERMANI.

Antonius Possevin. FRATER Henricus Esserburne Theologicis cōcertationibus doctus, & in scripturę sacræ cognitione versatus, scripsit cōmentaria, in prouerbia Salomonis, & in Ecclesiastem librum, item alium inscriptum Processus in Theologia, & volumen concionum. Floruit circa annum 1280.

Antonius Possevin. Fr. Henricus B. F. Alberti Magni discipulus in humana, atque diuina philosophia optime versatus, scripsit super quatuor libros sententiarum, circa annum 1290.

Frat. Michael Plodius li. 2. Fr. Henricus Erfordiensis Prouinciæ Saxoniæ Conuentus Mindensis Philosophus, & Theologus excellens, & historiarum cognitione clarus, scripsit Chronicon vniuersale à creato mundo vsque annum millesimum trecentesimum quinquagesimum quintum, tractatum etiam de Conceptione B. Virginis, alterum de ornatu cleri, summam de casibus conscientię. De Dijs gentiū, de inuectiuis, in Hebridam metricum, de metris, & eorum pedibus, de prouerbijs, de principio oratorum, & poëtarum, in illa verba Euangelij. Super Cathedram Moysi, sermones plures, composuit etiam opus, in quo de quolibet ente more problematico secundū veram entium cohærentiā disputat, inscriptum Catena aurea, quam in decem pręcipuas partes distribuit. Claruit circa annum millesimum trecentesimum quinquagesimum quintum.

F. Seraphinus Razi. Fr. Henricus de Ceruo Coloniensis, scripsit doctissime super Magistrum sententiarum, in compendium redigens, quæ Angelicus Doctor in eundem scripserat, circa annum 1355.

Fr. Albertus Venetus. Fr. Henricus de Huunis scripsit super quatuor libros sententiarum erudita commentaria, circa annum millesimum trecentesimum quinquagesimū quintum.

Fr. Antonius Lusitanus. Fr. Henricus Teutonicus, in scripturæ diuinæ cognitione clarus, scripsit tractatum de verbis illis Euangelicis, quod est mandatum magnum in lege? circa annum 1355.

Antonius Possevin. Fr. Henricus Lubecensis, scripsit erudita quodlibeta Theologica, circa annum 1356.

F. Ambrosius Gozzeus. Fr. Henricus Hazer Peripateticus excellens, & in congressibus, ac disputationibus strenuus, & efficax, scripsit super quatuor libros sententiarum, circa annum 1356.

Frat. Michael Plodius li. 2. Fr Henricus Suso (qui alijs dicitur Amandus) ex prouincia Sueuiæ sanctitate, & miraculis, paritérque doctrina clarissimus, scripsit Germanice librum inscriptum, Horologium sapientię, in quo colloquente, facit æternam sapientiam, atquē discipulum, qui liber Latine redditus prodijt, scripsit etiam volumen centum meditationum de Passione Domini, totidem petitionibus additis, composuit etiam officium quotidianum de æterna sapientia, librum etiam concionum, alium Epistolarum librum de nouem rupibus, dialogum de veritate, quę omnia à Fr. Laurentio Surio Latine reddita sunt. Obijt sanctissimus vir anno 1366 octauo Kalendas Februarij, innumeris miraculis refulgēs in Ecclesia Conuentus nostri Vlmensi, vbi requiescit. Et cum vita, & miraculis adeò coruscaret, Pontifici Ioanni 22. simul cum Sancto Thoma Aquinate oblatus fuit à nostra familia, vt sanctorum Catalogo eum adscriberet.

Fr. Antonius Lusitanus.

F. Henricus de Franchouar egregius ecclesiastes, scripsit volumen concionũ de tempore, & de sanctis, circa annum 1390.

Tritbemius de viris illustribus Germaniæ

F. Henricus Hachembergensis scholastica, & diuina eruditione clarus scripsit volumina concionum quadragesimalium, & de tempore, ac de sanctis. Claruit circa annum 1420.

F. Sixtus Senensis libro 4. Tritbemius & Fr. Michael Ploratus li. 3.

Fr. Henricus Kaltysem patria Confluentinus, qui propter morum honestatem, & literarum præclaram cognitionem factus est Archiepiscopus Ecclesiarum Nydrosiensis, & Cæsariensis, in Noruegia Magister, antea sacri palatij sanctæ Cruciatæ prędicator, & hæreticæ prauitatis Inquisitor Theologus & Philosophus exculrus, scripsit scholastico eloquio, in Canticum Mariæ librum vnum, alium item sermonum de tempore, de sanctis alterum, quartum de sermonibus quadragesimæ, alium denique de quæstionibus varijs, & de colationibus ad clerum, hic eruditissimus vir congressus est in Concilio Basiliensi aduersus Hulricum hæresiarcham, & in publica sessione illius Sanctæ Synodi disputando rationibus eum conuicit, & ignominiose confudit. Obijt Confluentiæ anno millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto, quinto Kalendas Octobris, in conuentuque nostro est sepultus.

Fr. Ambrosius Taegius. 1.p.

F. Henricus Institoris, in Theologicis difficultatibus enodandis dexter, scripsit librum prænotatum, Malleus maleficarum, librum etiam aduersus quosdam afferentes Eucharistiam adorandam esse, sub conditione, librum alium contra negantes, illam esse Sacramentum, alterum tractatum aduersus dicentes, ad quamlibet mutationem specierum sacramentalium cessare nouitatem Sacramenti, opus concionum de eodem Sacramento, alterum contra errores maleficarum (præter malleum supra relatum) tractatum item de potestate Papæ aduersus Antonium Rosellum. Claruit circa annum 1496.

Antonius Possevin.

F. Hermanus de Augusta, scripsit erudi- A tum librum de cognitione creata sensitiua, & intellectiua, plura quodlibeta, & determinationes plurium quęstionum annum 1355.

F. Ambrosius Taegius P.P.

F. Hermanus patria Mindensis, qui fuit Teutoniæ prouinciæ moderator, Theologicis concertationibus, ac in iure Pontificio nobiliter excultus, scripsit librum de Inquisitoribus criminum, alterum de interdicto, & Epistolas ad diuersos, circa annum millesimum ducentesimum octuagesimum.

F. Anton. Lusitanus

F. Hermanus Zichardus Coloniensis, B scripsit librum prænotatum, Manuale confessorum, circa annum 1406.

Antonius Possevin.

F. Hieronymus Teutonicus Theologicis quæstionibus apprime versatus, scripsit tractatum summæ Theologiæ D. Thomæ, & iuxta pręcipuas illius cõclusiones, illam in compendium redegit, atque edidit anno 158.

Tritbemius de viris illustribus Germaniæ

F. Hugo de Argentina Parisiensis Doctor in scriptura sacra eruditus, atque in sęculari philosophia egregie doctus ingenio subtilis, clarus eloquio, scripsit inter alia ingenij sui exercitia super qua- C tuor libros sententiarum, compẽdium item Theologicę veritatis libris sex distributum, concionum volumina, quodlibeta, disputationes, & varias in diuinis libris explanationes. Claruit circa annum 1268.

F. Leander Albertus lib. 4. fol. 137.

Fr. Hulricus de Argentina Alberti Magni discipulus, in sacris literis, & scholasticis eruditus, scripsit super libros de anima, & super libros Meteororum Aristotelis, & super quatuor libros sententiarum, & summam Theologiæ. Cla- D ruit circa annum 1272.

F. Bernardus Lucemburg. Catalogo li. 1. cap. 5.

F. Hulricus alter in physicis auscultationibus eruditus, scripsit septem libros de proprietatibus rerũ, circa annũ 1300

ANGLI.

Guillelmus Eisingrenius.

FRAT. Hugo de Ductona Theologicis studijs excultus scripsit certaminũ scholasticorum librum vnum, lecturas Theologię varias volumine altero cõplexas, & volumen concionũ ad populũ. Claruit circa annũ 1350.

BEL-

BELGÆ.

Aubertus Miræus de illustribus Belgij scriptoribus.

FRATER Henricus Grauius omnigena doctrina clarus, quamobrê à Sixto quinto Pontifice Summo Romam euocatus, vt bibliothecæ Vaticanę, Pontificioq; Typographeio præficeretur, septimum tomum D. Augustini de hæresibus notis perlustrauit, scripsit etiam opus catecheticum, & alia aliqua. Obijt Romæ anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo primo, quarto Nonas Aprilis.

POLONI.

Fr. Abraham Bzouius c. 12.

FRATER Hyacintus Suscius studij Cracouiensis regens scripsit cõciones de tempore, ac de sanctis, commentaria item super Euangelia totius anni, & Apologiam pro diuino Eucharistiæ Sacramento contra quendam Calumniatam. Viuit adhuc.

I

HISPANI.

Fr. Franciscus Diagus lib. 2. cap. 17.

FRATER Iacobus de Sancto Ioanne (Hispane layme) Barchinonensis Inquisitor, validus hęreticæ prauitatis indagator, oppugnatorque strenuus scripsit historiam nauigationis D. Ray mundi ex Baleari insula ad Barchinonem, circa annum 1456.

Fr. Franciscus Diagus lib. 1. cap. 37.

Fr. Iacobus Egidius Setabitani cœnobij alumnus eruditione, eloquentia, morum sanctitate conspicuus, qui reformationem ordinis, in Aragoniæ prouinciam introduxit, ex Calixti tertij mandato, cum esset Apostolicus sacri palatij Magister, edidit officium transfigurationis Domini, quo vtitur vniuersalis Ecclesia, librum de Conceptione B. Virginis, & volumen concionum, circa annum 1457.

Antonius Posseuinus

Fr. Iacobus Catalanus, vir doctus, in scholasticis concertationibus, scripsit librum de Conceptione B. Virginis, circa annum 1460.

Diagus libr. 2. c. 94.

Fr. Iacobus Ferrer Setabitani Conuentus alumnus in scriptura sacra versatus, scripsit volumen concionum de sanctis, circa annum 1460.

Diagus libr. 2. c. 31.

Fr. Iacobus Hirozquius Nauarrus Pompeiopolitani cœnobij filius, & Parisiẽsis Doctor, vir eruditione scholastica versatus, lectione Patrum, & diuinę paginæ cognitione cumulatus, scripsit seriem, vel concordiam super quatuor Euangelia, commentaria etiam erudita super libros Genesis Exodi, Leuitici, Numerorum, & Deuteronomij, & super Epistolas D. Pauli, circa annum 1557.

Fr. Iacobus Rebullosa Cœnobij Barchinonensis filius, Ecclesię Vrgellensis Canonicus, pręlector diuinæ, ac scholasticæ disciplinæ professor egregius scripsit Hispane concionum duo volumina Aduentus atque Quadragesimæ. Edidit etiam historiam de vita Sancti Oldegarij Barchinonensis Antistitis, librum etiam prę scriptum, Thesaurus spiritualis Ecclesiæ, & Hispanam fecit expositionem Italicam Calderarij, super Magnificat. Viuit adhuc,

Fr. Antonius Lusitanus.

F. Iacobus Bleda Valentini Conuentus alumnus, Inquisitionis Valentinæ cẽsor, scripsit librum de iusta Maurorum ab Hispaniarum Regnis expulsione, & librum idiomate Hispano de Sacrosancto Eucharistiæ Sacramento, alterum item de Cruce. Viuit adhuc.

Fr. Antonius Lusitanus.

Fr. Ioannes à Monte sacrę Theologiæ Doctor eruditus, vitæ sanctitate clarus socius B. Dominici Patris nostri scripsit librum de laudibus B. Virginis prænotatum, Mariale, circa annũ 1226.

F. Antonius Lusitanus

Fr. Ioannes Castilla pietate, ac doctrina insignis, scripsit officium de B. Dominico Patre nostro, & congessit historiam de eiusdem Patris nostri vita, circa annum 1262.

Diagus libr. 1. c. 21.

F. Ioannes Monçon scripsit volumen concionum, & Valentino idiomate varios tractatus, circa annum millesimum quadringentesimum secundum.

Fr. Sixtus Senensis lib. 4. *Fr. Alphonsus Ciaconius.* *Fr. Antonius Lusitanus.*

Fr. Ioannes à Turrecremata insignis cœnobij Vallisoletani alumnus, ab Eugenio quarto propter nimiam eius eruditionem, ac morum probitatem Cardinalis S. Sixti creatus, vir in diuinis scripturis exercitatus, & iuris Pontificij interpres consultissimus, inter alia splendida ingenij sui opera edidit, in omnes Dauidicos Psalmos ad Pium secundum Pontificem maximum breuissimam, locupletissimam, lucidissimamque paraphrasim simplici, & aperto sermone dictatam, composuit etiam in Euangelia totius anni scholasticam postillam. Itē in eadem euangelia scholasticarum quęstionum librum vnum. Scripsit volumen concionum de tempore, ac de sanctis. Librum de aqua benedicta, meditationum de vita Christi alterum, summam de Ecclesia, & de eius authoritate librum de Conceptione B. Virginis. Commentaria in regulam D. Benedicti egregios commentarios, libros super Decretū Gratiani, quę omnia Lugduni, Coloniæ, Romæ, ac Venetijs prodierunt. scripsit etiam librum de salute animę, & alium de corpore Christi cōtra Bohemos scripsit etiam super Decretum Florentini Concilij. de Sacramentis & de vnione Græcorum, atque expositionem regulæ D. Brigidæ, quæ manuscripta, in Vallisoletano cœnobio extant. Verum eiusdem liber, in Saluatoris nostri Iesu Christi vitam, cum precationibus, & vita eiusdem Turrecrematæ prodijt Coloniæ anno millesimo sexcentesimo septimo, apud Bernardum Gualtherum. Hic tantus vir ob feruentissimum fidei zelum, quo ardebat, & ob excellentiam suæ doctrinæ à Pio secundo factus est vniuersalis defensor, & protector fidei primus, qui tali tantoquè stemmate insignitus legitur, neque vllum ad hæc nostra vsque tempora simili titulo decoratum vidimus. Obijt Romæ plenus bonis operibus, anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo octauo, sexto Kalendas Octobris.

Diagus libr. 1. c. 94.

Fr. Ioannes Petrus Setabitani Monasterij alumnus diuinorum librorum cognitione clarus, scripsit super Ecclesiasticum, super duo decim prophetas minores. & super Epistolas Canonicas docta commentaria, circa annum millesimum quadringentesimum septuagesimum.

Diagus libr. 1. c. 40.

Fr. Ioannes Lingoniensis Conuentus Illerdensis filius Philosophiæ, ac Theologię studijs nobiliter excultus, scripsit super quatuor libros sententiarum, super Dialecticam, & Physicam Aristotelis, & alios plures tractatus, circa annum 1470.

Antonius Possenin.

Fr. Ioannes Lopez Salmanticensis religione scientiaque ornatissimus ad petitionem excellentissimæ, ac pijssimæ Ducissę Areualensis, & Comitis Placentinę Eleonoræ Pimentelię scripsit vitā B. Vincentij Ferrerij, & vitam B. Dominici Patris nostri, & aliorum primitiuorum nostræ familię beatorum, quinque libris distributas, scripsit etiam contra superstitiones Iudęorum opus eruditum. Claruit circa annum millesimū quadringentesimum septuagesimum.

F. Barthasar Serius

Fr. Ioannes Marquez Conuentus Valentini alumnus doctrina, & moribus apprime ornatus Regis Catholici Ferdinandi à sacris confessionibus, & concionibus, & deinde Patensis, in Sicilia Episcopus scripsit volumen concionum circa annum 1480.

Fr. Sixtus Senensis lib. 4. pa. 293. Antonius Possenin.

Fr. Ioannes Viguerius patria Granatensis Theologus eximius, & diuinorum librorum præclarus interpres scripsit institutiones ad scholasticā Theologiam, adeò D. Thomę Angelicam doctrinam sectatus, vt eum, & solide, in compendium perspicuum redegerit, & ex Concilijs, ac Pontificum decretis doctrinam sanctam opportune confirmauerit scripsit etiam commentarium, ad Epistolam D. Pauli ad Romanos, in quo hæreses nostri temporis expugnat, quę omnia sæpius, ad communem vtilitatem recusa sunt. Claruit circa annum 1555.

Diagus libr. 1. c. 56.

Fr. Ioannes Miconius, ex prouincia Bethica (in Conuentu enim oppidi de Chinchilla toga nostra Prædicatoria indutus professionem emisit) vir doctrina, &

na, & vitę sanctitate clarissimus, & miraculorum gloria conspicuus, Prouinciæ Aragoniæ moderator vigilantissimus extitit. Scripsit officium de pretioso sanguine Christi maximis laudibus elatum in Comitijs Romæ generalibus, anno millesimo quingentesimo quadragesimo quinto. Obijt vir sanctissimus anno millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto, pridie Kalendas Septembris.

Hist. Prouinciæ Lusitaniæ.

Fr. Ioannes Portalegrius Lusitanus, composuit tractatum de conuersione, & vita B. F. AEgydij, rebus plurimis mirabiliū eiusdem beati, cum esset Prior cœnobij Sanctarenensis.

Fr. Antonius Lusitanus.

F. Ioannes à Cruce moribus, & doctrina ornatus, scripsit Hispano idiomate Chronicam ordinis, licet non perfecerit historiā, etiā Ecclesiasticā in Hispaniam, ex Latina vertit, scripsit demū librum eruditum, per dialogos in laudē orationis vocalis, & ceremoniarum circa annum millesimum quingentesimū quinquagesimum sextum.

Fr. Antonius Lusitanus.

F. Ioannes Pedraça Philosophiæ, ac Theologiæ studijs nobiliter excultus, & in Coimbricensi Academia discipulorum emolumēto ac non minori acceptatione D Thomam publice est interpretatus, edidit Hispano idiomate summam moralem confessarijs valde vtilem, circa annum millesimum quingentesimum sexagesimum quintum.

Diagus libr. 1. c. 64.

F. Ioannes Granatensis filius conuētus oppidi Calatayud Theologus eruditus, atque diuinæ paginæ in Academia Cæsaraugustana doctissimus interpres, & Ecclesiastes insignis, scripsit volumina concionum super Euangelia totius anni, tam de tempore, quam de Sanctis, & idiomate Hispano tractatum, seu discursum super Psalmum quinquagesimum. Claruit circa annum millesimum quingentesimum octuagesimum.

Fr. Ambrosius Gozmanus.

F. Ioannes Segobiensis assidua Sacrarum literarum, & sanctorum Patrum lectione eruditus, ac diuini verbi declamator egregius, scripsit librum de Prædicatione Euangelica, & de modo studendi, & concionandi, scripsit etiam tria volumina concionum circa annum millesimum quingentesimum octuagesimum.

Frat. Michael Plodius in appendice col. 419.

F. Ioannes Vincentius Astoriensis Salmanticæ ad ordinem receptus, vir inter omnes huius æui magistros dexteritate in docendo eruditionis præstantia nobilissimo ingenio, maturo iudicio in Scholasticis concertationibus vix vlli secundus Theologicas literas Salmanticę in Durandi, & vespertina Cathedra maxima cum laude scholasticorum maiori fructu & vtilitate docuit, auditorum animos in admirationem adducens doctrinæ excellentia, ordinis dispositione ingenij perspicuitate, ac magnitudine, edidit Romæ librum eruditissimum de scientia Christi in prælectionibus Collegij S. Thomæ super Mineruam elaboratum, vbi etiam totius ordinis nostri procurator generalis, & Vicarius præfuit. Scripsit etiam volumen alterum de origine gratiæ, licet nondum editum fuerit, & cum Alberti Archiducis Belgij Comitis confessorius esset designatus, obijt magno nostræ Prędicatorię familiæ mærore, anno millesimo quingētesimo nonagesimo quarto, ętatis suę 5.

F. Ioannes Sagastizaual cœnobij Calatayud filius, scripsit volumē Hispane de sanctissimo Rosario B. Virginis miraculis, indulgentijs, & Breuibus Apostolicis. Claruit circa annum millesimū sexcentesimum.

F. Ioannes Ramirez Locroniensis cōuentus alumnus, vir morum probitate ac doctrina ornatus, qui ad excolendā vineam Domini Occidentalem Americæ profectus maximos ibi animarum fructus collegit, ex eoque à Philippo tertio Rege Catholico in Episcopum Guatemalensem in noua Hispania assumptus per aliquot annos vigilātissimi præsulis officio suarum ouium vberrimo emolumēto, & solatio functus, scripsit librum exemplorum Hispana lingua ad exhortandum ad virtutes amplexandas inscriptum Campus floridus. Obijt sancte anno millesimo sexcentesimo decimo.

F. Ioannes à Luna Segobiensis cœno

bii Regalis sanctæ Crucis filius in Theologia sufficienter instructus, scripsit idiomate Hispano conciones quadragesimales, & Aduentus. Obijt anno millesimo sexcentesimo decimo.

Fr Ioannes à Marieta Victoriensis conuentus filius, morum honestate clarus scripsit materna Hispana lingua vitas sanctorum Hispaniæ, vitam item seorsum B. Raimundi confessoris. Historiam miraculorum sanctæ Mariæ Rosarij cœnobij Victoriensis, & eius originem, scripsit etiam inuentionem imaginis sanctæ Mariæ de Atocha Matriti, & vitam licet nimis breuem venerabilis P Fr. Ludouici Granatensis. Obijt in cōuentu S. Thomę Matriti religiosæ vitę bono odore, anno Domini millesimo sexcentesimo vndecimo, mense Decembri.

F. Ioannes Sanchez Salmanticensis conuentus filius scholasticæ Theologię, ac Metaphysicę studijs assidue versatus, Cathedræ Primarię Compostellanę Academiæ moderator scripsit ingeniosissima commentaria super Logicā magnam Aristotelis, super Metaphysicā autem etiam scripsit, licet non prodierit in lucē. Obijt anno millesimo sexcentesimo decimo quinto.

F. Ioannes Lopez cœnobij Vallisoletani, S. Pauli alumnus, vir in disciplinis Theologicis, & Patrum lectione nobilissime versatus, epitomē edidit Doctorū quatuor voluminibus distributam ad cōciones, ex sanctorum Patrum doctrina conficiendas, maxima Prędicatorum vtilitate, vt eius crebrę editiones Romæ, Venetijs, Brixię, Coloniæ Agrippinæ, & Antuerpiæ testantur: scripsit etiā lingua Hispanica librum de Rosario B. Virginis, alium de sanctissimo Altaris Sacramento, alterumque de præparatione ad mortem; nouissime autem tertiam, & quartam Centurias, historiæ generalis nostrę Prędicatoriæ familię aggressus, ad quas concinnandas (prelertim quartam Centuriam) componēdas edendasq; meo, licet humili, adiutorio vsus est. Propter eius morum honestatem, & doctrinæ præstantiam à Philippo secundo Hispaniarum Rege Catholico primo Cotronensis, deinde Monopolitanus Episcopus electus est, & cum per viginti prope annos sedule religiosis hortamentis, assiduaque doctrina oues suas pasceret, ætate ingrauescens, anno millesimo sexcentesimo octauo, Paulo quinto Pontifice maximo Philippum tertium enixe precatus obtinuit, quo sanctum Prioris vitæ institutum in sua delitescens religione persolueret, dum tamen de abdicando se agit Neapoli, apud religiosissimum Beneuenti Comitē Regni moderatorē summo loco à consilijs est. Viuit adhuc. Ideoque licet plura dici possent de eius animi cādore, puritate, orandi studio, animarū zelo, ac perpetua contentione erga nostram Prædicatoriam familiam amplificandam, cæterisque virtutum ornamētis, viuenti adhuc parcimus, & vita comite Deo propitio alibi agemus.

F. Ioannes de Sanctis Eborensis cōuentus alumnus, vir omnigenæ virtutis decore ornatus, qui animarum salutis sitiens ad excolendam vineam Orientalem profectus per vndecim continuos annos maximos perpetiendo labores, plurimos filios Christo acquisiuit, scripsit idiomate Lusitano historiam Æthiopiæ Orietalis, ac plura clarissime gesta, quę in Ecclesiæ propagationem nostra Prædicatoria familia operata est in Oriente. Viuit adhuc, eidem Apostolico ministerio apud Indiam diligenter incumbens.

F. Ioannes à Cæsaraugusta magnificentissimi Oriolensis cœnobij alumnus & Rector in præsentiarum, morum, & doctrinæ ornamentis clarus, scripsit idiomate Hispano, vitam sororis Marię Ragij virtutibus, & miraculis admirandę. Viuit adhuc.

F. Ioannes Germes cōuentus Puigcerdani filius, scripsit vitas sanctorum, fructuosi, Mauricij, & Agnetis, Mārēsæ vrbis protectorum. Viuit adhuc.

F. Ioannes Atenzano conuentus Salmantini, scripsit idiomate Hispano, librum de Rosario B. Virginis. Viuit adhuc.

F. Ioannes â Cruce Talabricensis religiosissimi cōuentus filius scripsit maximo studio, librum seu compendium priuilegiorum religionum. Viuit adhuc.

F. Ioannes Pontanus conuentus nostri Vallisoletani Senatus Inquisitionis censor integerrimus, regiusque Historiographus eruditissimus in Theologicis, ac sacris disciplinis, quas per plures annos Zamorensi, Taurensi, Vallisoletano conuentibus egregie docuit, edidit volumen prænotatum, Prima pars Monarchiæ spiritualis Romanæ, ac Hispaniæ temporalis, opus eruditione maxima refertum, politiori idiomate Hispano clarum, alia de eodem argumento volumina præmeditatur, quę desiderantur. Viuit adhuc.

F. Ioannes Yanguas cœnobii Salmātini filius, lector Theologus conuentus S. Dominici Petrensis, edidit librum de æterno Christi Sacerdotio, & alia opera excuden da habet. Viuit adhuc.

F. Ioannes à Portugalia clarissi mo, ac serenissimo Regio Lusitanico sanguine ortus, filius legitime natus Comitis Vimiosensis cœnobij Eborensis alumnus, vir morum grauitate, & honestate concertationibusque Theologicis nobilior, cuius germanus frater Comes Vimiosensis relicto Comitatu, & quas possidebat, opibus, togam etiam nostram induit, & professus est in cœnobio Almadensi, prope Olisiponem, & vocatur in ordine, F. Dominicus de Rosario, Comitissa vxore cū duabus filiabus, eundē ordinem professa in monasterio Corporis Christi Olisiponensi, quod ipsi Comites à fundamentis erexerunt, scripsit religiosissimus ac sapientimus magister erudita commentaria, super primam partem Angelici Doctoris. Viuit adhuc.

F. Ioseph Texerius Azeitamensis cōuentus in Lusitania alumnus, eleemosynarius, & historiographus Christianissimi Gallorum Regis Henrici quarti, eiusdem Regis genealogiam contexuit, tractatum etiam composuit contra eos, qui non approbabant, quod Princeps Cōdensis in fidei Catholicæ Catechesi institueretur, cuius præceptor erat ipse; F. Ioseph. Claruit circa annum millesimum sexcentesimum.

F. Ioseph Luquian conuentus sancti Onophrij prope Valentiam vrbem filius, morum venustate ac literarum diuinarum cognitione clarus, & in ardentissima sacratissimi Rosarij B. Virginis deuotione cum potioribus conferēdus, vt vberrimi fructus, hoc medio ab eo efficaciter ciuibus Tarraconensibus proposito in Cathedralis Ecclesiæ canonica lectione, quam per viginti quinque annos gloriose moderatus est, præclarissime ostendunt, scripsit volumen satis eruditum prænotatum, Discursus Prædicabiles super Euangelia sermone Hispano. Viuit adhuc, pius & doctus magister.

AMERICI.

FRATER Ioannes Strata nobili genere nat⁹ filius legitimus D. Alphonsi Strata Domini oppidi Picon Imperij Mexicani nouę Hispanię gubernatoris, qui grauissimo, ac religiosissimo cœnobio sancti Dominici de Mexico, quatuor insignia oppida, scilicet, Cuitlauac, Mezquic, Zumpango, & Xaltocan, Caroli quinti Cæsarea authoritate subijciebat in commendam perperpetuo habenda (sicut expugnatoribus noui orbis dare solebant) vt tribuerent piscium redditus conuentui, quę alijs consueuerunt in pecunia, segetibus (vel maiz) tributa dare, & religiosi patres id acceptare totis viribus renuerūt. Huius almi cœnobij alumnus erat Fr. Ioannes Strata: qui scripsit librum D. Ioannis Climaci, Hispane traductum, primum vero in noua Hispania typis datum. Obijt anno millesimo quingentesimo septuagesimo nono. *F. Augustinus Dauila li. 1 cap. 93.*

F. Ioannes à Corduba nouę Hispanię Prouinciæ moderator, scripsit vocabularium linguæ Zapote, &c. Claruit circa annum millesimum sexcentesimum. *Dauila lib. 1. c. 93*

(?)

ITALI.

Fr. Antonius Lusitanus.

FRATER Iacobus è sancto Andrea Senēsis in Theologiæ, ac sacrę paginæ studijs versatus, scripsit super quatuor libros Sententiarum, volumina item concionum Dominicalium, & Quadragesimalium, & libros Etymologiarum D. Isidori Hispalensis Antistitis, redegit in Alphabeti seriē anno 1262.

Frat. Michael Plodius li. 1.

F. Iacobus è Perusio, scripsit librum concionum suæ eruditionis specimen, circa annum millesimum ducentesimū sexagesimum secundum.

Frat. Michael Plodius li. 1.

F. Iacobus Scalça de vrbe Veteri, strenuus in declamationibus ad populum, scripsit volumen concionum circa annū millesimum ducentesimum sexagesimum secundum.

Genadius de viris illustribus Ecclesiasticis.

F. Iacobus Aquinas vir doctus, tàm in scholastica, quàm in sacra lectione versatus, scripsit librum contra Gulielmum de sancto Amore, circa annum millesimum ducentesimum sexagesimum secundum.

Seraphin⁹ Razi.

F. Iacobus Viterbiensis Episcopus Taranti, scripsit opusculum de vēditione, D. Thomæ Aquinati sacratum, anno millesimo ducentesimo septuagesimo.

Fr. Sixtus Senēsis li. 4. Trithemi⁹

F. Iacobus de Voragine, sic dictus (si Trithemio creditur) propter profunditatem doctrinę, quasi voraret omnes scientias, secundum alios sic dictus, ex oppido Voraginij, quod in ora maritima Ligurum non longe à Genua situm est, vir multę varięque lectionis propria lingua mire facundus, & in sacris declamationibus omnium opinione celebris, historiarum quoque non contēnendus scriptor, & Augustini voluminum ita studiosus, vt ea penè omnia memoria teneret, vtriusque instrumēti diuina volumina primus omnium in Italicam linguam summa fide, ac diligentia transfudit, propter claritatem vitæ, & omnigenæ eruditionis præstantiam Archiepiscopus Genuensis factus est, gesta sanctorum in vnum volumen

A congessit, multa illis ex historia Ecclesiastica, & tripartita coniungens, composuit duo volumina concionum de sanctis, tertium sermonum Quadragesimalium, & quartum de omnibus Euangelijs Dominicalib⁹ per annū. Edidit etiā volumen de laudibus B. Virginis, Mariale pręnotatum, summam Fr. Guillelmi Peraldi de vitijs, & virtutibus in compendium redegit Chronicam Genuensium compilauit, atque vltimo edidit defensorium inscriptum, cōtra impugnantes

B fratres Prædicatores, quod non viuerent secundum regulam Apostolicam. Floruit circa annum Domini millesimum ducentesimum nonagesimum.

F. Iacobus à Cesolis scripsit eruditas conciones de tempore, ac de sanctis, & librum moralem circa ludum scachorū pro nobilibus, circa annum 1295. *Frat. Michael Plodius lib. 1*

F. Iacobus Perusinus Episcopus factus, propter egregiam moribus, & sciētia præstantiam, scripsit volumen concionum, & claruit circa annum 1295. & *Fr. Antonius Lusitanus.*

C fuit alius ab eo qui floruit anno 1262. supra relatus, & ambos refert in sua Bibliotheca, F. Antonius Lusitanus.

F. Iacobus è Meuania sanctitate, ac miraculis insignis, scientia etiam clarus scripsit librum de Saluatore nostro, alterum de iudicio extremo. Obijt anno millesimo trecentesimo primo, decimo octauo Kalendas Septembris. *Fr. Antonius Posseuinus.*

Frater Iacobus Osana eruditione decoratus Episcopus Osananus, scripsit plures libros sacram Scripturam dilucidantes, ediditque volumen cōcionum. *Antonius Posseuin⁹ & F. Michael Plodius li. 1.*

D Obijt anno millesimo trecentesimo decimo quarto.

F. Iacobus à Columna, scripsit Chronicon egregium, vsque ad annum millesimum trecentesimum quadragesimum, ex quo D. Antoninus, eum in medium afferens plura in suas historiales partes deriuauit. Claruit circa annum millesimum trecentesimum quadragesimum. *Antonius Posseuin⁹*

F. Iacobus Romanus virtutibus non minus, quā sciētia approbatissimus, scripsit volumen eruditum de persecutio- *Fr. Antonius Lusitanus.*

nibus

nibus, alium de victorijs, de virtutibus, & vitijs Romanorum, volumina cōcionum de tempore, ac de sanctis, circa annum 1340.

Frat. Michael Plodius li. 2. F. Iacobus à Beneuento Philosophus ac Theologus præclarus, omnium rerū scientia ornatus, scripsit opusculum de articulis fidei, aliud de oratione Dominica, aliud de Sacramentis, aliud de decem præceptis, aliud de octo beatitudinibus, aliud de dotibus, aliud de fructibus, aliud de virtutibus, duos libros cōcionum de tempore, ac de sanctis, circa annum 1330.

Frat. Michael Pocciantius Seruita: F. Iacobus Passauantius Florentinus scripsit librum lingua Hetrusca, speculū pœnitentiæ, edidit etiam commentaria in libros D. Augustini de ciuitate Dei, & scripsit additiones ad commentaria Thomæ Valesij, quorum meminit Ludouicus Viues. Obijt Florentię, anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo septimo, Idibus Iunij.

Frat. Michael Plodius li. 3. F. Iacobus Zinidolus Placētinus, scripsit conciones perutiles, atque eruditas, & collationes complures. Claruit circa annum 1420.

Trithemi⁹ F. Iacobus à Thessalonia, vir excellētis ingenij, atque indeclamandi ad populum concionibus dexter, & feruidus Ecclesiastes, composuit opus insigne de moribus hominum, deque officijs nobilium, & popularium in quatuor libros distributum, concionum etiam volumē eruditum conscripsit. Claruit circa annum 1486.

Fr. Ambrosius Gozzeus. F. Iacobus à Petra, scripsit plura opera egregia, circa annum 1530.

Fr. Sixtus Senensis li. br. 4. Fr. Seraphinus Razzi. F. Iacobus Naclantus Florentinus sacrarum literarum sedulus, ac fidelis interpres Theologusque eruditus, & in concertationibus huius temporis cum hęreticis maxime versatus, Cōcilio Tridentino interfuit; ad Episcopatum Clodiensem assumptus, scripsit ad Iulium tertium Pontificem maximum pias, & doctas enarrationes in Epistolas Pauli ad Romanos, & ad Ephesios stylo breui, dilucido, & eleganti, in quibus inserunt, & iuxta sacram Scripturam, & orthodoxam fidem explicauit omnes ferme difficultates, pietatis Christianæ, scripsit etiam sacræ Scripturæ medullam, qua Christi eiusque Ecclesię mysteria in veteri olim lege varijs typis abdita explicantur in sexdecim tractationes sequentes distributam. De existentia existendique modo Christi Corporis in Sacramento. De communione Corporis, & sanguinis Christi nobis prę cepta. De Summo Sacerdotio Christi, De augustissimo regno Christi. De Hierarchia Ecclesiastica. De Episcoporū institutione. De primatu Petri De authoritate Papæ, & Concilij. De actis Concilij approbandis per Papam. De sacrosanctis indulgentijs. De Episcoporum residentia. De Sacramento matrimonij. De præstantissimo Missę sacrificio. De irritandis clandestinis matrimonijs. De quibusdam quæstionibus, circa arreptitios. De quadam quęstione, circa montem pietatis. Secundo volumine continentur Theoremata Theologica quatuordecim, Theoremata, Metaphysica sexdecim, & naturalia duodecim. Item tractatus de alimento, & de eo quod alitur. De sensibili, & sensu, de regula â Philosopho posita in calce septimi Physicorum de creatione rerum. De animę immortalitate. De rerum contingētia. De infinitate primi motoris, scripsit etiam in Psalmum nonagesimum. Claruit circa annum millesimum quingentesimum sexagesimum.

F. Iacobus â Nuceria Apuliæ Prouincię moderator Theologiæ, ac Metaphysicę studijs versatus, scripsit commētaria, & plures quæstiones super Metaphysicam Aristotelis, circa annum millesimum quingentesimum sexagesimum. *Fr. Antonius Lusitanus.*

F. Iacobus Capresa, scripsit commētaria super aliquos libros Aristotelis, circa annum millesimum quingentesimū octuagesimum. *Fr. Ambrosius Gozzeus.*

Fr. Innocentius Cibus Giouius Genuensis concionator egregius, per vrbes Thosciæ, & Lombardiæ celebris in declamationibus ad populum, scripsit lingua Italica tria volumina, super septem Psalmos pœnitentiales edidit etiā *Frat. Michael Plodius li. 4.*

librum alterum de vita D. Hyacinti, alium de nobilitate, alium vero dialogos funebres plures complectentem, alium denique de orationibus circa pacem, & vnionem habitis in Genuensi Cathedrali. Obijt anno millesimo sexcentesimo duodecimo Idibus Decembris.

Frat. Michael Plodius li. 1.

F. Ioannes Romanus scripsit speculū historiale ad instar Vincentij Beluacensis, circa annum millesimum ducentesimum sexagesimum secundum.

Fr. Ambrosius Gozzeus.

F. Ioannes Lampugnanus Mediolanensis, scripsit volumen concionum de sanctis, de Quadragesima, & de tempore, circa annum millesimum ducentesimum sexcentesimum secundum.

F. Ambrosius Taegius 1. p.

Fr. Ioannes Opreno Mediolanensis Theologus spectabilis, & in diuinorum librorum cognitione versatus, Euangelistesque facundus, & fructuosus, scripsit librum concionum de tempore, per totum annum, alterum autem concionum de B. Virgine, tertium vero concionum pro defunctis, circa annum millesimum ducentesimum sexagesimum secundum.

Fr. Sixtus Senensis lib. 4.

F. Ioannes Balbus Genuensis linguarum Grecę, & Latinę cognitione clarus, & diuinarum scientiarum eruditione conspicuus, author Latini Dictionarij, cui Cathelicon titulus est, scripsit secundum scholasticam consuetudinem, in quatuor Euangelistas, Postillam in quatuor Euangelia, librum item quęstionum Theologicarum animæ ad spiritum, tractatumque ad inueniendum festa mobilia, circa annum millesimum ducentesimum octuagesimum.

Antonius Possceuinus.

F. Ioannes quidam Italus, cuius cognomen, haud legitur, scripsit summam confessariorum, quæ citatur in summa Angelica, circa annum millesimum ducentesimum nonagesimum.

Antonius Possceuinus.

F. Ioannes Ruffus, scripsit de Romanis Pontificibus librum, de Cæsaribus vero alterum, circa annum millesimum ducentesimum nonagesimum.

Fr. Antonius Lusitanus.

F. Ioannes de Maliaco, scripsit Chronica, & historias sui temporis, circa annum millesimum ducentesimum nonagesimum.

Frat. Michael Plodius li. 2.

F. Ioannes Bromiardus Theologiæ, iuris Pontificij, ac Cæsarei cognitione clarus, scripsit summam moralizationū circa annum millesimum ducentesimū nonagesimum.

Frat. Michael Plodius li. 1.

F. Ioannes Tortocollo in Philosophia ac Theologia præclare eruditus, & in defendanda Angelica S. Thomę doctrina celebris propugnator, scripsit super quatuor libros Sententiarum, contra Henricum Gandauensem, & quodlibeta varia circa annum 1300.

F. Ledder Albertus, lib. 4. fol. 139. Fr. Antonius Lusitanus.

Fr. Ioannes de Bibbia Bononiensis multigena eruditione præditus, scripsit grande volumen, quodlibetorum viginti & octo quodlibetis distributum, volumen etiam concionum; Collationes etiam breues quas habuit in cōmunionibus fratrum. Claruit circa annum Domini 1300.

Frat. Michael Plodius li. 2. F. Leander Albertus lib. 4. fol. 144.

F. Ioannes è sancto Geminiano, vir de literis bene meritus, scholasticæ, ac diuinæ disciplinæ studijs egregie versatus, scripsit duo volumina de exemplis, & similitudinibus rerum, aliud de collationibus diuersis, alterum de concionibus de tempore, aliud vero de sanctis, sermones de opere sex dierum, sermones item funebres, conciones eius in Parasceue Domini per modum dialogi inter Christum, & Latronem, Caim & Abel, & aliam in vigilia Paschæ. Claruit circa annum millesimum trecentesimum decimum.

Fr. Antonius Lusitanus.

F. Ioannes Fauentinus eruditum, ac doctum librum edidit de præscientia, & Prouidentia Dei, & nōnulla alia opera, circa annum millesimum trecentesimum decimum.

Fr. Antonius Lusitanus.

F. Ioannes Parmensis, scripsit librum Metaphysica, & Theologica eruditione refertū de quæstionibus ad primum Sēntentiarum spectantibus. Claruit circa annum millesimum trecentesimum decimum.

Fr. Ambrosius Taegius. 1. p.

F. Ioannes Columna Romanus ob virtutum odorem, & literarum excellentiam, primo Romanæ Prouinciæ moderator, postea Archiepiscopus Mesanensis in Sicilia factus, scripsit volumen, quod prenotauit Mare historiarū

indecem

in decem libros distinctum, scripsit alterum de viris illustribus, edidit item epistolas eruditas plures ad diuersos, circa annum millesimum trecentesimum decimum tertium.

F. Ioannes à Caluisiano collegit ex sanctis Patribus, & ex alijs librum vnũ precum piarum, circa anum 1360.

Fr. Antonius Lusitanus.
F. Antoninus 3. P. tit. 23. ca. 11.
Fr. Alphõsus Ciaconius.
Frat. Michael Poccianrius.

Fr. Ioannes Dominici Florentinus eximię eruditionis vir D. Antonini Archiepiscopi Florentini pręceptor, vir sãctitate, scientia, & Hetrusca eloquentia effulgens, tantaque ingenij solertia, & memoriæ tenacitate pręstans, vt ipse in libro, quem luculam noctis inscripsit interposito iuramento affirmet se in nulla scientia praeceptorem habuisse, sed exemplo D. Augustini omne per se ipsum disciplinas didicisse, quod etiam refert D. Antoninus 3. p. tit. 23. cap. 11. ob vitæ sanctitatem, ac doctrinę excellentiam Archiepiscopus Ragusæus factus, & Cardinalis tituli sancti Sixti creatus est. In Constantiensi Concilio in extinguendo schismate trium Pontificum potissimus, ac validus Ecclesiæ filius, & propugnator, quin & in electione Martini quinti suffragia ad Pontificatum habuit: postremo missus in Hungariam legatus ad Sigismundum Imperatorem, & ad Regna Bohemiæ, & Hũgarię ad extinguendam Husitarum turpem nouitatem Budæ ad cœlestem patriam euolauit, mortalitatem exuens, miraculis coruscans. Is itaque sanctissimus vir, inter multas scholasticas scripturarum expositiones, reliquit scholasticos commentarios in Ecclesiastem, in Cantica Canticorum, in Euangelium Matthæi, in Epistolam ad Romanos, item in duodecimum caput primæ ad Corinthios, de charitate librum incipiẽtem, Si linguis hominum loquar. Item in primos nouem Psalmos conciones quinquaginta, quas Florentiæ in Ecclesia Cathedrali ad populum habuit à Dominica in septuagesimæ, vsque ad feriam tertiam Paschæ scholastico sermone digestas. Expositionem in Magnificat. Librũ inscriptum, Lucula noctis ad Colutium Saluiatum, qui de fortuna, & fato incommode scripserat, itinerariũ etiam deuotionis, conciones quadragesimales, de tempore, ac de sanctis. Obijt anno 1420.

F. Albertus Venetus.

F. Ioannes Fontana Placentinus librum composuit, in quo plurima moralia complexus est ad instar Speculi moralis F. Vincentij Beluacensis, circa annum 1420. licet Posseuinus non rectè anno 1470. claruisse asserat.

Fr. Sixtus Senensis lib. 4.

F. Ioannes à Verdiaco, scripsit doctissima commentaria super Cantica Canticorum, & super alios Bibliorum libros circa annum 1430.

Fr. Antonius Lusitanus.

F. Ioannes à Mõtenigro vir eminẽti ac felicissimo ingenio pręditus, & in argumentis energiæ, ac dexteritatis eximiæ, vnde à Patribus Concilij Florentini sub Eugenio quarto fuit delectus ad disputationum congressus cum Græcis Doctoribus, & ob triumphum gloriose de illis reportatum, maximè æstimatus, scripsit tractatum de Conceptione B. Virginis. Claruit circa annum 1436.

Fr. Ambrosius Gozzeus.

F. Ioannes Marcus Vincentinus, scripsit librũ cõcionũ de tẽpore, ac de sãctis circa annum millesimum quadringentesimum quadragesimum quartum.

Frat. Michael Poccianrius

F. Ioannes Caroli Florentinus omnigena eruditione clarus, scripsit volumen concionum, duos item tractatus spirituales, quorum primus attinet ad Psalmos pœnitentiales, alium vero in quo agit de senectute, etiam scripsit, itẽ septem patrum nostri ordinis, F. Ioannis Dominici Cardinalis, F. Simonis Saltarelli Archiepiscopi Pisani, B. fr. Ioannis Salernitani socij, B. Patris D. Dominici, fr. Aldrobaldini Caualcãtes Episcopi Vrbeuetani, fr. Angeli Accioli Episcopi Florentini, fr. Alexij Strocij, & fr Guidonis Regionalis, Scripsit etiam librum de conuentu sanctæ Mariæ Nouellæ Florentino. Obijt anno 1550 Kalendis Februarij, secundum alios anno 1505. ętatis suæ 77.

Fr. Antonius Lusitanus.

F. Ioannes à sancto Miniate Hetruscus orator celebris ingenio, & doctrina clarus, scripsit quædam opuscula moralia, circa annum 1460.

F. Ioannes

Fr. Gregorius Lumbardelius

F. Ioannes de Neapoli vir pius, & doctus in vnum librum redegit B. Virginis Catherinæ Senensis præconia, circa annum 1460.

Frat. Michael Plodius appendice, col. 414.

F. Ioãnes Aquilanus eruditione ęque atque animarum zelo plenus, scripsit conciones de tempore, ac de sanctis, lima vitiorum nuncupatas, circa annum 1460.

F. Sixtus Senensis libro 4. Antonius Possevin⁹

F. Ioannes Annius Viterbiensis Theologus eximius historiarum omniũ, quot sunt, quotque fuerunt exactissima cognitione celeberrimus antiquarius pręstantissimus, & vetustissimarum omniũ rerum indagator, & inuentor admirabilis, scripsit in Psalterium commentarios, quorum ipse meminit chronographiam Philonis exponens. Edidit etiam quæstionum in Apocalypsim librum vnum, quem Sixto quarto Pontifici, cæterisque Regibus Christianis misit, atque dicauit, ostendens in eo bestiam illam tertio decimo potissimum Apocalypsis capite descriptam, quam communiter enarratores interpretantur Antichristum esse pseudoprophetam Mahumetem, qui quamquam ante plurimos annos mortuus sit, eius tamen secta viuit, etiam nunc nimiumque grassatur aduersus Dei populum, eaque tandiu durabit donec iuxta septimum caput Danielis, regnum detur populo sanctorũ Altissimi, idest, Christianis. Scripsit item commentarios, in Genesim, in Deuteronomium, in Prophetas maiores, & minorẽs, in omnes Epistolas D. Pauli. Scripsit etiam quodlibeta aliquot de dignitate officij Magistri sacri Palatij, scripsit quoque de primis temporibus, & viginti quatuor Regibus Hispaniæ, & eius antiquitate. Præterea de antiquitate, & rebus Hetruriæ, de Hetrusca simul, & Italica chronographia, quæstiones de Thuscia, typographiam, emẽdationes Chronicorum, Chronographiã contra Eusebium, commentaria in epitomen Archilochi, de temporibus in ęquiuoca Xenophontis, in Berosum Babylonium, in Methastenem Persam, in Manethonem Ægyptium, in Philonem de temporibus, in Fabium Pictorem, in Mirsilũ Lesbium, in Marci Catonis fragmenta de originibus, in Antonini itinerarium, in Caium Sempronium, in Propertium de Vertumno, siue Iano. Claruit circa annum millesimum quadringentesimum sexagesimum.

Antonius Possevin⁹ F. Ambrosius Taiegius.

F. Ioannes Berolis candore animi, & sacræ paginę, & Patrum cognitione clarissimus, scripsit conciones inscriptas, cõciones aut sermones discipuli, vir qui de missione animi; vix se ipsum prodens plures ex discipulis magistros, & idoneos verbi diuini concionatores effecit. Claruit circa annum millesimum quadringentesimum septuagesimum.

Fr. Antonius Lusitanus.

Fr. Ioannes Ludouicus Viualdus, è Monteregali in humanis, ac diuinis literis egregie cultus, scripsit opus eruditũ, inscriptum, Opus regale, in quo sequẽtia continẽtur, epistola consolatoria ad repellẽdas tristitię causas, Tractatus de officio pietatis, erga defũctos, de pugna partis sensitiuæ, cum intellectiua, Epistola ad Vladislaum Bohemiæ, atque Hungariæ Regem, de tribus lilijs, quę sunt Gallię Regum insignia, de cognitione electorum, & reproborũ, de duodecim persecutionibus Ecclesiæ Dei, de magnificentia Salomonis, & num ne saluus an damnatus sit? de causa contritionis, & alius tractatus de veritate cõtritionis. Claruit circa annum millesimum quingentesimum decimum nonum.

Frat. Michael Pocciantius.

F. Ioannes Maria Florentinus, scripsit erudite dilucidarium de rebus antiquis sacris & alijs: eiusdem extat disputatio de Maria Magdalena ad opusculum Iacobi Fabri, cum alijs disputationibus, expositionem item difficilium sacræ Scripturæ locorũ librũ de cõputatione annorum Domini, de corruptione Kalendarij, pro vera celebratione Paschę. Claruit circa annum millesimum quingentesimum vigesimum.

Frat. Michael Plodius li. 4.

F. Ioannes Placentinus Terdonensis vir doctus & historiographus excellens scripsit Catalogum omnium Antistitũ, Tunganorum Traiectensium & Leodiẽsium, & res præclare gestas ab eis, circa annum 1520.

Frat. Michael Plodius li. 4. Frater Ioannes Tabiensis Ligur præter reliquas disciplinas in iuris peritia valde eruditus, scripsit summam casuũ conscientię Cardinali Caietano dicatam, quæ summa Tabiena nuncupatur, quam item nonnulli docti viri summam summarum nominant. Claruit circa annum millesimum quingentesimũ vigesimum quartum.

Fr. Ambrosius Gozzeus. Frater Ioannes Chrysostomus de Bagnolo, scripsit postillam super summam Sancti Thomę, super Metaphysicam, & Physicam Aristotelis, super prędicabilia, prędicamenta, priora, &c. super Genesim, super primum, & secundum libros Regum, tractatum de scriptura sacra, librum de authoritate Pontificis, conciones item quadragesimales, & de sanctis. Claruit circa annum millesimum quingentesimum quadragesimum sextum.

F. Ambrosius Gozzeus. F. Ioannes Ocham scripsit super totam summam Angelici Doctoris Sancti Thomę, anno millesimo quingentesimo sexagesimo quinto.

Frat. Michael Plodius appẽdice. Frater Ioannes Franciscus Beatus Venetus, scripsit super Physicam Aristotelis circa annum millesimum quingentesimum septuagesimum.

F. Ambrosius Gozzeus. Frater Ioannes Ambrosius Barbavara Mediolanensis Philosophus, ac Theologus excellens, in Academijs Paduæ, ac Turini diu Cathedram Theologiæ regens, scripsit super primam partem Sancti Thomæ, & eruditos tractatus de Theologia, tractatum item de Sacramentis, & Paraphrasim super septem Psalmos pœnitentiales, fuitque à sacris confessionibus Ducis Sabaudiensis, & Theologus Cardinalis sancti Caroli Borromei. Obijt anno millesimo quingẽtesimo octuagesimo quinto.

Frat. Michael Plodius li. 4. Antonius Possevinus. Frater Ioannes Maria Capella Salucensis Pedemontanus Theologię eruditione clarus, & in sacrę paginæ cognitione versatus egregie, scripsit super Ioannem à capite 13. vsque ad caput 18. in quo de Passione Domini accurate, & vberrime egit. Editum est hoc opus sane exoptatum à doctis, Venetijs, anno millesimo sexcentesimo sexto, prænotatum, Arca salutis humanæ, commentaria in testamentum, & passionem Domini nostri Iesu Christi Saluatoris nostri. Est author, qui dicendo non exundat, & pro dignitate eleganter, ac sine fuco diuinam Scripturam exponens, vt mentem nutrit, sic voluntatem accendit, scripsit item librum de miraculis Dominæ nostrę Flammæ innoxię. Obijt anno millesimo quingentesimo nonagesimo sexto, quarto Nonas Nouembris.

Frat. Michael Plodius li. 3. Frater Ioannes Baptista Conradus Perusinus præstanti eruditione insignis volumen morale in lucem protulit hac prænotatione, Responsa ad cuiuscumque pene generis casuum conscientiæ quæsita quadraginta pro illis examinandis, qui ad animarum curam, vel confessionum audientiam sunt admittendi, quibus accessit compendiolum de campys. Claruit circa annum millesimum sexcentesimum quintum.

F. Ambrosius Gozzeus. Frater Ioannes Baptista Bracceseus Florentinus, scripsit librum de Beata Virgine, & annotationes de Astrologia, & nonnulla alia. Claruit circa annum millesimum sexcentesimum quintum.

F. Ioannes Baptista Spadi de Florentiola, scripsit vitam S. Raimundi à Peña fort cõfessoris idiomate Italico. Viuit adhuc.

Frat. Michael Plodius appẽdice. Fr. Ioannes Dominicus Montagnolus, ex obseruantissima Aprutina Prouincia Theologiæ, ac Philosophiæ studijs excultus edidit duo volumina scholastica, primum de potioribus quęstionibus physicis inter modernos controuersis, alterũ vero Theologicarũ cõcertationũ in quibus acriter, ac doctissime retũduntur recentiorũ sententię, quę doctrinã Angelicã D. Thomæ, & discipulorum eius propulsare, ac labefactare attentant. Viuit adhuc.

F. Ioannes Soncinas Episcopus Venusinus docta cõmentaria scripsit duobus voluminibus cõplexa super Physicã, & Metaphysicã Aristotelis. Viuit adhuc.

Fr. Ioannes Maria Braschellensis sacri palatij Apostolici magister, &

nunc Episcopus Poliniani in regno Neapolitano in vnum corpus redegit,&publicæ commoditati edidit tomum primum indicis librorum expurgãdorum, in quo quinquaginta authorũ libri præ cęteris desiderati emendati sunt: adiecit ad finem edicta duo Italice promulgata absԑ Romę, die septima Augusti 1603.& die 16. anno millesimo sexcentesimo quinto, de ijs authoribus, qui prohibiti sunt, & aliqui quidem omnino, aliqui vero donec sint expurgati, monens quomodo iuxta eam censuram emendandi, aut extinguendi sunt authores, B & vero fore, vt si qui pertinaciter iisdem authoribus in emendatis, aut omnino prohibitis vti voluerint, hi prę ter offensam diuinæ Maiestatis, & præter canones, atque censuras Ecclesiasticas regulasque indicis, & alijs ipsius magistri sacri palatij edictis pœnis, in quas incident seuere puniantur. Viuit adhuc.

Frat. Michael Plodius li. 4. col. 390.

F. Ioannes Paulus Nazzarius Cremonensis Theologus, ac Philosophus egregius, scripsit doctissimos commenta- C rios super primam partem D. Thomæ, scripsit etiam librum seu apologiam, pro Eucharistia contra hæreticos Valtelline, cum quibus ex commissione Clementis octaui congressus est, ac publice disputauit, apud Pluosium extitit Inquisitor hæreticæ prauitatis Mantuæ, & Anconæ, & viuit adhuc regens almi studij nostri Bononiensis.

F. Ioannes Michael Pius Bononiensis Theologus eruditus, scripsit duo vo- D lumina de viris illustribus ordinis Prædicatorum, licet plurimi in eis desiderentur, prefertim ex Hispanis, scripsit etiam vitam venerabilis Patris fratris Seraphini Capponi à Poneta. Viuit adhuc.

Frat. Michael Plodius li. 3.

F. Isidorus de Isolanis Mediolanensis Philosophus, ac Theologus præclarus, scripsit summam in quatuor partes distributam de donis sancti Ioseph sponsi B. Virginis, Adriano sexto dicatam, edidit etiam libros quatuor aduersus Auerroem de æternitate mundi, librum etiam de imperio militantis Ecclesię, alium de institutis Regum omnium, ac Principum, scripsit etiam vitam Beatæ Veronicæ sororis nostri ordinis in octo libros distinctam, edidit quoque volumen quęstionum aduersus hęreses huius temporis, quas Papiæ seu Ticini disputauit de dispensatione dantis, & recipientis indulgentias, & de modo remissionis factæ per indulgẽtias, &c. de merito animarũ in purgatorio, de igne inferni, &c. Claruit circa annum Domini millesimum quingentesimum vigesimum.

Fr. Antonius Lusitanus.

F. Iustinus in scholasticis, ac diuinis codicibus egregie versatus iussus à capitulo generali Bononiensi, anno millesimo ducentesimo quadragesimo secundo cõposuit vitam B. Dominici Patris nostri. Claruit circa annum millesimum ducẽtesimum quinquagesimum, & non fuit generalis ordinis, vt Posseuinus ignoranter asserit.

SICVLI.

F. Ambrosius Gazeus.

FRATER Iacobus Ciota, Drepanensis, scripsit historiam vrbis Drepanensis, circa annum millesimum sexcentesimum quintum.

F. Ambrosius Taegius 1. p. Fr. Antonius Lusitanus.

F. Ioannes de Neapoli Siculus Theologicis studijs eruditus, scripsit quodlibeta tredecim, & etiam super quatuor libros Sententiarum, conciones item de tempore, ac de sanctis, volumen quæstionum Theologicarum cum suis resolutionibus, conciones quoque pro defunctis, circa annum millesimum trecentesimum decimum septimum.

F. Thomas Fazellus de rebus Siculis decade 2.

Frater Ioannes Catres Messanensis Philosophus, ac Theologus præclarus, qui Bononiæ, Florentiæ, ac Ferrariæ ære publico mathesim, & Græcas literas docuit, quarum perdiscẽdi auiditate ductus, in Græciam profectus mansit ibi per annos aliquot, inde reuersus Romam adijt, & Besarrionis Cardinalis Niceni suffultus, & adiutus fauore Cephaledensis Episcopus, ac demum Catanensis in Sicilia est

factus

factus edidit volumen orationum co. a Romano Pontifice declamatarum. Claruit circa annum millesimum quadringentesimum sexagesimum quartum.

F. Ioannes Matthæus de Ripolis Siculus (alijs Maltensis) scripsit librum de auxilijs diuinæ gratiæ.

GALLI.

Fr. Sixtus Senensis lib. 4. Fr. Antonius Lusitanus.

FRATER Iacobus Lausanensis diuinarum humanarumque rerũ cognitione clarus, & Ecclesiasticarum declamationum fama clarissimus, qui dum Prouinciam Franciæ moderaretur ad Episcopatum Lausanensem assumptus est, scripsit sermone scholastico plurima in sacras literas commentaria in Pentateuchum libros quinque, in Iob librum vnum, in Prouerbia librum vnum, in Cantica Canticorum librum vnum, in Sapientiam librum vnum, in Ecclesiasticum librum vnum, in Esaiam librum vnum, scripsit etiam super quatuor libros Sententiarum, conciones item de tempore, ac de sanctis, & quadragesimales, opus moralitatum in duodecim libros distributum concionatoribus vtilissimum. Claruit circa annum millesimum trecentesimum decimum septimum.

Fr. Franciscus Diagus lib. 1.

F. Iacobus Dominicus, scripsit historiam prouinciæ Prouinciæ ordinis Prædicatorum circa annum millesimum quingentesimum.

Antonius Possevinus.

F. Iacobus cognomine Hungarus licet Gallus Theologus eruditione eximia clarissimus, edidit Gallica lingua quatuor homilias de sacris imaginibus aduersus hæreticos huius temporis, & emisit orationem habitam Parisijs in funere Francisci Guisij Ducis, qui lethali vulnere ab hæreticis vulneratus, non multo post sancte obijt. Claruit circa annum millesimum quingentesimum sexagesimum quartum.

Innocentius quintus Pontifex videatur infra in fratre Petro de Tarantasia.

Fr. Seraphinus Razzi.

F. Ioannes de sancto Ægydio, scripsit super quatuor libros Sententiarum, circa annum millesimum ducentesimũ trigesimum.

Antonius Possevinus.

F. Ioannes Brichallus Ebroycensis, scripsit tractatum de authoritate confessiones audiendi, concessa religiosis circa annum 1290.

F. Albertus Venetus: F. Antonius Lusitanus.

Fr. Ioannes Parisiensis Theologicæ disciplinę studijs admodum versatus, scripsit super quatuor libros Sententiarum, & quodlibeta aliquot, librum etiã de vnitate formarum contra Henricum Gandauensem, circa annum millesimum ducentesimum nonagesimũ quartum.

Fr. Antonius Lusitanus.

F. Ioannes à Cambico, vir eruditus composuit librum de delicijs paradisi in tres partes distributum, & alium de culpa & gratia, circa annum 1295.

Antonius Possevinus.

F. Ioannes Gallicus, scripsit commentaria super quatuor libros Sententiarum, librum etiam de vnitate formæ, & de principio indiuiduationis, circa annum millesimum ducentesimum nonagesimum quintum.

Fr. Antonius Lusitanus.

F. Ioannes Parisiensis alter in Aristotelis, ac D. Thomæ doctrina exacte instructus, scripsit super quatuor libros Sẽtentiarum contra corruptorium D. Thomæ, super librum meteororũ Aristotelis, tractatum de transubstantiatione panis, & vini, quodlibeta varia, librum vnum de vnitate esse, & essentiæ diuinæ, librum de Aduentu Antichristi, atque tractatum de Iride, circa annum 1300.

Frat. Michael Plodius li. 2.

F. Ioannes Morlandinus Sanctæ Romanę Ecclesiæ Cardinalis, scripsit aliqua opera, vt fr. Alphonsus Ciaconius, ait circa annum millesimum trecentesimum quadragesimum quintum.

Antonius Possevin

Fr. Ioannes Molendinus Lemouicẽsis, ex Prouincia Tolosana Inquisitor Tolosanus, deinde magister sacri palatij, denique generalis magister ordinis scripsit librum eruditum de reparatione lapsi. Obijt anno millesimo trecẽtesimo quinquagesimo octauo, existimo autem, quod sint tantum vnus hic fr. Ioannes Molendinus, & Morlandinus precedens.

Tritbemi⁹

A F. Ioannes Capreoli Tolosanus, vir ingenio excelléti, iudicio mirabili, memoria tenaci ornatus, sectator præclarus Angelicæ doctrinæ D. Thomæ, profunde in scholasticis concertationibus eruditus, scripsit super quatuor libros Sententiarum exacta commentaria, quibus Angelici Doctoris doctrinam solide explicat, & perspicue ab impugnatoribus defendit, scripsit etiam volumé concionum, circa annum millesimum quadringentesimum vigesimum quartum.

Fr. Antonius Lusitanus.

B F. Ioannes Aquensis doctrina conspicuus, scripsit librum prænotatum scala Dei, siue cœli, quasi per ea, quę habet in illo conscendatur ad Deum, Claruit circa annum millesimum quadringentesimum sexagesimum.

Antonius Posseuin⁹

F. Ioannes Reynardus cõuentus Diésis, quę ciuitas est in Delphinatu in Gallia, edidit sermones quadragesimales, & tractatum de peregrinatione generis humani, circa annum millesimum quingentesimum decimum quintum.

Frat. Michael Plodius li. 4.

C F. Ioannes Benedicti doctus Theologicæ disciplinæ Parisiésis professor, qui ab Henrico secundo Rege generalis prępositus & Abbas ordinis Vallis scholarium est electus, scripsit librum introductorium ad Logicam, & nonnulla alia, circa annum millesimum quingentesimum quadragesimum.

Fr. Seraphinus Razi.

D F. Ioannes Maria de Tolosanis, vtriusque Philosophiæ peritissimus, & historiarum cognitione clarus, scripsit librũ emendationis temporum, de recta, scilicet computatione illius, ab orbe condito, vsque ad Christum ortum breuem quoque fecit adnotationem Kalendarij Romani, pro Paschate rite celebrando Concilium Tridentinum, eam dirigens, circa annum millesimum quingentesimum quadragesimum sextum.

F. Ioannes Bremot, scripsit duos libros Gallico idiomate, spirituali doctrina refertos. Viuit adhuc.

Fr. Ioannes Bole, scripsit librum de Rosario Beatę Virginis. Viuit adhuc.

Antonius Posseuinus.

F. Iulianus Fresnoau Theologus eruditus, scripsit librum aduersus Petrum Martyrem hęresiarcham. Claruit [illegible]ca annum millesimum quingente[illegible]m octuagesimum, sub Henrico tertio.

GERMANI.

F. Leãder Albertus, lib. 4. fol. 136.

FRATER Iacobus de Susato in Coloniensi Metropoli hęreticę prauitatis Inquisitor, & Catholicę fidei aduersus hæreticos validus, & infractus propugnator, Philosophiæ, Theologiæ, sacræ etiam paginæ eruditione celebris, scripsit duos satgrandes libros, in sapientiam Salomonis, in epistolas D. Pauli ad Titum, & ad Hebræos, in quatuor item libros Senté tiarum, librum de conceptione B. Virginis, librum de hora mortis Domini, alterum de origine, atque de vnitate Ecclesiæ, collationes breues Latinas, Chronicon ordinis Prędicatorum, priuilegia item ordinis Prædicatorum in vnum redegit, additis quibusdam defensionibus mappam mũdi, distinctiones breues, & longas de arte colligédi, librum etiam de sacrosancto Missę sacrificio. Claruit circa annum millesimum quadringentesimum decimum quintum.

F. Leãder Albertus, lib. 4. fol. 150. Tritbemi⁹ de viris illustribus Germanię

F. Iacobus Sprenger propter eximiã eius virtutem, ac doctrinæ excellentiã Teutoniæ Prouincię moderator, & ab Innocentio octauo Inquisitor hæreticæ prauitatis institutus, scripsit volumen contra maleficas, quod vocauit Malleũ maleficarum, in libros tres distinctum, quibus concurrentia ad maleficia, maleficiorũ effectus, remedia aduersus maleficia, & modus procedendi, ac puniendi maleficas, abunde continentur, qui denique â Fr. Raphaele Maffæo illustratus prodijt, scripsit item volumen, quo complexus est institutionem, approbationem, miracula, & indulgentias sanctissimi Rosarij Beatæ Virginis. Claruit ab anno millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto vsque millesimũ quadringentesimũ nonagesimũ quartum.

Aubertus Miræus.

F. Iacobus Hocstratanus Coloniensis Philosophus, ac Theologus egregius,

qui

qui Ecclesiasticę disciplinæ in fugandis. arcendisque hæreticis tunc nascentibus, vique irrumpentibus plurimos annos vigili cura, atque indefesso studio præfuit summa cum Belgicarum tum Colonienśis, Treuerensis, ac Maguntinę Ecclesiarum vtilitate, fuit namque inter primos, qui gladium spiritus in voluptariam Lutheri apostatæ sectam, editis libris strinxerunt, quo factum vt hæreticorum, & hæreseos nouitati fauentiũ acerbissimum in se odium concitarit, qui nec mortuo parcentes eius hoc tumulo carmen affixere. Hic iacet Hocstratus viuentem ferre patique Quem potuere mali, non potuere boni. Verius tamen maledictus poeta dixisset. Hic iacet Hocstratus, viuentem ferre, patique quem potuere boni, non potuere mali. Scripsit contra octo Lutheranorum blasphemias. De fide, atque operibus, de purgatorio, librum de libertate Christiana contra Lutherum, margaritam Philosophiæ moralis, apologiam ad cabale destructionem contra Ioannem Reuclinum, librum contra sacerdotes concubinarios, & plura alia aduersus hæreticos. Obijt Coloniæ Agrippinæ anno millesimo quingentesimo vigesimo septimo.

F. Sixtus Senensis libr. 4. Trithemi.

F. Ioannes Christophori Mindensis, in Aristotelis doctrina apprime versatus, & in sacris literis præstanter excultus, scripsit postillam scholasticam, in quatuor Euangelia, & in omnes Pauli epistolas, scripsit etiam super quatuor libros magistri Sententiarum, & super librum Aristotelis de anima, & super librum elenchi Aristotelis. Claruit circa annum millesimum ducẽtesimum quadragesimum, alijs anno 1271.

F. Ambrosius Taegius 1. p. Trithemi.

F. Ioannes Friburgensis candidis moribus ornatus in Theologia sacra, ac in iure canonico solide instructus, Episcopus Bosinensis, ac generalis nostri ordinis magister, sanctitate, ac miraculis clarus, verbi diuini concionator facundus, ac fructuosus, qui dum semel Bononiæ in vsurarum crimen inueheretur adeo declamatione illius populus est commotus, & accensus, vt vsurarium quendam publicum Landulphum nomine, é ciuitate mox eijcerent, & lapidibus impeterent dicendo. Pereat Landulphus & dom⁹ eius tota. Scripsit summam notabilem in quinque libros distributam, scripsit etiam super quatuor libros Sententiarum glossas etiam super totum Decretum. Claruit circa annum 1250. & obijt Argentinæ anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo tertio, pridie Nonas Nouembris.

Fr. Antonius Lusitanus.

F. Ioannes de Herduch scripsit docte super librum Genesis, & super plures Bibliorum libros circa annum millesimum ducentesimum sexagesimum secundum.

Fr. Antonius Lusitanus.

F. Ioannes è Vriburgo, scripsit summam notabilem de casibus conscientiæ & cõfessionale pro audientia confessionum circa annum 1262.

Frat. Michael Plodius li. 1.

F. Ioannes Frimtoris vir doctus, scripsit super quatuor libros Sententiarum & volumen concionum. Claruit circa annum millesimum ducentesimum nonagesimum.

F. Leãder Albertus, lib. 3. fol. 114.

F. Ioannes Pichardi de Lucemburg, qui propter eximiam in sacris literis eruditionem, & in moribus excellentiam ad Episcopatum Ratisponensem est assumptus scripsit summam Theologiæ, volumen item concionum quadragesimalium, Dominicalium alterum, tertiumque de sanctis per totum annũ Claruit circa annum millesimum trecẽtesimum duodecimum.

F. Ambrosius Gozzeus.

F. Ioannes Rusim scholasticę, ac diuinæ doctrinę cognitione clarus, scripsit commentaria super epistolam ad Titum, & super priora quindecim capita D. Matthæi super quatuor libros magistri Sententiarum, directorium confessorum, & volumina concionum de tempore ac de sanctis, circa annum millesimum trecentesimum duodecimum.

F. Leãder Albertus, lib. 4. fol. 151.

Frater Ioannes Teutonicus lector Friburgensis, scripsit summam confessorum, tabulam item vtilem ad summam & apparatum Raimundi, librum etiam specialem de quæstionibus casualibus cõfessionale de modo audiẽ-

di confratres, ac de modo interrogandi secũdum diuersos status, & vitia, & subtilissima commentaria, quæ elucubrauit, in quatuor libros magistri Sententiarum. Obijt anno millesimo trecentesimo decimo tertio.

Antonius Possevin. F. Ioannes Pisiẽsis, scripsit erudita cõmentaria in quatuor libros magistri Sẽtentiarum, & librum contra corruptoriũ D. Thomæ, alterum de transubstãtiatione panis & vini in Sacramento Eucharistię.

Trithemi. F. Ioannes Episcopus Lombariensis ex Basilea ciuitate Germaniæ oriundus, in sæculari Philosophia egregie doctus, ingenio præstans, & clarus eloquio declamatorque concionum celeberrimus, edidit nonnulla præclara opuscula, quibus nomen suum ad posteritatis notitiã transmisit, è quibus extat opus insigne super sententias, conciones quoque variæ. Claruit circa annum Domini millesimum trecentesimum vigesimũ, alijs vero anno millesimo quadringentesimo decimo.

Fr. Ambrosius Tae giut. l. p. Trithemi. F. Ioannes è Tambaco Argentinensis moderator Gymnasij Pragensis in Bohemia, vir sane doctus, & multarum lucubrationum scriptis excellens, posteritatem suis laboribus iuuauit, scripsit volumen sat grande in quindecim libros partitum, inscriptum, Consolatio Theologiæ: id olim Leridæ impressum prodijt in lucem, librum etiam de culpa & gratia, alios item de beatitudine, de amore virtutum, de simonia claustralium, de proprietate mendicantium, de ingratitudine, directorium confessorũ, de priuilegijs exemptorum, circa interdictum, de identitate indulgentiarum, de redemptionibus, de sensibilibus delicijs paradisi, de præconijs S. Ioannis Euangelistę, conciones varias, librum de quarta, & eius moderatione. Claruit circa annum millesimum trecentesimum vigesimum, licet F. Seraphinus Razi afferat 1370.

Antonius Possevin. F. Ioannes Breslaer Theologus excellens, scripsit librum aduersus errores duodecim Altemburgi in Misnia ortos idque hortatu Numbergensis Episcopi.

Antonius Possevin. F. Sixtus Senensis libro 4. F. Ioannes Taulerus in Coloniensi Prouincia, ac in tota Germania propter sanctitatem, & euangelizandi scientiam cum spiritus feruore, ac mirabili audientium fructu celeberrimus, in diuinis scripturis eruditus, in Theologia vero profunde versatus, scripsit librum deuotissimum de Passione Domini, ex quatuor Euangelijs, item sermonum in varios Euãgeliorum locos librum vnũ, scholasticarum meditationum tractatus aliquot de virtutibus, conciones de interioris vitæ perfectione, epistolas varias valde pias, cantica spiritualia, de nouem rupibus, siue gradibus, Christianæ perfectionis speculum, & exemplar Domini nostri Iesu Christi. Conciones Germanicas à fr. Laurentio Surio recognitas, & Latine redditas, præfixa F. Ioannis Tauleri vitæ historia, vir sanctissimus, qui plagas & hæreses aduersus dogmata, & Sacramenta Ecclesiæ orituras prædixit, quę deinceps hodieque Catholicos Christi fideles vexant. De illo itaque inquit Ludouicus Blosius cõtra EcKium, Taulerus Catholicę fidei cultor integerrimus est. Et quæ scripsit sana, & plane diuina sunt, vt cognoscere possunt, qui in illis sunt versati, sed EcKius ardore Ecclesiæ succensus indigne tulit, quod Lutherus magnifice laudaret Taulerum, & sententijs suis praua dogmata confirmare videretur. Quid vero mirum, si infœlix ille nõ solum sanctorum Patrum, verum ipsius sacræ, & diuinæ Scripturæ verbis impudentissime ad suam hæresim stabiliendam abutatur? Si doctrinæ Tauleri adhærere voluisset profecto hereticus nũquam fuisset, nam ex vnius Tauleri scriptis, quæ hisce temporibus emerserunt plenissime confutari possunt. Claruit circa annum millesimum trecentesimum quinquagesimum.

F. Albertus Venetus. Fr. Ioannes SuilKilfrans studiorum peruigil, & assiduus cultor, scripsit tractatum de practica veritate secundum ordinem Alphabeti, postillas super Iob, super canonicam D. Petri, Ioannis, & Iudæ, conciones Dominicales super epistolas, & Euangelia, & aliud volumen

con-

concionum de sanctis, circa annum millesimum trecentesimum quinquagesimum quintum.

Fr. Antonius Lusitanus.

F. Ioannes Cachen Friburgensis in scholastica, & sacra doctrina apprime versatus, scripsit commentaria super Epistolam ad Romanos, tractatum de contractibus, & alium de quarta, circa annum millesimum trecentesimum quinquagesimum quintum.

Guilielmus Eisengrenius. Fr. Leander Albertus lib. 3. fol. 124.

F. Ioannes Schadlandt Coloniensis propter morum honestatem, & eruditionem in sacris literis, primo hæreticorum censor, deinde Tulmensis, Hildesheymensis, Vuormacensis, & Augustensis Episcopus, & legatus Summi Pontificis, edidit volumen de sancta Trinitate & plures conciones in honorem sanctorum, circa annum millesimum trecentesimum sexagesimum quintum.

Abbreuiator Gesneri. Frat. Michael Piodius appendice, col. 411. F. Leander Albertus, lib. 4. fol. 136.

F. Ioannes StoKes Subderiensis, scripsit erudite pro ordinis Prędicatorum dignitate contra quosdam Patres Carmelitas, librum vnum, librum item alium ad rationes Hornebij. Claruit circa annum millesimum trecentesimum septuagesimum.

F. Ioannes de Sternagestem vir apprime doctus, scripsit commentaria in Psalterium, in librum item sapientiæ, Super quatuor libros Sententiarum, conciones de tempore, ac de sanctis, quęstiones in totam Philosophiam naturalem, quæstiones etiam in librum de bona fortuna.

F. Sixtus Senensis libro 4. F. Leāder Albertus, lib. 4. fol. 148. Tritbemi⁹

F. Ioannes Nider ex Prouincia Sueuię scientiarū omniū nobilissimū promptuariū speculumq; obseruantiæ regularis in declamādis sermonib⁹ populo gratissimus, scripsit rudi sed aperto sermone in vigesimum caput Exodi de decem pręceptis Decalogi eruditum, & grāde volumen, item in decimum tertium caput Leuitici de lepra morali librū vnū, item in Euangelia totius anni concionum libros duos tractatum de contractibus mercatorum, alium de sæculariū religionibus de abstinentia ab esu carnium de reformatione status cœnobialis, consolatorium timoratæ conscientiæ, de vigore consuetudinis, & dispen-

A sationē canonica, de perfecta paupertate, de falsa, & vera nobilitate, de moralitate sumpta à formicis, dialogum studiosi, & pigri, speculum perfectionis, dispositorum moriendi. Claruit anno millesimo quadringentesimo trigesimo quinto, licet Pesseuinus anno millesimo quingentesimo trigesimo, eum vixisse asserat.

Tritbemi⁹

F. Ioannes Gritsch Basiliensis indiuinis scripturis studiosus, & eruditus, & tam in iure canonico, quam in cæteris

B Philosophiæ literis longa exercitatione peritus declamator, sermonum ad populum, egregius ingenio, pręstans & clarus eloquio, scripsit sermones de tempore, ac de sanctis, & per quadragesimam tribus libris distributos & librū alterum de Passione Domini, & alia plura. Claruit circa annum millesimum quadringentesimum trigesimum quintum.

Fr. Sixtus Senensis lib. 4. Fr. Antonius Lusitanus.

F. Ioannes Francfordiensis eruditione in sacris literis conspicuus concinnauit in Iob scholasticam explanationē,

C scripsit etiā volumina cōcionū quadragesimaliū & de tēpore, ac de sāctis. De illo scribit Frater Sixtus Senensis, quod eius volumina extabant Lugduni in Bibliotheca conuentus ordinis Prędicatorum, ante quam Caluiniani, qui eam ciuitatem per fraudem ceperunt, omnes bibliothecas familiarum religiosarum, aut combusserunt, aut cum pretiosis quibusque sacrarum ędium ornamentis sunt depopulati. Nos Ludugni (inquit) tunc interfuimus, propter quod

D & vera scribimus. Claruit circa annum millesimum quadringentesimum quadragesimum.

F. Leāder Albertus, lib. 4. fol. 136.

F. Ioannes Eedebergensis scholastica, & diuina eruditione clarus, scripsit postillas super omnes Bibliorum libros & doctissima scholia, super quatuor Sententiarum, circa annum 1440.

F. Ambrosius Gozzeus.

F. Ioannes à Moneta Teuto, iuris prudentia clarissimus, scripsit commentaria super Decretum Gratiani super Decretales Gregorij noni, super Sextum, & Codicem, atq; Extrauagātes, insuper & summā moralē, circa annum 14 0

Trithemi' in additione 1.

F. Ioãnes Cono Norimbergensis eruditione etiam in humanis, ac politioribus literis eximia præditus, cum D. Hieronymi opera primo Basileę, excuderētur Græca addidit, & multa vertit ex Grę̨ca lingua in Latinam Gregorij Nazianzeni, & Gregorij Nisseni, Basilij quoque librum de differentia Husiæ, & hypostasis, librum etiam Gregorij Nisseni de homine, circa annum millesimum quadringentesimum octuagesimum.

Antonius Posseuin.

F. Ioannes Herolo, quem alio nomine discipulum nominant, scripsit conciones de tempore, ac de sanctis, & quadragesimales Norimbergæ, Venetijs, & alibi editas, vna cum promptuario exēplorum, circa annum millesimum quadringentesimum octuagesimum, & licet Posseuinus duos distinctos fratres ordinis Prædicatorum asserat, scripsit sermones discipuli, hunc, & fr. Ioannem Berolis Italum timeo ne vnus tantum sit vir, & in suo apparatu congerendo, impeditus minus attente aliqua præsumderit.

Fr. Antonius Lusitanus.

F. Ioannes Romberth Rispensis, Coloniensis, quæstiones Ioannis à Landuno in octo libros Physicorum Aristotelis multis in locis mutilas, & mendosas correxit, triplicem quoque tabulam eidem operi adiecit. Claruit circa annū Domini millesimum quingentesimum vigesimum.

Pontanus lib. 1. memorabiliū Frat. Michael Plodius li. 4.

F. Ioannes Tetzelius Saxo scholasticis concertationibus egregie versatus, morum grauitate, & decore conspicuus hæreticæ prauitatis in Saxonia Inquisitor, atque fidei Catholicæ propugnator eximius, pro qua contra Lutherum primus habuit disputationum congressus, & primus omnium centum, ac sex articulos aduersus praua Lutheri dogmata edidit. Claruit circa annum millesimum quingentesimum vigesimum.

Antonius Posseuin.

F. Ioannes Paliz, vir eruditus libros duos concionum edidit, alterum Latine Hermano Coloniensi Archiepiscopo, alterum Germanice Ioanni, & Federico Saxonię Electoribus inscriptos, circa annum 1520.

Fr. Sixtus Senensis lib. 4.

F. Ioannes Dietembergius Frācofordiensis cœnobij alumnus, hęreticæ prauitatis inquisitor, apud Rheni, & Mosellę confluentiam Latinæ, atque Hebraicę linguę cognitione pollens, & in concertationibus scholasticis maxime versatus, vtrumque sacræ legis instrumentū Theutonicæ linguę donauit, ne quis in laqueos versionum hęreticarum impingeret. Falsas item hæreticorum opiniones, & mores indicauit, nec semel, aut bis, sed sæpenumero cum Luthero congressus sanctissimum altaris sacrificium propugnauit: librum edidit inscriptum, Confutationes aduersus scripturarios Lutheranos, alias frænum Lutheranorum. Scripsit item postillam ad Euāgelia totius anni Germanicam, vberem satis, opusculum etiam edidit devotorū emissione, ac solutione, alterum de apostasia, aliud de præceptorum, & consiliorum differentia. Claruit circa annum 1530.

Fr. Ambrosius Gozzeus.

Fr. Sixtus Senensis lib. 4. Fr. Antonius Lusitanus.

F. Ioannes Hudalrici Basileensis adolescens ingenij diuini potius, quam humani, quem ipsam eruditionem, ac fidei sinceritatem dixeris, tantam adhuc iuuenis Grecæ phraseos nactus est notitiam, quantam vix vnus, aut alter eius ætati. Scripsit ergo in Epistolam Pauli ad Hebręos Græco, & eleganti sermone laudatissima commentaria, in translatione autem Theophilati ab hæretico Latine reddita, plerosque reperit errores adhuc adolescēs, anno Domini 1536

Guillelm' Eisengrenius.

F. Ioannes Scholotanus Gossensis, scripsit librum eruditione refertum de retinenda fide Catholica contra sectam Lutheranam, de baptismo, de ieiunio, item ac etiam conciones elegantes, circa annum millesimum quingentesimū quinquagesimum tertium.

Tritbemi'

Frater Iordanus, qui ad Iordanem flumen in Palęstina baptismum suscepit ex Prouincia Saxonię sanctitate, ac miraculorum gloria coruscus, prędicatione feruens, & proximorum salutis zelator vehemens, qui primus post B. P. D. Dominicum, totius nostrę familię generalis moderator extitit, scripsit librum de institutione ordinis Prædicatorū, hortatorias item Epistolas ad

fratres

fratres, & conciones ad populum, commentaria etiam super Lucam, & super Apocalypsim, ac librum de translatione B.P. Dominici. Obijt anno 1236. dũ advisitandum terram Sanctam, & Cõuentus suę curæ addictos, in ea fundatos adnauigaret, cuius sanctitatem cęlestia signa patere commonstrarunt.

ANGLI.

Antonius Posseuinus.

FRATER Ioannes Bothlesam, qui propter vitæ honestatem, & scientiarum eruditionem Episcopus Roffensis est factus, scripsit librũ concionum, quas coram Angliæ Rege habuit, & alterum, Disputationes scholasticæ prænotatum. Claruit circa annum 1338.

Guilielmus Eisingrenius. Tritbemi.

Fr. Iannes de Bromiard, vir præclaro ingenio præditus, Theologus excellens, ac verbi Dei declamator egregius scripsit summam Prędicantium, qua pręcipuos disciplinę Catholicæ locos, & sensus explicat, summam etiam iuris naturalis, collationes eiusdem, ac registrũ, persuasiones etiam, ac tractatum eiusdem iuris, conciones de tempore, ac de sanctis. Claruit circa annum millesimũ quadringentesimum decimum nonum.

Fr. Ambrosius Gozzeus.

Fr. Ioannes Anglus, scripsit super libros Physicorum, & de anima, & de cœlo, & de paruis naturalibus, circa annum 1483.

Fr. Antonius Lusitanus.

Fr. Ioannes Harley, vir scholasticis disciplinis eruditus, scripsit bina commentaria super quatuor libros Magistri sententiarum, tractatum item de Prędestinatione Dei, & quodlibeta plura, circa annum 1514.

Antonius Posseuinus.

Fr. Ioannes Somereton Nordouiensis cœnobij, scripsit volumen concionũ per annum, quæ Londini extabant, in Londinensis cœnobij nostri bibliotheca. Claruit anno 1520.

HIBERNI.

Frat. Michael Plodius li. 3.

FRATER Ioannes de Hibernia vniuersali eruditione clarus, edidit librum præscriptum Manipulus Florum, in eo enim ex omnibus sacris authoribus, optimorum quorũcũqué flores elegit, ad omnes materias conuenientes, circa annum 1460.

BELGÆ.

Fr. Antonius Lusitanus.

FRATER Iacobus à Bruxellis, in D. Thomę doctrina exacte versatus, quęstiones atquè articulos quos D. Thomas innuens, non expresserat, sed his verbis, vt supra dictũ est, vel infra dicetur significauerat, adnotauit, tam in 1. parte, quam in prima secundæ, & in secunda secundæ, quas citationes postea integriores emisit Fr. Antonius Lusitanus. Claruit circa annum 1450.

F. Ambrosius Gozzeus.

Fr. Iacobus Molanus Antuerpiensis historiarum lectione versatus, scripsit vitas illustrium virorum Ordinis Prędicatorum Anglorum, Scotorum, Saxonum, & Belgicorum, circa annum millesimum sexcentesimum quintum.

Frat. Michael Plodius li. 4.

Fr. Ioannes Bunderius Gandauensis, in scholasticis concertationibus egregie eruditus, scripsit compendium rerum Theologicarum, quæ nostra ętate, ab hæreticis oppugnantur, idquè iuxta consensum Ecclesiæ Catholicę diuinæ scripturę testimonijs cõtexuit, quod cum non semel è prælis prodijsset, factũ est deinceps auctius, addita collatione quatuor Sanctorum Doctorum Gregorij, Hieronymi, Ambrosij, & Augustini. Scripsit etiam librum de triginta articulis aduersum hæreticos, & scutum fidei Orthodoxę aduersus, quaslibet hęreses. Claruit circa annum millesimum quingentesimum quinquagesimum.

Aubertus Miræus.

Fr. Ioannes Hentenius Brabantinus, prius fuit instituti D. Hieronymi, postea vero Louanium adiens ex Hispania, vt parentes inuiseret, nostrę familiæ togam suscepit, atquè studij nostri Louaniensis regens fuit, ibiquè ex Græca in Latinam vertit linguam Euthimium super Euangelia, & Oecumenium super omnes D. Pauli Epistolas, & super actus Apostolorum, atquè ex idiomate Hispano Latinum reddidit libellum

inscriptum, Ars seruiendi Deo, cui accessit speculum illustrium personarum. Scripsit commentarios satis doctos, in quatuor Euangelia, & in librum Apocalipsis, quem commentarium prænotauit, Iudicium de Apocalipsi, & Antichristo, in quo bestiam illam cap. 13. descriptam designare ait Mahumetem falsum Turcarum prophetam, Annium, & quosdam alios Doctores, in hoc secutus. Scripsit etiam super Genesim, & super Epistolas D. Pauli, circa annum 1560. & cum facultatis Theologicę Louaniensis, cuius Licentiatus, & Doctor erat, supremus censor designatus esset, Biblia magna Roberti Stephani repurgauit, & notauit errores omnes, qui in Erasmi operibus continebantur resperssi, & contextum impie corruptum à Beza ex Hebræis, ac Græcis fontibus emendauit. Viuere desijt Louanij, anno Domini 1566. tertio Idus Octobris.

Fr. Ambrosius Gozzeus. F. Ioannes Pumeus cœnobij Gandauensis alumnus, eruditione clarus, ac etiam Græcæ linguę cognitione excellens, multa suæ doctrinæ monumenta, scripsit, quę habentur in prædicto Monasterio, inter quę edidit volumen concionum quadragesimalium, & aliũ librum super Psalmos Graduales circa annum 1571.

POLONI.

Martin' Chromer' lib. 8. FRATER Ioannes FalcKēbergius philosophus, ac Theologus conspicuus scripsit de Rege Poloniæ Vladislao anno 1438.

DALMATÆ.

Fr. Antonius Lusitanus. FRATER Ioannes Ragusæus, ad Basiliense Concilium aggregatus Hussitarum hæresim doctis scriptis oppugnauit, simulquè vitam, & mores authorum eius hęreseos descripsit, ostendens item vtriusque speciei Eucharistiæ porrectionem, nulla ratione expedire. Claruit circa annum 1428

F. Ambrosius Gozzeus. F. Ioannes Barbetta Sicensis, scripsit historiam Dalmatię, circa annum 1480

A F. Iulius in scholastica, & sacra disciplina ingenue versatus, scripsit commentaria super Prophetas minores, & librũ vnum de potentijs animæ, circa annum 1460. *F. Ambrosius Taegius 1. p.*

APHRICANI.

FRATER Iacobus Ferram (in quo diuinę gratię eximium splendescit exemplum) natus Tripoli è non Christianis parētibus à Christianis tamen captus, ac postea, non B solum Christo in Baptismo puerulus nomen dedit, verum in sacram nostram familiam cooptatus, in Prouincia Aragoniæ, adeò literis, & sanctis moribus profecit, vt bina vice illius prouinciæ moderator dignissimus extiterit. Composuit officium D. Raymundi Confessoris, quod in Regnis Cathalonię, Valentiæ, atque Aragoniæ recitatur. Obijt Pompeiopoli anno 1561. duodecimo Kalendas Ianuarij. *Diegus lib. 1. c. 63. Antonius Posseuin.*

C

K

ITALI.

FRATER Kambertus Primatitius Bononiensis Episcopus Castellanus, eruditione spectabili clarus, præsertim in Theologicis concertationibus, scripsit librum Apologe- D ticum contra corruptorium D. Thomæ pro sancti Doctoris doctrinæ defensione. Claruit circa annum 1314. *F. Ambrosius Taegius. 1. p. Antonius Posseuinus.*

L

HISPANI.

FRAT. Ludouicus Granatensis cœnobij Regij S. Crucis Granatẽsis alũnus, vir omnibus numeris *Fr. Antonius Lusitanus.*

F. Ambrosius Gozzeus.

absolutus, ingenio maximo, iudicio acerrimo, excellenti memoria prudentia singulari, innocētia, & vitę sanctimonia admirandus, modestia affabilitate, mansuetudine, morum suauitate, supra quā dici potest amabilis, in Collegio celeberrimo Vallisoletano S. Gregorij Theologię scholasticæ studijs excultus, & in prouincia Bethica pręlectoris officio fungens, non tantum in Theologia, & sacris literis, sed in Patrum cognitione consummatus euasit, Archiepiscopatū Bracarensem à Regina Lusitaniæ Catherina oblatum (ac vt alij asserunt etiam purpuram à Gregorio 13) constanter repudiauit, orator, & ecclesiastes insignis suis operibus Christi Ecclesiam, ita ditauit, vt vberrimos fructus, in animis cuiuslibet ea versantis ediderit, quę in septem linguis potiorum orbis nationum ad communem vtilitatem reperiuntur. Scripsit Latina lingua cōcionum tomos sex, in primo de Aduentu, vsque ad quadragesimam agit, in secundo de diebus festis quadragesimę, & de ferijs quartis, & sextis, & Dominicis diebus, item quæ de præcipuis sanctorum festis habentur, tertio conciones à Paschate, vsque ad festum corporis Christi, in quarto conciones de tempore, vsque ad Aduentum, in quinto, & sexto continentur conciones in epitomen redactę, in priori postillę, & homiliæ, in totius anni Euangelia de tempore, in posteriori conciones, de præcipuis sanctorum festis. Extat etiam locuples index concionum, tam de tempore, quam de sanctis. Scripsit præterea libros sex de ratione concionandi, siue de Ecclesiastica rhetorica, siluam quoquê locorum, qui frequenter concionibus occurrere solent omnibus diuini verbi concionatoribus perutilem, collectaneam etiam moralis Philosophiæ, in tres tomos distributam, quorum primus selectissimas sententias, ex omnibus Senecæ operibus, secundus ex moralibus opusculis Plutarchi, tertius, clarissimorum Principum, & philosophorum insigniorū Apophthegmata cōplectitur. Hispanice autem scripsit se-

A quentia, volumen de doctrina Christiana, cum concionibus aliquot pro festis Virginis Deiparæ Dominæ nostræ. Manuale continens exhortationes, ad pœnitentiam, & ad piam vitam. Memoriale vitæ Christianæ duobus voluminibus, item Additiones ad Memoriale. Item aliud volumen de oratione, ac meditationibus, tum de præcipuis articulis, atquē mysterijs vitæ Christi Domini. Aliud de Ductrice peccatorum, ac de frequenti communione. Libros quatuor egregios, eruditos introductionis ad symbolum fidei, in quibus de admirabili opere creationis, ac

B de Christianæ religionis dignitate, mysterijsquē nostræ redemptionis, & articulis agitur, qui præter alias linguas Latinitati donati sunt. Addidit etiā ei appendicem maxime vtilem, ad prædicationem Gentilium, & Paganorum, de modo introducendi mysteria fidei, inter infideles, & de eorum Catechismo. Transtulit etiam D. Ioannem Climacum ex Latina in Hispanicam linguam, scripsit etiam tractatum de peregrinationibus. Obijt tantus Doctor sancte,

C & in senectute bona plenus dierum, & optimis laborum piorum fructibus ornatus; in Conuentu Olisiponensi anno 1588. pridie Kalendas Ianuarij ætatis 84. Hoc cenotaphium sepulturę eius sculptum, F. Ludouicus Granatensis, ex Prædicatorum familia (cuius doctrinę maiora extant miracula Gregorij XIII. Pontificis maximi oraculo, quam si cæcis aspectum, mortuis vitam à Deo impetrasset) Pontificia dignitate sæpius recusata clarior, mira in Deum pietate, & in pauperes misericordia insigniū

D quē librorum, ac concionum varietate, toto orbe illustrato, ætatis suę anno octuagesimo quarto Olisipone moritur magno Christianæ Reipublicę desiderio, pridie Kalendas Ianuarij, anno millesimo quingentesimo octuagesimo octauo.

Fr. Ludouicus Torres insignis Conuentus Burgensis filius, morum probitate clarus, ecclesiastes egregius, ac Theologus eruditus, scripsit librum Dis-

curiis linguæ prænotatum. Obijt an- A num 1590.

Antonius Posseuin.

Fr. Ludouicus Lopez Regij cœnobij Sanctę Mariæ de Atocha Madriti alumnus, qui in occidentali India strenuam operam conuertendis ad fidem gentilibus adhibuit, & plures labores, ac molestias ferendo, multos populos Euangelij luce perfudit, & Christo peperit, scripsit duo volumina eruditione plena. Primum Instructorium conscientię appellatum secundum vero, Instructorium negotiantium, in quibus de cunctis fere potioribus materijs mo- B ralibus, & etiam de contractibus, & negotiationibus doctissime agit. Obijt Madriti, in suo Conuentu anno 1590.

Antonius Posseuin.

Fr. Ludouicus Soto mayor, ex Regio cœnobio Olisiponensi Sancti Dominici Theologię, ac sacrarum literarum studijs, laudabiliter excultus, per viginti, & amplius annos, Primariam Diuinorum librorum Cathedram Coimbricensem magno discipulorum concursu ac maiori fructu moderatus, vnde iubilatus seu rude donatus est. Con- C cilio Tridentino Lusitaniæ Regis nomine Theologus astitit, vbi in concertationibus, & quæstionibus propositis doctissimi, grauissimique viri specimen præbuit, vnde magnam sibi comparauit gloriam. Concilio Tridentino fœliciter absoluto Lusitaniam reuersus in prælectionibus sacræ script[illegible] Coimbriæ reliquum vitæ tempus insumpsit à Ponti[illegible] Clemente octauo, dum humilitatis ergo sua scripta diuulgare renueret, iussus est, in communem vtilitatem edere, & Apostolico præcepto, D & votis tanti Pontificis obtemperans iam senex, & plenus dierum commentaria, in Cantica eruditione eximia cõstantia, & in Epistolam Pauli ad Timotheum, & ad titum in lucem emisit. Fuit vir non solum disciplinis Theologicis, sed vitę sanctitate clarus. Erat in eo morum suauitas, humilitas, ac modestia admiranda, vnde cum maximo virtutum odore, in Regio Collegio Coimbricensi Sancti Thomę, in festo Pentecostes, hora tertia, qua Spiritus Sanctus, in igneis linguis Apostolis apparuit, & insignis Academia Complutensis, his laudibus ornauit eius sepulchrum.

Magnus Theologus vir cœlo dignus, F. Ludouicus Soto mayor Dominicanus fidei vehemens assertor, in vtraque Germania, & Anglia Primarius Coimbriæ diuinorum librorum interpres longe illustris, & emeritus, moriens ipsa die, & hora, qua Spiritus Sanctus corda repleuerat Apostolorum, suę mortis diuinus, viuam sanctitatis imaginem expressit, quam viuens sibi parauerat, Deum sequendo tandem hic situs est anno 1610. ætatis 84.

Antonius Posseuin.

Fr. Lupertius de Huete, ex sancto, & grauissimo Valentino cœnobio alumnus, vir doctus, tam in scholastica, quã in sacrarum literarum disciplina edidit metaphrasticam, sed vberem expositionem, in primum caput Genesis, de opere sex dierum, ex sanctis Patribus, & sacris Doctoribus continuatam. Obijt anno 1600.

Antonius Posseuin.

Fr. Ludouicus Istella Conuentus Valentini alumnus in vniuersitate Valentina Bibliorum primarius interpres religione, & literis clarissimus, qui a Regno Valentino Romam missus, vt beatificationem B. Ludouici Bertrandi, apud Sedem Apostolicam procuraret, à Paulo quinto sacri palatij Magister est effectus, scripsit commentaria in Genesim, & Exodum distributa, in partengraphum expositionem, & scholia eruditione referta, additus est elenchus ad Euangelia, quæ per anni circulum solent in Ecclesia recitari. Obijt anno millesimo sexcentesimo decimo quarto.

Frat. Michael Plodius appẽdice.

F. Ludouicus Vreta Conuentus item Valentini alumnus, scripsit duos libros lingua Hispanica de Æthiopia. Viuit adhuc.

Fr. Augustinus Dauila lib. 2 cap. 93.

Frat. Ludouicus Rengino cœnobij Mexicani filius, scripsit librum de festis, quæ in noua Hispania celebrãtur, anno millesimo quingentesimo nonagesimo.

F. Ludouicus Solorzanus cœnobij eiusdem

dem filius, scripsit duos libros de locis communibus glossæ incognitæ. Viuit adhuc.

ITALI.

F. Leander Albertus lib. 3. fol. 67.

FRATER Latinus Frágipanius Romanus familiæ splendore clarus, sed clarior virtutibus, atquè doctrina, Cardinalis creatus à Nicolao tertio eius auunculo, nimirum, ex sorore nepos composuit Prosam illam, quę canitur die animarum, Dies illa, dies irę, &c. Prosasque de Beata Virgine. Obijt anno 1294. mense Nouembris, sepultus in nostro cœnobio S. Sabinæ Romæ. Soror Laurentia Strocia Florētina nostrę familiæ sanctimonialis Monasterij S. Nicolai de Prato alumna, scripsit in singula totius anni festa solemnia Hymnos Latino carmine elaboratos, incipiunt. Prima currentis celebratur anni, Nunc dies sacro Puero dicata, Patre Diuorum genito pudica, & matre Maria, &c. Porro Soror Laurentia Cyriani Strocij eximij philosophi Germana Soror fuit: eius autē hymni Parisijs excusi sunt.

Frat. Michael Pocciantius Seruita. Antonius Posseuin⁹

Fr. Laurentius Brancofordius Placentinus, in scholasticis, & diuinis disciplinis eruditus, scripsit super Psalteriū, & librum alterum collationum de sanctis, item cōcionum diuersarum alium, & principia in Theologia, circa annum millesimum quadringentesimum vigesimum.

Fr. Albertus Venetus.

Fr. Laurentius de Verona, scripsit librum concionum super decem pręcepta Decalogi, & alterū cōcionum, super symbolum Apostolorum, circa annum millesimum quadringentesimum vigesimum.

F. Ambrosius Taegius 1. p.

Fr. Laurentius (alijs Lauterius) de Vvaldinis Florentinus, scripsit librum eruditione refertum, Capistrū Iudæorum prænotatum aduersus eorundem errores, circa annum 1420.

Gesnerus in epitome

Fr. Leander Albertus Bononiensis politioribus literis, ac Theologicis disciplinis valde doctus historijs, & antiquis rerum monumentis diligentissime versatus, scripsit sex libros de viris il-

Antonius Posseuin⁹. Fr. Antonius Lusitanus.

A lustribus nostri ordinis, in primo posuit Magistros Generales ordinis, in secundo Martyres, in tertio Episcopos, &c. In quarto Doctores, ac scriptores, in quinto sanctitate clariores, in sexto fratres conuersos, vel laicos virtutibus insignes, & quidem lingua Latina, sicut etiam Chronicon, siue historiam ciuitatis Bononiensis sexaginta duobus libris distributam, & vt id faceret sumptibus communibus ciuitatis sustentabatur. Opus item grande edidit, idquē Italice, quo vniuersam Italiam describens

B accurate, virosq; ipsius claros indicans, maximam sibi peperit laudem, quod postea Latine Colonię editum est; scripsit etiam opusculum de sepultura, D. P. N. Dominici, vitam item Ioannis Bentiuoli, & Ephemerides ab Aduentu Galliæ Regis Ludouici, vsque ad annum 1552. Claruit circa annum 1550.

F. Leonardus Pistoriensis, scripsit doctissime Theologicam summam duobus voluminibus comprehensam, circa annum 1230.

Frat. Michael Plodius li. 1.

C Fr. Leonardus Statius Florentinus, qui fuit ordinis nostri Magister Generalis, vir eximię doctrinę, atq; pietatis, qui in Constantiensi Concilio pro vnione, & pace Ecclesiæ plurimū laborauit delectusque fuit ab illius Patribus, vna cū alijs præstantibus Theologis nostræ familiæ, vt schisma in Ecclesia coortum, ob varios Antipapas sedaret, & in electione Martini quinti pro natione Italica Pontifici suffragatus est, scripsit opus Theologis, atque concionatoribus vtile, quod prænotatur Petitiones, incipit, Faciem tuā laua anima fidelis, scrip

Frat. Michael Pocciantius Seruita. Fr. Leander Alber. lib. 1.

Frat. Michael Plodius li. 3.

D sit etiam conciones de tempore, alias de festis, siue de solemnibus diebus alias de flagellis, quin & alias habitas, in Constantiensi Concilio Aristotelisque Meteora exposuit. Obijt anno 1425. decimo septimo Kalendas Aprilis.

F. Leonardus Vtinensis Theologus, & ecclesiastes excellens, scripsit tractatum ad locos communes, & concionum volumina de quadragesima, de tempore, ac de sanctis. Claruit circa annum 1440.

Trithemi⁹ Antonius Posseuin⁹

Frater

Antonius Posseuin. Fr. Leonardus Bellunensis scholasticæ disciplinę eruditione insignis, scripsit sat grande volumen de legibus, complura in Logicam, & Physicam Aristotelis, concionesque de tempore, ac de sanctis fuitque regens almi studij nostri Bononiensis.

Frat. Michael Pocciantius Fr Lucas Mannellus Florentinus, cū esset pręclarus Theologus iussu Clemétis sexti Pontificis interpretatus Senecam, non potuit non admiscere pleraque, quæ ad pietatem pertinent, quo nomine, hic locum habere voluimus. Viuebat anno 1345.

Fr. Leander Albertus lib. 4. fol. 153. Fr Ludouicus Ferrariensis in Theologia scholastica, & in vtroquê iure doctus, Procuratorquê Ordinis apud curiam Pontificiam, scripsit commentaria super librum Ethicorum Aristotelis. Obijt anno millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto.

Fr. Leander Albertus lib. 4. fol. 154. Fr. Ludouicus Compagna Veronensis, in Oratoria, & Poetica arte consummatus, atque in philosophia, & Theologia sufficienter instructus, scripsit libros plurium elegantium orationum, & carminum, tam Latino, quam Italico sermone. Claruit circa annum millesimum quingentesimum duodecimū.

Fr. Leander Albertus lib. 4. fol. 151. Fr. Ludouicus Venetus, ex nobilissima familia Michaela ortus eruditione Theologica conspicuus, scripsit doctam Summam de casibus conscientię, quæ Michaelina dicitur. Claruit circa annum 1512.

Fr. Antonius Lusitanus. Fr. Ludouicus Luere Brixiensis, in humana diuinaque philosophia versatus, egregiusque ecclesiastes, scripsit cōciones super Euangelia, & Epistolas de tempore, item de sanctis per annum. Obijt tanno millesimo quingentesimo septuagesimo secundo.

GALLI.

Fr. Albertus Venetus. FRATER Laurentius Geruasij in scholastica disciplina excultus reliquit librū pręnotatum, Copulata, in vniuersam D. Thomæ summā. Claruit Ludouici vndecimi Gallorum Regis tempore, circa annum 1470,

A

GERMANI.

Fr. Sixtus Senensis lib. 4. FRATER Ludolphus Saxo post trigesimum suę professionis annū ad Instituta Cartusianorum trāslatus, & in Monasterio Argentinensi receptus, vir in sanctis voluminibus studiosissimus, professione scholasticus, sermone simplex, & feruidis quibusdam affectibus amabilis collegit ex Hieronymi, Augustini, Casiodori, & Petri Lombardi sententijs exactam in B Psalmos expositionem, in qua typicos sensus maxime sectatur, non ita tamē vt literalem intelligentiam negligat, addens ad calcem cuiuslibet Psalmi deuotam, & consonam ipsi Psalmo precationem. Idem ex quatuor Euangelistis vnicam collegit vitę Christi historiam, quam lucidissimis, & pijssimis iuxta quaduplicem sensum explanationibus illustrauit, adiectis ad finem singulorum capitulorum deuotissimis precationibus præcedentis capituli argumento deseruientibus. Claruit circa C annum 1330. *Antonius Posseuinus*

Frat. Michael Plodius li. 3. F. Luthodius in politioribus optime instructus, scripsit in gratiam iuuentutis librum florum grammacalium vnū, & nonnulla alia, circa annum millesimum quingentesimum decimum tertium.

POLONI.

F. Abraha Bzouius cap. 12. FRATER Leonardus in Theologia Baccalaureus primus, qui idiomate Polonico totam Bibliam transtulit, sic enim visum fuit D expedire in Regno Polonæ ad impugnationem hęreticorum, qui illam deprauabant. Viuit adhuc.

DALMATÆ.

Frat. Ambrosi Gozzeus. FRATER Leonardus Ragusęus, qui publice magna cum laude in Batauina Academia Theologiam est professus, Veneti Dominij sumptibus sustentatus, scripsit volumen scholiorum, in summam D. Tho-

mæ

mæ, & nonnulla alia opuscula, circa annum millesimum quadringentesimũ octuagesimum.

M

HISPANI.

Antonius Posseuin.

FRATER Mantius de Corpore Christi, cœnobij Salmantini alumnus, vir ingenij acumine, memoria excellenti, iudicio præstanti clarus, quibus magnum in Theologicis metaphysicisquê concertationibus sibi nomen comparauit, D. Thomę Hispalensis Collegij primum collega (nam in eo plures certo numero ratione oppositionis admittuntur) postea Compluti Theologiam docens primariam D. Thomę Cathedram eiusdem insignis vniuersitatis, & etiam Salmanticensis celebris Europæ Academię maximo discipulorum concursu, & non minori vtilitate, per triginta, & amplius annos gloriose moderatus est, scripsit super Summã D. Thomę doctissima scholia, licet non ediderit, super doctrinam etiam Reuerendissimi Thomę Caietani (cuius præclarus explanator extitit) planam & penetrabilem reddendo, quę obscura, & â sensibus remotissima videbatur. Obijt Salmanticæ anno millesimo quingentesimo septuagesimo sexto, septimo Idus Iulij.

Fr. Marcus de Hortis Salmantini cœnobij alumnus, Magister studij Regij cœnobij Toletani S. Petri Martyris edidit disputationes in dialecticas tyronibus apprime vtiles. Viuit adhuc, & alia scribere parat.

Antonius Posseuinus.

Fr. Martinus Ledesmius Salmanticẽsis cœnobij filius, qui ob ingenij excellẽtiam, & in Theologicis physicisquê disciplinis eruditionem, â Ioanne tertio Lusitaniæ Rege ad Coimbricensem Academiã vocatus, ibidem primariæ Theologorum Cathedræ, per triginta, & amplius annos moderator extitit, magno

A Lusitanorum profectu, excellentis ingenij discipulos educando, scripsit erudita scholia super D. Thomę summam, & commentaria in quartum librum sententiarum edidit, eiusdem autem tractatum de Sacramento matrimonij prodijsse anno millesimoquingẽtesimo nonagesimo quinto, asserit Posseuinus, cũ hallucinetur, Fr. Petrum de Ledesma, pro Fr. Martino de Ledesma accipiendo. Obijt sapientissimus iste Magister anno millesimo quingentesimo septuagesimo quarto, cum anno millesimo
B quingentesimo quadragesimo quarto, quando Coimbricensis Academiæ fundamenta Rex Ioannes tertius iaciebat, ab eodẽ vocatus est; vt Theologiam ibi statueret, ad Coimbricam venisset, fuitquê fundator primus, ex nostra familia etiam collegij S. Thomæ Coimbricensis, ab eodem pijssimo Rege dotati, & erecti.

Fr. Martinus de Carcere prouinciæ Aragonię, scripsit idiomate Hispano Luculentam expositionem super Psal-
C mum 44. Eructauit cor meum, circa annum 1605.

Antonius Posseuin.

Fr. Matthæus Ortizius hæreticorum censor integerrimus, ac Theologus eruditus, scripsit librum aduersus hæreses, circa annum 1490.

Fr. Antonius Lusitanus.

Fr. Matthias de Pace, in Salmanticensi cœnobio ad ordinem receptus, & eiusdem vrbis Florentissimę Academię primarius diuinorum librorum dilucidator, per plures annos extitit, postquam Vallisoleti primariam Theologię
D Cathedram, per aliquot annos rexisset, scripsit commentaria super plures Bibliorum libros, conciones etiam varias, & super summam D. Thomæ aduersus Durandum. Obijt cum sanctitatis bono odore anno millesimo quingentesimo decimo septimo, pridie Kalendas Octobris.

Diagus libr. 1. c. 61.

F. Melchior â Puteo Illerdensis Conuentus alumnus, & prouincię Aragonię moderator dignissimus, vita, & doctrina clarus, scripsit librum de laudibus B Virginis, Mariale prænotatum, & volumen concionũ, per annũ, circa 1545.

Fr. Mel-

Melchior Antonius Posseuin.

Fr. Melchior Canus Salmanticensis Conuentus alumnus, vir fœcundo, ac facundo ingenio, maximaque eloquentia prȩditus, Grȩcȩ linguȩ peritus, in Aristotelis, ac D. Thomȩ doctrina plenissime instructus, in sacris literis, & Patrum lectione, necnon & in historijs euoluendis nobiliter excultus, vnde ad apicem disciplinarum omnium gloriose peruenit, quare in Concilio Tridentino Patribus eruditione præstantibus eximiȩ admirationi fuit, & ab omnibus maximi habitus, in Florentissima Salmantina Academia, per plures annos primariam Theologiæ Cathedram mirifica discipulorum vtilitate moderatus est, & iam in Complutensi, per annos aliquot primariā etiam D. Thomæ Cathedram rexerat, ex qua ad Salmanticensem, vt Fr. Mantius de corpore Christi peruenit, Prȩsul Canariensis factus Episcopatui cedens prouinciæ Hispaniȩ nostræ familiæ præpositus factus est, scripsit eruditissimos duodecim libros de locis Theologicis Salmāticȩ, Coloniȩ, Inglostadij, Louanijquè recusos. Scripsit item relectiones duas alteram de Sacramentis in genere, alteram vero de Sacramento pœnitentiȩ. Obijt anno 1560. Toleti in Conuentu Regio S. Petri Martyris.

F. Antoni⁹ Posseuin⁹.

Fr. Michael Ribera Malacitanus Collegij Hispalensis Sancti Thomæ Collega, scripsit librum septem concionum de contemptu rerum humanarum, & virtutis excellentia, & etiam tractatū de perfecto Theologo, circa annum millesimum quingentesimum septuagesimum tertium.

Diagus li. 2. cap. 88.

Fr. Michael Llot à Ribera Barchinonensis Conuentus alumnus, scripsit Latina lingua, vitam venerabilis Sororis Mariȩ Ragij, & vitam D. Raimundi Cōfessoris, in cuius solenni Canonizatione procuratoris munus obiuit, scripsit etiam vitas Sanctorum Martyrum Abdon, & Senen, & in breuem summam redegit libros magistri sententiarum. Obijt anno millesimo sexcentesimo vndecimo.

Fr. Antonius Lusitanus.

Fr. Munio çamorensis, qui ob religionis, ac prudentiæ claritatem Generalis Magister nostræ familiȩ septimus est electus, ac deinde Palentinus antistes, redegit in ordinem regulam fratrum, & sororum de pœnitentia B. P. Dominici, quæ deinde à sancta Sede Apostolica fuit approbata, quin & vitam eiusdem sanctissimi Patriarchæ à Fr. Theodoro Apoldia conscribendam curauit. Obijt sanctè anno millesimo ducentesimo nonagesimo nono.

I T A L I.

Fr. Antonius Lusitanus.

FRATER Malachias vir eruditus, scripsit aduersus hæreses librum prȩscriptum, Venenum cōtra hæreticos, circa annum 1308.

Frat. Michael Pocciantius

Fr. Marcus Petrus de Suchielli Florentinus, scripsit duo volumina concionum, circa annum millesimum quadringentesimum nonagesimum.

Frat. Michael Plodius li. 4.

Fr. Marcus Cataneus Genuensis, Archiepiscopus Rodensis concionator egregius, scripsit duo volumina eruditione plena, alterum de institutione vitȩ Christianæ, alterum de Diuino amore, in quinque libros distributum. Obijt anno millesimo quingentesimo quadragesimo sexto, mense Maij.

Frat. Ambrosi⁹ Gozæus.

Fr. Marcus Antonius Seraphinus Venetus, scripsit volumen concionum de tempore, ac de sanctis, circa annum millesimum sexcentesimum quintum.

Fr. Ambrosius Taegius 1. p.

Fr. Matthȩus Gritus Mediolanensis, in sacris literis, & in Theologia scholastica optime exercitatus, scripsit volumen concionum de tempore, ac de sanctis, circa annum 1262.

Frat. Michael Plodius appēdice.

Fr. Matthȩus eximia eruditione fulgens, & tam in humana, quam in diuina Philosophia egregiȩ instructus, qui fuit Patriarcha Constantinopolitanus, scripsit libros quatuor, quibus totā scripturam sacram complexus, redegit in locos communes. Claruit circa annum millesimum trecentesimum.

Guilielmus Eisengrenius. Fr. Alphonsus Ciaconius.

Fr. Matthȩus Vrsinus è monte Iordano Romanus, qui à Ioanne 22. Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis est creatus postquam Parisijs, & Florentiæ plu-

plures annos D.Thomam publice interpretatus est: scripsit librum de authoritate Ecclesiæ. Obijt anno 1341. de quo latius infra, insignis benefactor extitit Cardinalis iste nostri ordinis, & amplissimam eleemosynam perpetuam, pro Comitijs generalibus ordinis legauit.

F. Leāder Albertus, lib. 4. fol. 137.

F. Mattheus Vandellus è Castronouo, vir eloquio nitidus, & emunctus, & doctrina clarus, scripsit vitam F. Vincētij Vandelli patrui sui, & aliorum insignium virorum ordinis. Egesippum, è Latino Italicum reddidit, vitas quorundā illustrium virorum, ex Plutarcho breui complexus est compendio: orationes plures, & egregias composuit, inter alias potior fuit, quam repræsentauit corā senatu populoque Firmano pro gratiarum actione, cuius exemplar senatus continuo habere voluit seruandū in archiuo vrbis illius pro æterna rei memoria. Claruit circa annum millesimum quingentesimum decimum tertium.

Antonius Posseuin.

F. Matthias Passanus ex oppido Optato, scripsit Italice vberem expositionem septem peccatorum capitalium, circa annum millesimum quingentesimum quintum.

Fr. Antonius Lusitanus.

F. Matthias Aquarius Neapolitanus Regij cœnobij sancti Dominici alumnus felici ingenio præditus, atque in Aristotelis, ac D. Thomæ disciplina egregie versatus, & in studio, & Academia Neapolitana (quæ vsque hodie in eodem nostro conuentu Regio perseuerat) Cathedræ Metaphysicæ moderator scripsit obseruationes, & adnotationes valde doctas super commentaria Fr. Francisci Ferrariensis in libris Physicorum & in libris de anima, postillam etiā in duodecim Prophetas minores. Claruit circa annum millesimum quingentesimum septuagesimum sextum, & Posseuinus de illo meminit, licet silentio prętereat esse fratrem nostri ordinis.

Fr. Antonius Lusitanus.

F. Mauricius religione, ac doctrina celebris composuit distinctiones quasdam per Alphabetum valde vtiles ad concionandum. Claruit anno millesimo ducentesimo nonagesimo.

Frat. Michael Plodius appēdice.

F. Maurus Arrighettus Florentinus, traduxit è Latino in idioma Italicū Psalterium Dauidicum, Hebręam literam sequens. Obijt anno millesimo quingentesimo septuagesimo, cum esset Prior Prouincialis Prouincię Romanæ.

Frat. Michael Plodius lib. 3.

F. Michael Sarauetius, è Petra sancta oppido Hetruriæ, qui Romę in cœnobio celeberrimo sanctæ Marię super Mineruam regens in Theologia, & in Romano Gymnasio Sapientię (sic enim vocatur Academia Romana) Metaphysicam publice professus est, scripsit quæstiones de Analogia entis aduersus Scotistas alteram de vniuersalibus, tractatum de primis, & secundis intentionibus, tractatum de insolubilibus. De causalitate primi principij. De principio indiuiduationis, & de subiecto Philosophiæ. Claruit circa annum millesimum quingentesimum duodecimum.

Antonius Posseuin.

F. Michael Gislerius Alexandrinus, Pius quintus in Pontificatu appellatus (de quo latius infra) natus in oppido Boschi in territorio Alexandrino, vir moribus integerrimus sanctitate admirandus, eruditioneque clarus, cum principem locum inter decem amplissimos Cardinales, apud quos sacrosanctę Romanæ Inquisitionis suprema authoritas erat, eo authore prodijt decretum de reparatione totius Christianę Ecclesiæ bibliothecæ, quam perditissimi nostrorum temporum hęretici, suis moribus, ac pestibus, ita corruperant, vt nihil aliud, quam certissimum eius exitium esset expectandum, nisi ille repente opem attulisset. Primum enim toto Christianorum orbe conquiri nefarię doctrinę libros, & publice exuri iussit. Deinde expurgari, & emaculari curauit, omnia Catholicorum scriptorum, ac præcipue veterum Patrum scripta hæreticorum ætatis nostrę fæcibus contaminata, & veneris infecta, postremo catalogum, vel indicē edi mandauit authorum, ac librorum hæreticorū, qui essent ab Ecclesiastica

bibliotheca arcẽdi,& ab omnibus Christianis lectoribus abijciendi Catechismum pro Parochorum instructione edidit,omnia D.Thomę opera suis sumptibus excudi fecit,libros aduersus Germanię,& Angliæ hæreses, & pro institutione catholicorum euulgauit. Obijt sanctissimus vir,anno millesimo quingentesimo septuagesimo secundo, Kalendis Maij, de cuius canonizatione nunc agitur.

Frat. Michael Plodius appẽdice. F.Michael de Vrgnano Lombardus, scripsit librum de Rosario Beatæ Virginis idiomate Italico,& summam de casibus conscientię. Viuit adhuc.

Fr. Antonius Lusitanus. Frater Moneta Cremonensis, sanctitate clarus,& non solum in sæculari,sed in diuina Philosophia excellenter excultus, in Academia Bononiensi artium professor,& à B.F.Reginaldo ad ordinem receptus,scripsit summam perutilem hęresibus eradicandis aduersus hæreticos Cataros,& alios,&c. incipit,Tẽpus faciendi Domine,totamque Logicam dilucide tradidit breui compendio,propter minus doctos. Claruit circa annum millesimum ducentesimum vigesimum quintum.

GALLI.

Trithemi⁹. FRATER Matthęus Ebroicensis Normannus in sacris literis optime versatus,scripsit commentaria super Pẽtateuchum,super Esaiam, & super alios libros sacros, scripsisse dicitur. Claruit circa annum millesimum ducentesimum nonagesimum octauum.

Fr. Antonius Lusitanus. Antonius Posseuin⁹. F.Matthæus Ori,primarius Parisiensis studij Theologię professor, Prior eiusdem almi cœnobij,congregationis Gallicanæ Vicarius generalis, ac simul per vniuersam Galliam hæreticæ prauitatis generalis Inquisitor,deinde Pauli tertij,Iulij tertij, Marcelli secundi,& Pauli quarti Põtificum pœnitentiarius, itemque insignis Ecclesiastes(qui etiam Societatem Iesu egregie iuuit in tempestate aduersum B.P. Ignatium Parisijs oborta)scripsit de iustificatione, de

A Peccato originali,de imaginibus, & librũ, quem inscripsit,Septem scholæ aduersus hęreticos,in quo hęreses omnes ad septem redigẽs capita, illorum scholam designari docet per septicipitem illam bestiam, cuius diuina Scriptura meminit,qui liber sub nomine Alexipharmacon aduersus hęreses prodijt Venetijs. Obijt circa annum millesimum quingentesimum quadragesimũ quartum.

B F.Michael de Insula Pichardus,scripsit doctam postillam in Cantica, alteram in Danielem, circa annum millesimum quadringentesimum sexagesimum. *F. Sixtus Senensis libro 4.*

Frat. Michael de Furno, scripsit librum de Rosario Beatæ Virginis Mariæ. Viuit adhuc. *Frat. Michael Plodius li. 4.*

GERMANI.

FRATER Michael de Insulis eruditione clarus, sed virtutibus splendidior, scripsit de veritate C confraternitãtis Rosarij Beatæ Virginis,librum vnum per modum quæstionum quodlibetalium,Colonię excusum anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto. *Fr. Antonius Lusitanus.*

BELGÆ.

FRATER Magdalius Iacobus ex Hollandia in Græcis, & Hebraicis literis apprime doctus, & in diuinis nobiliter excultus,scri- D psit opus prænotatũ Correctoriũ, siue epitome Bibliæ,cum quarundam difficilium dictionum luculenta expositione,circa annum 1500. *Frat. Michael Plodius li. 3.*

Frat. Martinus Leures Brabantinus Traiectẽsis cœnobij alumnus,scripsit librũ,quo mulieres ab improperijs illis, quibus solent cõmuniter affici,vẽdicat, & earum præclara facta in vnum collegit,ac recenset,circa annum 1485. *Fr. Ambrosius Gozzeus.*

POLONI.

Trithemi⁹. Fr. Ambrosius Taegius 1. p. FRAT. Martinus Carsulanus,qui primum fuit Sũmi Põtificis pœni-

tentia

tentiarius, & poſtmodum per Nicolaũ tertium Archiepiſcopus Gneſnenſis in Polonia factus, morum grauitate, aliarumque virtutum ornamentis clariſſimus, in Theologicis diſciplinis, iuris etiam canonici, & hiſtoriarum notitia decoratus, compoſuit tabulam ſuper totum Decretum, Chronicon Summorum Pontificum, & Imperatorum, vſque ad ſua tempora, quod Martinianum appellatur, volumen itẽ concionum de tempore, aliud de ſanctis, de diuerſis miraculis alterum. Claruit circa annum milleſimum trecenteſimum vigeſimum, V. annales Eccleſiaſt. 1278. num. 22.

F. Abrahā Bzouius cap. 12.

Fr. Melchior Moſticenſis Inquiſitor hæreticæ prauitatis in Polonia (cui regnum illud magna ex parte debet ſtabilitatem in Catholica religione) ſpiritu feruens declamator clariſsimus, ſanctitate eximius, qui tres Epiſcopatus à Rege Poloniæ oblatos Camenenſem, Præmiſlienſem, ac Leopolienſem recuſauit, ſcripſit aliquot tractatus aduerſus hæreticos, præſertim contra Bernardinum Ochinum. Obijt ſanctiſsime anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo primo. De quo latius infra in Cõcertatione prædicatoria.

Fr. Abrahām Bzouius c. 12.

F. Melchior Varacenſis religione, ac literis excellens, libellos duos Polonico idiomate edidit circa annum milleſimum quingenteſimum nonageſimum primum, de confraternitatibus ſanctiſſimi nominis Dei, & de Roſario Beatæ Virginis.

N.

HISPANI.

Diagus lib. 1. c. 52 F. Balthaſar Sorius Hiſtoria prouinciæ Aragoniæ

FRATER Nicolaus Eymericus Gerundenſis conuentus alumnus in Theologicis diſciplinis, & ſacris legibus apprime eruditus, integerrimus hæreticæ prauitatis generalis Inquiſitor labores plures, & incommoda grauia pro ſancto officio exercendo conſtanter pertulit, à Pontifice Gregorio vndecimo maximi æſtimatus, à quo pro veritate negotiorum, & cauſarum multa officio Inquiſitionis administrando neceſſaria obtinuit librum Chriſtianæ Reipublicæ vtiliſsimum ſcripſit, nimirum Directorium Inquiſitorum, quo regulas tradit, quibus Inquiſitores ad pernoſcendas, & euellendas hæreſes ſecluſa omni perſonarum acceptione optime inſtituantur. Scripſit item commentaria in quatuor Euangelia, & in epiſtolas ad Galathas, & ad Hebræos, & cùm eam, quæ ad Romanos ſcripta eſt, exponere cœpiſſet, migrauit ex hac vita. Scripſit cõciones de tempore, ac de ſanctis, vitam etiam B. Fr. Dalmacij Moner, cuius ipſe fuerat alumnus, & volumẽ de Logicis, ac Phyſicis rebus. Obijt ſtrenuus, & præclarus fidei miniſter, anno milleſimo trecenteſimo nonageſimo nono.

Fr. Antonius Luſitanus. Antonius Poſſeuin.

Frater Nicolaus Diaz Luſitanus doctrina, & religioſis moribus conſpicuus, & ſanctiſsimi Roſarij Beatæ Virginis cultor, & promotor inſignis, ſcripſit librum de Roſario Beatæ Virginis deuotum, & pium, cuius item officium redegit in ordinem, & lectiones aliquot Sanctorum, quorum feſta in Luſitania celebrantur, ſcripſit etiam Luſitane, quod poſtea Italice redditum eſt, opus ſiue tractatum de iudicio vniuerſali, & finali, & alium de Paſsione Chriſti. Claruit circa annum milleſimum quingenteſimum octuageſimum quartum.

ITALI.

F. Gregorius Lombardelus. de viris illuſtribus Senẽſibus

FRATER Nicolaus Fortiguerra Senenſis nobili genere natus & nobilior clariſsimis moribus à Beato Patre Dominico ad ordinem receptus Epiſcopus Alerienſis in regno, & inſula Corſicæ, ſanctitate miraculis, atq; eleemoſynis inſignis in regna, & inſulas Sardiniæ, atque Corſicæ noſtram familiam introduxit. Vir item eruditione conſpicuus, ſcripſit cõmenta-

Trithemi in additione 1.

F. Ioãnes Cono Norimbergẽsis eruditione etiam in humanis, ac politioribus literis eximia prǽditus, cum D. Hieronymi opera primo Basileę, excuderẽtur Græca addidit, & multa vertit ex Gręca lingua in Latinam Gregorij Nazianzeni, & Gregorij Nisseni, Basilij quoque librum de differentia Husiæ, & hypostatis, librum etiam Gregorij Nisseni de homine, circa annum millesimum quadringentesimum octuagesimum.

Antoniu Posseuin.

F. Ioannes Herolo, quem alio nomine discipulum nominant, scripsit conciones de tempore, ac de sanctis, & quadragesimales Norimbergæ, Venetijs, & alibi editas, vna cum promptuario exẽplorum, circa annum millesimum quadringentesimum octuagesimum, & licet Posseuinus duos distinctos fratres ordinis Prædicatorum asserat, scripsit sermones discipuli, hunc, & fr. Ioannem Berolis Italum timeo ne vnus tantum sit vir, & in suo apparatu congerendo, impeditus minus attente aliqua præmiserit.

Fr. Antonius Lusitanus.

F. Ioannes Romberth Rispensis, Coloniensis, quæstiones Ioannis à Landuno in octo libros Physicorum Aristotelis multis in locis mutilas, & mendosas correxit, triplicem quoque tabulam eidem operi adiecit. Claruit circa annũ Domini millesimum quingentesimum vigesimum.

Pontanus lib. 1. memorabiliũ Frat. Michael Plodius li. 4.

F. Ioannes Tetzelius Saxo scholasticis concertationibus egregie versatus, morum grauitate, & decore conspicuus hæreticæ prauitatis in Saxonia Inquisitor, atque fidei Catholicæ propugnator eximius, pro qua contra Lutherum primus habuit disputationum congressus, & primus omnium centum, ac sex articulos aduersus praua Lutheri dogmata edidit. Claruit circa annum millesimum quingentesimum vigesimum.

Antonius Posseuin.

F. Ioannes Paliz, vir eruditus libros duos concionum edidit, alterum Latine Hermano Coloniensi Archiepiscopo, alterum Germanice Ioanni, & Federico Saxonię Electoribus inscriptos, circa annum 1520.

Fr. Sixtus Senensis lib. 4.

F. Ioannes Dietembergius Frãcofordiensis cœnobij alumnus, hęreticæ prauitatis inquisitor, apud Rheni, & Moselę confluentiam Latinæ, atque Hebraicę linguę cognitione pollens, & in concertationibus scholasticis maxime versatus, vtrumque sacræ legis instrumentũ Theutonicæ linguę donauit, ne quis in laqueos versionum hęreticarum impingeret. Fallas item hæreticorum opiniones, & mores indicauit, nec semel, aut bis, sed sæpenumero cum Luthero congressus sanctissimum altaris sacrificium propugnauit: librum edidit inscriptum, Confutationes aduersus scripturarios Lutheranos, alias frænum Lutheranorum. Scripsit item postillam ad Euãgelia totius anni Germanicam, vberem satis, opusculum etiam edidit devotorũ emissione, ac solutione, alterum de apostasia, aliud de præceptorum, & consiliorũm differentia. Claruit circa annum 1530.

Fr. Ambrosius Gozæus.

Fr. Sixtus Senensis lib. 4. Fr. Antonius Lusitanus.

F. Ioannes Hudalrici Basileensis adolescens ingenij diuini potius, quam humani, quem ipsam eruditionem, ac fidei sinceritatem dixeris, tantam adhuc iuuenis Gręcæ phraseos nactus est notitiam, quantam vix vnus, aut alter eius ætati. Scripsit ergo in Epistolam Pauli ad Hebręos Græco, & eleganti sermone laudatissima commentaria, in translatione autem Theophilati ab hæretico Latine reddita, plerosque reperit errores adhuc adolescẽs, anno Domini 1536.

Guillelm. Eisingreinius.

F. Ioannes Scholotanus Goffensis, scripsit librum eruditione refertum de retinenda fide Catholica contra sectam Lutheranam, de baptismo, de ieiunio, item ac etiam conciones elegantes, circa annum millesimum quingentesimũ quinquagesimum tertium.

Trithemi.

Frater Iordanus, qui ad Iordanem flumen in Palęstina baptismum suscepit ex Prouincia Saxonię sanctitate, ac miraculorum gloria coruscus, prędicatione feruens, & proximorum salutis zelator vehemens, qui primus post B. P. D. Dominicum, totius nostrę familię generalis moderator extitit, scripsit librum de institutione ordinis Prædicatorũ, hortatorias item Epistolas ad

fratres

fratres, & conciones ad populum, commentaria etiam super Lucam, & super Apocalypsim, ac librum de translatione B.P. Dominici. Obijt anno 1236. dũ advisitandum terram Sanctam, & Cõuentus suę curæ addictos, in ea fundatos adnauigaret, cuius sanctitatem cęlestia signa patere commonstrarunt.

ANGLI.

Antonius Posseuinus.

FRATER Ioannes Bothlesam, qui propter vitæ honestatem, & scientiarum eruditionem Episcopus Roffensis est factus, scripsit librũ concionum, quas coram Angliæ Rege habuit, & alterum, Disputationes scholasticæ prænotatum. Claruit circa annum 1338.

Guilielmus Eisingrenius. Tritbemi⁹

Fr. Iannes de Bromiard, vir præclaro ingenio præditus, Theologus excellens, ac verbi Dei declamator egregius scripsit summam Prędicantium, qua pręcipuos disciplinę Catholicæ locos, & sensus explicat, summam etiam iuris naturalis, collationes eiusdem, ac registrũ, persuasiones etiam, ac tractatum eiusdem iuris, conciones de tempore, ac de sanctis. Claruit circa annum millesimũ quadringentesimum decimum nonum.

Fr. Ambrosius Gozzeus.

Fr. Ioannes Anglus, scripsit super libros Physicorum, & de anima, & de cœlo, & de paruis naturalibus, circa annum 1483.

Fr. Antonius Lusitanus.

Fr. Ioannes Harley, vir scholasticis disciplinis eruditus, scripsit bina commentaria super quatuor libros Magistri sententiarum, tractatum item de Prędestinatione Dei, & quodlibeta plura, circa annum 1514.

Antonius Posseuinus.

Fr. Ioannes Somereton Nordouiensis cœnobij, scripsit volumen concionũ per annum, quæ Londini extabant, in Londinensis cœnobij nostri bibliotheca. Claruit anno 1520.

HIBERNI.

Frat. Michael Plodius li. 3.

FRATER Ioannes de Hibernia vniuersali eruditione clarus, edidit librum præscriptum Manipulus Florum, in eo enim ex omnibus sacris authoribus, optimorum quorũcũque flores elegit, ad omnes materias conuenientes, circa annum 1460.

BELGÆ.

Fr. Antonius Lusitanus.

FRATER Iacobus à Bruxellis, in D. Thomę doctrina exactè versatus, quęstiones atque articulos quos D. Thomas innuens, non expresserat, sed his verbis, vt supra dictũ est, vel infra dicetur significauerat, adnotauit, tam in 1. parte, quam in prima secundæ, & in secunda secundæ, quas citationes postea integriores emisit Fr. Antonius Lusitanus. Claruit circa annum 1450.

F. Ambrosius Gozzeus.

Fr. Iacobus Molanus Antuerpiensis historiarum lectione versatus, scripsit vitas illustrium virorum Ordinis Prędicatorum Anglorum, Scotorum, Saxonum, & Belgicorum, circa annum millesimum sexcentesimum quintum.

Frat. Michael Plodius li. 4.

Fr. Ioannes Bunderius Gandauensis, in scholasticis concertationibus egregie eruditus, scripsit compendium rerum Theologicarum, quæ nostra ętate, ab hæreticis oppugnantur, idquè iuxta consensum Ecclesiæ Catholicę diuinæ scripturę testimonijs cõtexuit, quod cum non semel è prælis prodijsset, factũ est deinceps auctius, addita collatione quatuor Sanctorum Doctorum Gregorij, Hieronymi, Ambrosij, & Augustini. Scripsit etiam librum de triginta articulis aduersum hæreticos, & scutum fidei Orthodoxę aduersus, quaslibet hęreses. Claruit circa annum millesimum quingentesimum quinquagesimum.

Aubertus Miræus.

Fr. Ioannes Hentenius Brabantinus, prius fuit instituti D. Hieronymi, postea vero Louanium adiens ex Hispania, vt parentes inuiseret, nostrę familiæ togam suscepit, atque studij nostri Louaniensis regens fuit, ibiquè ex Græca in Latinam vertit linguam Euthimium super Euangelia, & Oecumenium super omnes D. Pauli Epistolas, & super actus Apostolorum, atquè ex idiomate Hispano Latinum reddidit libellum

inscriptum, Ars seruiendi Deo, cui accessit speculum illustrium personarum. Scripsit commentarios satis doctos, in quatuor Euangelia, & in librum Apocalipsis, quem commentarium prænotauit, Iudicium de Apocalipsi, & Antichristo, in quo bestiam illam cap. 13. descriptam designare ait Mahumetem falsum Turcarum prophetam, Annium, & quosdam alios Doctores, in hoc secutus. Scripsit etiam super Genesim, & super Epistolas D. Pauli, circa annum 1560. & cum facultatis Theologicę Louaniensis, cuius Licentiatus, & Doctor erat, supremus censor designatus esset, Biblia magna Roberti Stephani repurgauit, & notauit errores omnes, qui in Erasmi operibus continebantur respersi, & contextum impie corruptum à Beza ex Hebræis, ac Græcis fontibus emendauit. Viuere desijt Louanij, anno Domini 1566. tertio Idus Octobris.

Fr. Ambrosius Gozzeus.

F. Ioannes Pumeus cœnobij Gandauensis alumnus, eruditione clarus, ac etiam Græcæ linguę cognitione excellens, multa suæ doctrinæ monumenta, scripsit, quę habentur in prædicto Monasterio, inter quę edidit volumen concionum quadragesimalium, & aliū librum super Psalmos Graduales circa annum 1571.

POLONI.

Martin' Chromer' lib. 8.

FRATER Ioannes FalcKébergius philosophus, ac Theologus conspicuus scripsit de Rege Poloniæ Vladislao anno 1438.

DALMATÆ.

Fr. Antonius Lusitanus.

FRATER Ioannes Ragusæus, ad Basiliense Concilium aggregatus Husitarum hæresim doctis scriptis oppugnauit, simulquè vitam, & mores authorum eius hęreseos descripsit, ostendens item vtriusque speciei Eucharistiæ porrectionem, nulla ratione expedire. Claruit circa annum 1428

F. Ambrosius Gozzeus.

F. Ioannes Barbetta Sicensis, scripsit historiam Dalmatię, circa annum 1480

F. Ambrosius Taegius 1. p.

F. Iulius in scholastica, & sacra disciplina ingenue versatus, scripsit commentaria super Prophetas minores, & librū vnum de potentijs animæ; circa annum 1460.

APHRICANI.

Diegus lib. 1. c. 63. Antonius Posseuin.

FRATER Iacobus Ferrant (in quo diuinę gratię eximium splendescit exemplum) natus Tripoli è non Christianis paréntibus à Christianis tamen captus, ac postea, non solum Christo in Baptismo puerulus nomen dedit, verum in sacram nostram familiam cooptatus, in Prouincia Aragoniæ, adeò literis, & sanctis moribus profecit, vt bina vice illius prouinciæ moderator dignissimus extiterit. Composuit officium D. Raymundi Confessoris, quod in Regnis Cathaloniç, Valentiæ, atque Aragoniæ recitatur. Obijt Pompeiopoli anno 1561. duodecimo Kalendas Ianuarij.

K

ITALI.

F. Ambrosius Taegius. 1. p. Antonius Posseuinus.

FRATER Kambertus Primatitius Bononiensis Episcopus Castellanus, eruditione spectabili clarus, præsertim in Theologicis concertationibus, scripsit librum Apologeticum contra corruptorium D. Thomæ pro sancti Doctoris doctrinæ defensione. Claruit circa annum 1314.

L

HISPANI.

Fr. Antonius Lusitanus.

FRAT. Ludouicus Granatensis cœnobij Regij S. Crucis Granatēsis alūnus, vir omnibus numeris

F. Ambrosius Gezneus.

absolutus, ingenio maximo, iudicio acerrimo, excellenti memoria prudentia singulari, innocētia, & vitę sanctimonia admirandus, modestia affabilitate, mansuetudine, morum suauitate, supra quã dici potest amabilis, in Collegio celeberrimo Vallisoletano S. Gregorij Theologię scholasticæ studijs excultus, & in prouincia Bethica prælectoris officio fungens, non tantum in Theologia, & sacris literis, sed in Patrum cognitione consummatus euasit, Archiepiscopatū Bracarensem à Regina Lusitaniæ Catherina oblatum (ac vt alij asserunt etiam purpuram à Gregorio 13) constanter repudiauit, orator, & ecclesiastes insignis suis operibus Christi Ecclesiam, ita ditauit, vt vberrimos fructus, in animis cuiuslibet ea versantis ediderit, quę in septem linguis potiorum orbis nationum ad communem vtilitatem reperiuntur. Scripsit Latina lingua cōcionum tomos sex, in primo de Aduentu, vsque ad quadragesimam agit, in secundo de diebus festis quadragesimę, & de ferijs quartis, & sextis, & Dominicis diebus, item quæ de præcipuis sanctorum festis habentur, tertio conciones à Paschate, vsque ad festum corporis Christi, in quarto conciones de tempore, vsque ad Aduentum, in quinto, & sexto continentur conciones in epitomen redactę, in priori postillę, & homiliæ, in totius anni Euãngelia de tempore, in posteriori conciones, de præcipuis sanctorum festis. Extat etiam locuples index concionum, tam de tempore, quam de sanctis. Scripsit prætereá libros sex de ratione concionandi, siue de Ecclesiastica rhetorica, siluam quoquè locorum, qui frequenter concionibus occurrere solent omnibus diuini verbi concionatoribus perutilem, collectaneam etiam moralis Philosophiæ, in tres tomos distributam, quorum primus selectissimas sententias, ex omnibus Senecæ operibus, secundus ex moralibus opusculis Plutarchi, tertius, clarissimorum Principum, & philosophorum insigniorũ Apophthegmata cōplectitur. Hispanice autem scripsit sequentia, volumen de doctrina Christiana, cum concionibus aliquot pro festis Virginis Deiparæ Dominæ nostræ. Manuale continens exhortationes, ad pœnitentiam, & ad piam vitam. Memoriale vitæ Christianæ duobus voluminibus, item Additiones ad Memoriale. Item aliud volumen de oratione, ac meditationibus, tum de præcipuis articulis, atquè mysterijs vitæ Christi Domini. Aliud de Ductrice peccatorum, ac de frequenti communione. Libros quatuor egregios, eruditos introductionis ad symbolum fidei, in quibus de admirabili opere creationis, ac de Christianæ religionis dignitate, mysterijsquè nostræ redemptionis, & articulis agitur, qui præter alias linguas Latinitati donati sunt. Addidit etiã ei appendicem maxime vtilem, ad prædicationem Gentilium, & Paganorum, de modo introducendi mysteria fidei, inter infideles, & de eorum Catechismo. Transtulit etiam D. Ioannem Climacum ex Latina in Hispanicam linguam, scripsit etiam tractatum de peregrinationibus. Obijt tantus Doctor sancte, & in senectute bona plenus dierum, & optimis laborum piorum fructibus ornatus, in Conuentu Olisiponensi anno 1588. pridie Kalendas Ianuarij ætatis 84. Hoc cenotaphium sepulturę eius sculptum. F. Ludouicus Granatensis, ex Prædicatorum familia (cuius doctrinę maiora extant miracula Gregorij XIII. Pontificis maximi oraculo, quam si cæcis aspectum, mortuis vitam à Deo impetrasset) Pontificia dignitate sæpius recusata clarior, mira in Deum pietate, & in pauperes misericordia insigniũ què librorum, ac concionum varietate, toto orbe illustrato, ætatis suę anno octuagesimo quarto Olisipone moritur magno Christianæ Reipublicę desiderio, pridie Kalendas Ianuarij, anno millesimo quingentesimo octuagesimo octauo.

Fr. Ludouicus Torres insignis Conuentus Burgensis filius, morum probitate clarus, ecclesiastes egregius, ac Theologus eruditus, scripsit librum Dis-

cursus

curius linguæ prænotatum. Obijt annum 1590.

Antonius Posseuin.

Fr. Ludouicus Lopez Regij cœnobij Sanctæ Mariæ de Atocha Madriti alumnus, qui in occidentali India strenuam operam conuertendis ad fidem gentilibus adhibuit, & plures labores, ac molestias ferendo, multos populos Euangelij luce perfudit, & Christo peperit, scripsit duo volumina eruditione plena. Primum Instructorium conscientiæ appellatum secundum vero, Instructorium negotiantium, in quibus de cunctis fere potioribus materijs moralibus, & etiam de contractibus, & negotiationibus doctissime agit. Obijt Madriti, in suo Conuentu anno 1590.

Antonius Posseuin.

Fr. Ludouicus Soto mayor, ex Regio cœnobio Olisiponensi Sancti Dominici Theologiæ, ac sacrarum literarum studijs, laudabiliter excultus, per viginti, & amplius annos, Primariam Diuinorum librorum Cathedram Coimbricensem magno discipulorum concursu ac maiori fructu moderatus, vnde iubilatus seu rude donatus est. Concilio Tridentino Lusitaniæ Regis nomine Theologus astitit, vbi in concertationibus, & quæstionibus propositis doctissimi, grauissimique viri specimen præbuit, vnde magnam sibi comparauit gloriam. Concilio Tridentino fœliciter absoluto Lusitaniam reuersus in prælectionibus sacræ scripturæ Coimbricæ reliquum vitæ tempus insumpsit à Pontifice Clemente octauo, dum humilitatis ergo sua scripta diuulgare renueret, iussus est; in communem vtilitatem edere, & Apostolico præcepto, & votis tanti Pontificis obtemperans iam senex, & plenus dierum commentaria, in Cantica eruditione eximia cõstantia, & in Epistolam Pauli ad Timotheum, & ad titum in lucem emisit. Fuit vir non solum disciplinis Theologicis, sed vitæ sanctitate clarus. Erat in eo morum suauitas, humilitas, ac modestia admiranda, vnde cum maximo virtutum odore, in Regio Collegio Coimbricensi Sancti Thomæ, in festo Pentecostes, hora tertia, qua Spiritus Sanctus, in igneis linguis Apostolis apparuit, & insignis Academia Complutensis, his laudibus ornauit eius sepulchrum.

Magnus Theologus vir cœlo dignus, F. Ludouicus Soto mayor Dominicanus fidei vehemens assertor, in vtraque Germania, & Anglia Primarius Coimbriæ diuinorum librorum interpres longe illustris, & emeritus, moriens ipsa die, & hora, qua Spiritus Sanctus corda repleuerat Apostolorum, suæ mortis diuinus, viuam sanctitatis imaginem expressit, quam viuens sibi parauerat, Deum sequendo tandem hic situs est anno 1610. ætatis 84.

Antonius Posseuin.

Fr. Lupertius de Huete, ex sancto, & grauissimo Valentino cœnobio alumnus, vir doctus, tam in scholastica, quã in sacrarum literarum disciplina edidit metaphrasticam, sed vberem expositionem, in primum caput Genesis, de opere sex dierum, ex sanctis Patribus, & sacris Doctoribus concinnatam. Obijt anno 1600.

Antonius Posseuin.

Fr. Ludouicus Istella Conuentus Valentini alumnus in vniuersitate Valentina Bibliorum primarius interpres religione, & literis clarissimus, qui a Regno Valentino Romam missus, vt beatificationem B. Ludouici Bertrandi, apud Sedem Apostolicam procuraret, à Paulo quinto sacri palatij Magister est effectus, scripsit commentaria in Genesim, & Exodum distributa, in paragraphum expositionem, & scholia eruditione referta, additus est elenchus ad Euangelia, quæ per anni circulum solent in Ecclesia recitari. Obijt anno millesimo sexcentesimo decimo quarto.

Frat. Michael Plodius appēdice.

F. Ludouicus Vreta Conuentus item Valentini alumnus, scripsit duos libros lingua Hispanica de Æthiopia. Viuit adhuc.

Fr. Augustinus Dauila lib. 2 cap. 93.

Frat. Ludouicus Rengino cœnobij Mexicani filius, scripsit librum de festis, quæ in noua Hispania celebrãtur anno millesimo quingentesimo nonagesimo.

F. Ludouicus Solorzanus cœnobij eiusdem

dem filius, scripsit duos libros de locis communibus glossæ incognitæ. Viuit adhuc.

ITALI.

F. Leander Albertus lib. 3. fol. 67.

FRATER Latinus Frágipanius Romanus familiæ splendore clarus, sed clarior virtutibus, atque doctrina, Cardinalis creatus â Nicolao tertio eius auunculo, nimirum, ex sorore nepos composuit Prosam illam, quę canitur die animarum, Dies illa, dies irę, &c. Prosasque de Beata Virgine. Obijt anno 1294. mense Nouembris, sepultus in nostro cœnobio S. Sabinæ Romæ. Soror Laurentia Strocla Florētina nostrę familiæ sanctimonialis Monasterij S. Nicolai de Prato assumpta, scripsit in singula totius anni festa solemnia Hymnos Latino carmine elaboratos. incipiunt. Prima currentis celebratur anni, Nunc dies sacro Puero dicata, Patre Diuorum genito pudica, & matre Maria, &c. Porro Soror Laurentia Cyriani Strocij eximij philosophi Germana Soror fuit: eius autē hymni Parisijs excusi sunt.

Frat. Michael Pocciantius seruita. Antonius Posseuin.

Fr. Laurentius Brancofordius Placentinus, in scholasticis, & diuinis disciplinis eruditus, scripsit super Psalteriū, & librum alterum collationum de sanctis, item cōciorum diuersarum alium, & principia in Theologia, circa annum millesimum quadringentesimum vigesimum.

Fr. Albertus Venetus.

Fr. Laurentius de Verona, scripsit librum concionum super decem prçcepta Decalogi, & alterū cōcionum, super symbolum Apostolorum, circa annum millesimum quadringentesimum vigesimum.

F. Ambrosius Taegius 1. p.

Fr. Laurentius (alijs Lauterius) de Vvaldinis Florentinus, scripsit librum eruditione refertum, Capistrū Iudæorum prænotatum aduersus eorundem errores, circa annum 1420.

Gesnerus in epitome

Fr. Leander Albertus Bononiensis politioribus literis, ac Theologicis disciplinis valde doctus historijs, & antiquis rerum monumentis diligentissime versatus, scripsit sex libros de viris il-

Antonius Posseuin. Fr. Antonius Lusitanus.

A lustribus nostri ordinis, in primo posuit Magistros Generales ordinis, in secundo Martyres, in tertio Episcopos, &c. In quarto Doctores, ac scriptores, in quinto sanctitate clariores, in sexto fratres conuersos, vel laicos virtutibus insignes, & quidem lingua Latina, sicut etiam Chronicon, siue historiam ciuitatis Bononiensis sexaginta duobus libris distributam, & vt id faceret sumptibus communibus ciuitatis sustentabatur. Opus item grande edidit, idque Italice, quo vniuersam Italiam describens accurate, virosq; ipsius claros indi-
B cans, maximam sibi peperit laudem, quod postea Latine Colonię editum est; scripsit etiam opusculum de sepultura, D. P. N. Dominici, vitam item Ioannis Bentiuoli, & Ephemerides ab Aduentu Galliæ Regis Ludouici, vsque ad annum 1552. Claruit circa annum 1550.

F. Leonardus Pistoriensis, scripsit doctissime Theologicam summam duobus voluminibus comprehensam, circa annum 1230.

Frat. Michael Plodius li. 1.

C Fr. Leonardus Statius Florentinus, qui fuit ordinis nostri Magister Generalis, vir eximię doctrinę, atq; pietatis, qui in Constantiensi Concilio pro vnione, & pace Ecclesiæ plurimū laborauit delectusque fuit ab illius Patribus, vna cū alijs præstantibus Theologis nostræ familiæ, vt schisma in Ecclesia coortum, ob varios Antipapas sedaret, & in electione Martini quinti pro natione Italica Pontifici suffragàtus est, scripsit opus Theologis, atque concionatoribus vtile, quod prænotatur Petitiones, inci-
D pit, Faciem tuā laua anima fidelis, scripsit etiam conciones de tempore, alias de festis, siue de solemnibus diebus alias de flagellis, quin & alias habitas, in Constantiensi Concilio Aristotelisque Meteora exposuit. Obijt anno 1425. decimo septimo Kalendas Aprilis.

Frat. Michael Pocciantius Seruita. Fr. Leander Alber. lib. 1. Frat. Michael Plodius li. 3.

F. Leonardus Vtinensis Theologus, & ecclesiastes excellens, scripsit tractatum ad locos communes, & concionum volumina de quadragesima, de tempore, ac de sanctis. Claruit circa annum 1440.

Tritbemi. Antonius Posseuin.

Frater

Antonius Posseuin.

Fr. Leonardus Bellunensis scholasticæ disciplinę eruditione insignis, scripsit sat grande volumen de legibus, complura in Logicam, & Physicam Aristotelis, concionesque de tempore, ac de sanctis fuitque regens almi studij nostri Bononiensis.

Frat. Michael Poccianitus

Fr Lucas Mannellus Florentinus, cũ esset pręclarus Theologus iussu Clemẽtis sexti Pontificis interpretatus Senecam, non potuit non admiscere pleraque, quæ ad pietatem pertinent, quo nomine, hic locum habere voluimus. Viuebat anno 1345.

F. Leander Albertus lib. 4. fol. 153.

Fr Ludouicus Ferrariensis in Theologia scholastica, & in vtroque iure doctus, Procuratorque Ordinis apud curiam Pontificiam, scripsit commentaria super librum Ethicorum Aristotelis. Obijt anno millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto.

Fr. Leander Albertus lib. 4. fol. 154.

Fr. Ludouicus Compagna Veronensis, in Oratoria, & Poetica arte consummatus, atque in philosophia, & Theologia sufficienter instructus, scripsit libros plurium elegantium orationum, & carminum, tam Latino, quam Italico sermone. Claruit circa annum millesimum quingentesimum duodecimũ.

Fr. Leander Albertus lib. 4. fol. 151.

Fr. Ludouicus Venetus, ex nobilissima familia Michaela ortus eruditione Theologica conspicuus, scripsit doctam Summam de casibus conscientię, quæ Michaelina dicitur. Claruit circa annum 1512.

Fr. Antonius Lusitanus.

Fr. Ludouicus Luere Brixiensis, in humana diuinaque philosophia versatus, egregiusque ecclesiastes, scripsit cõciones super Euangelia, & Epistolas de tempore, item de sanctis per annum. Obijt anno millesimo quingentesimo septuagesimo secundo.

GALLI.

Fr. Albertus Venetus.

FRATER Laurentius Geruasij in scholastica disciplina excultus reliquit librũ prenotatum, Copulata, in vniuersam D. Thomæ summã. Claruit Ludouici vndecimi Gallorum Regis tempore, circa annum 1470,

GERMANI.

Fr. Sixtus Senensis lib. 4.

FRATER Ludolphus Saxo post trigesimum suę professionis annũ ad Instituta Cartusianorum trãslatus, & in Monasterio Argentinensi receptus, vir in sanctis voluminibus studiosissimus, professione scholasticus, sermone simplex, & feruidis quibusdam affectibus amabilis collegit ex Hieronymi, Augustini, Casiodori, & Petri Lombardi sententijs exactam in

Antonius Posseuin.

B Psalmos expositionem, in qua typicos sensus maxime sectatur, non ita tamẽ vt literalem intelligentiam negligat, addens ad calcem cuiuslibet Psalmi deuotam, & consonam ipsi Psalmo precationem. Idem ex quatuor Euangelistis vnicam collegit vitę Christi historiam, quam lucidissimis, & pijssimis iuxta quaduplicem sensum explanationibus illustrauit, adiectis ad finem singulorum capitulorum deuotissimis precationibus præcedentis capituli argumento deseruientibus. Claruit circa

C annum 1330.

Frat. Michael Plodius li. 3.

F. Luthodius in politioribus optime instructus, scripsit in gratiam iuuentutis librum florum grammacalium vnũ, & nonnulla alia, circa annum millesimum quingentesimum decimum tertium.

POLONI.

F. Abraha Bzouius cap. 12.

FRATER Leonardus in Theologia Baccalaureus primus, qui idiomate Polonico totam Bi-

D bliam transtulit, sic enim visum fuit expedire in Regno Polonæ ad impugnationem hęreticorum, qui illam deprauabant. Viuit adhuc.

DALMATÆ.

Frat. Ambrosi Gozzeus.

FRATER Leonardus Ragusęus, qui publice magna cum laude in Batauina Academia Theologiam est professus, Veneti Dominij sumptibus sustentatus, scripsit volumen scholiorum, in summam D. Tho-

mæ

mæ, & nonnulla alia opuscula, circa annum millesimum quadringentesimũ octuagesimum.

M

HISPANI.

Antonius Posseuin.

FRATER Mantius de Corpore Christi, cœnobij Salmantini alumnus, vir ingenij acumine, memoria excellenti, iudicio præstanti clarus, quibus magnum in Theologicis metaphysicisquê concertationibus sibi nomen comparauit, D. Thomę Hispalensis Collegij primum collega (nam in eo plures certo numero ratione oppositionis admittuntur) postea Compluti Theologiam docens primariam D. Thomę Cathedram eiusdem insignis vniuersitatis, & etiam Salmanticensis celebris Europæ Academię maximo discipulorum concursu, & non minori vtilitate, per triginta, & amplius annos gloriose moderatus est, scripsit super Summã D. Thomę doctissima scholia, licet non ediderit, super doctrinam etiam Reuerendissimi Thomę Caietani (cuius præclarus explanator extitit) planam & penetrabilem reddendo, quę obscura, & à sensibus remotissima videbatur. Obijt Salmanticæ anno millesimo quingentesimo septuagesimo sexto, septimo Idus Iulij.

Fr. Marcus de Hortis Salmantini cœnobij alumnus, Magister studij Regij cœnobij Toletani S. Petri Martyris edidit disputationes in dialecticas tyronibus apprime vtiles. Viuit adhuc, & alia scribere parat.

Antonius Posseuinus.

Fr. Martinus Ledesmius Salmanticẽsis cœnobij filius, qui ob ingenij excellẽtiam, & in Theologicis physicisquè disciplinis eruditionem, à Ioanne tertio Lusitaniæ Rege ad Coimbricensem Academiã vocatus, ibidem primariæ Theologorum Cathedræ, per triginta, & amplius annos moderator extitit, magno Lusitanorum profectu, excellentis ingenij discipulos educando, scripsit erudita scholia super D. Thomę summam, & commentaria in quartum librum sententiarum edidit, eiusdem autem tractatum de Sacramento matrimonij prodijsse anno millesimoquingẽtesimo nonagesimo quinto, asserit Posseuinus, cũ hallucinetur, Fr. Petrum de Ledesma, pro Fr. Martino de Ledesma accipiendo. Obijt sapientissimus iste Magister anno millesimo quingentesimo septuagesimo quarto, cum anno millesimo quingentesimo quadragesimo quarto, quando Coimbricensis Academiæ fundamenta Rex Ioannes tertius iaciebat, ab eodẽ vocatus est; vt Theologiam ibi statueret, ad Coimbricam venisset, fuitquê fundator primus, ex nostra familia etiam collegij S. Thomæ Coimbricensis, ab eodem pijssimo Rege dotati, & erecti.

Fr. Martinus de Carcere prouinciæ Aragonię, scripsit idiomate Hispano Luculentam expositionem super Psalmum 44. Eructauit cor meum, circa annum 1605.

Antonius Posseuin.

Fr. Matthæus Ortizius hæreticorum censor integerrimus, ac Theologus eruditus, scripsit librum aduersus hæreses, circa annum 1490.

Fr. Antonius Lusitanus.

Fr. Matthias de Pace, in Salmanticensi cœnobio ad ordinem receptus, & eiusdem vrbis Florentissimę Academię primarius diuinorum librorum dilucidator, per plures annos extitit, postquam Vallisoleti primariam Theologię Cathedram, per aliquot annos rexisset, scripsit commentaria super plures Bibliorum libros, conciones etiam varias, & super summam D. Thomæ aduersus Durandum. Obijt cum sanctitatis bono odore anno millesimo quingentesimo decimo septimo, pridie Kalendas Octobris.

Diegus libr. 1. c. 61.

F. Melchior à Puteo Illerdensis Conuentus alumnus, & prouincię Aragonię moderator dignissimus, vita, & doctrina clarus, scripsit librum de laudibus B. Virginis, Mariale prænotatum, & volumen concionũ, per annũ, circa 1545.

Fr. Mel-

Melchior Antonius Possevin°

Fr. Melchior Canus Salmanticensis Conuentus alumnus, vir fœcundo, ac facundo ingenio, maximaque eloquentia præditus, Græcæ linguæ peritus, in Aristotelis, ac D. Thomę doctrina plenissime instructus, in sacris literis, & Patrum lectione, necnon & in historijs euoluendis nobiliter excultus, vnde ad apicem disciplinarum omnium gloriose peruenit, quare in Concilio Tridentino Patribus eruditione præstantibus eximię admirationi fuit, & ab omnibus maximi habitus, in Florentissima Salmantina Academia, per plures annos primariam Theologiæ Cathedram mirifica discipulorum vtilitate moderatus est, & iam in Complutensi, per annos aliquot primariā etiam D. Thomæ Cathedram rexerat, ex qua ad Salmanticensem, vt Fr. Mantius de corpore Christi peruenit, Pręsul Canariensis factus Episcopatui cedens prouinciæ Hispanię nostræ familiæ præpositus factus est, scripsit eruditissimos duodecim libros de locis Theologicis Salmāticę, Colonię, Inglostadij, Louanijque recusos. Scripsit item relectiones duas alteram de Sacramentis in genere, alteram vero de Sacramento pœnitentię. Obijt anno 1560. Toleti in Conuentu Regio S. Petri Martyris.

F. Antoni° Possevin°

Fr. Michael Ribera Malacitanus Collegij Hispalensis Sancti Thomæ Collega, scripsit librum septem concionum de contemptu rerum humanarum, & virtutis excellentia, & etiam tractatū de perfecto Theologo, circa annum millesimum quingentesimum septuagesimum tertium.

Diagulli l. 2. cap. 88.

Fr. Michael Llot à Ribera Barchinonensis Conuentus alumnus, scripsit Latina lingua, vitam venerabilis Sororis Marię Ragij, & vitam D. Raimundi Cōfessoris, in cuius solenni Canonizatione procuratoris munus obiuit, scripsit etiam vitas Sanctorum Martyrum Abdon, & Senen, & in breuem summam redegit libros magistri sententiarum. Obijt anno millesimo sexcentesimo vndecimo.

Fr. Antonius Lusitanus.

Fr. Munio çamorensis, qui ob religionis, ac prudentiæ claritatem Generalis Magister nostræ familię septimus est electus, ac deinde Palentinus antistes, redegit in ordinem regulam fratrum, & sororum de pœnitentia B. P. Dominici, quæ deinde à sancta Sede Apostolica fuit approbata, quin & vitam eiusdem sanctissimi Patriarchæ à Fr. Theodoro Apoldia conscribendam curauit. Obijt sancte anno millesimo ducentesimo nonagesimo nono.

ITALI.

Fr. Antonius Lusitanus.

FRATER Malachias vir eruditus, scripsit aduersus hæreses librum prescriptum, Venenum cōtra hæreticos, circa annum 1308.

Frat. Michael Pocciantius

Fr. Marcus Petrus de Suchielli Florentinus, scripsit duo volumina concionum, circa annum millesimum quadringentesimum nonagesimum.

Frat. Michael Plodius li. 4.

Fr. Marcus Cataneus Genuensis, Archiepiscopus Rodensis concionator egregius, scripsit duo volumina eruditione plena, alterum de institutione vitę Christianæ, alterum de Diuino amore, in quinque libros distributum. Obijt anno millesimo quingentesimo quadragesimo sexto, mense Maij.

Frat. Ambrosi° Gozzeus.

Fr. Marcus Antonius Seraphinus Venetus, scripsit volumen concionum de tempore, ac de sanctis, circa annum millesimum sexcentesimum quintum.

Fr. Ambrosius Taegius 1. p.

Fr. Matthęus Gritus Mediolanensis, in sacris literis, & in Theologia scholastica optime exercitatus, scripsit volumen concionum de tempore, ac de sanctis, circa annum 1262.

Frat. Michael Plodius appēdice.

Fr. Matthęus eximia eruditione fulgens, & tam in humana, quam in diuina Philosophia egregie instructus, qui fuit Patriarcha Constantinopolitanus, scripsit libros quatuor, quibus totā scripturam sacram complexus, redegit in locos communes. Claruit circa annum millesimum trecentesimum.

Guilielmus Eisingrenius. Fr. Alphōsus Ciaconius.

Fr. Matthęus Vrsinus è monte Iordano Romanus, qui à Ioanne 22. Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis est creatus postquam Parisijs, & Florentiæ

plu-

plures annos D. Thomam publice interpretatus est: scripsit librum de authoritate Ecclesiæ. Obijt anno 1341. de quo latius infra, insignis benefactor extitit Cardinalis iste nostri ordinis, & amplissimam eleemosynam perpetuam, pro Comitijs generalibus ordinis legauit.

F. Leãder Albertus, lib. 4. fol. 137.

F. Matthæus Vandellus è Castronouo, vir eloquio nitidus, & emunctus, & doctrina clarus, scripsit vitam F. Vincẽtij Vandelli patrui sui, & aliorum insignium virorum ordinis, Egesippum, è Latino Italicum reddidit, vitas quorundã illustrium virorum, ex Plutarcho breui complexus est compendio: orationes plures, & egregias composuit, inter alias potior fuit, quam repræsentauit corã senatu populoque Firmano pro gratiarum actione, cuius exemplar senatus continuò habere voluit seruandũ in archiuo vrbis illius pro æterna rei memoria. Claruit circa annum millesimum quingentesimum decimum tertium.

Antonius Posseuin.

F. Matthias Fassanus ex oppido Optato, scripsit Italice vberem expositionem septem peccatorum capitalium, circa annum millesimum quingentesimum quintum.

Fr. Antonius Lusitanus.

F. Matthias Aquarius Neapolitanus Regij cœnobij sancti Dominici alumnus felici ingenio præditus, atque in Aristotelis, ac D. Thomæ disciplina egregie versatus, & in studio, & Academia Neapolitana (quæ vsque hodie in eodem nostro conuentu Regio perseuerat) Cathedræ Metaphysicæ moderator scripsit obseruationes, & adnotationes valde doctas super commentaria Fr. Francisci Ferrariensis in libris Physicorum & in libris de anima, postillam etiã in duodecim Prophetas minores. Claruit circa annum millesimum quingentesimum septuagesimum sextum, & Posseuinus de illo meminit, licet silentio prætereat esse fratrem nostri ordinis.

Fr. Antonius Lusitanus.

F. Mauricius religione, ac doctrina celebris composuit distinctiones quasdam per Alphabetum valde vtiles ad concionandum. Claruit anno millesimo ducentesimo nonagesimo.

Frat. Michael Pio dius appẽdice.

F. Maurus Arrighettus Florentinus, traduxit è Latino in idioma Italicũ Psalterium Dauidicum, Hebræam literam sequens. Obijt anno millesimo quingentesimo septuagesimo, cum esset Prior Prouincialis Prouinciæ Romanæ.

Frat. Michael Pio dius lib. 3.

F. Michael Sarauetius, è Petra sancta oppido Hetruriæ, qui Romæ in cœnobio celeberrimo sanctæ Mariæ super Mineruam regens in Theologia, & in Romano Gymnasio Sapientiæ (sic enim vocatur Academia Romana) Metaphysicam publice professus est, scripsit quæstiones de Analogia entis aduersus Scotistas alteram de vniuersalibus, tractatum de primis, & secundis intentionibus, tractatum de insolubilibus. De causalitate primi principij. De principio indiuiduationis, & de subiecto Philosophiæ. Claruit circa annum millesimum quingentesimum duodecimum.

Antonius Posseuin.

F. Michael Gislerius Alexandrinus, Pius quintus in Pontificatu appellatus (de quo latius infra) natus in oppido Boschi in territorio Alexandrino, vir moribus integerrimus sanctitate admirandus, eruditioneque clarus, cum principem locum inter decem amplissimos Cardinales, apud quos sacrosanctæ Romanæ Inquisitionis suprema authoritas erat, eo authore prodijt decretum de reparatione totius Christianæ Ecclesiæ bibliothecæ, quam perditissimi nostrorum temporum hæretici, suis moribus, ac pestibus, ita corruperant, vt nihil aliud, quam certissimum eius exitium esset expectandum, nisi ille repente opem attulisset. Primum enim toto Christianorum orbe conquiri nefariæ doctrinæ libros, & publice exuri iussit. Deinde expurgari, & emaculari curauit, omnia Catholicorum scriptorum, ac præcipue veterum Patrum scripta hæreticorum ætatis nostræ fæcibus contaminata, & veneris infecta, postremo catalogum, vel indicẽ edi mandauit authorum, ac librorum hæreticorũ, qui essent ab Ecclesiastica

bibliotheca arcēdi,& ab omnibus Christianis lectoribus abijciendi Catechismum pro Parochorum instructione edidit,omnia D.Thomę opera suis sumptibus excudi fecit,libros aduersus Germanię,& Angliæ hæreses, & pro institutione catholicorum euulgauit. Obijt sanctissimus vir,anno millesimo quingentesimo septuagesimo secundo, Kalendis Maij, de cuius canonizatione nunc agitur.

Frat.Michael Plodius appēdice. *Fr. Antonius Lusitanus.*

F.Michael de Vrgnano Lombardus, scripsit librum de Rosario Beatæ Virginis idiomate Italico,& summam de casibus conscientię. Viuit adhuc.

Frater Moneta Cremonensis, sanctitate clarus,& non solum in sæculari,sed in diuina Philosophia excellenter excultus, in Academia Bononiensi artium professor,& â B.F.Reginaldo ad ordinem receptus,scripsit summam perutilem hęresibus eradicandis aduersus hæreticos Cataros,& alios,&c. incipit,Tēpus faciendi Domine,totamque Logicam dilucide tradidit breui compendio,propter minus doctos. Claruit circa annum millesimum ducentesimum vigesimum quintum.

GALLI.

Trithemi.

FRATER Matthęus Ebroicensis Normannus in sacris literis optime versatus,scripsit commentaria super Pētateuchum,super Esaiam, & super alios libros sacros, scripsisse dicitur. Claruit circa annum millesimum ducentesimum nonagesimum octauum.

Fr. Antonius Lusitanus. Antonius Posseuin.

F.Matthæus Ori,primarius Parisiensis studij Theologię professor, Prior eiusdem almi cœnobij,congregationis Gallicanæ Vicarius generalis, ac simul per vniuersam Galliam hæreticæ prauitatis generalis Inquisitor,deinde Pauli tertij,Iulij tertij, Marcelli secundi,& Pauli quarti Pōtificum pœnitentiarius, itemque insignis Ecclesiastes(qui etiam Societatem Iesu egregie iuuit in tempestate aduersum B.P. Ignatium Parisijs oborta)scripsit de iustificatione, de Peccato originali,de imaginibus, & librū, quem inscripsit,Septem scholæ aduersus hęreticos,in quo hęreses omnes ad septem redigēs capita, illorum scholam designari docet per septicipitem illam bestiam, cuius diuina Scriptura meminit,qui liber sub nomine Alexipharmacon aduersus hęreses prodijt Venetijs. Obijt circa annum millesimum quingentesimum quadragesimū quartum.

F. Sixtus Senensis libro 4.

F.Michael de Insula Pichardus,scripsit doctam postillam in Cantica, alteram in Danielem, circa annum millesimum quadringentesimum sexagesimum.

Frat.Michael Plodius li. 4.

Frat. Michael de Furno, scripsit librum de Rosario Beatæ Virginis Mariæ. Viuit adhuc.

GERMANI.

Fr. Antonius Lusitanus.

FRATER Michael de Insulis eruditione clarus, sed virtutibus splendidior, scripsit de veritate confraternitatis Rosarij Beatæ Virginis,librum vnum per modum quæstionum quodlibetalium,Colonię excusum anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto.

BELGÆ.

Frat.Michael Plodius li.3.

FRATER Magdalius Iacobus ex Hollandia in Græcis, & Hebraicis literis apprime doctus, & in diuinis nobiliter excultus,scripsit opus prænotatū Correctoriū, siue epitome Bibliæ,cum quarundam difficilium dictionum luculenta expositione,circa annum 1500.

Fr.Ambrosius Gozzeus.

Frat.Martinus Leures Brabantinus Traiectēsis cœnobij alumnus,scripsit librū,quo mulieres ab improperijs illis, quibus solent cōmuniter affici,vēdicat, & earum præclara facta in vnum collegit,ac recenset,circa annum 1485.

POLONI.

Trithemi. Fr.Ambrosius Taegius 1. p.

FRAT. Martinus Carsulanus,qui primum fuit Sūmi Pōtificis pœnitentia

tentiarius, & postmodum per Nicolaū tertium Archiepiscopus Gnesnensis in Polonia factus, morum grauitate, aliarumque virtutum ornamentis clarissimus, in Theologicis disciplinis, iuris etiam canonici, & historiarum notitia decoratus, composuit tabulam super totum Decretum, Chronicon Summorum Pontificum, & Imperatorum, vsque ad sua tempora, quod Martinianum appellatur, volumen itē concionum de tempore, aliud de sanctis, de diuersis miraculis alterum. Claruit circa annum millesimum trecentesimum vigesimum, V. annales Ecclesiast. 1278. num. 22.

F. Abrahā Bzouius cap. 12.

Fr. Melchior Mosticensis Inquisitor hæreticæ prauitatis in Polonia (cui regnum illud magna ex parte debet stabilitatem in Catholica religione) spiritu feruens declamator clarissimus, sanctitate eximius, qui tres Episcopatus à Rege Poloniæ oblatos Camenensem, Præmisliensem, ac Leopoliensem recusauit, scripsit aliquot tractatus aduersus hereticos, præsertim contra Bernardinum Ochinum. Obijt sanctissime anno millesimo quingentesimo nonagesimo primo. De quo latius infra in Cōcertatione predicatoria.

Fr. Abraham Bzouius c. 12.

F. Melchior Varacensis religione, ac literis excellens libellos duos Polonico idiomate edidit circa annum millesimum quingentesimum nonagesimum primum, de confraternitatibus sanctissimi nominis Dei, & de Rosario Beatę Virginis.

N.

HISPANI.

Diagus lib. 1. c. 52. F. Balthasar Serius Historia prouinciæ Aragoniæ.

FRATER Nicolaus Eymericus Gerundensis conuentus alumnus in Theologicis disciplinis, & sacris legibus apprime eruditus, integerrimus hæreticę prauitatis generalis Inquisitor labores plures, & incommoda grauia pro sancto officio exercendo constanter pertulit, à Pontifice Gregorio vndecimo maximi æstimatus, à quo pro veritate negotiorum, & causarum multa officio Inquisitionis ad ministrando necessaria obtinuit librum Christianę Reipublicæ vtilissimum scripsit, nimirum Directorium Inquisitorum, quo regulas tradit, quibus Inquisitores ad pernoscendas, & euellendas hęreses seclusa omni personarum acceptione optime instituantur. Scripsit item commentaria in quatuor Euangelia, & in epistolas ad Galathas, & ad Hebręos, & cum eam, quæ ad Romanos scripta est, exponere cœpisset, migrauit ex hac vita. Scripsit cōciones de tempore, ac de sanctis, vitam etiam B. Fr. Dalmacij Moner, cuius ipse fuerat alumnus, & volumē de Logicis, ac Physicis rebus. Obijt strenuus, & præclarus fidei minister, anno millesimo trecentesimo nonagesimo nono.

Fr. Antonius Lusitanus. Antonius Posseuin.

Frater Nicolaus Diaz Lusitanus doctrina, & religiosis moribus conspicuus, & sanctissimi Rosarij Beatæ Virginis cultor, & promotor insignis, scripsit librum de Rosario Beatæ Virginis deuotum, & pium, cuius item officium redegit in ordinem, & lectiones aliquot Sanctorum, quorum festa in Lusitania celebrantur, scripsit etiam Lusitane, quod postea Italice redditum est, opus siue tractatum de iudicio vniuersali, & finali, & alium de Passione Christi. Claruit circa annum millesimum quingentesimum octuagesimum quartum.

ITALI.

F. Gregorius Lombardelus. de viris illustribus Senēsibus

FRATER Nicolaus Fortiguerra Senensis nobili genere natus & nobilior clarissimis moribus à Beato Patre Dominico ad ordinem receptus Episcopus Aleriensis in regno, & insula Corsicæ, sanctitate miraculis, atq; eleemosynis insignis in regna, & insulas Sardiniæ, atque Corsicæ nostram familiam introduxit. Vir item eruditione conspicuus, scripsit cōmenta

ria super Esaiam, Hieremiam, Danielē, Ezechielem, super quatuor Euangelia, super Epistolas D. Pauli, super Apocalypsim, volumen concionum quadragesimaliū, & de Dominicis, ac sanctis per annum, concionum item librum super orationem Dominicam, & de sancto Nicolao Episcopo, librum alium de duabus Christi naturis, alium super D. Dionysium de diuinis nominibus, alium de cœlibatu, atque alterum de officio pastoris. Obijt anno millesimo ducentesimo septuagesimo.

F. Iacobus è Suzato. Fr. Albertus Venetus.

F. Nicolaus Taruisinus vitę sanctitate, ac doctrina admirandus generalis magister ordinis deinde S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, ac denique summus Pontifex Benedictus vndecimus vocatus, vir sanctus, quem pietas, & virtus (dum fuit superstes) tum miracula post mortem edita, sanatis ęgrotis, pulsis de monibus egregie demonstrarunt, scripsit commentaria in Psalterium, & conciones in Euangelium D. Matthæi. Obijt Perusij anno millesimo trecentesimo quarto, Nonis Iulij, Pontificatus mense octauo, sepultus ibi in cœnobio nostro Prędicatorio.

Antonius Posseuin⁹

F. Nicolaus Pratensis Hetruscus Sā-ctę Romanę Ecclesiæ Cardinalis, vir doctrina mira, prudentia vitę, ac morū integritate præditus, scripsit librum de Paradiso, Auenionense, & Pratense cœnobia nostra erexit suis sumptibus, ac monasterium sancti Nicolai pro monialibus ordinis in Pratensi vrbe. Obijt quatuor legationibus clarus ad maiores orbis Christianos Principes, & Henricū Imperatorem Romæ in Ecclesia Lateranensi authoritate Clementis quinti Imperij diademate decorauit. Obijt anno 1322. Aueníoni, ibique in conuentu nostro sepultus est (de quo infra etiam dicetur) in eius tumulo graphice hoc epitaphium inscriptum est.

Eloquium, bona vita virens, discretio fulta:
Consilium, doctrina vigens, prudentia multa.
Ista silent hîc, illa docent, sunt cuncta sepulta,
Virginis à partu innumeratis mille trecentis
Annis bis denis vno, quartisque Kalendis.
Quem genuit Pratum, Spoletum Pōtificatum.
Ostia quem dederat Romano cardine gratum.

Fr. Antonius Lusitanus.

Fr Nicolaus de Hancinis, vir eruditione conspicuus, scripsit librum de exēplis sacrę Scripturæ.

F. Albertus Venetus.

F. Nicolaus de Marianis Mātuanus, scripsit librum seu tractatum de quarta circa annum millesimum trecentesimū duodecimum.

Fr. Albertus Venetus.

F. Nicolaus è sancto Martino, quod oppidum est in territorio Mātuano Recanetensis Ecclesię antistes, & insignis Ecclesiastes, scripsit volumen concionum, circa annum millesimum trecentesimum duodecimum.

F. Ambrosius Taegius 2. p.

F. Nicolaus Esculanus, scripsit super Logicam Aristotelis, & super libros Physicorum, circa annum millesimum trecentesimum quadragesimum secundū.

Frācíscus Sansouin⁹ Venetus. de Venetiis viris illustribus.

F. Nicolaus de Cruce Venetus, scripsit librum homiliarum super epistolam primam ad Corinthios, circa annum millesimum trecentesimum quinquagesimum septimum.

Frat. Michael Plodius li. 3.

F. Nicolaus de Briatho vir doctus, scripsit volumen concionum, alterum distinctionum moralium, & summam de abstinentia, circa annum millesimū quadringentesimum trigesimum.

F. Ambrosius Gozzeus.

F. Nicolaus Alexandrinus, scripsit super quatuor libros Sententiarum, circa annum 1433.

Frat. Michael Plodius li. 3.

F. Nicolaus Augusta Venetus Episcopus Tricariensis, scripsit plures libros eruditione refertos, circa annum millesimum quadringentesimum octuagesimum quintum.

F. Leāder Albertus, lib. 5. fol. 149.

F. Nicolaus Bugnatorius Brixiensis in politioribus literis sacris, atque scholasticis optime instructus rogatus à Fratre Alberto Bononiensi gesta B. F. Conradini Brixiensis nostri ordinis, scripsit circa annum millesimum quingentesimum vigesimum.

Frat. Michael Plodius li. 4.

F. Nicolaus de Finali Mutinensis Philoso-

losophicis, ac diuinis studijs excultus, scripsit librum prænotatum, Monile Christi & matris eius, in quo probare intendit, quod solus Iesus Christus fuerit sine peccato, & dilucidat totam materiam de conceptione B. Virginis, circa annũ 1525.

F. Felix de Castro fr. in Chronica ordinis nostri.

F. Nicolaus Alexius Perusinus sacrarũ ac politiorum literarum cognitione clarus, scripsit commentaria super totam Logicam, & Philosophiam Aristotelis, & carmine heroico complexus est quatuor libros Regum, historiasque in illis contextas pulchre differit. Claruit circa annum 1566.

F. Nicolaus Strata Turinensis eruditione clarus, & deuotione erga B. Virginem Deiparam conspicuus, scripsit idiomate Italico, librum de Rosario B. Virginis, & conciones per annum. Claruit circa annum millesimum quingentesimum octuagesimum.

Fr. Leander Albertus lib. 4. fol. 144.

F. Nicolutius de Asculo scholasticę, & sacræ disciplinæ cognitione celebris, & præclarus Euangelistes, scripsit concionum de sanctis volumen vnum, pro mortuis vero alterum, circa annum 1262.

GALLI.

Fr. Sixtus Senensis lib. 4. Fr. Antonius Lusitanus.

FRATER Nicolaus Anapus Remensis, Patriarcha Hierosolymitanus moribus, & doctrina egregie ornatus, zelo charitatis instinctus decerpsit ex sacris voluminibus Enchiridion, in quo ad vtilitatem cõcionatorum vniuersa, tam virtutum, quam vitiorum exempla in libris vtriusque testamenti dispersa collegit summa breuitate, ac sub diuersorum argumentorum titulis secundum literarum consequentiam dispositis, & Biblia pauperum cõmuniter à concionatoribus Appellari solebat, quod opus falso, & reclamantibus exemplaribus antiquissimis manu scriptis supponitur à quibusdam D. Bonauenturæ. Claruit circa annum 1288. Licet fr. Sixtus Senensis afferat claruisse anno 1430, quod vitio typographię tribuendum videtur.

Sixtus Senensis lib. 4. Tritheminus. Frat. Michael Pledius li. 1.

A Fr. Nicolaus Gorranus Prouincialis Francię in scholasticis quæstionibus tractandis acutus, & in sanctorum lectione exercitatissimus scholastico, & aperto sermone, edidit commentarios breues in vniuersa Biblia sacrorum voluminum studiosis valde proficuos, in Pentateuchum libros quinque, in Psalteriũ librum vnum, in Ecclesiasten librum vnum, in Ecclesiasticum in Threnos, in Cantica Canticorum, in Matthæum, in Marcum, in Lucam, in Ioannem, in omnes Epistolas D. Pauli, &c. scripsit etiã
B super quatuor libros Sententiarum, distinctiones item rerum Theologicarum & volumen concionum, circa annum Domini 1264.

Guillelmus Eisengrenius. Antonius Posseuin.

F. Nicolaus Farinula Rothomagensis, à confessionibus Regis Gallorum Philippi quarti in sacris literis instructus concionandi gratia, morum maiestate, prudentia, & rerum peritia insignis Cardinalis Sanctæ Romanæ Ecclesię creatus à Clemente quinto, anno 1305. scripsit volumen concionum, libros de sa-
C cris ritibus: Obijtque Lugduni, anno millesimo trecentesimo vigesimo tertio.

F. Nicolaus Coeffetau Christianissimorum Regum Francię Henrici quarti, & Ludouici 13. ordinarius concionator, vir memoria excellenti, ingenio acri, iudicio eximio, summa eloquentia clarus aduersus praua hæreticorum huius temporis dogmata, assiduus & indefessus scriptor, ac potissimus impugnator, quos suis eruditis lucubrationibus sæpius confutauit, ac fregit in scholasti-
D ca disciplina, quam per plures annos Parisijs magno applausu, licet vberiori fructu professus est, in consiliorum, & Patrum lectione atque sacræ paginę nobiliter excultus Gallico idiomate proprio nitido, venusto & eleganti, scripsit varia opera, & cuncta fere aduersus errores nebulonum huius ætatis, primo librum prænotatum, Miranda sanctissimæ Eucharistię, alium aduersus Molineum hęresiarcham, pro sanctissima Eucharistia, alium apologeticum responsionis ad Molineum, alterum aduersus librum

editum à Rege Angliæ Iacobo, alium de B. Maria Magdalena Reginæ Mariæ Mediceæ dicatum, in quo agit de peccato, de gratia, & de prædestinatione, alterum prænotatum, Hercules Christianus, Duci Humenæ dicatum, in quo agit de virtute, quam habere debet vir Catholicus contra vitia, & hæresum nouitates, alium de vita B. Margaritæ, Reginæ Margaritæ ascriptum, & demum quatuor eruditissima volumina controuersiarum aduersus hæreses huius temporis. Viuit adhuc.

GERMANI.

D. Antoninus p. 3. tit. 23. ca. 11. FRATER Nicolaus à Traiecto vtriusque philosophiæ valde peritus, & politiorum literarum cognitione versatus, scripsit super Boetium de consolatione, & eius commentario nullum melius se reperire asserit S. Antoninus.

Fr. Antonius Lusitanus. Fr. Nicolaus Teutonicus sacra eruditione conspicuus, scripsit commentaria super Cantica, librum item de assensu cordis, alterum vero de arte prædicandi, circa annum millesimum trecentesimum quinquagesimum quintum.

Antonius Possevin' Fr. Nicolaus Harcilech Friburgensis doctrina, & moribus excellens, scripsit commentarium in Epistolam Iudæ Apostoli; & tractatum de abusionibus claustri, circa annum millesimum trecentesimum quinquagesimum quintum.

Fr. Antonius Senēsis. Fr. Nicolaus de Cussa in Treuerensi diœcesi oppido Cusa ortus, vir inter eruditos sui temporis excellens, vitiorum hostis acerrimus, integritate animi admirabilis, eloquentia vero ita præditus, vt quidquid extempore dicendū incidisset, id tali copia dissereret, vt tantum illi facultati incubuisse videretur. Historias omnes recentiores, & antiquas memoria tenebat, & in mathematicis disciplinis fuit sua ætate illo doctior nullus, scholasticæ D. Thomæ, & Aristotelis doctrina valde versatus, Brixiensis Ecclesiæ præsul factus, scripsit tractatus varios sequentes. De visione A Dei, de Dato patris luminum, De quærendo Deo, de filiatione Dei. De reparatione Kalendarij, de mathematicæ complemento, de venatione sapientiæ, de Berilo, de mathematica perfectione, de apice Theoriæ, De quadratura circuli, de docta ignorantia, de ludo globi mystico, De fortuna, Directorium speculantis, De Genesi dialogum, De cribratione Alcorani cōtra Bohemos. Dialogum de Deo abscondito, De Annūciatione Dominica. Volumen concionum, per totum annum. Aliud B epistolarum ad diuersos. Excitationum libros decem, Epistolas septem, cōnexionem tabulæ Apocalipsis, tractatum de Arithmeticæ complementis, & aliū de transmutationibus Geometriæ. Claruit circa annum millesimum quadringentesimum trigesimum.

Frat. Nicolaus Scomberg Misnensis Sueuus, virtutibus, ac literis clarus Archiepiscopus Capuanus, & postea Cardinalis creatus à Paulo tertio anno millesimo quingentesimo trigesimo quinto, scripsit librum quinque orationum C de admiranda Christi Domini pugna, cum diabolo in deserto, quas habuit, coram Pontifice Iulio II. quæ fuerunt excusæ Lipsiæ anno 1512. Obijt Romæ anno 1536. *Fr. Alphō. sus Ciacconius. Antonius Possevin'*

ANGLI.

FRATER Nicolaus Fruiet eruditione, ac moribus insignis, scripsit scholastico more ad F. Aymericum Generalem nostri ordinis postillam in Leuiticum, item in Psalterium, D ad Fr. Ioannem Prouincialem Angliæ, & catenam ex Patribus, in vniuersa Biblia, quemadmodum S. Thomas fecit super Euangelia, librum de peccatis, alterū de virtutibus, alterum inscriptum, Scutum veritatis aduersus impugnantes statū perfectionis, quodlibeta varia Tractatū de Missa, Annales ad Christū super D. Augustinū de ciuitate Dei, in quibus tamē texēdis habuit collaborantē F. Thomā Valoes, Annales Anglorū, qui à comitibus Anglegauensibus originem *Fr. Sixtus Senensis lib. 4. Fr. Antonius Lusitanus.*

duxe-

duxerunt incipiunt, ab anno 1135. & deducuntur, vsque ad annum 1307. Canones de coniunctionibus, oppositionibus, & eclipsibus Solis, & Lunæ. Cómentaria, quoque ad problemata Aristotelis, ad Boetium de consolatione ad declamationes Senecæ, ad Titum Liuium, ad Valerium Maximum, ad Iuuenalem, ad Metamorphoses Ouidij. Claruit circa annum millesimum trecentesimum sexcentesimum.

POLONI.

F. Abrahã Bzouius cap. 12.

FR. Nicolaus Monsticensis scripsit tria volumina de rebus moralibus, alterum prescriptum, Elementa confessorum, tractatum de censuris Ecclesiasticis, libros septem de Institutionibus Dialecticis, & super philosophiam Aristotelis. Viuit adhuc.

O

GALLI.

Fr. Sixtus Senensis lib. 4. Fr. Seraphinus Razi.

FRATER Oddo Gallus, in sacra eruditione conspicuus, scripsit commentaria ad omnes D. Pauli Epistolas quatuor decim, incipiũt, De comedenti exiuit cibus. Claruit circa annum 1300.

F. Leãder Albertus, lib. 4. fol. 138.

Fr. Oliuerius Britannus Theologus Parisiensis, scholasticis disciplinis, & diuinis sedulo instructus, scripsit commentaria ad libros Magistri sententiarum, scholia item ad D. Lucæ Euangelium, in elenchum etiam Aristotelis, & conciones de tempore. Claruit circa annum millesimum ducentesimum nonagesimum primum.

GERMANI.

Fr. Ambrosius Gozzeus

FRATER Oliuerius Teuto, scripsit super quatuor libros sentẽtiarum, circa annum millesimum quingentesimum quartum.

A

P

HISPANI.

F. Leãder Albertus, lib. 4. fol. 127. F. Antoni Lusitanus Frat. Michael Plodius li. 3.

FRATER Paschasius, siue Paschalis de Fonte pudico (Hispane de Ampudia) scientia, & religione conspicuus Palentini cœnobij alumnus, qui propter inculpabilem vi-

B

tam, & animarum ferui dum zelum à Catholicis Hispaniȩ Regibus Burgensis Ecclesiȩ præsul est designatus, cum eximia sanctitate coniunctam habuit prudentiam admirabilem, & quoddam excelsi animi robur, scripsit in simplicium Parochorum commodum librum, cum Euangeliorum omnium expositione, & adnotationibus, ad informandam rudem plebem, item conciones de festis per anni circulum occurrentibus, integerrimus obseruantiæ zelator, qui in

C

Bononiensi Conuentu studijs Theologicis operam incubuit, & ad Hispaniam reuersus prouinciam, fere maiori ex parte reformauit, effugatis cõuẽtualitatis abusibus. Factus Episcopus omnes prouentus in templis cõstruendis, instaurandis, & prȩcipue in reficiendis pauperibus erogabat, pedester cum vno socio diœcesim omnem, quȩ latissima inaccessibilis, & inuia magna ex parte est, visitabat, & dum ad Lateranense Concilium pedester se contulisset, o-

D

bijt Romȩ anno 1512. decimo quarto Kalendas Augusti, ȩtatis suæ 70. maximo sanctitatis odore, apud Hispaniam, & Romam relicto.

Fr. Antonius Lusitanus. Frat. Michael Plodius lib. 4

Fr. Paulus Legionensis Regij cœnobij Legionẽsis filius, vir in sacris, & scholasticis literis eruditus, vitæ probitate clarus, ecclesiastes insignis, zelo extirpandi ignorantiam, ab Asturum principatu eleemosynis vndequaque collectis potissimum Marchionis Villenensis subuentu erexit Conuentum in vrbe Onetensi, ex quo prodirent concionatores, ad id Apostolicum munus

obeundum per pagos, & oppida montana illius regionis, scripsit librum satis doctum de fide, spe, & charitate, circa annum 1520.

Frat. Michael Plodius li. 1.

Fr. Petrus Ferdinandus Gallograecus vir doctus, & pius scripsit vitam B. Dominici Patris nostri Chronicam etiam ordinis, incipiendo ab eodem sanctissimo Patre nostro, vsque ad vitam Generalis Fr. Humberti. Claruit circa annum 1260.

Fr. Antonius Lusitanus.

Fr. Petrus Barchinonensis zelo fidei feruens, & ab errorum tenebris errantes retrahendi, scripsit librum eruditum contra Iudaeos praenotatum, Pugio Iudaeorum; circa annum millesimum ducentesimum nonagesimumquintum.

F. Ambrosius Taegius 1. p.

Fr. Petrus Hispanus in scholasticis, tam dialecticis, quam philosophicis, & Theologicis disciplinis excultus dicitur author Sumularum, eo quod ingeniose Aristotelis doctrinam, in epitomen, ac facillimam methodum reduxerit, plurium tamen virorum doctrina praestantium conflati sunt commentarij ad exponendum ipsius Petri Hispani opera, in logicalibus. Claruit circa annum millesimum ducentesimum quinquagesimum.

Diagus li. 1. cap. 21.

Fr. Petrus de Canalibus Lector Canonicus Valentinae Ecclesiae vir doctissimus, scripsit tractatum eruditum super Salue Regina; circa annum millesimum quadringentesimum quartum.

Diagus li. 1. cap. 32.

Fr. Petrus de Fonte Luporum Tarraconensis coenobij alumnus, & Aragoniae Prouincialis praefectus, Inquisitor, item haereticae prauitatis, totius Regni Aragoniae, scripsit tractatum, de modo celebrandi Comitia Prouincialia. Claruit circa annum 1412.

Diagus li. 1. cap. 92.

Fr. Petrus Maça Conuentus Oscensis filius, scripsit librum valde eruditum aduersus errores haeresiarchae Arnaldi à Villanoua, circa annum 1420.

Frat. Michael Plodius li. 4.

Fr. Petrus Couarruuias Theologiae studijs praeclare versatus, & insignis Ecclesiastes edidit duo concionum volumina, aestiuum alterum, hyemale secundum. Claruit circa annum millesimum quingentesimum vigesimum.

A

F. Sixtus Senensis li br. 4. Diagus li. 1. cap. 31.

Fr. Petrus Irurozquius Pompeiopolitani Conuentus alumnus, eruditione sacra conspicuus, copilauit ex quatuor Euangelijs opus inscriptum, Series sacri Euangelij Iesu Christi ex quatuor Euangelijs concinnata. Claruit circa annum millesimumquingentesimum quinquagesimum septimum, quo Euangeliorum conflatum Stellae excusit.

Fr. Antonius Lusitanus. Antonius Posseuin'

Fr. Petrus Soto insignis coenobij Salmanticensis alumnus, in scholasticis concertationibus sacra doctrina, & Patrum lectione assidue versatus, morum integritate conspicuus, vir acuto ingenio, graui iudicio, tenaci memoria, praeditus. Carolo quinto Augusto à sacris confessionibus, per annos aliquot, sed Imperatoria maiestate relicta ad humilem, & pauperem vitam suorum fratrum reuersus in Anglia, & Germania aduersus furentium haereticorum impetum valide se opposuit, quos praelectionibus, disputationibus, congressibus fregit. Vir sanctus, pietate insignis, impiger, laboris patientissimus, nefarios haereticorum antesignanos exultantes, in mendacio repressit, frenauit, ac mutos reddidit Dilinguę, & Oxonię (quę celebris Angliae, & Germaniae Academię sunt) cum vberrimo Catholicorum fructu. Sacram D. Thomę Theologiam interpretatus vita, voce, stylo hęreticos confutauit, ac deiecit, vt in historia Ecclesiastica horum temporum lib. 3. capi. 30. latius ostendimus. Concilio Tridentino, sub Pio quarto interfuit, & non solum in eo censendi ius habuit, sed etiam sententiam ferendo, tanta illius sacrosancti consessus approbatione, admiratione, acclamatione, vt omnium iudicio, & consensu Theologorum princeps iudicaretur, in quo ex immoderatis studijs, vigilijs, laboribus morbo contracto cursum consummauit, & maximo nostris, & alienis sui desiderio relicto sanctissime obdormiuit in Domino anno millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, mense Aprilis, scripsit tres libros eruditos de institutione sacerdotum, alios de Christiana institutione, compendium

Catho-

Catholicæ doctrinę, librum contra confessionem Vuitembergensem, libros etiam aduersus Ioannem Brentiũ hęresiarcham,& vltra hos alterum præ notatum, Methodus confitendi.

Diagus libr.1.c.43 F. Petrus Martyr Coma Barchinonẽsis conuentus filius, religionis obseruantia,atque eruditione clarus, primo Aragoniæ Prouinciæ moderator,deinde ad Elnensem Episcopatum assumptus mira sanctitate,doctrina,consilio,eleemosynisque oues suas pauit, scripsit Directorium Parochorum, librum etiam inscriptum,Doctrina Christiana,alterumque de Sacramẽtis. Cessit e vita sedulus ac sanctus præsul,anno millesimo quingentesimo septuagesimo octauo, tertio Nonas Marcii.

Fr. Petrus Martyr Lusitanus Olisiponensis Regij cœnobij alumnus, vir morum integritate conspicuus,& qui præstanti ingenio,acri iudicio, labore indefesso scholasticas disciplinas professus est, propter quod à Philippo tertio Hispaniarum Rege Catholico Vespertinæ Theologiæ Cathedrę in Coimbricensi florẽtissima Academia moderator delectus est,scripsit doctacõmẽtaria super tertiam partẽ D. Thomæ,& cũ in lucẽ prodeunda pararet, heu inuida mors, eum nobis abstulit magna nostrę familiæ,& Coimbricensis scholæ iactura,& mærore,anno Domini 1615.

Antonius Posseuin. F. Petrus Ledesmius Salmanticensis cœnobij alumnus,qui postquam claro ingenio,excellenti memoria, indefesso studio, graui iudicio Philosophicas, ac Theologicas literas feliciter didicit D. Thomæ Theologiam in Salmanticensi Academia arũ Principe Durãdi S. Thom. ac Vesperarum Cathedras regens,necnon antea in Regijs conuentibus Segouiensi,& Abulensi,magna sapientię opinione per quadraginta ferme annos egregie dilucidauit, scripsit eruditissimus magister in cunctorum communem vtilitatem,Tomum vnum prænotatum,De esse Dei super priores quæstiones primæ partis,alium de Sacramẽto matrimonij,alterum etiam de auxilijs diuinę gratiæ,& idiomate materno duos tomos,primum de Sacramentis, alterum de quæstionibus moralibus ad secundam secundę D. Thomæ pertinentibus. Obijt anno 1616. mense Septembris.

F. Petrus Caluus Lusitanus,& in Lusitaniæ regno Regius Ecclesiastes in sacra,& scholastica Theologia egregie versatus, edidit tractatum de lachrymis, quas iusti in tribulatione positi ad Deũ fundunt,& volumen satis doctum, & eruditum de concionibus Euangeliorũ Aduentus lingua Latina: & alia opera prelo dare parat. Viuit adhuc.

F. Philippus Menesius nobilissimo genere ortus alumnus cœnobij Turris Iuliensis vrbis in Extrema ora,sed clarior scientia, & religiosa obseruantia,vnde à Rege Catholico Philippo secundo ordinis sanctæ Mariæ Mercedis Redemptionis Captiuorum reformator,& visitator delectus est,quod munus vigilantissime subijt,scripsit Hispano idiomate eruditum librum de Doctrina Christiana, alterum item de animi luce,fuitq; sapientissimus iste magister moderator egregius Cathedræ sancti Thomæ in Complutensi Academia. Obijt anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo secundo.

ITALI.

FRATER Paganus Bergomas, non ille Inquisitor hæreticæ prauitatis,qui ab hęreticis an 1228. passus est,vt asserit Posseuinus: nam ille nullum scriptorum genus reliquit,sed alius,qui eruditione diuina, & scholastica floruit circa annũ millesimum trecentesimum vigesimum tertium,scripsit super vniuersum vetus, & nouum testamentum, atque Apocalypsim Ioannis,non autem in Epistolas D. Pauli,neque reliquorum Apostolorum,quinetiã scripsit summam contra hæreticos, librum de Aduentu, concionesque de tẽpore,atque de sanctis. *F. Ambrosius Taegius. 1. p. Fr. Albertus Venetus. F. Leãder Albertus, lib. 4. fol. 136.*

F. Paulus Guastaferrus Perusinus,declamator egregius,& eruditus, qui non tantum viua voce suis egregijs concioni- *Fr. Antonius Lusitanus.*

bus docuit plurimos, sed ad communẽ posteriorum vtilitatem concionum quadragesimalium volumen duo, item alterum Dominicalium, alterum de sanctis, circa annum millesimum ducentesimum septuagesimum quintum.

Frat. Michael Pociantius

F. Paulus Gualducius Epilestris Florentinus, morum grauitate, ac doctrina insignis Patriarcha Gradensis factus, scripsit scholia, & notas ad nouum testamentum, atque in Philosophiam Aristotelis, circa annum Domini 1320.

Frat. Michael Plodius li. 1.

F. Paulus Romanus confessarius Bonifacij noni, scripsit librum concionum, & alterum de B. Virgine Catherina Senensi, & nonnulla alia circa annum 1400.

F. Leander Albertus, lib. 4. fol. 146.

F. Paulus Bononiensis Philosophiç, ac Theologiæ cognitione clarus, Ecclesiasticique magni nominis, sanctorũ Patrum, & vtriusque sacræ paginæ lectione versatus, epistolas D. Pauli luculentis explanationibus illustrauit, circa annũ 1470.

F. Albertus Venetus lib. 4. fol. 153.

F. Paulus Soncinas in D. Thomæ, & scholasticorum lectione nobiliter excultus, vir ingenio acri, memoria tenaci, graui iudicio excellens, scripsit super Dialecticam Aristotelis, & Capreoli opera, super quatuor libros Sententiarum, in compendium redegit, & in Metaphysicam quęstiones doctissimas, & resolutione prętanti constantes. Obijt Cremonç, anno 1494.

F. Seraphinus Razi.

F. Paulus de Monelia Genuensis, studio sacrarum literarum, & morum venustate clarissim⁹ Galliæ Cisalpinę Prouinciæ moderator, sacri palatij Magister, ac demum per Alexandrum sextũ Episcopus Chiensis factus, & in Hungariæ regno Legatus, scripsit docte, super aliquos libros Scripturæ sacræ, circa annum 1496.

Frat. Michael Plodius li. 4.

F. Paulus Manna Cremonensis, scripsit super summam Theologiæ D. Thomæ, & super Philosophiam Aristotelis, circa annum 1546.

Fr. Antonius Lusitanus.

F. Paulus Rouadus Brixiensis, vir pius, & doctus collegit librum precum piarum ex sanctis Patribus inscriptum Conuiuium animę, quem postea ex latino Italicum fecit, circa annum millesimum quingentesimum septuagesimũ septimum.

Antonius Possevinus.

F. Paulus Grysaldus Perusinus sacrorum librorum Theologiæ scholasticæ, & sanctorum Patrum cognitione excellens moderator Prouinciæ Romanæ, scripsit aduersus hæreses, quæ ad annũ vsque 1580. ortæ sunt; decisiones fidei Catholicæ, ex sacrarum literarum, sanctorum, cõciliorum, Patrum, ac Doctorum scholasticorum fontibus, & sanctorum gestis deductas, & in vnum Alphabetico ordine collectas, circa annum 1582.

F. Paulus Minerua de Bari eruditione clarus, qui Prouinciæ regni Neapolitani moderator extitit, librum scripsit de Neomenijs Salomonis. Viuit adhuc.

Antonius Possevin⁹ Frat. Michael Plodius li. 4.

Frat. Paulinus Bernardinus Lucensis eximiæ vir pietatis, quique auitam ordinis disciplinam in Apruttina Prouinciã instaurauit, de cuius sinceritate, candore animi, modestia, pietate in Deũ, deuotione in Beatissimam Virginem Mariam, in proximos charitate sui neglectu, aliorũ ęstimatione, & susceptis pro religione laboribus, alij plura prædicabunt, scripsit librum prenotatum Cõcordia contra hæreticos, quodlibeta etiam de attributis, quæ Deo conueniunt, De Trinitate, de Angelis, de gratia, de Incarnatione, de Sacramentis, indicem quoque confecit præcipuarum sententiarum, quæ continentur in commentarijs Cardinalis fr. Thomæ de Vio Caietani. Obijt sanctissime anno 1585.

F. Ambrosius Taegius 1. p. Fr. Antonius Lusitanus.

F. Petrus Lascala in politioribus, ac diuinis literis eruditus, egregius Ecclesiastes, scripsit commentaria super Matthęum, & super Ioannem, volumen etiã concionum de tempore, aliud de sanctis, & super omnes sacræ paginæ libros fertur, quod postillas fecerit. Claruit circa annum 1262.

Frat. Michael Plodius lib. 1

F. Petrus Fulchonius Reggiensis Pontificis Gregorij decimi maior pœnitentiarius, qui ante ingressum ordinis celebris in iure Doctor habebatur, & post professionem Theologię studijs excul-

tus, scripsit summam, qua ius canonicũ cum diuino concordauit. Ius etiam ciuile ad certas conclusiones redegit, & fertur, quod Decretum ac Decretales memoria tenebat. Claruit circa annum 1272.

F. Sixtus Senensis li br. 4. F. Petrus Scala Veronensis vitæ probitate, atque eruditione insignis Episcopus Veronẽsis, scripsit postillam scholasticam in Ioannem, incipit, Nunquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila?

D. Antoninus 3. p. tit. 18. ca. 10. §. 1. F. Petrus de Andria Angelici Doctoris discipulus, moribus, & doctrina spectabilis, lecturam eiusdem sancti excepit, S. Matthæi Euangelium interpretantis, quam D. Thomas perlegens, & suã agnoscens permisit vt pro sua legeretur, atque haberetur. scripsit etiam librum de perfectione vitæ spiritualis. Claruit circa annum 1272.

Fr. Antonius Lusitanus. F. Petrus de Raisa sacrarum literarũ cognitione clarus scripsit eleganti stylo repertoriũ sacræ Scripturæ, & aliud opus, quod scripsit Filigolum volumen, etiam homiliarum. Claruit circa annũ 1295.

Frat. Michael Plodius li. 3. F. Petrus Forraca Genuensis eruditione eximia celebris copiosam summã collegit ad omnes materias per Alphabetum, quam prænotauit compendium donorum. Claruit circa annum 1310.

F. Ambrosius Taegius 1. p. F. Petrus Gallinus Bononiensis, vir doctus, scripsit volumina concionum, de tempore ac de sanctis.

D. Antoninus 3. p. tit. 23. ca. 11. F. Petrus de Clausia legendas (vt vocant) Sanctorum complurium collegit, etiam aliquorum, quos Iacobus de Voragine prætermiserat.

Frat. Michael Pocciantius. F. Petrus Strozzi Florentinus nobilis genere, sed sanctitate nobilior, scripsit aliqua opera super Arithmeticam, circa annum 1360.

Fr. Antonius Lusitanus. F. Petrus Pennensis Marchianus, scripsit librum de terra Sancta, quomodo à fidelibus fuerit amissa, & recuperari posset circa annum 1360.

Frat. Michael Plodius appendice. F. Petrus Maldura Bergomensis Philosophus, & Theologus præclarus, atq; studij Bononiensis Regens omnes Diui Thomæ libros redegit in compendium vnico volumine nimio studio cõplexum. Claruit circa annum millesimũ quadringentesimum septuagesimum.

F. Gregorius Lombardelus. F. Petrus Paulus de Cianciano Senẽsis doctrina, & concionibus præstans, scripsit volumen concionum quadragesimalium, & plura alia, circa annum 1470.

F. Leãder Albertus, lib. 4. fol. 140. Fr. Petrus Bergomensis, vita & doctrina clarissimus, D. Thomæ explanatione mirifice versatus, nimio studio, & industria cõflauit insigne opus, quod, Tabula D. Thomæ præscribitur, qua ordinauit, quidquid passim in omnibus Angelici Doctoris operibus continetur, & eam consulendo quisque quidquid D. Thomas docuit, facillime ex illa habebit, concordantias etiam dicto tum sancti Doctoris, quibus sibi ipsi aduersari videtur, parauit, illius dicta cõciliando, & quod non dissonent sensu, quamuis prima verborum facie videantur differre, dilucide expliquauit. Continet hoc præstantissimum opus mille ducenta viginti duo dubia cum totidem solutionibus. Collegit etiam indicem, quo omnes Scripturæ sacræ authoritates varijs in locis à D. Thoma expositas complexus est. Desumpti sunt ex istis indices generales, & scripturarum indices, qui quorundam Theologorum Louaniensium opera, D. Thomæ operibus summæ Theologicæ per Plantinum excusis appositi sunt. Claruit circa annũ 1480.

Fr. Albertus Venetus. ca. vltimo. Fr. Petrus Antonius Viterbiensis in diuinis, & politioribus literis egregie instructus, scripsit volumen concionum, circa annum 1480.

Frat. Michael Plodius li. 4. Fr. Petrus Paulus Aretinus Magister Sacri Palatij, qui Sacro Tridentino Cõcilio adsitit, ibique maximi æstimatus scripsit erudita cõmentaria super philosophiam Aristotelis, & aliquos Theologiæ tractatus anno 1560.

Antonius Possevin. Fr. Antonius Lusitanus. Fr. Petrus Martyr Morellus patria Garesinus, perdoctus atque egregius Euangelistes edidit Latinum dialogũ in nouem partes distributum, quem inscripsit Collyrium Mentis, Italice quoque in lucem emissum. Scripsit etiam alterum prænotatum, Compendium fre-

quentiæ diuinissimi Sacramenti, libros etiam edidit de modo se præparandi, ad deuote communicandum. Alterum item de virtute humilitatis ad Sabaudiæ Ducissam. Alium de modo contemplandi Rosarium B. Virginis. Triginta considerationes de inferno, de gloria cœlesti, & de Passione Domini. Claruit circa annum 1575.

Fr. Ambrosius Gozzeus.

Fr. Petrus Roseus à Casalnouo prouinciæ Apuliæ scripsit historiam suæ prouinciæ circa annum 1600.

Frat. Michael Plodius li. 4.

Fr. Petrus Martyr Baccionus Romanus scripsit historiam, & miracula Sanctæ Mariæ de quercu, arborem item sanctorum ordinis, & historiam virorum ordinis dignitate illustrium, circa annum 1600.

Fr. Petrus Paulus Romanæ prouinciæ alumnus, in diuina, & humana philosophia egregie instructus scripsit cõmentaria erudita in logicam, & in philosophiam Aristotelis. Viuit adhuc.

Frat. Michael Plodius li. 4.

Fr. Petrus Martyr ab Orconouo Lõbardus scripsit instructionem, ad procedendum in causis Sancti Officij. Summarium item ordinationum capitulorum generalium, ac Prouincialium Lõbardiæ à Concilio Tridentino, vsque ad annum 1603. scripsit etiam summariũ constitutionum, declarationum, & ordinationum, Capitulorum Generalium cum priuilegijs, & constitutionibus Apostolicis, & Decretis Concilij Tridentini, & congregationis Regularium, opus eruditum, ac valde necessarium. Viuit adhuc.

Fr. Albertus Venet.

Fr. Philipinus Ferrariensis in Aristotelis, ac D. Thomæ doctrina versatus scripsit librum quæstionum super tractatum F. Petri Hispani, narrationes etiam aduersus omnem statum, & materiam. Claruit circa annum 1310.

Fr. Albertus Venetus.

F. Philippus Peyra linguarum cognitione clarus scripsit Latino, & Græco sermone contra errores Græcorum, circa annum 1310.

¶ Pius Quintus Pontifex Maximus videatur supra, in Fr. Michael Gislerius, sic enim in ordine vocabatur.

F. Sixtus Senensis libro 4.

Fr. Placidus Parmensis celebris, & eruditus Ecclesiastes scripsit in omnes Dauidicos Psalmos explanationẽ eruditione, breuitate, atque elegantia insignem; item in Epistolam ad Romanos. Obijt anno 1553.

D. Antoni 3. p. tit. 18 cap. 10. Antonius Posseuinus.

Fr. Ptolomeus Lucensis discipulus D. Thomæ deinde Torsellanus Episcopus humanis, & sacris litteris egregie instructus, & in antiquis monumentis euoluendis scrutator celebris, scripsit magno volumine historiam Pontificum Romanorum, & Imperatorum, & breuiter attigit viros, qui temporibus singulorum claruerunt vsque ad Celestinum quintum, scripsit etiam historiam tripartitam noui int, & librum de regimine Principum. Claruit circa annum 1294. Hunc Doctorem esse Predicatoriæ nostræ familiæ Posseuinus silentio præterijt.

SICVLI.

FRATER Petrus Hieremiæ Panormitanus in Sacris Codicibus, & in Scholasticis disciplinis eruditus, atque in declamationibus ad populum egregius Ecclesiastes scripsit volumen concionum de tempore, alterum de sanctis, alterum de Dominicis, & de peccatis, ac pœnitentia, alterum conciones de fide, de Passione Domini ac de oratione Dominica viginti quinque. Claruit circa annum 1440. integritate vitæ, & fructuosa prædicatione celeberrimus, miraculis clarus.

F. Leãder Albertus, lib. 4. fol. 145. F. Thomas Facell. de rebus Sicul. lib. 2.

Fr. Petrus Ranzanus Panormitanus Episcopus Lucerinus, tam in humanis, quam diuinis literis egregie versatus, cuius percelebri opinione motus Ferdinandus Neapolitanus Rex, eum asciuit filio suo præceptorem præficiens, scripsit vitam B. Vincentij tribus libris distinctam, librum etiam de ciuitate Panormitana, & annales temporum. Claruit circa annum millesimum quadringentesimum octuagesimum.

F. Thomas Facelius, lib. 1.

F. Philippus Barberius Siracusanus, hæreticæ prauitatis Inquisitor, scripsit opus eruditum super librum Sapientiæ, circa annum millesimum quadringentesimum octuagesimum.

Hist. Prouinc. Siciliæ.

Frat.

GALLI.

Frat. Michael Plodius lib. 1

FRATER Petrus Remensis Franciæ Prouinciæ moderator, & postmodum Agenensis Episcopus factus moribus, & literis conspicuus scripsit opus compendiosum de glossis super Bibliam, carmine etiam complexus est historias sacræ paginæ. Claruit circa annum millesimum ducentesimũ quadragesimum secundum.

Fr. Antonius Lusitanus. F. Leãder Albertus, lib. 4. fol. 144.

F. Petrus Gallus egregius diuini verbi Ecclesiastes, scripsit volumen concionum de tempore, alterum de sanctis, circa annum millesimum ducentesimum sexagesimum secundum.

F. Leãder Albertus, lib. 4. fol. 147.

F. Petrus Vvalericus Narbonẽsis Vasconiorum Prouinciæ, fuit sui sæculi lucerna insignis vitæ probitate, & doctrina clarissimus prouinciæque Prouinciæ (Hispane Proença) per decẽnium sedulus moderator, scripsit librum de gradibus cõtemplationum, qui incipit, Notã fac mihi Domine viam, in qua ambulẽ. Obijt sancte anno millesimo ducentesimo septuagesimo septimo.

Fr. Sixtus Senensis lib. 4. verbo Innocẽtius. Tritbemi⁹

F. Petrus ẽ Tarentasia Heluetiorum oppido Innocentius quintus in Pontificatu vocatus, vir in diuinis scripturis eruditissimus, & in Philosophia Aristotelica nobiliter doctus, qui Theologiam Scholasticam multis annis in Gymnasio Parisiensi egregie docuit, deinde Prouincialis Franciæ, deinceps Archiepiscopus Lugdunensis, postea Cardinalis, & Episcopus Ostiensis, denique Pontifex Innocentius quintus appellatus, omnia opera D. Thomæ in epitomẽ redegit, & magnam suæ eruditionis laudem acquisiuit, scripsit in sacrosancta Biblia lecturas more scholastico varias, præcipue vero lecturæ, in Psalmos librum vnũ, in Cãtica Cãticorum librum vnũ, in omnes Epistolas D. Pauli libros quatuordecim, scripsit in Pentateuchum, & in Lucam Euangelistam, scripsit item in quatuor libros magistri Sententiarũ compendium item Theologiæ, atque tractatus de materia cœli, de æternitate mũdi, de intellectu, & voluntate. Obijt anno millesimo ducentesimo septuagesimo sexto, vndecimo Kalendas Iulij.

Fr. Ambrosius Taegius 1. p.

F. Petrus Aluernus, siue de Aluernia vir doctus, & sanctus discipulusque Angelici Doctoris, scripsit additiones aliquas ad commentaria D. Thomæ super librum de cœlo, quæ D. Thomas morte præuentus non perfecit, nimirum ad partem tertij, & ad quartum integrum: scripsit etiam commentaria super Aristotelem de moribus animalium, librũ de longitudine, ac breuitate vitæ, librũ de respiratione, & inspiratione de iuuẽtute, & senectute, scripsit etiam docta cõmentaria super tertium, & quartum librum magistri Sententiarum. Claruit circa annum millesimum ducẽtesimum septuagesimum sextum.

Frat. Michael Plodius li. 1.

F. Petrus Boncherius Parisiensis Doctor morum grauitate, atque scholastica doctrina conspicuus Episcopus Tinẽsis, scripsit egregie commentaria super quatuor libros magistri Sententiarum, circa annum millesimum ducentesimũ nonagesimum quintum.

Antonius Possæuin⁹

F. Petrus Euerardus, scripsit vitam B. Delphinæ à Puteo Michaele, Comitissę, & coniugis S. Auzliasij de Sabiano, Comitis Ariani.

F. Sixtus Senensis lib. 4. F. Leãder Albertus, lib. 3. fol. 84.

F. Petrus Paludanus Burgundus morum integritate eruditione sacra, scholastica, & Canonica clarissimus, Patriarcha Hierosolymitanus, Thomisticę doctrinę defensor præcipuus, scripsit iuxta triplicem sensum literalem, moralẽ & allegoricum, postillam in vniuersa sacrosancta Biblia, quæ multis voluminibus sat grandibus contenta, & in membranis manu scripta extat in Psalteriũ opus ingens (vt ait Fr. Sixtus Senensis) septem voluminibus digestum. In nostris Parisiensi, & Lugdunensi cœnobijs reperiuntur, hęc eruditissima commentaria, quæ docti viri percupiunt, vt in lucem edantur. Cumque in celeberrimo conuentu Parisiensi D. Iacobi, & extra in florentissima Parisiensi Academia inueniantur semper viri præstantissimi eruditione conspicui, & aliàs Rempublicam Christianam iuuandi cupidi

(cum ea vrbs felix Europę emporium zelo tuendę, ac dilatandæ Catholicę religionis mirifice splenduerit) mirum est quod tam insigne thesaurum è tenebris eruere, & in lucem emittere operam non nauarint, & adhuc patiantur in tenebris delitescere, præsertim, cum thesaurus rarus, pretiosus valde ac dignissimus, vt per eum quiuis Princeps, quodammodo immortalis reddatur, si tantum beneficium Reipublicæ Christianæ conferret, vt illum emitti in lucem, cum effectu mandaret; scripsit etiam commentaria super quatuor libros Sententiarum, atque librum historiarum præscriptũ. Liber bellorum Domini, librum item de potestate Papæ, tractatum de audientia confessionum, alium librum plurium quæstionum, quodlibeta varia, volumen concionum de tempore, & similiter de sanctis, librum contra Magistrum Ioannem de Poliaco, qui temere aduersus authoritatem Pontificis scripserat. Obijt in regno Cypri, & ibi pro Beato colebatur, circa annum 1320.

Antonius Posseuin. F. Petrus Antranensis edidit summã de fuga vitiorum, quę perutilis est, circa annum millesimum quingentesimum vigesimum.

F. Ambrosius Gozzeus. Antonius Posseuin. F. Petrus Auratus (Gallice Dore) cõuentus Blessensis in cõgregatione Gallicanæ filius, vir in scholasticis, & sacris disciplinis eximie instructus, & qui almum studium Parisiense, plures annos summa cum laude moderatus est, insuper & Ecclesiastes sua ætate per cunctam Galliam celebris, cum prioratum à Valle collium, qui caput est illius ordinis, adeptus sanctè direxisset, eidẽ prioratui vale dicens, vna cum suis concionibus, scriptisque diu, multumque laborauit, scripta vero per doctrinam spirant pietatem eximiam, & inter libros eius generis, vix quidquã in Gallijs, ait Posseuinus legisse, quod magis eum afficeret. Et quidem quoniam Galliæ populos hæresibus, & vitæ relaxatione, quasi obsessos ad sanitatem redigere conabatur, Gallice pene omnia scripsit, Quæ quidem sunt sequentia, Antica luinus, Paradoxa virtutis imago, spes secura, & firma patientiæ piscina, vitę arbor, sapientiæ collegium, Christianorum dialogus ardoris diuini sulphurata gratiæ conuersatio, Dialogus inter Deum, & Samaritanos. Turtur viduitatis, siue de tribus Ecclesiæ statibus, virginum, nuptarum, viduarum, Missæ meditationes. Humanæ vitæ deplorationes. Peccatoris via recta. Oratio Dauidis Prophetæ, quæ Psalmo 81. continetur. Spiritualis ceruus, pœnitẽtiæ opera, ouis pauimentũ. Nouę affinitatis arcus. Tractatus de vita, & morte Christiana, omnium tribulationum victoria, Dialogus, & doctrina Christianorum in Fide, Spe, & Dei amore. Floruit Parisijs regnante in Gallijs Henrico secundo, circa annum Domini 1550.

Fr. Antonius Lusitanus. Antonius Posseuinus. Fr. Petrus Diuolus conuentus Antisiodorensis alumnus, Parisiẽsis Doctor longe eruditus (de quo in nostra historia Ecclesiastica mentionem feci, lib. 3 cap. 17) vir tam zelo animarum, quam probatissima vita clarissimus, & qui pro virili passim grassantium se furori hæreticorum obiecit, & disputationibus, concionibusque magno spiritus feruore eorum peruersa dogmata, indefesso labore, & perpetua contentione confutauit, Catholicæ fidei cultores in auita religione conseruando, scripsit duo concionum volumina, de tempore, ac de sanctis. in quibus hæreses erudite satis impugnat. Obijt Parisijs, anno millesimo quingentesimo sexagesimo octauo.

F. Philippus Bromierdus, scripsit conciones per annum, & tractatus quosdã declamatoribus perutiles. Claruit circa annum millesimum quadringentesimũ nonagesimum.

GERMANI.

F. Ambrosius Gozzeus. FRATER Petrus Kallo doctrina, & religione conspicuus conflauit diffuse satis, ex diuersis Chronicis vitam B. P. Dominici, vitas quoque sanctorum copilauit, eorum etiam, quorum vix notitia communiter habetur.

Trithemi. Frat. Michael Plodius appēdice.

F. Petrus Niger in D. Thomę disciplina admodum excultus, scripsit librum prænotatum, Clypeus Thomistarum, item ad Episcopum Ratisponensem librum de conditionibus veri Messię contra Iudęos, circa annum millesimum quadringétesimum septuagesimū quintum.

Trithemi.

F. Petrus de KyrslacKen, scripsit librum eruditum de Passione Domini, circa annum millesimum quadringentesimum octuagesimum octauum.

Antonius Possevin.

F. Petrus Syluius scholasticis concertationibus excellens, præclarum opus edidit aduersus Martinum Lutherum heresiarcham, id autem prodijt Lipsiæ, anno millesimo quingentesimo quadragesimo, quę ciuitas tunc nondum tabo Lutheranorum dogmatum erat infecta.

BELGÆ.

Fr. Antonius Lusitanus.

FRATER Petrus Bruxellensis, vel Crocharch in Physicis, ac Theologicis disciplinis egregie instructus, scripsit in Dialecticam Aristotelis annotationes super Petrum Hispanum, cōmentaria & quęstiones super libros Physicorum, & etiam super libros de anima, circa annum Domini millesimū quingentesimum decimum.

Antonius Possevin.

F. Petrus Barberius Prior cōuentus Louaniensis, vir pius, & doctus, scripsit hortulum precationum, circa annum millesimum quingentesimum septuagesimum primum.

Aubertus Miræus.

Fr. Petrus Bacherius Gandensis, in Theologia, & diuina pagina egregie versatus, necnon politioribus literis, tûm Græcis, tûm Latinis excultus, & in declamationibus ad populum celebris, & nemo maiore, & firmiori argumentorum copia hæreticorum commēta Bruxellis, Antuerpiæ, Gandaui, Hagæ, Comitij, Dordraci, Calcariæ Cliuorum, alijsque in locis annos fere sexaginta de superiore loco retuderit, in quibus perpetuo insectandis, atque exagitandis patroni sibi cognominis D Petri Martyris exemplo vehemētissimus, & acerrimus fuit, cū ea esset vi in animis hominum permouendis, nemo, vt temporibus illis, cum de rebus omnibus, quas ad populum, ab oratoribus dicebantur peracria, & exquisita indicia fiebāt, maiorem audientium coronam cogeret. Scripsit Enchiridiō sacrorum carminū & piarum precum tribus libellis distinctum, è Latino in Flandrense, & Gallicum idiomate versum. Homilias super Euangelia ab Aduentu, vsque ad Pascha, homilias etiam in omnes Epistolas quadragesimales. Apologeticum pro defunctis, speculū militiæ Christianę, in quo non solum Imperatores, ac Duces, sed etiam castrorum præfecti recte viuendi normam, cum fructu intueri possunt. Eo iam demortuo prolatū est in lucem Enchiridion Theologiæ pastoralis ab ipso conscriptum, liber item prænotatus Clangor pœnitentiæ, siue concionum, super epistolas quadragesimales speciosus Thesaurus. Obijt Gandauensi in cœnobio, anno millesimo sexcentesimo primo, pridie idus Februarij, ætatis suę 84.

POLONI.

Frat. Michael Plodius li. 3.

FRATER Petrus Polonus assidua sacrorum voluminum lectione eruditus, scripsit commentaria in Euangelium Lucæ. Claruit circa annum millesimum quadringentesimū sexagesimum quintum.

R

HISPANI.

D. Antoninus 3. P. tit. 23. ca. 11. §. 2. Fr. Leander Albertus lib. 1. fol. 35. Fr. Antonius Domenec de sanctis Cathaloniæ. Diagus li. 1. cap. 11.

SANCTVS Raymundus à Peñafort Barchinonensis, nobilissimo genere ortus, & (vt Leander Albertus Laurentius Surius, & Franciscus Diagus asserunt) Regio Aragonum sanguine concretus, sanctitate miraculorum gloria, atque eruditionis canonicæ, ac Theologicæ præstantia per totā Ecclesiam celebris Generalis magister

nostri

nostri ordinis Regis Aragonum Iacobi Expugnatoris à sacris cõfessionibus fundator ordinis B. Mariç de Mercede Redemptionis Captiuorum in regnis Aragonum, Valentiæ, & Cathaloniç supremus hæreticorum censor, qui Archiepiscopatui Tarraconensi, & Purpuræ cessit, iussu Gregorij noni Decretales, quæ erant sparsæ in vnum volumẽ quinque distributum libris redegit. Cõposuit summam de casibus conscientiæ summam quoque de pœnitentia, & spõsalibus, constitutiones item nostri ordinis concinnauit, scripsit de duello, & bello. Ad cœlestem patriam euolauit, anno millesimo ducentesimo septuagesimo quinto, octauo Idus Ianuarij in die epiphaniæ prope cẽtenarius, quem Clemens octauus sanctorum Catalogo ascripsit anno millesimo sexcentesimo primo; tertio Kalendas Maij.

Diaguli. 1. cap. 28. F. Raymundus Martini Barchinonẽsis, vir in Theologicis, ac Physicis disciplinis eruditus, & linguarum notitia clarus, nam Latinæ, Hebrææ, Arabicę, & Chaldaicæ peritia pollebat, scripsit aduersum Alcoranum Sarracenorum, librũ etiam aduersus Iudęos, quem prænotauit, Capistrũ Iudæorum, alterum quoque contra eosdem inscriptum, Pugio de diuersitate errantium à via salutis, quem quidem Latine, atque Hebraice scripsit. Obijt anno millesimo ducẽtesimo octuagesimo quarto.

Diaguli. 1. cap. 8. F. Raymundus à Ponte sanctitate, atque scientia insignis, cum esset quintus Episcopus Valentinus assumpsit habitum nostri ordinis, & post nouem annorum spatium obdormit in Domino, anno millesimo trecentesimo duodecimo, scripsit librum de Sacramentis Ecclesiæ perutilem, non tantum Ecclesiarum parochis, sed etiam cunctis Christi fidelibus.

Diaguli lib. 1. c. 64. F. Raymundus Paschalis conuentus Barchinonensis alumnus in diuinis, ac politioribus literis nobiliter versatus, scripsit commentaria super Epistolam D. Pauli ad Romanos, & idiomate Cathalano, librum de Rosario B. Virginis circa annum millesimum sexcẽtesimũ.

F. Raphael à Turre cœnobij Salmanticensis filius, & in feraci, ac nobilissima Extremæ oræ Prouincia ortus, vir, tam morum integritate, quam scholastica eruditione clarus, in quo nescias, quid primum admirere, ingeniumne, an morum suauitatem, eruditionem, an vitæ probitatem, prudentiam in gubernando, an modestiã, & comitatẽ, qui postquã eximio ingenio, excellenti memoria indefesso studio Philosophicas, atq; Theologicas literas, per viginti annos, magno auditorum fructu professus fuisset, & quater in Priorem celeberrimi Salmanticensis cœnobij assumptus, iam sexagenario maior, animum ad scribẽdum appulit, ediditque vsque adhuc erudita commentaria duobus distincta tomis super secundam secundę S. Thomæ à quæstione 78. vsque ad quæstionem 100. tertium circa materiam de statibus nondum edidit, quem studiosi Theologi auidissime desiderant. Viuit adhuc.

F. Raphael Natalis Tarraconensis cõuentus alumnus, scripsit librum prænotatũ, Doctrina Christiana. Viuit adhuc.

ITALI.

FRATER Raymundus Pipernas collegit ex explanationibus D. Thomæ scholasticã lecturam in Euangelium Ioannis incipientem. Vidi Dominũ, circa annum millesimum ducentesimum octuagesimum. *Fr. Sixtus Senensis lib. 4.*

F. Raymundus Capuanus nostri ordinis Generalis magister sanctitate, ac doctrina celebris, qui sanctæ Catherinæ Senensis à sacris confessionibus extitit scripsit tractatum lectu dignissimum in canticum B. Virginis, Magnificat, composuit item officium visitationis eiusdẽ Beatæ Virginis, vitam Beatę Catherinæ Senensis, Virginis item B. Agnetis è monte Politiano sanctimonialis nostri ordinis, Epistolas hortatorias ad diuersos pietatẽ spirãtes. Obijt Norimbergæ anno millesimo trecentesimo nonagesimo nono; eius corpus inde Neapolim translatum ad D. Dominici Regiam *D. Antoninus p. 3 tit. 23. ca. 12. F. Leãder Albertus lib. 1. fol. 43. Fr. Antonius Lusitanus.*

ędem

F. Ambrosius Targius 1 p. F. Leāder Albertus, lib. 4. fol. 148.

ςdem, vbi prope maius altare requiescit.

F. Raynerius Sachonus Placentinus, cum Deo miserante ab hæresi, ad Catholicam fidem conuersus in sacrum nostrum ordinem ingressus fuisset, tales vitę sanctimonię, atque eruditionis profectus edidit, vt Inquisitor hæreticę prauitatis sit factus, verbo, atque opere Catholicam rem fortiter propugnauit, & summam aduersus hæreticos eruditā edidit, circa annum millesimum ducentesimum quinquagesimum quartum.

S. Antoninus 3. p. titulo 23. cap. 11. F. Leāder Albertus. lib. 4. fol. 158.

F. Raynerius Pisanus Theologiæ iurisque Canonici cognitione clarus, scripsit duobus libris volumen, quod Pantheologiam inscripsit, quasi cuncta ad Theologiam spectantia complectens, summam item casuum conscientię, quę Raynerianа dicitur, quę omnia sæpe iam pius ad communem vtilitatem recusa sunt. Claruit circa annum millesimum quadringentesimum decimum quartum.

F. Leāder Albertus, lib. 4. fol. 150.

F. Ramantinus Florentinus scripsit ad Vrbanum quintum, librum prænotatum Paschale, quo Kalendarium correxit, & commentaria super Senecam, iussu Clementis sexti circa annum millesimum trecentesimum quinquagesimum.

F. Leāder Albertus, lib. 4. fol. 150.

F. Raphael Soncinas varia Theologica opuscula scripsit eruditione plena, circa annum millesimum quadringentesimum.

F. Leāder Albertus, lib. 4. fol. 140.

Fr. Raphael de Prouasio Genuensis religiosæ vitæ, ac Theologiæ disciplinæ decore ornatus, scripsit librum de Conceptione B. Virginis, tractatum etiam de proprio non habendo, & alios varios tractatus, circa annum 1465.

Frat. Michael Plodius li. 4.

F. Raphael de Ripa Venetus, qui ob singularem eruditionem, & morum grauitatem ad Episcopatum Corsulanum est assumptus, scripsit tomum commentariorum satis doctum super primam partem S. Thomę, & volumen super tractatum de ente, & essentia D. Thomæ, & Cayetani. Obijt anno millesimo sexcentesimo vndecimo.

Fr. Antonius Lusitanus.

F. Reginaldus de Aceto Neapolitanus Theologus eruditus edidit expositionem, anni sancti Iubilei, tractatum item Italice de Sacerdotum cœlibatu, alterum de diuitijs spiritualibus librum de Rhetorica, noua opuscula, & thesaurum linguę Hetruscæ. Viuebat Neapoli in insigni conuentu S. Petri Martyris, anno millesimo quingentesimo septuagesimo septimo.

Frat. Michael Pocci ntius. Frat. Michael Plodius li. 1.

Fr. Remigius clarus, Florentinus in Theologicis, & sacris disciplinis instructus, & insuper insignis Euāgelistes, scripsit quęstionum Theologicarum volumen per Alphabeti seriem, librum etiā quodlibetorū, in quo decem, & septem tractatus apposuit. alterum item librū Philosophicum de modis rerum, rursus duo sat grandia volumina concionum, alterū de sanctis, ordiens à S. Andrea, alterum de tempore per totum annum à prima Dominica Aduentus. Obijt Florentię post multos editos labores, quos etiam Parisijs communicauit, cum ibi publice sententias Magistri interpretaretur, anno millesimo trecentesimo nono.

Fr. Sixtus Senēsis li. 4. Antonius Posseuin.

Fr. Remigius Nanninus Florentinus in sacrę paginæ, ac Theologiæ cognitione versatus, scripsit in sacros vtriusque testamenti libros annotationes eruditas, quibus historiam virorum illustriū, & descriptionem animalium, plātarū, lapidum, montium, fluminum, vrbium, oppidorum, cæterorumque huius mundi rerum, quæ passim diuina Scriptura commemorat, diligentissime complexus est. Collegit etiam scholia in epistolarum, & Euangeliorum lectiones, in vno volumine Italica lingua edito, & Dauidicos Psalmos Hetruscis carminibus concinnauit: prǽterea in vnum collegit præstantiores orationes, tum Italica, tùm Latina lingua conscriptas, quas patrio sermone donauit, singulasque suis scholijs exposuit: præterea Marci Maruli librum inscriptum, Institutio beate, & bene viuendi, è Latino Italicum fecit, qui etiam anno millesimo quingentesimo sexagesimo nono, à sanctissimo Pontifi. e Pio V. vocatus adverbe emendationibus, & adnotationibus

operum D. Thomę singulis laboribus Angelici Doctoris in vnum colligendis ac nouis typis excudẽdis prę fectus est, circa annum millesimum quingentesimum septuagesimum.

Frat. Michael Plodius li. 4.

F. Remigius Florentinus in Theologia, iureq; Canonicô instructus, scripsit volumen in duos libros distributum, de Summi Pontificis authoritate, deque Episcoporum residentia, & de beneficiorum pluralitate: Arborem etiam Põtificũ, Cardinalium, Archiepiscoporũ, Episcoporum Sanctorũ, & Beatorũ ordinis nostri, Tractatum de laudibus B. Virginis atque etiam suis adnotationibus, & notis correxit, & illustrauit historiam vniuersalem Italiæ Matthæi Villani, quin imo humanitatis studiosis epistolas Ouidij, versibus heroicis Hetruscis disposuit. Claruit circa annum millesimum quingentesimum octuagesimũ octauum.

Frat. Michael Pocciantius. Frat. Michael Plodius libr. 1.

F. RicholdusFlorentinus suscepta peregrinatione in Asiam, Coranum Mahumetis legem, quam alij cum articuli præpositione Alcoranum vocant, ex Arabico in Latinum translatum commentarijs oppugnauit, quam confutationem Demetrius Cydonius Græce, reddidit; alterum item librum edidit inscriptum Improbatio Alcorani, qua decem, & septem capitibus errores Sarracenorum referuntur, ratioque qua aduersus eos sit disputandum, atque Coranum Mahumeti Basileę impressum, & similia cum scholijs adnotationibus, & prefationibus item in vulgari lingua non nisi concessione Inquisitorum haberi posse, cauit, index Romanus librorum prohibitorum. Obijt Florentiæ, anno 1309. pridie Kalendas Nouembris.

Frat. Michael Pocciantius.

Fr. Robertus Rannuncius Florentinus egregrius concionator, & Philosophus, ac Theologus eruditus, scripsit super Dialecticam Aristotelis, & super Rhetoricam, circa annum 1510.

Fr. Ambrosius Taegius 1. p.

F. Rolandus Cremonensis, qui in primordijs ordinis, cum esset Bononiensis Academię Theologiæ Cathedram regens seculi vanitate contempta, togam nostræ familiæ assumpsit, & Parisios

A missus primus extitit ẽ nostro ordine ad Doctoralem lauream in Academia Parisiensi euectus, scripsit summã Theologiæ eruditam. Obijt anno 1259.

Fr. Albertus Venetus.

F. Romanus Vincentinus literis clarus, & declamator egregius, viua voce sedulos, feruoreque plenos emittẽdo latratus, scripsit volumen concionum, circa annum millesimum ducentesimum nonagesimum quintum.

SICVLI.

Hist. Prouinc. Siciliæ

B FRATER Reginaldus Montorus nobilis genere, sed moribus, ac literis nobilior Inquisitor hęreticę prauitatis in regno Siciliæ, deinde Cephaludensis Ecclesiæ Episcopus, scripsit de naturalibus reductionibus librum, & de futurorum contingentium difficultate, circa annum millesimum quingentesimum vndecimum.

GERMANI.

Trithemi.

C FRATER Reynardus de Fronthouen Teutonicus, scripsit conciones de tẽpore, ac de sãctis. Obijt Confluentiæ Reni, & Mosellæ, circa annum 1410.

D. Antoni 3. p. tit. 18 cap. 10.

F. Reginaldus, vir doctus & D. Thomæ socius, qui ex eodem D. Thoma docente excepit commentaria in Euãgelium S. Ioannis, à quinto capite, vsque ad finem, quę postea D. Thomas legens pro suis haberi voluit, quare & eius nomine circumferuntur. Idem præstitit Fr. Reginaldus super plures Epistolas D. Pauli, & in libros Aristotelis de Anima D eodem D. Thoma illos interpretante. Clarus circa annum millesimum ducentesimum septuagesimum.

Fr. Albertus Venetus.

F. Richolfus de Colonia eruditione scholastica excellens, scripsit commentaria super quatuor libros Sententiarũ, circa annum millesimum trecentesimũ quinquagesimum quintum.

Fr. Antonius Possevinus.

Fr. Rochus Mamerolius in scriptura sacra exercitus edidit volumen viginti concionum super Ionam Prophetam, & quinque in Dominicos dies aduen-

tus, ac

tus, ac festum Natiuitatis Domini, Virduni, circa annum millesimum quingétesimum septuagesimum quintum.

Fr. Ambrosius Taegius 1. p. Fr. Rodulphus Orphodius egregius D. Thomæ doctrinæ propugnator, scripsit volumen quæstionum pro ipso D. Thoma aduersus Henricum à Gandauo, Ægydium & alios, circa annum millesimum ducentesimum nonagesimũ.

ANGLI.

Fr. Albertus Venetus. FRATER Richardus Castriconensis scholasticæ Theologiæ, & sacræ paginæ studijs excultus, scripsit commentaria super quatuor libros Sententiarum, & super Apocalypsim, circa annum millesimum ducentesimũ septuagesimum.

Fr. Albertus Venetus. F. Richardus Phisaya peritia Theologica insignis, scripsit commentaria super quatuor libros Sententiarum, circa annum 1270.

F. Antonius Lusitanus F. Richardus Strauanellius in diuinis literis admodum versatus, scripsit Concordantias super totam Bibliam, quæ vocantur, Concordantiæ Anglicanæ, circa annum 1290.

F. Leãder Albertus, lib. 4. fol. 147. F Richardus alter egregius diuinorum librorum expositor, scripsit librum de interpretationibus vocabulorum veteris testamenti, & alterum de virtutibus, circa annum 1300.

F. Leãder Albertus, lib. 4. fol. 138. Fr. Richardus Clapoel in Physicis, ac Theologicis disciplinis exercitatus, scripsit commentaria in quatuor libros Sententiarum: item librum aduersus corruptorium D. Thomæ, librum de immediata Dei visione, alterum de vnitate formarum, item quæstionum Theologicarum alium. Claruit circa annum 1304.

Antonius Posseuin. F. Rogerius DymmocK, vir apprime doctus, scripsit duodecim eruditos libros aduersus hæreses, & librum ordinariarum quæstionum, circa annum millesimum trecentesimum nonagesimum.

F. Ambrosius Taegius 1. p. F. Albertus Venetus. F. Rupertus (vel Robertus) Ribuerbius, qui ante ingressum ordinis erat Parisijs Metaphysicæ regens præclarus, atque à beato F. Reginaldo ad ordinem alectus Theologus eximius euasit, moderator Angliæ Prouinciæ, integritate morum, ac prudentia clarus, scripsit librum de differentia spiritus & animæ super epistolas item ad Romanos, & ad Corinthios cõmentaria, librum de diuisione sacræ Scripturæ, super librum de causis, & tractatum vnum de instantibus. Claruit circa annum millesimum ducentesimum quadragesimum.

Abbreuiator Gesneri. F. Rupertus (qui & Robertus) Eboracensis Philosophus, ac Theologus magni nominis, & diuinarum disciplinarũ valde studiosus, scripsit librum vnum de magia cæremoniali, librum de mysterijs secretorum & correctorium alchimiæ, circa annum millesimum ducentesimum quadragesimum octauum.

F. Leãder Albertus, lib. 4. fol. 149. Antonius Posseuin. F. Rupertus (qui & Robertus) Oxfordius, scripsit volumen prænotatum, Protectorium D. Thomæ, Determinationum item variarum librum, alterum vero aduersus Henricum Gandauensem, & alium aduersus primum AEgydij, & aduersus quosdam Sorbonistas alterũ, circa annum millesimum ducentesimũ septuagesimum.

F. Ambrosius Taegius 1. p. Fr. Antonius Lusitanus. F. Rupertus (vel Robertus) Kamuilvertim inter insignes sui temporis viros celebris habitus primum Canthuariensis Archiepiscopus, postmodum Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, scripsit super quatuor libros Sententiarum, opusculum de Sacramento altaris, de ortu sciétiarum, de natura relationis, de vnitate formarum, de prædicabilibus super prædicamenta Aristotelis, super omnia Parua naturalia in librum sex principiorũ in libros Aristotelis Priorum, & Posteriorum, super libros Physicorum, & de cælo, de generatione, & corruptione, de anima super libros Metaphysicæ, super Boetium, super Priscianum, Sophisticam Logicalem etiam scripsit, & Sophisticam Grammaticalem, librum de rebus prædicabilibus, alterum de consciétia. Obijt Viterbij, anno millesimo ducentesimo octuagesimo octauo.

Tritbemi. F. Rupertus (qui & Robertus) scripsit super quatuor Sententiarum cõciones,

Fr. Sixtus Senẽsis li. 4. F. Leãder Albertus, lib. 4. fol. 136. Fr. Antonius Lusitanus.

item de tempore, ac de sanctis, & commentaria super libros Aristot. 1310.

Fr. Rupertus Holchot in scholastica Theologia valde exercitatus, & in sanctis Scripturis exponendis prȩstans, scripsit lecturam in librum Sapientiæ, & lecturam in Canticum Canticorum, nouissime vero composuit in septem priora capita Ecclesiastici, lecturam scholasticam in octoginta, & octo lectiones diuisam, copiosa & subtili eruditione refertam, quam imperfectam reliquit oppressus morte, ex acri illa pestilẽtia, quę fuit anno 1349. sub Carolo quarto Imperatore. Scripsit etiam super Ecclesiastem, & super quatuor Euangelia, item in quatuor libros magistri Sententiarũ, alium librum de septem peccatis mortalibus, alterũ de moralitatibus ad verbum Dei Euangelizantes, alium de immortalitate animæ, de impunitate peccati, de libertate credendi, de motibus naturalibus, de effectibus stellarum, de ludo scachorum, & quadragesimale concionum. Obijt anno millesimo trecentesimo quadragesimo nono, non autẽ anno millesimo trecentesimo decimo quarto, vt Frater Leander Albertus ait.

Fr. Sixtus Senẽsis libr. 4. Fr. Antonius Senẽsis.

F. Rupertus Anglus professione scholasticus postillam fecit in Iob, in Danielem, in Ioannem, in Matthæum, & in Lucam.

F. Rupertus Humbleton scholasticis disciplinis eximie versatus, scripsit summam Theologiæ, libro vno, alterum librum scripsit lectionum scholasticarum & aduersus Vviclephistas, librum alterum, circa annum 1390.

S

HISPANI.

FRATER Saluator Pons Barchinonensis cœnobij alumnus, Scripturæ sacrę in Academia Barchinonensi primarius interpres, scripsit A librum eruditum expositionis Psalmi quinquagesimi idiomate Hispano, alterum de vita D. Raymundi, item de vitis sanctorum Celidonij Armenterij, & Madronæ. Viuit adhuc.

Diagus li 2. cap. 92.

F. Sanctius Besaran Oscensis conuẽtus alumnus, & in regnis Aragoniæ, Valentiæ, & Cathaloniæ Inquisitor generalis, scripsit librum aduersus errores Arnaldi à Villanoua, circa annũ 1413.

Diagus in 2. cap. 35. Fr. Sixtus Senẽsis libr. 4.

F. Sãctius à Porta Cęsaraugustani cõuentus alumnus, eximius sacræ Theologiæ professor, & sacri palatij magister, B scripsit conciones de tẽpore, ac de sanctis volumine vno, quo sermones etiã Paschales complexus est, alterum concionum de B. Virgine, anno 1429.

F. Sebastianus Brauo Methymnensis Regij S. Andrȩæ cœnobij filius, scripsit super Pẽtateuchum ex operibus D. Thomę, colligens sentẽtias & loca, quę D. Thomas ex istis quinque libris explicat. Obijt anno 1608.

F. Sebastianus Pons cõuẽtus S. Onophrij alumnus Aragonię Prouinciæ, sed C in cõuentu S. Maximini in Gallia Theologię prȩlector eruditus, scripsit duos libros aduersum hȩreses Hugonotorũ, & Caluinistarum. Viuit adhuc.

Historia prouinciæ Lusitaniȩ

F. Stephanus Leytonus Lusitanus, scripsit pium, & deuotum tractatum, de laudibus montis Caluarij, & librum cõsiderationum, super concordiã Iansenij

ITALI.

Fr. Sixtus Senẽsis libr. 4. Fr. Antonius Lusitanus.

D FRATER Sanctes Pagninus Lucensis, concionator Apostolicus, vir in diuinis scripturis apprime eruditus, & trium linguarum sed Hebrȩæ potissimum peritissimus, cum animaduertisset celebrem illam Hieronymi versionem temporum iniuria, & hominum incuria, vel magna ex parte intercidisse, vel magna ex parte fuisse corruptã, tentauit & ipse nouã aggredi totius scripturæ trãslationẽ Leone decimo Pontifice maximo hortãte, & sumptus operi necessarios prȩbente. Collatis igitur interse multis, iisdẽq; probatissimis Hebrȩorũ exẽplaribus quãta

ma-

maxime valuit diligentia, ac fide omne vetus testamẽtũ ex Hebraica veritate Latinitati donauit, & Hebraicorum nominum multitudinem, quam priores interpretes in Latinas voces inflexerant, Hebraicæ linguæ prolationi restituit, vt que lector haberet rectam rationem pronunciandi Hebraice accentus Hebręis dictionibus superposuit, additis quibusdam in margine totius voluminis numeris, qui indicarent, quot in singulis Hebraicæ scripturæ capitulis versiculi, quos Pesuchim appellant Iudæi, continerentur, quæ omnia tam solerti cura executus est, vt eius editionem peritissimi Hebræorũ Rabbini, omnibus, quę nunc extant translationibus præferāt, multis eam laudibus attollentes, vertit quoque non minori laude nouum omne testamentum, iuxta Græcam fidem in quo, sicut & in veteri testamẽto vulgatæ editionis authoritatem, manente Gręci contextus sententia sequi conatus est, opusque suũ Clementi septimo Pontifici maximo dedicauit. His addidit de interpretatione Hebræarũ, Chaldæarum, Gręcarumque dictionum sacris in literis contentarum librum vnũ in quo iuxta idioma cuiuscumque linguæ, proprias posuit interpretationes, deriuationes, ac eorum compositiones citatis libris, atque capitulis diuinę Scripturę, vbi vnaquęque dictio sic, vt ab eo interpretata, & exposita est, continetur, idem collegit ex omnibus Hebraicis Rabbinorum dictionarijs ingẽs Hebraicum lexicon, Thesaurum linguę sanctę, non immerito appellatũ, in quo omnes opes ac diuitias linguę sanctæ in vsum eorum, qui ad Hebraicam sacrarum literarum peritiam aspirāt, affluẽti copia congregauit. Edidit præterea ad imitationem Ticonij, & Augustini, librum vnũ, cui titulus est, Isagoge ad sacras literas, in quo ex antiquis patribus multas regulas collegit, ad exponẽdas obscuras phrases, figuratas locutiones, & mysticos diuinarum scripturarũ sensus summopere necessarium. Composuit quoque consimilis argumenti libros decem & octo admiranda omniũ

A cœlestium rerum copia, varietateque refertos, quos, Isagogas ad mysticos sacræ Scripturæ sensus intelligendos, inscripsit, quia in eis de mysticis, & spiritualibus sacrarum dictionum sensibus iuxta literarum seriem pertractat, vniuersam pene diuinam Scripturam, sub huius occasionis prætextu mysticẽ exponens. Incitatus est autem, ad hunc laborem, vt ipsemet indicat exemplo D. Eucherij, Episcopi Lugdunensis, qui librum non dissimilis argumenti, De diuinis formulis prænotatum, ex multis

B veterum monumentis collegit. Collegit item, nõ sine magno labore, opus ingens in Pentateuchum, sex magnis voluminibus distinctum, Catenam argenteam appellatum, in quo Hebręorum, Græcorum, ac Latinorum expositiones velut annulis quibusdam inuicem insertis contexuit. Cõsimili etiam industria congregauit Catenam argenteam in totum Psalterium in tres partes dissectam. Item in totum Psalmum 118. Grāmaticam Hebraicorũ verborũ expla-

C nationẽ tyronibus linguæ sanctę vtilissimam, quæ institutioni Hebraicæ eiusdem authoris annexa est. Obijt Lugduni, anno millesimo quingentesimo quadragesimo primo, & ibi sepultus est, marmoreo tumulo in medio Choro sacræ ędis nostræ Prędicatorię.

F. Sanctes Marmochinus Florentinus plura scripsit ad communem vtilitatem: inter illa extant Dialogus de tẽpore, incipit, Quid est mẽsura, Dissertatio item Italice conscripta de festis mo-

Frat. Michael Pocciatius.

D bilibus, quidque sunt ipsa mobilia. Obijt Florentiæ in conuentu sancti Marci.

F. Sanctius Arena Florentinus Theologus cõspicuus, & in declamãdis ad populum concionibus insignis Ecclesiastes, scripsit duos libros, siue primam & secundam partem Horti spiritualis Hetrusco sermone aduersus pertinaciam hæreticorum. Obijt anno millesimo quingentesimo septuagesimo quarto, in Portu Herculis ad littus Tyrrheni Maris.

Frat. Michael Plodius li. 4.

F. Sebastianus Castelletus Romanus, scripsit vitã D. Raymundi, & librum de

F. Ambrosius Gotaxeus.

sancta Cecilia, circa annum millesimũ sexcentesimum.

F. Ambrosius Gozzeus. Frat. Michael Plodius appẽdice. Antonius Posseuin.

F. Sebastianus Cataneus Mediolanẽsis (quamuis Posseuinus esse nostræ familię silẽtio prætereat) Episcopus Chiemensis, suffraganeus Archiepiscopatus Salisburgensis, edidit sępius summulã casuum conscientiæ, & Enchiridion eorum, quæ in controuersiam ab hæreticis vocantur, tractatum etiam de censuris Ecclesiasticis, de vsuris, & cãbijs, librum conditionum eorum, qui promouendi ad ordines beneficia, siue ad officia Ecclesiastica, per quęstiones & respõsiones, breuiter digestas. Clarnit circa annum millesimum sexcentesimum quintum.

Fr. Antonius Lusitanus. Antonius Posseuin.

F. Seraphinus Caballus Brixiensis, vitæ sanctitate ac doctrina celebris; qui anno millesimo quingentesimo septuagesimo primo, ad totius nostri ordinis generalem præfecturam est assumptus humanę, ac diuinæ Philosophiæ cognitione clarus singulare nostrę religionis specimen, & ornamentum, qui totus (iuxta vim nomenclaturæ, & proprietatem) igne amoris ardẽs religioni instaurandę incubuit, in nihilo sibi parcens vsque ad annum millesimum quingentesimum septuagesimum octauum, duodecimo Kalendas Decembris festiuitate Præsentationis B. Virginis, qua Hispali dum in Bethica Hispania, sui gregis vultum considerat, à morte inuida nobis eripitur. Scripsit varias epistolas pias & eruditas ad obseruantiam nostri instituti; librum magistri F. Humberti de eruditione religiosorum, & vitas sanctorum nostri ordinis, ex Surio Carthusiano collectas, vt pręlo darentur curauit vnicuique opusculo præfixit epistolam ad vniuersum gregem, sibi à Domino creditũ. Cumque sodalitates, quæ dicũtur sanctissimi nominis Dei, & Rosarij B. Virginis (quæ erat sua pietas, ac in Virginem matrem deuotio singularis) admodum propagasset nouis condonationibus à Pio quinto, & Gregorio XIII ditatas officium proprium diei festo celebrando, ex institutione eiusdem Gregorij XIII. Dominica prima Octobris

A componi mandauit. F. Ioannẽ de Turrecremata Cardinalem in Gratiani Decretum recudi iussit, qui si diutius vixisset F. Petri de Palude commentarij ad vniuersa Biblia lucem aspexissent, magna Theologorum vtilitate, quod quidẽ ipse sedulus, & sanctus generalis maxime optabat.

Frat. Michael Plodius appẽdice. Antonius Posseuin. Antonius Lusitanus

F. Seraphinus Banquellus Florentinus composuit Theoremata varia, super totam Philosophiam Aristotelis.

Fr. Seraphinus è Merodio, qui cum F. Bernardino Lucensi in congregatio-

B ne Apprutina sanctę Catherinę Senensis (quæ modo erecta est in Prouincia) disciplinę religiosæ restituendę totus incubuit, scripsit conciones de tempore, ac de sanctis, hymnos item pios vltra sexcentos, quorum plures in Florentina ditione interdum decantabantur, vitas quoque aliquot sanctorum vtriusque sexus Italico idiomate, edidit circa annum millesimum quingentesimũ octuagesimum.

F. Ioãnes Michael Plodi⁹ de vita hui⁹ Doctoris, cap. 8. Fr. Antonius Posseuinus.

F. Seraphinus Capponus à Porrecta (quod oppidum est in tractu Bononiẽ-

C si, & ob thermas haud incelebre) eruditione sacra scholasticaque præstantissimus, & sanctitate, ac miraculis clarissimus, & per totã Italiam celeberrimus, scripsit commentaria ad Pentateuchũ prænotata, Veritates aureæ, super totam legem veterem, tum literales, tum mysticæ per modum conclusionum ex sacro Textu mirabiliter exculptę, in quibus non solum hæreses destruit; sed fidem astruit: commentaria item super Euangelia, in Euangelium autem Ioan-

D nis apposuit declarationes, atque disputationes de pluribus hæresibus à Deo præuisis, ac passim damnatis. Scripsit etiam doctissima commentaria, sæpius in lucem edita super summam D. Thomæ, quatuor sat grandibus voluminibus distincta, in quibus ostendit; quod D. Thomas fere in omnibus articulis suæ summæ confutat specialem hæresim, vel errorem non solum, ex damnatis ab Ecclesia ante Diuum Thomam, sed ex omnibus illis, quos post sancti Doctoris felicem transitum Ecclesia condẽnauit,

uit, edidit etiam compendium Theologicæ veritatis Fratris Alberti Magni commentarijs doctissimis illustratum & composuit etiam in symbolum fidei scholia erudita, cum in quadam vrbe aliquot ciues in fide Catholica non satis firmiter consisterent, scripsit item super Psalterium Dauidicum viuidis rationibus animatam postillam, & idiomate Italico, scripsit librum de ceremonijs Missę, quæ omnia sua manu scribebat genu flexus ante imaginem Crucifixi, vel cum infirmitate tibię diu laboraret stans coram S. Thomæ imagine scribebat. Obijt sanctissime anno 1614. quarto Nonas Ianuarij ætatis suæ 77. innumeris miraculis in vita, & post mortem refulgens, vt Fr. Ioannes Michael Plodius in eius vita edita Bononiæ, anno millesimo sexcétesimo decimo quinto, tredecem capitulis distincta scribit.

F. Seraphinus Razius, & non Radius (vt Posseuinus ait) in omnimoda librorum lectione maxime versatus, indefessus, atque contentiosus elaborator, scripsit quatuor concionum tomos super Euangelia totius anni, summam casuū moralium, volumen vnum exemplorū, tria alia de sanctis, & viris illustribus ordinis Prædicatorum, alterum de fratribus Prouincię Romanæ sanctitate, literis, vel dignitate conspicuis, & de fundationibus cœnobiorum eiusdem, librum de B. Maria Magdalena, & de eius germanis Lazaro & Martha, alium de sancta Osana de Cataro, de sancta Catherina virgine Senensi, alium de sancto Vincentio Ferrerio, de sancto Hyacinto, de Rosario B. Virginis, de vita F. Ioannis Tauleri, historiam ciuitatis, ac Dominij Ragusani, de concionibus B. Virginis, de concionibus sanctorum, & Dominicarum, totius anni, singulos libros de concionibus pœnitentiæ, alium de defectibus linguę, Tomum alium quinque libris distributū de substantia, creatione, intellectu, voluntate, & ministerijs Angelorum, quatuor libros de Sphęra orbis, de vita Regis Dauid, duos libros super Ruth, & super Esther, tres

A alios de anima, de meteoris, hæc omnia vernacula lingua Hetrusca, sed Latine sequentia, aliam summam casuum scripsit prænotatam, Gemma confessorum, scholia super libros de locis Theologicis, F. Melchioris Cani commentaria super Logicam, vel Summulas Petri Hispani, super Philosophiam naturalem Aristotelis, & alium librum de Physico auditu. Viuebat anno millesimo sexcentesimo decimo quinto, ętatis octuaginta, & quatuor annorum.

B Frater Seraphinus Banqui conuentus Fesulani Prouincię Romanæ alumnus, licet in congregatione Gallicana, iam per plures annos commoretur, scripsit librum de Rosario B. Virginis. Viuit adhuc.

Frater Sifridus de Arena moribus, & doctrina celebris, & in sacris literis eruditus, scripsit super tres nocturnos Psalterij, & super canticum Magnificat, circa annum millesimum ducentesimū septuagesimum. *Fr. Antonius Lusitanus.*

C Frater Sylnester Mediolanensis in scholasticis, ac diuinis quęstionibus egregie versatus, scripsit tractatum de ente, & essentia, & volumen quæstionum de varijs argumentis, circa annum millesimum quadringentesimum vigesimum. *Frat. Michael Plodius li. 3.*

Frater Syluester Prieras Pedemontanus Philosophicis, Theologicis, Canonicis, sacrisque disciplinis adeo excultus, vt incomparabilis eruditionis nomen sibi vendicaret, & â Summo Pontifice Leone decimo, propterea D in Magistrum Apostolici palatij fuerit assumptus. Collegit ex commentarijs Diui Thomæ scholasticam postillam in lectiones Euangelicas totius anni, quam, Auream rosam prænotauit, additis quæstionibus eruditis. Primus, qui aduersus Lutherum scripsit, vt Frater Onuphrius Panuinus Augustinianus in Chronico Ecclesiastico, & plures alij asserunt. Liber autem ipsius prænotatur Errata, & argumenta Lutheri detecta, & repulsa editus Romæ, anno millesimo quingentesimo vigesimo, dicatus Ponti- *Fr. Sixtus Senēsis li. 4. Fr. Seraphinus Razi. Tritbemi in additionibus.*

fici Leoni decimo. Redegit in compendium Capreoli scripta, commentaria in quatuor libros sententiarum. Defensorium doctrinæ S. Thomæ. Malleum item Scotistarum, confessionale maius confessionale paruum, summam de peccatis, quæ dicitur Syluestrina, librum de meditationibus Passionis Domini. Librum de historia B. Virginis, de historia B. Mariæ Magdalenæ. Dialogum de eadem, Expositionem Missæ de immolatione agni Paschalis, librum de strigimagarum, dæmonumque mirandis, Compendium Logicæ, Apologiam de secundis intentionibus, commentarium in Sphæram Ioannis de Sacro Boscho, alterum in theoricas planetarum, & introductorium Logicæ. Librum quæstionum sexaginta nouem ad Euangelia totius anni dominicalia, alterum quæstionum, siue casuum, conciones de sanctis, quadragesimale, in quo sexaginta quatuor conciones eruditę, ac salutares extant. Atqui egregium alterum opus conflauit, quo cunctas eiusdem argumenti materias, quę sparsim in Sancto Thoma extant, apposite componens suis in commentarijs interdum explanat, in quo opere in quatuor volumina partito octennium (vt ipse testatur) insumpsit. Scripsit etiam eruditam Apologiam de conuenientia institutorum Romanę Ecclesiæ, cum libertate Euangelica aduersus Lutherum, hæc omnia Latino sermone. Italice autem scalam sancti amoris, summarium ad confitendum, Tractatum de Regina Cœli, Tractatum nascendi, viuendi, & moriendi. Vitam Beatæ Mariæ Magdalenæ, cum pluribus ad eam annotationibus. Trialogum trium querularum, Summam casuum cum additionibus é Sacro Concilio Tridentino, & Catechismo Pij Quinti, Pontificis maximi iussu edito in editione Veneta anno millesimo sexcentesimo primo, appositis. Claruit circa annum millesimum quingentesimum vigesimum.

Frat. Michael Poccianti. Fr. Simon de Bertis Florentinus, scripsit volumen sexaginta, & amplius concionum prænotatum, Diuersorum concionatoribus valde vtile, quadragesimale item. Obijt Lucæ anno millesimo quadringentesimo nonagesimo primo, decimo septimo Kalendas Octobris.

Sansouin. in sua Venetia. Fr. Sixtus Medicis Venetus, scripsit tractatum de primis, & secundis intentionibus, alterum de transcendentibus, librum de præstantia humanæ industriæ, librum præscriptum, Lumen Sanctæ fidei, alium Italicum de orationibus, librum etiam contra vsuras Hebræorum. Obijt anno 1561.

Fr. Antonius Lusitanus. Posseuin. Fr. Sixtus Senensis, in Scholastica Theologia versatus, & in Sacris voluminibus, & lectione Patrum sedulus, & assiduus, in politioribus disciplinis eruditus, in cognitione linguarum Hebraicæ, & Græcæ præclare instructus scripsit de vsu concordantiarum Sacræ Bibliæ librum vnum in varios Scripturæ locos, Astronomicarum quæstionum librum in varios diuinę Scripturæ locos, Geographicarum quæstionum alterum in varios diuinæ Scripturę locos, physicarum quæstionum librum alium, in varios diuinę Scripturę locos, problematicarum Epistolarum librum vnum, librum alterum inscriptum, Sophias Monotesaron, hoc est sapientię vnius ex quatuor, in quatuor Prouerbiorum Ecclesiastæ, Sapientię, & Ecclesiastici volumina. Scholasticum cōpendium in Epistolam ad Romanos, & in eandem scholasticas quęstiones, in Euangelia quadragesimalia, quatuor annis Genuę, pro concione enarrata, homiliarum tomos quatuor, in Euangelia, quæ in festis Pentecostes, & Aduentus sex annis pro concione Genuę enarrauit, homiliarum tomos sex, In tria prima capita Iob homilias sex, in Psalmum primum homilias sex, in Psalmum quinquagesimum Genuę, in concionibus explicatum homilias viginti, prętereа in totum Bibliorum corpus Bibliothecam sanctam octo libris distributam, sæpius in Italia Germania, & in Gallijs recusam. Obijt Genuæ in Conuentu nostro Prædicato-

tio S. Mariæ de Castello, anno millesimo quingentesimo sexagesimo nono, ætatis suæ quadragesimo nono.

Fr. Antonius Lusitanus.

Fr. Sixtus Poncellus edidit idiomate Italico eruditum librum aduersus hæreticos nostri temporis, circa annum 1570.

F. Sixtus Senensis li. br. 4.

F. Sixtus Vicedominus Nouocomensis, ita vna cum sacræ Theologiæ studijs scientiarum omnium opes, & eloquentiæ ornamenta coniunxit, vt in œcumenicis nostræ Prædicatoriæ familiæ comitijs Bononiæ habitis, anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo quarto, non dubitauerit admodum iuuenis orbicularem, ac perfectam disciplinarum omnium comprehensionem in publicis disputationibus proponere, prouocatis in palæstram cunctis Academiarum Gymnasiarchis, quibus cũ ad singula, tùm interrogata, tùm obiecta respondisset summa eruditione, pari que sermonis elegantia, ingentem sibi sapientiæ, & eloquentiæ gloriam adeptus est. Scripsit in epistolam ad Romanos præclaras lucubrationes, & commentationes coaceruata expositionis methodo elaboratas. Edidit etiam conciones Italicas, atque Latinas in Euangelia de Aduentu, & de Quadragesima, necnon & in Catechismum Romanum sapienter, atque eleganter scriptas, scripsit homilias in Isaiam, & in septem Psalmos Pœnitentiales, in Euangelium S. Ioannis, in D. Petri primam epistolam & in D. Pauli Apostoli Epistolam ad Colossenses, scripsit denique homilias alias pene totius anni. Viuebat circa annum millesimum quingentesimum septuagesimum sextum.

Fr. Albertus Venetus.

Fr. Stephanus de Reate in Aristotelis doctrina apprime versatus, scripsit super veterem artem Aristotelis, & super octo libros Physicorum eiusdem, anno millesimo ducentesimo sexagesimo secundo.

Iacob. Suzatus Frat. Michael Plodius li. 1.

F. Stephanus de Mediolano politiorum disciplinarum, Physicarum, Theologicarumque cognitione clarus, necnon in iure Canonico, & in sacra Scriptura præclare instructus, scripsit opus prænotatum, Dialogus de potẽtijs apprehensiuis in duodecim partes distinctum ducenta, & viginti capita complectens, item librum vnum de emanationibus, de irregularitate, Chronicam de gestis ciuitatis Mediolanensis, librum de controuersia hominis, & fortunæ, quæstiones etiam in apparatum Decretalium, in libris quinque distributas. Claruit circa annum 1262.

Fr. Antonius Lusitanus.

Fr. Stephanus de Vicomercato Mediolanensis, vir scholastica, & sacra eruditione clarus, primus, qui è nostra familia in Academia Mediolanensi, publico stipendio Theologiam docuit, scripsit postillam super Lucam, dialogum de apprehensione, summam notabilem in iure Canonico, Periarchon nominum, & Chronicam vnam. Obijt anno 1598.

Frat. Michael Plodius li. 3.

F. Stephanus de Taranto concionator egregius, scripsit volumen concionũ quadragesimalium, circa annum millesimum quadringentesimum octuagesimum quintum.

SICVLI.

Fr. Antonius Lusitanus. Frat. Michael Plodius lib. 3

FRATER Saluus Casseta Panormitanus, morum honestate, & Theologica eruditione clarus, primum sacri palatij magister, postea totius ordinis nostri Generalis, scripsit vitam B. Vincentij Ferrer, & epistolas exhortatorias pias, & eruditas ad diuersos. Obijt anno 1483. decimo septimo Kalendas Octobris.

Frat. Ambrosi⁹ Gozzeus.

F. Sebastianus Constantinus de Teuromenio (ciuitas est in regno Siciliæ) in Aristotelis, & scholasticorum doctrina egregie versatus, scripsit super Physicorum libros commentaria erudita, circa annum millesimum quingentesimum quadragesimum.

GALLI.

FRATER Sebastianus Michaelis Auinionensis Inquisitor, reformator nostri ordinis in Gallia, verus Patris Dominici filius (de quo latius libro 2.) scripsit Gallice varios tra-

ctatus, & libros contra hæreles horum temporum, vnum pro sanctissima Eucharistia, & plures alios, librũ de mirabilibus B. Mariæ Magdalena, alium de t. ib' Marijs Virgine, Salome, & Cleophe. Viuit adhuc.

Fr. Sixtus Senēsis libr. 4. Fr. Stephanus Poloniacus, scripsit erudita commentaria super Ioannem, circa annum 1262.

F. Ambrosius Taegius 1. p. F. Stephanus ê Salniaco diœceseos Lemouicensis doctrina, & moribus cõspicuus, scripsit librũ de quatuor ornamẽtis, quibus Deus Prædicatorũ ordinẽ decorauit, nimirum, de bono, & strenuo Duce, de illustri & nobili prosapia, de glorioso nomine, demodo professionis. Claruit circa annum 1290.

F. Leãder Albertus, lib. 1. fol. 39. Fr. Stephanus Bisuntinus Theologus eruditus, qui deinceps, in Gallia nostræ familiæ moderator, ac demum Generalis Magister extitit, cum esset in signis declamator, & doctissimus Theologiæ professor, scripsit commentaria super Ecclesiastem, & super Apocalypsim, item librum de authoritatibus sanctorum, & philosophorum prænotatum Alphabetum narrationum, varijs exemplis constans, & Epistolas exhortatorias, ad diuersos. Decessit in cœnobio Lucensi anno 1295, decimo Kalendas Decembris.

Fr. Sixtus Senēsis. libr. 4. *Frat. Michael Plodius ll. 4.* Fra. Stephanus Paris Aurelianensis, Episcopus Abellunensis, morum integritate, & doctrina clarus scripsit eruditam, ac prolixam expositionem, super illud verbum, Caro factum est, concionatoribus, per aduentum valde accommodatum, & per lectiones digestam item sermonum quadragesimalium librum vnum, prænotatum, Christiani hominis institutio, aduersus huius temporis hæreses, & morum corruptores, in quinquaginta homilijs, & viginti quinque sermonibus distributum. Claruit circa annum 1558.

GERMANI.

F. Ambrosius Gozzeus. FRATER Sithon Viennensis eruditione Theologica, & sacra excultus, scripsit librum super orationem Dominicã anno millesimo trecentesimo.

Possevin. F. Sifridus Misnensis, vir doctus, scripsit compendium historiarum â mundo condito, vsque ad annum 1307. quo ipse viuebat.

Trithemius de viris illustribus Germaniæ Fr. Sifridus Teuto egregius concionator, qui Cirensis Ecclesiæ præsul extitit scripsit librum de Iudæorum vsura, aliũ de emptione, & venditione, volumen alterum concionum, & collationum, aliud quæstionum diuersarum. Obijt anno 1473. decimo septimo Kalẽdas Iunij.

Fr. Albertus Venetus. Fr. Sterlengerius, scripsit commentaria erudita super quatuor libros Magistri sententiarum, & volumen concionum vtilium, circa annum 1360.

ANGLI.

Fr. Sixtus Senēsis libr. 4. FR. Simõ Anglicus diuinorum codicum studio excultus, & eorum fidelissimus interpres, scripsit cõmentaria super Esaiam, Hieremiã, Ezechielem, & Danielem, super Prouerbia Salomonis, super libros Machabæorum, & super præfationes D. Hieronymi in Biblia. Claruit circa annum 1300.

Fr. Ambrosius Taegius 1. p. *Frat. Michael Plodius p. codice p. 410* Fr. Simon de Vvintona in sæculari, ac diuina Philosophia egregie instructus, & in Scholastica Theologia sufficienter versatus, scripsit super Prouerbia Salomonis, Sapientiẽ, Ecclesiastem, Cantica, & Ecclesiasticum, super quatuor prophetas maiores, & super duodecim minores, & super alios sacræ scripturæ libros, circa annum 1314.

Possevin. Fra. Simon Burneston, in Anglicana prouincia moderator, & Euangelistes præclarus, scripsit conciones, in Euangelia, & in Epistolas, librum distinctionum Theologiæ, Alphabetum dictionũ prædicabilium alterum de criminibus corrigendis, alterum de ordine iudiciario, & alium de postulandis suffragijs. Claruit circa annum 1336.

POLONI.

F. Abrahã Bzouius cap. 12. FR. Seuerinus Lubomlius Roxolanus, interpres sacræ paginæ facũdus, & eruditus, scripsit Monotessaron

saron, siue auream catenam, ex quatuor Euangelistis pene mille distinctionibus connexam, decem voluminibus distributam, librum de vita, & miraculis D. Hyacinthi, tabulam super Summam D. Thomę, Theatrum Prędicatorum, tabulam Genealogiæ Christi, Turrim Babylonis, in qua enarrat, ac refutat omnes hæreses. Viuit adhuc Craconiæ, in cœnobio nostro; licet Posseuinus Fratrem nostri Ordinis esse prędictum Fr. Seuerinum, silentio prætereat, cum in fronte horum omnium voluminum aperte constet.

CYPRII.

Fr. Antonius Lusitanus.

Antonius Posseuinus.

FRATER Stephanus de Lusignano clarissimo Regum Cypri, de Lusignano sanguine ortus, sed morum claritate, ac doctrina nobilior, in sacra Theologia præclare versatus, & in euoluendis antiquorum Annalibus diligens, & assiduus, edidit Chronicon Regni Cypri Carolo nono, Regi Galliarum dicatum. Apologiam Religiosorum aduersus eorum blateratores quinque coronarum oblatum Henrico tertio Gallorum Regi, Genealogias omnium Principum Latinorum terræ sanctæ, arborem Borboniorum Chronicam Cypri reformatam, & auctam dicatam Ludouico de Lusignano, arborem familiæ Lusignanę, arborem Ducum Lotharingię, Catalogum virorum illustrium veteris, ac noui Testamenti; & successionem omnium pastorum plurium Ecclesiarum, librum item Imperatorū, & Regum, qui habitum Religionis assumpserunt, arborem machinæ mondi, arborem Valesiorum Regum Franciæ. Sequentia vero scripsit, licet in lucem non prodierint, Thesaurum Principum omnium totius mundi, vsque ad annū 1584. Arborem naturę Angelicæ, arborem Comitum Bononię, Franciæ, arborem Regum Lusitaniæ, quæ tamen ab alio est edita, librum doctrinalem, pro monachis mendicantibus, quo eos tuetur, arborem omnium Regum Troianorum, Sicambrorum, Francorum, & Gallorum, librum reformatæ Melusinæ, qui sexaginta Genealogias continet Merouei illegitimi filij Theodorici secondi Austrasiæ, & Burgundię. Clauit Parisijs, circa annum 1584.

T

HISPANI.

Fr. Ambrosius Taegius 1. p.

Fr. Antonius Lusitanus.

Frat. Michael Plodius li. 1. col. 34.

FRATER Thomas à Templo, qui B. Dominici P. nostri, per aliquot annos fuit socius sanctitate excellens, & in diuinis literis eruditus, scripsit librum de Rosario B. Virginis, & eius deuotione patratis mirandis, atque per B. Patrem Dominicum prædicato, & dilatato. Vixisse proditur vsque ad annum 1260.

Fr. Antonius Lusitanus.

Frat. Michael Plodius appendice.

Fr. Thomas Toletanus, vir scripturę sacræ, ac Theologiæ Scholasticæ studijs egregie versatus, scripsit super quodlibeta D. Thomæ; composuit etiam Mariale, tractatum item de laudibus portæ paradisi, hoc est Beatissimæ Virginis, indicem quoque, per Alphabetum super totam Summam D. Thomę, alterū super volumina sermonum Fr. Iacobi à Voragine, alium super sermones Geminiani, alium super Nicolaum Lyranum, alium super tractatum eiusdem de differentia Bibliorum Latinorum, alium super tractatum, de vitijs, & virtutibus, alium, qui incipit, Vidit Iacob scalam, alium super tractatum Innocentij Papę in septem Psalmos pœnitenciales, aliū ad summam, Fr. Alberti Brixiensis, de officio Sacerdotis, alium ad tractatum F. Augustini de Ancona super, Magnificat, & super, Missus est, alium ad librum prænotatum exempla sacræ Scripturæ, ad omnem materiā prædicabilem, aliū ad quandam summam Decreti. Clarum circa annum 1470.

Fr. Antonius Lusitanus.

Antonius Posseuin.

Fr. Thomas à Turrecremata cœnobij Vallisoletani alumnus, in sacra Theologia præsentatus, nobili genere natus hæreticæ prauitatis, in Hispaniarū Reg

nis Ge-

nus Generalis Inquisitor, & Catholicorum Regum cōfessarius, vir fuit eruditione clarus, & apud prædictos Reges tantæ authoritatis, vt causa fuerit præcipua expulsionis Iudęorum ex Hispania, & adeò honoris cōtemptor, vt Archiepiscopatum Hispalensem à Regibus oblatum constanter repudiaret, & gradum Magisterij renueret. Fuit maxima animi constantia præditus, intrepidi pectoris resolutione clarissimus, qui sanctę Inquisitionis tribunalia, apud Hispanias erexit, ac distribuit, ac leges, quibus nunc vtuntur, decreuit, statuitque: sex millia hęreticorum igni tradidit, & centum millia ad pœnitentiam recepit, & Ecclesiæ reconciliauit. Scripsit Directorium, pro Inquisitoribus, qui sancti officij munus exequerentur vtilissimum. Obijt maximo sanctitatis nomine, in Conuentu Regio Abulensi Sancti Thomę anno millesimo quadringētesimo nonagesimo octauo, decimo sexto Kalendas Octobris (è cuius humili sepultura mirandus odor, ac fragrantissimus, dum patefacta est spirauit.)

Diagus lib. 2. c. 98. Fr. Thomas Vesach Conuentus Sancti Onophrij prope Valentiam filius, eruditus vir, scripsit vitam B. Catherinæ Senensis Valentino Idiomate, circa annum 1500.

Chronica prouincię Lusitanię Fr. Thomas à Costa Euangelij sonora tuba, vt pote ignitis concionibus innumeros fideles ad piam vitam reducendo, Ioannis tertij Lusitaniæ Regis Ecclesiastes librum edidit satis doctum, in quo varia scripturę sacræ loca per alia declarat, cui titulus est. De tropis sacræ Scripturæ. Claruit circa annū 1550.

Fr. Antonius Lusitanus. Antonius Possevin. F. Thomas à Clauibus, vir in D. Thomæ cognitione eruditus, collegit in cōmunem omnium vtilitatem, ex scholijs doctissimi P. M. F. Francisci de Victoria summam perutilem de Sacramentis: addidit autem quęstiones, & solutiones, ex Sanctorum Conciliorum præter tim Tridentini decretis Antuerpiæ, ac Venetijs recusam. Claruit circa annum 1550.

Fr. Antonius Lusitanus. Fr. Thomas à Valentia eruditione sacra, & scholastica excellēs, scripsit Hispanicè librum, qui titulus est, Flores cōsolationis, pro omni Christiano necessarij, ad transitum prosperum procellarum huius mundi, Italice item redditū, & Venetijs excusum. Claruit circa annum 1560.

Antonius Possevinus. Fr. Thomas Manricus clarissimo stēmate ortus filius legitimus D. Petri à Luna Fontis Domnæ Domini, & eius coniugis D. Aldonçæ Manricæ filiæ Comitum Osorniensium, Conuentus Petrafixæ alumnus, in scholastica Theologia ingenue instructus, Apostolici sacri palatij Magister Pij quinti sanctę memorię tempore, obseruauit, atque in lucē edidit, quæ delenda essent, in operibus Alexandri Tartagini inquinati, annotationibus Caroli Molinei, vt quisque ijs deletis tuta conscientia posset retinere. Obseruata autem hæc sunt in editione anni 1576. Lugduni. Claruit circa annum 1570.

Historia prouinciæ Lusitaniæ Fr. Thomas à Sousa nobili genere, apud Lusitanos ortus, sed moribus, & literis nobilior, celebris, ac magni nominis vir, concionatorquè Regis Sebastiani doctos satis libros scripsit super prophetas Oseam, & Ioel. Claruit circa annum millesimum quingētesimum septuagesimum.

Fr. Augustinus Dauila li. 2. cap. 93. Fr. Thomas à Mercato, vir eruditissimus, præcipue in Scholastica, ac morali Theologia Conuentus Mexicani alumnus, qui excolendę Occidentali vineę, in noua Hispania, non segniter incubuit, edidit librum eruditum de contractibus, scripsit etiam summulas, & dialecticam, cum opusculo argumentorum. Obijt anno millesimo quingentesimo septuagesimo quinto.

Fr. Antonius Lusitanus. Possevin. Fr. Thomas Layxa (Hispanê Alax) Theologię Scholasticæ, ac sacræ eruditione conspicuus, & in studio Barchinonensi Regens, scripsit in Epistolam Sancti Pauli ad Hebræos, è patribus, ac potissimum ex D. Hieronymo aliquos colligendo Canones sacræ Scripturæ intelligendæ admodum vtiles, permodum etiam locorum communium, ex Patribus copilauit, quæ ad

Con-

Controuersias huius sęculi, cum hæreticis amplius explanandas opportuna videntur. Claruit circa annum 1577.

Diagus libr.2.c.93 *Dauila libr.2.c.93*

Fr. Thomas Castellar Cõuentus Puicerdani alumnus, ardore fidei succensus, ad excolendam, atquè stabiliendã vineam Occidentalem nouæ Hispaniæ se conferens, populos illos Euangelij luce perfudit. Scripsit Latina lingua historiam, ac progressus prouinciæ nostræ Mexicanæ, ediditquè triumphum Martyrum ordinis, circa annum millesimum quingentesimum octuagesimum.

Hist. Lusit. prouincia.

Fr. Thomas à Penna Lusitaniæ prouinciæ alumnus eruditione sacra conspicuus iustum volumen scripsit de varijs conceptibus super Euangelia totius anni, contexuit etiam ingenioso artificio officium de Angelico Doctore D. Thoma, fuitquè sua ætate celebris Euangelij ecclesiastes, circa annum 1580.

Diagus li. 2. cap. 31.

F. Thomas Trugillo Conuentus Barchinonensis alumnus, licet ex vrbe Turre Iulia Placentinę diœcesis nobilis Extremę orę prouincię ortus & oriundus, vir eruditione sacra, Scholasticaque clarus, & in sanctorum patrum doctrina assidue versatus, ac celebris nostri temporis concionator, scripsit opus prænotatum, Thesaurus concionatorum, duobus sat grandibus voluminibus distinctum, concionibus de tempore, ac de sanctis constans: in eis continẽtur festa mobilia, & immobilia, & extrauagantia totius anni, & quædem alia argumenta, de quibus aliquando concionari oportet, & alijs sex libris agit, de ratione accurata concionandi, & Sanctorum patrum grauiumquè aliorum Doctorum, ac Philosophorum vberes fontes indicantur. Edidit item quatuor tomos concionum quadragesimaliũ, qui Barchinone, Venetijs, Lugduni, & Parisijs excusi sunt. Scripsit etiam sermone Hispano, librum de hominis miserijs, aliumquè aduersus prophanitatem, & excessum in vestibus, circa annum millesimum quingentesimum nonagesimum.

Fr. Thomas Maluenda patria Setabitanus, in Regno Valentino, Conuentus Sanctæ Crucis à Lombay alumnus, ad omne disciplinarum genus natus, & omni literarum cognitione cumulatus: nam ad Scholasticam D. Thomę Theologiam, quam per quatuordecim annos, in eodem cœnobio egregiè professus est, & ad sacræ paginæ, & sanctorum patrum studia continua, tantũ omnium liberalium artium, & historiæ, tûm Ecclesiasticæ, tûm humanæ cognitionem, & pręterea Latinę, Gręcæ, atquè Hebraicę peritiam adiunxit. Vir ingenij subtilis, iudicij admirabilis, memoriæ tenacis, diligentię incredibilis, atquè in indagandis rebus incomparabilis solertię, in tradendis exquisitæ & singularis methodi, in euoluendis item authoribus indefessi studij, contentionis perpetuę, laboris supra vires patiens. Respondet doctrinæ egregia morum integritas, & vix dici potest quo spiritu ea interse copulauit, quæ maximè diuersa videntur, insignem nimirum eruditionem, cum mirabili humilitate, sui per omnia contemptum, cum præclara existimatione, quâm de illo omnes habent domestici, exteri, magni, parui, docti, indoctiquè, de quibus alij fortasse plura, Thoma mortuo prędicabunt; nos viuenti adhuc parcimus. Expurgatio Bibliothecæ veterum Patrum, quę in indice expurgatorio Romano posita est, eius genuinum est opus, tametsi Impressorum vitio, non paucis locis deformatum, quæ sane expurgatio, indita quoquè est Bibliothecæ veterum Patrum editionis Parisiensis anni millesimi sexcentesimi decimi, cum eisdem mendis: sed parat auctor eandem seorsim, quam emendatissime auctiorem tamen, & locupletiorem in lucem edere. Adfuit quoquè diligentia, & labore incredibili conficiendo, & adornando nouo Indici expurgatorio Hispanico, annò millesimo sexcentesimo decimo tertio publicato. Anno vero 1601. Romam à Magistro Ordinis euocatus, vt nouæ editioni Missalis, Breuiarij, & Martyrologij Ordinis præesset, Breuiariũ, cum primis & Martyrologium, in quæ vitio temporum,

multi

multi in Ecclesiastica historia errores illapsi fuerant, quam accuratissime restituit & emendauit, eiectisque indè, & profligatis innumeris, quibus scatebat mendis, ad priscum nitorem reuocauit, qua in re dici non potest, quantum operæ, & sudoris insumpserit. Scripsit item volumen de Antichristo, aliud de Paradiso, primam etiam Annalium nostri Ordinis Partem, quinquaginta quatuor annos, ab eius exordio complectentem. Scripsit item licet nondum in lucem emiserit, duo volumina super quatuor libros Regum, & libros Paralipomenon, & in dies maxima, & vtilissima opera molitur. Extat etiam eius nomine libellus, de vita & miraculis Beati Petri Martyris Ordinis Prædicatorum Hispanica lingua conscriptus Cæsaraugustæ editus, anno millesimo sexcentesimo decimo tertio, sed huius operis ipse palam abnuit, se Authorem esse: tùm quod Epistola dedicatoria operi præfixa, nullo pacto ab ipso scripta fuerit; tùm quòd ea dictata de vita, & miraculis Sancti Petri Martyris adhuc rudia, & informia, necdùm recognita, & polita eo absente, & inscio typis mandata fuerint. Viuit adhuc ætatis suæ quinquagesimoi primo.

Fra. Thomas Maior, siue de Spiritu Sancto cognominatus, patria item Setabitanus, & cœnobij Setabitani alumnus, qui zelo fidei propagationis permotus, ad Luzonias, & Iaponis Insulas se ablegauit, vbi cœlestis doctrinæ remotissimis illarum gentium populis lumen inuehendo, plures filios Christo genuit, vt in nostra Ecclesiastica historia libro 2. capit. 30. mentionem fecimus. Edidit Binondoc notis Sinarum, & idiomate, librum præscriptum Symbolum fidei. Viuit adhuc plurimos labores, in Iaponum Imperio ferens Euangelicę fidei causa.

Fra. Thomas Ramon, ex Conuentu Alcañiciensi, in prouincia Aragoniæ, scripsit hactenus duo volumina concionum Hispanè de communibus Sanctorũ, & librũ catenę spiritualis. Viuit adhuc.

Fr. Thomas à Sierra Oueteñsis Conuentus alumnus, in declamationibus, ad populum nobiliter versatus, scripsit idiomate item Hispano libellum de excellentijs Ordinis Prædicatorum, & volumen concionum quadragesimalium, & de pœnitentia præscriptum Hispanè Desengaño Christiano. Viuit adhuc celeberrimi cœnobij Salmantini ordinarius concionator.

I T A L I.

FR. Tancredus Tãcredi Senensis, scripsit librum de laudibus B. Virginis Catherinæ Senensis, circa annum millesimum quadringentesimum decimum quartum. *Frat. Michael Plodius li. 2.*

Fr. Thadeus Dini Florentinus concionum ingẽtem summam ad omnem materiam dictauit, quę per ordinem nostrum cæterasque cõgregationes diffusę, tanquam gemmæ pretiosa asseruantur. Obijt Florentiæ anno millesimo trecentesimo quinquagesimo nono. *Frat. Michael Pocciãtius.*

Fr. Thadeus Vrbeuetanus, in politionibus, ac sacris literis eruditus, scripsit commentaria super libros D. Augustini de ciuitate Dei, circa annum millesimum quadringentesimum septuagesimum. *Fr. Antonius Lusitanus.*

Fr. Theophilus Cremonensis, ex omnibus Aristotelis operibus collegit in vnum librum præcipuas sententias, & potissimas propositiones; quod opus postmodũ Frater Benedictus Soncinas auctius reddidit, circa annũ Domini millesimum quadringentesimum nonagesimum tertium. *Fr. Leander Albertus lib. 4.*

Fr. Theophilus Fridinus Florentinus in sacræ paginæ, & Patrum lectione versatus, scripsit sermone Italico expositionem super Psalmum 118. Septem capitibus distinctam. Item expositionem super septem Psalmos Pœnitentiales. Item discursum super orationem Dominicam. Tractatum super Psalmum, In exitu Israel de Ægypto, & super quindecim Psalmos Graduales. Claruit circa annum 1577. *Frat. Michael Pociantius.*

Carolus e Tapia.
Fr. Antonius Lusitanus.

Fra. Timotheus Bothonius Perusinus, eruditione Scholastica, & sacra excellens, necnon morum integritate conspicuus, quem Sixtus quintus monachorũ Syluestrinorum reformatorẽ constituit, in quo munere religiosissime, ac prudentissime se habuit, scripsit sermone patrio nitido, volumen variarum sententiarum, de varijs argumentis, quæ per totam Italiam habentur insignes, ex Hispana item Latinam reddidit primam Cẽturiam historicam nostræ Prædicatoriæ familiæ à Fr. Ferdinando Castillo contextam. Claruit circa annum millesimum quingentesimũ octuagesimum septimum.

S. Antoninus 3. p. titu. 18. ca. 10. §. 1. & 2.
Fr. Sixtus Sentẽsis li. 4.
Fr. Leander Albertus lib. 4.
Demetrius Cydonius Græce.

¶ S. Thomas Aquinas, Angelicus Doctor propter integerrimam doctrinam appellatus, & eo quod Angelico sit ingenio prædictus, diuinis potius, quam humanis viribus partam, habuit rerum omnium cognitionẽ de eius vita doctrina, & miraculis Græce Demetrius Cydonius Latine, Hispané, Italice complures ac grauissimi Authores egerũt. Qui quatuor inter se implacabiliter pugnantia, indissolubili pacis fœdere copulauit, videlicet copiam, breuitatem, facilitatem & securitatem, quas nulli vnquam literarum professori, vel antea, vel post eũ contigit, simul potuisse connectere, in Philosophia naturali, ac morali, si quid D. Thomam consecutum, non fuisse arbitrere, illud ignorasse Aristotelem, nõ verearis asserere, In sacrarum literarũ interpretatione fidissimum esse, non dubites, què & in difficilibus Petro, & Paulo illi apparentibus, instructum fuisse legimus, & abdita à Domino oratione media, sibi patefieri promeruit, in Theologia vero scholastica, tam præclarus exactissima cognitione euasit, vt iure optimo absque vlla Controuersia, omnes Theologorum Academiæ, tanquam Principem, ac parentem Theologiæ merito venerentur, & laudent. Ipsius vero doctrinam clarissimam efficiunt, cũ authoris eximia sanctitas, tum plurium Summorum Pontificum, & potiorum Academiarum Christiani orbis testimonia, illam vt sanam, solidam, ac sinceram comprobantia, & quod potissimum, & maius omnibus est, quæcumque in Ecclesia congregentur Concilia, istam doctrinam solent præ oculis habere. Dum què agitatur quarumuis materiarum discussio sedula cunctorum diligentia perquiritur, quid ea in re D. Thomas senserit, & ab illo veluti à diuino oraculo Patres semper pendére solent, pro constantissimo habentes, ab errore esse procul, si D. Thomam ducem, ac præceptorem habeant, supremo tamen ductu Spiritui Sancto reseruato, qui est Sacrosanctæ Ecclesiæ datus perpetuus ductor, vt eam in omnibus dirigat, ne errorum tenebræ eam obnubilare præualeant, Pius quintus æternæ, ac sanctæ memoriæ Pontifex, eum ad numerum quatuor Ecclesiæ Doctorum quintum adiecit, veluti, quintam essentiam cognitionis mentis, & sensuum reconditorum, ac illorum eruditionis vberantiæ, meminitque in illo suo Pontificio diplomate, de eius Angelica doctrina, deque illo nunquam satis celebrato fauore Christi Domini approbationis, quando ante sacram Crucifixi Iconem, hanc vocem audiuit. *Bene scripsisti de me Thoma.* Clemens etiam octauus, in Bulla quadam Sanctum Doctorem Neapolitanæ vrbis, ac Regni Patronum constituens, verum interpretem diuinæ voluntatis appellat. Scripsit sequentia decem, & septem tomis complexa: Super libros Perihermenias Aristotelis, & super libros Posteriorum eiusdem, in primo tomo. In secundo autem super libros Physicorum, de cœlo & mundo, de generatione, & corruptione. In tertio de anima, de meteoris, & de paruis naturalibus, in tomo quarto super libros Metaphysicæ, in quinto super libros Ethicorum Politicorum œconomicorumque, in sexto, & septimo super quatuor libros Sententiarum diffuse, & super eosdem quatuor libros, alia breuia scholia, in octauo tomo quæstiones disputatas, & quodlibetales, vel placitorum Sancti Thomæ. In nono autem Summam Catholicæ fidei contra Gentiles, in quatuor

libros distributam, in decimo tomo cõtinetur prima pars Summę Theologiæ, & expositio in librum Dionysij de diuinis nominibus, in tomo vndecimo prima secundę, & secunda secundę, cuius lectione de legibus, in prima secundæ magnus, ac celebris ille Burgensis Episcopus Paulus de Sancta Maria, cum in lege Moysi esset sapientissimus, ex Iudaica secta ad Christum conuersus est, vt refert Garibay in compendio historiarum Hispaniæ libro 15. cap. 48. In tomo duodecimo, tertia Pars Summæ Theologię. In decimo tertio commentaria in Iob in primam quinquagesimam Dauidici Psalterij, in Cantica, in Isaiam. In Hieremiam, & in Threnos eiusdem, in decimo quarto commentaria. In Euangelium Matthæi, & Ioannis, in decimo quinto catena aurea in quatuor Euangelia, ex dictis Sanctorũ Patrum, miro artificio connexa. In decimo sexto, in omnes D. Pauli Epistolas, & sermones, pro diebus Dominicis & Sanctorum festiuitatibus per annũ. In tomo decimo septimo opuscula omnia, videlicet, contra errores Græcorum compendium Theologiæ, declaratio quorundã articulorum contra Gręcos, Sarracenos, & Armenos de legis decem præceptis, & duobus præceptis charitatis, de articulis fidei, & Sacramentis Ecclesiæ, expositio super symbolum Apostolorum, expositio orationis Dominicæ, expositio Salutationis Angelicę, responsio de articulis centum & octo ad Fr. Ioannem Vercellensem Generalem Ordinis Prædicatorum, Responsio de articulis quadraginta duobus ad eundem. Responsio de articulis triginta sex ad lectorem Bisuntinum, de differentia diuini Verbi, & humani, de natura verbi intellectus, de substantijs separatis, siue de Angelorum natura, de vnitate intellectus contra Auerroistas contra pestiferam doctrinam retrahentium homines à Religionis ingressu, de perfectione vitæ spiritualis, contra impugnantes Dei cultum, & Religionem, de regimine Principum ad Regem Cypri, de regimine

A Iudæorum. de forma absolutionis. Expositio primę decretalis. Expositio super secundam Decretalem. Tractatus de sortibus, de officio astrorum, de æternitate mundi, de fato, de principio indiuiduationis, de ente & essentia, de principijs naturæ, de natura materiæ, & dimensionibus interminatis, de mixtione elementorum, de occultis operibus naturæ, de motu cordis, de instantibus, de oppositis, de demõstratione, de fallacijs, de eruditione Principum. Officium de corpore Christi, de Sacramento Altaris, de eodem secundum de-

B cem prædicamẽta, de humanitate Christi, de dilectione Dei, & proximi, de diuinis moribus, de beatitudine, de modo confitendi, & puritate conscientiæ, de officio Sacerdotis, expositio Missę, de emptione, & venditione ad tempus, de modo adquirendi diuinam sapientiam super Boetium, de hebdomadibus, super librum de Trinitate, de vitijs, & virtutibus, de concordantijs sui ipsius, de vsuris in communi. In decimo octa-

C uo tomo M. Fr. Cosmæ Morrellas Valentini opera, in lucem edito commentaria super Genesim Danielem, Machabęos, & Epistolas Canonicas, & hæc de Doctoris Angelici scriptis. Qui ad cœlestem patriam euolauit anno 1274. ętatis suę quinquagesimo inchoante, & anno 1323. Sanctorum Catalogo est ascriptus à Ioanne 22.

Fr. Thomas Lombardus, qui Comitis Sabaudiensis (needum enim Ducis titulo gaudebat) confessarius erat, factus Cardinalis, in schismate, per Clemẽ- *Fr. Antonius Lusitanus.*

D tem septimũ Cisalpinę prouincię moderator, & Pedemõtanæ Turinẽsis. Inquisitionis Inquisitor intrepidus, ac regens scripsit conciones perutiles vnico volumine cõplexas. Claruit circa annũ 1400

Fr. Thomas Firmanus moribus, doctrina & rerum agendarum peritia clarus, qui nostrę familiæ generalis præpositus extit, cum Fr. Bartholomęo Senensi, scripsit librum de origine ordinis, de pœnitẽtia B. P. Dominici in quo initiũ eius, & summorũ Pontificiũ approbationes, & diplomata recenset. Obijt *Fr. Leander Albertus lib. 1. fol. 44.*

Genuæ anno millesimo quadringentesimo vigesimo quarto.

F. Leāder Albertus, lib. 4. fol. 154.

F. Thomas Matthæi de Sardis Florentinus patrio idiomate, & carmine, scripsit grande volumen, sub nomine Animę peregrinæ, ad Magistratus, & consiliarios Reipublicę Florentinæ, opus in tres libros distinctum, & in concinnitate, dulcedine, & sententiarũ grauitate, cum optimorum poëtarum operibus conferri possunt. Obijt Florentię, in Conuentu Sāctæ Marię Nouellę, anno 1417 sexto Kalendas Nouembris.

Fra. Michael Pocciantius.

Frācifcus Sāsouinus

F. Thomas Thomasinus Venetus, Episcopus Vrbini, scripsit conciones, de sanctis, & librum de corpore Christi, circa annum millesimum quadringentesimum vigesimum tertium.

Fr. Ambrosius Taegius 1. p.

F. Albertus Venetus

Fr. Thomas Antonij Senensis Religionis, moribus, & literis conspicuus, scripsit vitam B. Catherinæ Virginis Senēsis, supplementum quoque vitę eiusdē B. Virginis, quin & eo procurante conscriptus est liber, de attestatione, & miraculis eiusdem sanctissimę Virginis, vt ex his Catalogo Sanctorum posset ascribi, cuius item Epistolas collegit, & præterea scripsit vitam B. P. Dominici, librum item de confirmatione ordinis, atque etiam librum de merito vitæ religiosæ. Obijt anno millesimo quadringentesimo trigesimo.

Fr. Ambrosius Gozzeus.

F. Thomas de Vtino Forlanus, scripsit librum de casibus conscientiæ, circa annum millesimum quadringentesimũ octuagesimum.

Frat. Michael Piodius li. 3.

F. Thomas Donatus Venetus vitæ integritate, atquè eruditione clarus, Venetiarum Patriarcha, scripsit librum concionum, de tempore, alterum de sanctis, alium item pro quadragesima. Claruit circa annum 1492.

F. Leāder Albertus, lib. 4. fol. 146.

F. Thomas Vigleuanensis, tam grauitate morum, quam scholastica scientia conspicuus, & insignis ecclesiastes, scripsit volumen concionum variarum, circa annum millesimum quingentesimum decimum.

Fr. Leander Albertus lib. 4, fol. 154.

Fr. Thomas Brixiensis de Caluisiano, scripsit volumen orationum elegātium, & politarum, circa annum millesimum quingentesimum duodecimum.

Frat. Michael Pacciātius.

Fr. Thomas Nerius Florentinus, vir pius, & doctus, scripsit librum eruditum pro doctrina Fr. Hieronymi Sauanarolæ, circa annum millesimum quingentesimum duodecimum.

Fr. Leander Albertus lib. 4. fol. 147.

Fr. Thomas Radinus Placentinus generis claritate splendidus, sed virtutibus, ac literis micantior, in politioribus omnifariam eruditus, scripsit librum prænotatum Pulchra anima Maximiliano, primo dicatum, alterum item præscriptũ, Syderalis abyssus. Discursum itē ad Principes, & populos Germanię cōtra Lutherum, alterum aduersus Philippum Melancthon. Claruit circa annum millesimum quingentesimum vigesimum octauum.

Frat. Michael Poccientius.

F. Thomas Cassanus Florentinus reliquit volumen concionum prænotatum, Sermones extrauagantes. Obijt anno millesimo quingentesimo vigesimo octauo, sexto Nonas Maij, in Cœnobio Vrbeuetano.

F. Lauius Aquilan⁹. Fr. Sixtus Senensis lib. 4.

F. Thomas Vius Caietanus eiusdemque vrbis Episcopus, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, vir tam vitæ sanctimonia, quam ingenij præstantia illustrissimus, subtilis dialecticus, admirabilis philosophus. Theologus incomparabilis, & inter eruditissimos sui doctissimi sæculi longe eruditissimus, propter singularum morum, & doctrinę excellentiam Romæ Magister Generalis ordinis est electus, anno ætatis 39. & post decem annos, in Collegium Cardinalium à Leone decimo est assumptus, mox in Germaniam cum legationis munere ad compescendos profanos rumores, quos Martinus Lutherus hęresiarcha apud Germanos excitauerat, postea ab Adriano Pontifice legatus, in Hungariam mittitur pro expeditione contra Selimum Imperatorem. Scripsit eius vitam Flauius Aquilanus eius à secretis familiaris, vt in quarta centuria historiali ordinis habetur lib. 1. capit. 77. vsque 84. Scripsit subtilissimus Doctor, & perfecit D. Thomæ commentaria, in librum Perihermenias Aristotelis, quæ morte præuētus nō abso-

uerat, scripsit item super prædicabilia Porphirij, super libros posteriorum, super prædicamenta, super libros de anima, scripsit super librum de ente, & essentia, scripsit commentaria in summam Theologiæ D. Thomæ in tres partes distributam, & à posteris in quatuor partitam, quibus mirifice illam decorauit. Composuit etiam summulam de peccatis, volumen etiam sat grande opusculorum sequentia complectens, opusculum de potestate Pontificis, Apologiam pro eodem opusculo, tractatum de cambijs, de monte pietatis, de maleficijs, de votis, de circunstantia diei festi, de vsura, de eleemosyna, de conceptu entis, de infinitate Dei, de bonis per vsuram acquisitis. De nouitijs, de castitate. Scripsit item aduersus Lutherum opuscula, de fide, & operibus, de communione, de confessione, de satisfactione, de inuocatione sanctorū. Tractatum item de Pontificatu, de simonia, de celatione confessionis, de spasmo virginis, de matrimonio, de nominum analogia, de subiecto naturalis philosophiæ, de potentia neutra, de vsu spiritualium rerum, in peccato mortali, responsionem ad quæstiones, de voto, & de vnitate peccati, de pollutione confessoris ex audientia confessionis, respōsionē ad triplicem quæstionē, ad quæsitum, si potest sacerdos sumere reliquias sacras, quæ in calice remanserunt post sumptam oblationem, quæstionem, vtrùm sacerdos celebrans pro multis satisfaciat singulis. Orationem habitam, corā Alexandro sexto, de virtute orationis, plures orationes factas in capella Summi Pontificis, cum esset ordinis nostri generalis procurator, & in extrema senectute sua; post has fere innumeras lucubrationes, in Aristotelis philosophiā, & in omnem D. Thomæ Theologiam editas, totam veteris, ac noui testamenti molem iuxta literæ sensum omnium difficillimum, & Hebræa Græcaque veritate nudo, breuique sermone exposuit, exceptis, Cantico Canticorum, & prophetis, quos moriens inchoatos deseruit, & Apocalypsim, quam de industria intactam reliquit, inquiens, in ea exponenda, non ingenio, sed diuinatione opus esse. Obijt Romæ anno millesimo quingentesimo trigesimo tertio, quarto Idus Augusti ætatis vero suæ anno 66.

F. Thomas Badia Mutinensis, primū propter eius vitæ integritatem, & incomparabilem eruditionem sacri palatij Magister, deinde Cardinalis Sancti Syluestri à Clemēte septimo assumptus, scripsit librum de prouidentia Dei plēraque item ad philosophiam spectātia, nimirum, in octo libris Physicorū, in libros de anima, in Metaphysicam quæstiones item physicas. Obijt anno millesimo quingentesimo quadragesimo septimo, octauo Idus septembris.

Fr. Alphonsus Ciaconius.

Fr. Leander Albertus lib. 4. fol. 134.

F. Thomas Stella Venetus Episcopus Iustinopolitanus vir eruditione, ac religiosis moribus clarus scripsit librū de charitate Christi, & orationes aliquas, circa annum millesimum quingentesimum quinquagesimum sextum.

Antonius Posseuin.

F. Thomas Iacomellus Pinarolensis, in subalpinis Italiæ supra Augustā Taurinorum Theologiæ sacræ studijs excultus, & moribus conspicuus, primò Inquisitor, deindè Episcopus Tolonensis, scripsit librum prænotatum propugnaculum contra Francisci Meddensis calumnias, & errores, & alium de authoritate Pontificia. Claruit circa annum millesimum quingentesimum sexagesimum quartum.

Frat. Michael Plodius li. 4.

Fr. Thomas Elisius Neapolitanus, in disceptationibus scholasticis, & in quæstionibus, hac nostra ætate controuersis eximia dexteritate, atque eruditione insignis, edidit opus eruditum prænotatum, Piorum clypeus aduersus hæreses recentes, & veteres, in quo tractat sequentes quæstiones. De prædestinatione, de reprobatione, de libero arbitrio hominis, de bonis operibus nostris, de fide Catholica, de gratia, de iustificatione impij, de purgatorio, de baptismo paruulorum, de peccato originali, de Sacramento Altaris, de Missa, & sacrificio, de communione, sub vtraque specie, de Sacramento pœniten

Fr. Antonius Lusitanus.

tiæ, de

tiæ, de confessione auriculari, de satisfactione, de ieiunio, de eleemosyna, de oratione, de matrimonio, de cælibatu, de virginitate, de diuortio, de veneratione sanctorum, de communitate rerum, de Ecclesia, de credendis, & faciendis, de interpretatione sacræ scripturæ, de sacerdotibus, de prælatis, de Episcopis, de residentia Episcoporum, de potestate Papæ, & aliorum prælatorum, de clauibus Ecclesiæ, de traditionibus, de imaginibus, de adoratione, de inæqualitate peccatorum, de hæreticis, & hæresibus, de votis monasticis, de indulgentijs, de Papę electione, de Concilio Generali, de primatu Summi Pontificis, de paupertate clericorum, de authoritate Papæ etiam temporali, de vera donatione facta Ecclesiæ, per Constantinum Imperatorem. Scripsit etiam opus inscriptum, Christianæ Religionis arcana, in octo tractatus distributum, de concilijs, de duodecim articulis fidei contra Hebræos, de sacrificijs, & Sacramentis vtriusque legis, de peccatis in communi, & in speciali, de donis Spiritus Sancti, de virtutibus Cardinalibus, de voluntate Dei. Claruit circa annum millesimum quingentesimum septuagesimum.

Fr. Antonius Lusitanus. *Antonius Posseuin.*

Frat. Thomas Bonnsignius Senensis magni Hetruriæ Ducis Theologus, & illi acceptissimus Scholasticis disciplinis egregie versatus, morum grauitate, & in rebus agendis experientia, & dexteritate excellens, scripsit patria lingua tractatum, de cambijs, alium de venditione ad tempus, & Latine tractatū, de Incarnatione filij Dei, de Angelis, & de alijs Theologicis quæstionibus. Claruit circa annum millesimum quingentesimum octuagesimum.

Frat. Michael Plodius lib. 4.

Frat. Michael Plodius li. 4.

F. Thomas Peregrinus Venetus publicus Metaphysicæ professor Paduæ, stipendijs Senatus Veneti adductus, scripsit commentaria, super Metaphysicā, circa annum Domini 1580.

Frat. Michael Plodius li. 4.

F. Thomas de Capua Neapolitanus studij Messanensis, in Sicilia publicus Metaphysicæ professor, scripsit commentaria super Metaphysicam, & tractatū de Trinitate. Claruit circa annum millesimum sexcentesimum.

F. Leāder Albertus, lib. 4. fol. 139. *Fr. Ambrosius Taegius 1. p.*

F. Thomasinus Ferrariensis, in Theologia sacra nobiliter excultus, scripsit volumen concionum, de tempore, aliud de sanctis, quadragesimale item, & commentaria super quatuor libros Magistri sententiarum.

SICVLI.

F. Leāder Albertus, lib. 4. fol. 83. *Fr. Antonius Lusitanus.*

FRATER Thomas de Lentino, qui S. Thomam Aquinatē, ad ordinem admisit, sanctitate, morum honestate, doctrina, & eloquentia, egregius Romanæ prouincię moderator extitit, deinde Archiantistes Cusentinus, & Patriarcha Hierosolymitanus copilauit vitam S. Petri Martyris sermone compto: scripsit item volumen concionum de sanctis: munus Pontificis maximi Hierosolymis aliquando sustinuit, id est legati à latere. Obijt anno millesimo ducentesimo septuagesimo septimo.

Antonius Posseuinus. *F. Ambrosius Gozzeus.*

F. Thomas Fazellus præclarus Theologus, & in cognitione antiquitatum, & historiarum lectione admodum versatus, scripsit volumen sat grande, de rebus Siculis, quod in duas decades librorum diuisit, & cum Latinam eam historiam emisisset reddidit Italicam Regnigius Florentinus, scripsit item librum de Regno Christi. Claruit circa annum millesimum quingentesimum sexagesimum.

F. Ambrosius Gozzeus.

Fr. Thomas de Monacho Drepanita, scripsit super Logicam, Physicam, de anima, de cœlo, & mundo, circa annum millesimum sexcentesimum.

GERMANI.

Fr. Leander Albertus lib. 4. fol. 153.

FRATER Theodoricus de Friburgo, vir eruditissimus, & suo tempore, in Germania quasi oraculum habitus, ad difficillimas quasuis Theologiæ difficultates enodandum, scripsit librum de quidditatibus rerum, alium de visione beatifica, de mensuris rerum, de concessione pri-

ne priuilegiorũ ordinis de origine prę-dicabilium, de tribus definitionibus, de generatione lucis, de Iride, de tempore. Claruit circa annum millesimum ducentesimum septuagesimum.

Fr. Ambrosius Taegius 1. p. Fr. Theodoricus de Appoldia Erfordiensis eruditione, ac vitæ honestate, clarus scripsit iussu Magistri Generalis Ordinis vitam B.P. Dominici, & B. Elisabeth filiæ Regis Hungariæ, circa annum millesimum ducentesimum nonagesimum.

Fr. Antonius Lusitanus. Fr. Theodoricus alter scripsit de quantitate entium, de natura elementorum, de intellectu, & intelligibili, de principio materiali, de causa, de coloribus, circa annum millesimum trecentesimum decimum.

F. Leãder Albertus, lib. 4. fol. 153. F. Theodoricus Teutonius alter, scripsit librum de impressionibus radialibus, ad Generalem F. Aymericum, circa annum millesimum trecentesimum decimum.

F. Albertus Venetus. F. Theodoricus alius, scripsit summã vtilem, ac notabilem de arte Chirurgiæ.

Tritbemi⁹ additione 2. F. Tilmanus Sirbergensis Conuentus Coloniensis Prior Theologus eruditus hęreticorũ censor acerrimus, & Inquisitor scripsit librũ de Ecclesiæ Sacramẽtis, annotationes etiam, & appendicem in Enchiridion Ioannis Echij, & nonnulla alia, circa annum millesimũ quingentesimum trigesimum.

Fr. Antonius Lusitanus. F. Thomas Teutonius plurium scientiarum officina locuples, scripsit libros de origine rerum, quos aliqui arbitrantur esse, qui de proprietatibus rerum inscribuntur, scripsit item de corpore Christi in Sacramento altaris, librum etiam de corpore Christi mortuo, & nonnullos alios tractatus.

Tritbemi⁹ de viris il lustribus Germaniæ. F. Thomas de Argentina confessor Monialium, in superiori Steyga, & in Renthyngen eiectarum à Clyngẽtal Basiliensi factus pro Dei amore, & deuotarum sororum, multos labores forti animo sustinuit (de quo Trithemius, cum adhuc viueret F. Thomas iste, ita loquitur) Vir est (inquit) deuotus mitis, humilis, studiosus, & doctus, solis literis, & virtutibus deditus, scripsit sermones elegantissimos deuotioni, & compunctioni adeò congruos, vt me nunquam similes legisse meminerim: totus enim ardet, feruet, incendit, non more cæterorum superficialiter, sed ex corde loquens, tam erudite, tam deuote, vt lapidea corda mouere posse videatur, neque enim superuacaneis allegationibus tempus insumit, sed veterum exemplo rhetorio modo incedit, scripsit eodem spiritu, & feruore meditationes pulcherrimas libro vno Epistolas ad diuersos; & multas, & ornatas quęstiones profundas scripturarum, sibi motas ab amicis, tam proprie, tam Catholice, tam diserte enodauit, vt nihil aptius responderi ad propositum possit. Viuit adhuc (inquit Trithemius) in Steyga Cœnobio monialium, in diœcesi Argentinensi, sub Maximiliano Imperatore anno Domini, quo hæc scribimus 1495. indictione 13.

ANGLI.

F. Leãder Albertus, lib. 4. fol. 136. FRATER Thomas Suetonius eruditionis præstantia, & vitæ probitate conspicuus, scripsit summam Theologiæ, cum quæstionibus difficillimis, compleuit commentaria D. Thomæ in librum Perihermenias, scripsit in Priora, & in Posteriora Aristotelis Breuiarium, item Theologiæ compendium D. Thomæ, quodlibeta, de relatione librum, de vnitate formæ, commentaria item super Psalterium. Claruit circa annum millesimum ducentesimum nonagesimum.

Fr. Ambrosius Taegius 1. p.

F. Sixtus Senensis libro 4. Fr. Thomas Sperman sacra disciplina excultus, scripsit in totam Genesim & in Epistolam ad Hebręos, & in Canonicam Iacobi, circa annum millesimum ducentesimum nonagesimum.

Fr. Sixtus Senensis lib. 4. Frater Thomas Anglicus in politioribus, ac diuinis literis præclarus, Regis Angliæ Ricardi confessarius (cui etiam celebre potest esse encomiũ quod sex fratres eiusdẽ genitis parentibus in nostro ordine habuit, qui fuere viri animi

dotibus, doctrina, & religione prestantes) postmodum fuit creatus Cardinalis, sub titulo Sanctę Sabinæ, scripsit librũ de doctrina scholarium, & super quatuor libros sententiarum, super Boetium, & super vniuersam Aristotelis philosophiam. Claruit circa annum millesimum trecentesimum quintum.

Fr. Antonius Lusitanus. Fr. Thomas Iorsius eruditione, tam sacra, quam scholastica præstans, scripsit in quatuor libros Magistri sententiarum, item in Psalterium Dauidis, & conciones per annum. Claruit circa annum 1310.

Fr. Albertus Venetus. Fr. Thomas Ryngstede Vangoriensis Episcopus, scripsit super quatuor libros Magistri sententiarum; in Psalterium, in parabolas Salomonis placita Theologica, distinctiones itẽ Theologię. Viuebat anno millesimo trecentesimo decimo quarto.

Fr. Ambrosius Taegius 1. p. Fr. Thomas Languefrodius scripturę sacræ & historię humanæ studijs excultus, scripsit commentaria super Iob Chronicon item ab orbe condito, vsque ad annum 1314.

F. Ambrosius Gozzeus. F. Thomas Nortuode sacrę scripturæ dilucidator egregius, & scholasticæ disciplinæ cognitione excellens, scripsit super Epistolam ad Romanos, & super quatuor libros sententiarum, circa annum 1314.

Frat. Michael Pius appendice col. 411. F. Thomas Vualens Philosophus eximius Theologusque eruditus, necnon in diuinis literis nobiliter versatus, & tam intrepidus veritatum fidei propugnator, vt sicut olim Paulus Petro in faciẽ audacter restitit, quia reprehensibilis erat, vt dicitur in Epistola ad Galatas, sic quoque Ioanni vigesimo secundo Pontifici Summo, non fuit veritus se fortiter opponere in sententia, quæ vt priuato doctori ei à pluribus, obijciebatur, licet vt Sixtus Senensis, libro sexto bibliothecæ sanctæ in fine annotationis 345 in apocalypsis caput sextũ, nullo modo verum sit, quod Ocham eidem Pontifici infensus, & in hoc à Concilio Tridentino damnatus de eo scripsit. Sed ad F. Thomam Vualentem reuertamur, qui scripsit doctissime librũ de statu animarum post mortem, & cõmentaria super Psalterium, super Prouerbia, Cantica, super libros D. Augustini de ciuitate Dei, super quatuor libros sententiarum, super octo libros Physicorum Aristotelis, & librum de coloribus rhetoricis. Claruit circa annum millesimum trecentesimum vigesimũ quartum.

Fr. Sixtus Senensis lib. 4. F. Thomas Stubez doctrina & morũ præstantia excellens, scripsit librum de statutis Ecclesię, & dicitur aduersus eadem impugnantes, item de vita solitaria, alterum de arte moriendi, item de stipendijs, quę prædicationibus debentur, de pœnis peregrinationis huius vitę, volumina concionum de tempore, ac de sanctis commentaria, super Cantica Officium, & Missam de nomine Iesu. Claruit circa annum 1350.

Gesneri abbreuiator.

Fr. Ambrosius Taegius 1. p. F. Thomas Lise, scripsit volumen cõcionum per annum, item scholasticas conciones, claruit anno 1380.

Trithemi in additione 2. F. Thomas Brauardinus vir eruditus composuit librum aduersus Pelagianos, & alium de vnitate Dei, causæ causarum. Circa annum millesimum trecentesimum octuagesimum.

Fr. Antonius Lusitanus. F. Thomas Guallensis, scripsit librum vnum de formis Deorum moralizatum in libros Ouidij quindecim, librum itẽ aduersus Iconoeclastas, & librum de statu animarum post mortem. Claruit circa annum millesimum quadringentesimum decimum.

Antonius Posseuin. F. Thomas Palmerius vir Patrum lectione, & scholastica disciplina egregie instructus, scripsit de vnione facienda librum vnum, alterum de veneratione sanctorum, alterum de honorandis sacris imaginibus, de originali peccato, de peregrinatione atque, de indulgentijs alios. Viuebat anno millesimo quadringentesimo decimo.

HIBERNI.

Fr. Antonius Lusitanus. FRATER Thomas de Hibernia in sacræ Theologiæ, & Sanctorũ Patrum lectione versatus, scripsit librũ prænotatum, Manipolus Florum

in quo vno coniecit optima quæquè, quæ de virtutibus, ac vitijs apud Patres sparsim habebantur, circa annũ millesimum quadringentesimum trigesimũ tertium

B E L G Æ.

Fr. Leander Albertus lib. 4. fol. 147. Tritbemi⁹ de viris illustribus Germaniæ

FRATER Thomas è Cantiprato Brabantinus Alberti Magni discipulus, & Angelici Doctoris condiscipulus, scripsit opus eruditum de apibus mysticis, quod vocatur, Bonum vniuersale, vitam item Diuæ Christinæ. Huic patri D. Thomas iniunxit vt Aristotelem è Græco Latinum redderet. Scripsit etiam librum de naturis rerum. De miraculis item sui temporis duos libros Duaci editos anno 1597. Claruit circa annum 1260.

D A C I.

F. Leãder Albertus, lib. 4. fol. 137.

FRATER Tullius Dacus vir literis Sacris, & Scholasticis concertationibus eruditus scripsit cõmentaria in duodecim Prophetas Minores, & librũ de potentijs animę. Claruit circa annum 1470.

V

HISPANI.

F. Sixtus Senensis libro 4. Tritbemi⁹

SANCTVS Vincentius Ferrer Valentinus vitę Sãctitate, Doctrina, & prædicatione clarissimus, vir totus spiritu Dei plenus, Apostolicus præco, diuinaque tuba innumeros populos ad Christum adducens, & vltra viginti quinque millia Iudæorum, & ocho millia Agarenorum prædicatione ad Catholicam fidem introducens, vltra centum millia hominũ prauis, ac desperatis moribus scatentium, ad sanam mentem, & vitæ emendationem reddidit, vt ad eius canonizationem expediendam comprobatum est, dono prophetiæ, linguarum, & miraculorum in vita, & morte conspicuus scripsit concionum libros tres de tempore de sanctis, & de alijs solẽnitatibus, quæ inter scholasticas conoiones primas tenent. Librum item de suppositioribus, in quo plura philosophica, & Theologica exponit, librum de fine mundi, aliũ de vita spirituali, & postquã varia Regna totius Europæ & potissimas prouincias lustrauit, verbum Dei per quadraginta, & amplius annos disseminando maximo emolumento subsecuto ad cœlestem patriam migrauit anno Domini 1419. nonis Aprilis, ætatis suæ 70. & à Calixto Tertio, in sanctorum confessorum numerum est adscriptus.

Fr. Antonius Lusitanus.

Fr. Vincentius Mexia Bethicus, eruditus, egregiusque concionator scripsit Hispano idiomate librum de statu matrimonij, & obligatione coniugatorũ, circa annum millesimum quingentesimum septuagesimum tertium.

Diagus li. 1. ca. 85.

Fr. Vincentius Iustinianus Antistius claro genere ortus, & Sancti pariterque grauissimi cœnobij Valentini alumnus, in Aristotelis, scholasticaque doctrina versatus, & in euoluendis annalibus, & rerum antiquarum monumẽtis vix nostra ætate vlli solertia, & sedulitate cõferendus, scripsit compendium quoddã super Logicam, & Thesaurum quæstionum disputaturis, vel defensuris Theses valde commodum, & Hispana lingua historiam vitę, ac miraculorum S. Vincentij Ferrer, item Sancti Ludouici Bertrandi duobus complexã libris, item S. Petri Gundisalui Telmi, Latine etiam edidit tractatum de stigmatibus S. Catherinę Senensis, adnotationesquè super opuscula S. Vincentij, & denique relationem de inuentione corporis Sanctæ Angelinæ. Obijt in prædicto suo Prædicatorio Valentino Conuentu anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo nono.

Fr. Vincentius Gomez, eiusdem Valentini Prædicatorum cœnobij alumnus, Theologiæ, Scripturæque Sacræ eruditione præstans, & historiarum cognitione clarus scripsit vitam venerabilis Patris F. Dominici Anodõ,

& tra-

& tractatum, vel descriptionem vrbis Hierusalem. Viuit adhuc.

ITALI.

F. Leāder Albertus, lib. 4. fol. 154.

FRATER Valentinus de Camerino Perusinus in Peripateticorũ ac D. Thomæ disciplinis exacte versatus, scripsit volumen quæstionum Metaphysicarum, vltra centũ & quinquaginta, circa annum millesimum quingentesimum.

Frat. Ambrosi° Gozzæus.

F. Valerius Moscheta Paduanus, scripsit vitam B. Vincentij confessoris, & sanctæ Iustinæ virginis, & Martyris, circa annum millesimum quingentesimũ nonagesimum.

Frat. Michael Pecciancius. Frat. Michael Pi° lib. 4.

F. Vbertinus Florentinus, qui fuit Pistoriensis Ecclesiæ præsul, in physica doctrina æque, vt in Theologia nobiliter eruditus, scripsit super duodecim libros Metaphysicæ Aristotelis, circa annum 1425.

Fr. Albertus Venetus.

F. Vdo de Vitonio, scripsit super Psalmum quinquagesimum, circa annum millesimum trecentesimum trigesimũ quartum.

Fr. Albertus Venet°

F. Vercellinus de Vercellis Philosophus, ac Theologus egregius, & in sacris literis egregie versatus, scripsit commẽtaria super Euangelia Dominicalia, volumen plurium quæstionum, Hymnos, & sequentias de sanctis, & summam Logicæ cõtra Ocham, præscriptam Antiocham. Claruit circa annum millesimum quadringentesimum sexagesimũ

Frat. Michael Pius lib. 2.

F. Venturinus Bergomas, vir doctrina, concionibus, atque vitæ sanctitate clarus, scripsit volumen sermonum, in quibus habendis, & declamandis excelluit, & epistolas eruditas, circa annum millesimum trecentesimum quadragesimum sextum.

F. Ambrosius Gozzæus.

F. Vgolinus de Camerino Marchianus, scripsit librum concionum de tempore, ac de sanctis, circa annum millesimum quingentesimum.

Fr. Antonius Lusitanus. Antonius Possevin°

F. Vincentius Vandellius à Castronouo, qui propter eximiam eruditionem, & virtutum excellentiam ex regente almi studij factus est Prouinciæ Lom- A bardiæ moderator, postmodumque magister generalis totius Prædicatoriæ familiæ, scripsit de Conceptione B. Virginis libros duos sanctorum Patrum, ac Doctorum scholasticorum, authoritatibus, ac doctrina refertos. Item scripsit opusculum de eodem argumento, in quo ducentorum, & sexaginta sanctorum, & Doctorum testimonia adducit, quibus D. Thomæ sententia stabilitur. Scripsit etiam librum de potestate Papæ, librum etiam quæstionum Theologicarum de varijs argumentis, commẽ- B taria in constitutiones ordinis, ex actis comitiorum generalium desumpta. Obijt in conuentu Montis alti in Calabria, anno millesimo quingentesimo sexto, ætatis suæ anno 70. & ad Regium S. Dominici Neapolitanum corpus eius translatum est.

Fr. Antonius Lusitanus. Frat. Michael Pius lib. 3.

F. Vincentius Giachanus Clugiensis in Physicis, & Theologicis concertationibus insignitus, linguæ itẽ Græcæ cognitione clarus, Metaphysicam D. Thomæ correxit, Græca exemplaria interdum consulendo, vt Angelici Doctoris C sensum, & expositionem lectioni Græcæ consonam ostenderet, addidit & tabulam eiusdem operis, circa annum millesimum quingentesimum sextum.

Frat. Michael Pius lib. 3.

F. Vincentius de Casali, scripsit tractatum de conceptione B. Virginis eruditione plenum, circa annum millesimum quingentesimum decimum septimum.

Fr. Ambrosius Gozzæus.

Fr. Vincentius Mainardus, è sancto Geminiano religione, ac doctrina ex- D cellens, scripsit iussu Clementis septimi vitam D. Antonini Archiantistitis Florentini, anno millesimo quingentesimo vigesimo quinto.

Frat. Michael Pius lib. 4. Frat. Michael Pius lib. 4.

Frater Vincentius Larcherius Romaniolus, linguarum Hebrææ Grææ, & Latinæ peritissimus, scripsit aliquot opera erudita, vt Leander Albertus in descriptione Italiæ ait, circa annum millesimum quingentesimum vigesimũ sextum.

F. Leāder Albertus, lib. 4. fol. 150.

Frater Vincentius Placentinus, Philosophiam æque vt Theologiam callẽs,

F. Leãder Albertus, lib. 4. fol. 150.

ſcripſit logicam eruditam, item librum vnum defenſionum B. Catherinæ Virginis Senēſis, in quo plures nodos Theologiæ diſſoluit, librum orationum in electionibus Prælatorum, & in feſtis ſolemnibus, in gradibus Doctorum, in inchoationibus prælectionis Librorum Theologicæ, ac phyſicæ diſciplinæ, librum etiam orationum funebrium. Claruit, circa annum milleſimum quingenteſimum quadrageſimum.

Frat. Ambroſi^9 Gozzeus.

Fr. Vincentius à Quintiano Brixienſis, in Sacris litteris optime verſatus, & in philoſophiæ, ac Theologiæ cognitione cum magnis conferendus, ſcripſit fragmenta quædam in Logica, paraphraſim in Diuũ Thomam, in libros Poſteriorum, in libros Ariſtotelis de anima, Opuſculum de Sacrificio Miſſæ, contra nouas hæreſes, opuſcula aliquot de primatu Petri, Opuſculum, vel tractatum de virtutibus animæ, commentaria item in libros Metaphyſicæ. Claruit circa annum milleſimum quingenteſimum ſeptuageſimum quintum.

Antonius Poſſeuin^9

Fr. Vincentius Petra Sancta ſcripſit tractatum ſiue tabulas quinque, Doctrinam ſeptem Sacramentorum complectētes, circa annum milleſimum quingenteſimum ſeptuageſimum ſeptimũ.

Fr. Antonius Luſitanus.

Fr. Vincentius Herculanus Peruſinus, primum Sarnenſis, deinde Immolenſis Eccleſiæ præſul, in Scholaſtica Theologia, ac in philoſophia nobiliter excultus Religioſaque obſeruantia conſpicuus, propterquæ à Sanctiſsimo Pontifice Pio Quinto in Belgium miſſus eſt, pro noſtri ordinis reformatione, temporum malitia ibidem aliquantum collapſi, quod egregie, ac integerrime præſtitit, ſcripſit ſuper Logicam Ariſtotelis, ſuper libros Metaphyſicæ atque etiam ſuper libros de anima. Claruit circa annum milleſimum quingenteſimum ſeptuageſimum ſeptimum.

Fr. Antonius Luſitanus.

Frat. Michael Pius lib. 2.

Fr. Vincentius Iuſtinianus, ex claro Dominorum Inſulæ Xienſis genere ortus, ſed morum præſtantia litterarumque eruditione clarior, primum totius noſtri Ordinis Magiſter Generalis, deinde à Pio Quinto, in Cardinaleni Sanctæ Romanæ Eccleſiæ eſt aſſumptus, ſua induſtria, cum eodem Sanctiſsimo Pontifice effecit, vt vniuerſa opera Diui Thomæ Romæ, maximis expenſis, aſsiduaque diligentia, in totius Chriſtianæ Reipublicæ vtilitatem excuderentur; librum item conſtitutionum Ordinis noſtri, & illarum Gloſſas, & declarationes ex actis generalium comitiorum depromptas à tẽpore, F. Vincentij Vandeli, celebratorum, & ex decretis Sacroſancti Cõcilij Tridentini adiunctis, quæ Regularium ſtatum concernebant, conciones item Diui Thomæ, tam de tempore, quam de Sanctis, in Bibliotheca Vaticana repertas, & nunquam antea editas etiam prælo dari fecit, varias etiam Epiſtolas exhortatorias eruditione refertas, ad vniuerſos fratres, ſui ordinis ſcripſit. Obijt anno Domini milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſecundo.

Frat. Michael Pi^9 lib. 4.

Fr. Vincentius Spargiati Bononienſis ſcripſit compendium ſuper cunctas ſcientias, Agatemaria nuncupatum, circa annum milleſimum quingenteſimũ octuageſimum octauum.

F. Ambroſius Gozzeus.

Frat. Vincentius Calci de Soncino Epiſcopus Venuſinus, ſcripſit librum quæſtionum phyſicarum, & librum de Anima, circa annum milleſimum quingenteſimum nonageſimum ſextum.

Fr. Antonius Luſitanus.

Frat. Michael Pius appendice

Fr. Vitus Materanus Apulus, in ſtudio Regio Neapolitano Sancti Dominici Regens ſcripſit ſuper Prædicamenta Ariſtotelis, & aliquot opuſcula tam in diuina, quam in humana philoſophia, circa annum milleſimum quadringenteſimum vigeſimum.

Fr. Ambroſius Gozzeus.

Fr. Vuarnherus de Botis, vitæ integritate, atque omnigena eruditione præſtans ſcripſit duo volumina ſuper Euãgelia de tempore, per annum. Claruit circa annum milleſimum trecenteſimum decimum quartum.

Frat. Michael Pius lib. 4.

Fr. Vmbertus Locatus Placentinus commiſſarius Generalis Inquiſitionis Romæ Epiſcopus Balneoregienſis ſcripſit volumen præſcriptum, Opus

iudiciale Inquisitoribus apprime vtile. Obijt anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo.

F. Bernardus Lucēburg. libr. 1. cap. 1.

Fr. Vmbricus scripsit septem libros de proprietatibus rerum, circa annum millesimum quadringentesimum sextum.

GALLI.

F. Sixtus Senensis libr. 4. Tritbemi.

FRATER Vincentius Beluacensis Episcopus Burgundus, inexplicabili discendi, docendi, legendi, scribendique ardore captus, & nullis vnquam studiorum laboribus, & vigilijs fessus, cum omnes omnium pene gentium libros longo tempore, & assidua diligentia reuoluisset, hortatu amicorum, & sumptibus Philippi Valesii Gallorum Regis adiutus, collegit ex dictis innumerabilium authorum, tam Christianorum, quam Gentilium in Hexameron volumen ingens triginta duobus magnis libris diuisum, quod idcirco, speculum naturale inscripsit; quia hoc vno complexus est quidquid speculatione, admiratione, & imitatione dignum inueniri potest, in his, quæ in mundo visibili, & inuisibili, ab initio vsque ad finem facta, vel dicta sunt, siue etiam naturaliter adhuc futura sunt annotatis intra ipsas contextus lineas singulorum authorum nominibus, ex quorum scriptis hoc opus consarcinauit. Summa autem librorum huius voluminis hæc est, videlicet. De prima Mundi creatione, hoc est de Creatore, & de his, quæ ab eo ante omnem diem creata sunt libro vno, de opere primi diei libro altero, de opere secūdi diei libris duobus, de opere tertij diei libris decē, de opere quarti diei libro vno, de opere quinti diei libris duobus, de opere sexti diei libris vndecim, de opere septimi diei, & de his, quæ Deus postquam requieuit die septimo operatus est libris quatuor. Scripsit item speculum historiale triginta duobus libris distributum, speculum morale tredecim libris constans, insuper libros quatuor de Gratia Christi, librum de laudibus Beatæ Virginis, siue

A

de moribus, & gestis ipsius; alium de laudibus Beati Ioannis Euangelistæ, alterum de institutione puerorum Regularium, & in quibus libris sint instituendi, Epistolarū ad diuersos librum vnum, Epistolam consolatoriam ad Regem Franciæ Ludouicum de morte amici. Obijt anno millesimo ducentesimo sexcentesimo quarto, vt asserit Frat. Ferdinandus Castillus 1. parte libro. 2. capit. 69. decem annos antequam Diuus Thomas, è cuius Doctrina, & scriptis aliquot tra-

B

ctatus, quos in speculo morali scripsit exhaurire, & transcribere potuit, cum per quindecim integros annos ante obitum Fr. Vincentij Beluacensis, iam Parisijs Cathedram Primariam Diui Thomæ regeret, atque scribendis varijs quæstionibus intenderet, quas limatas, & politiores postea in lucem edidit.

Fr. Vmbertus Heduus de Romanis Magister Generalis Ordinis, videatur supra, in littera. H. Frater Humbertus.

C

GERMANI.

FRATER Vlricus Engelbertus Prouinciæ Theutoniæ moderator scripsit librum, quo plures nodos philosophiæ, ac Theologiæ explicauit, & librum alium diuersarum quæstionum, tam physicarum, quam Theologicarum. Claruit circa annum millesimum ducentesimum septuagesimum sextum.

F. Leāder Albertus, lib. 4. fol. 138.

D

Fr. Vlricus alter Theuto, scripsit super quatuor libros sentētiarum, librum item de foro conscientiæ, de casibus iuris, de anima, de metaphysica Aristotelis, circa annum 1262.

Fr. Antonius Lusitanus.

F. Vlricus Argentinensis Fr. Alberti Magni discipulus, scripsit in quatuor libros sententiarum, summam itē Theologiæ, & librum de anima composuit, circa annum 1281.

Guillelmus Eisingrenius.

Fr. Vi[illegible]elmus de Verida Coloniensis vir pietate, ac Doctrina clarus scripsit super Epistolas, & Euangelia ab ad

Fr. Antonius Lusitanus.

uentu, vsque ab Pascha. Claruit circa annum 1314.

ANGLI.

Fr. Antonius Lusitanus.

FRATER Vuillelmus Ringishinensis in scholastica, & sacra doctrina egregie eruditus, scripsit commentaria super quatuor libros Sententiarum, & super Ecclesiasticum, volumina item duo concionum de tépore, ac de sanctis. Claruit circa annum millesimum ducentesimum sexagesimum secundum

F, Anton. Lusitanus

Fr. Vuillelmus Boderhisnensis, qui fuit sacri palatij Magister, scripsit satis erudita commentaria super Cantica, super Threnos Hieremiæ, & super Epistolam ad Romanos, circa annũ 1262.

POLONI.

Bzouius, cap. 12.

FRATER Valerianus, scripsit librum præscriptum Aureus flos, super Logicam eruditione plenũ Viuit adhuc

DALMATÆ.

F. Ambrosius Gozzeus.

FRATER Vincentius de Farp scripsit librum de origine, & successione Dalmatarum, seu Illiricorum, circa annum 1520.

Frat. Michael Pi lib. 4.

Fr. Vincentius Buccia Cattarensis, scripsit librum de cõcilijs, vt refertur in actis comitiorum generalium ordinis Romæ, anno 1542. & claruit vsque ad annum Domini 1558.

F. Ambrosius Gozzeus.

F. Vincentius de Bosna Ragusinus scripsit Latine librũ de Rosario Beatissimæ Virginis, & aliquot alios tractatus circa annum millesimum quingentesimum nonagesimum.

Z

ITALI.

Frat. Michael Poccia tius & Frat. Michael Pi appendice

FRATER Zacharias Florentinus, scripsit librum Italice prænotatum Conforto di condemnati hoc est consolatio condemnatorum ad mortem, Romæ editum circa annum Domini millesimum quingentesimum nonagesimum, author vero claruit circa annum millesimum quingentesimum sexagesimum sextum.

Frat. Michael Pocciantius & Frat. Michael Pi

Fr. Zacharias Florentinus alter traduxit lingua Italica testamentum nouum, circa annum millesimum quingentesimum octuagesimum sextum.

Frat. Michael Pocciantius F. Leander Albertus, lib. 4. fol. 154. Frat. Michael Pi appendice col. 416.

F. Zenobius Acciayolus Florentinus eruditioni scholasticæ, & diuinæ linguę Græcæ peritiam addens, è Græco in Latinum vertit Olympiodorum in Ecclesiastem, librum item Eusebij Cęsariensis contra Heroclem, libros præterea Theodoreti Cyrensis de Græcarũ affectionũ curatione, & Iustinum Martyrem. Extat etiam eius epistola erudita ad Franciscum Picum Mirandulanũ, scripsit item librum de laudibus vrbis Romæ, & conciones in Epiphaniã Domini, & plura, quę ad Leonem decimũ scripsit, coram eo namque plures habuit orationes, & ab ipso bibliothecarius Bibliothecæ Vaticanæ, præfectus est. Obijt anno Domini 1520. ætatis vero suæ 58.

CATALOGVS SVMMORVM PONTIFICVM SANCTÆ ROMANÆ ECCLESIÆ CARDINALIVM, ARCHIPRÆSVLVM, ET EPISCOPORVM PRÆDICATORIÆ FAMILIÆ.

AVTHORE P. Fr. ALPHONSO Fernandez Placentino eiusdem Ordinis.

SVMMI PONTIFICES E Prædicatoria familia assumpti.

INNOCENTIVS quintus eruditione, ac sanctitate admirādus natione Burgundus è Tarētasia in Alpinis Scopulis municipio Pontifex creatus, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo sexto, decimo tertio Kalendas Februarij, sedit in Pontificatu menses quinque dies duos Cęsare Augusto Rodulpho primo Habspurgensi. Obijt Romæ & in basilica S. Saluatoris, quæ constantiniana dicitur sepultus est, de quo inter scriptores latius egimus verbo F. Petrus de Tarentasia.

Benedictus vndecimus Fr. Nicolaus de Taruisio appellatus ante Pontificatum, vir sanctitate vitæ, doctrina, & prudentia clarus, licet obscuris, & humilibus parentibus in Taruisio Venetiarū natus Pontifex creatus, anno Domini millesimo trecentesimo tertio, duodecimo Kalendas Nouembris, sedit in Pō- A tificatu menses octo, & dies sex, Cæsare Augusto Alberto primo, tres sātum Cardinales creauit, ipsos, è nostra Prædicatoria familia assumens, sepultus est Perusij in Ecclesia nostri ordinis miraculis clarus, de quo inter scriptores verbo F. Nicolaus, &c.

Pius quintus (Fr. Michael Ghislerius ante appellatus) è familia Ghisleria Bononiæ nobilissima originem claram ducens, licet humiliori fortuna Botchi prope Alexandriam in Lombardia natus eximiæ sanctitatis, ac virtutis vir, anno
B Domini 1566. septimo idus Ianuarij Pōtifex, creatus sedit in Pontificatu annos sex, menses tres & dies viginti tres Maximiliano secundo Cęsare Augusto, sepultus est in Vaticano, sed postea à Sixto quinto in Ecclesiam S. Mariæ Maioris de vrbe translatus.

SANCTÆ ROMANÆ Ecclesiæ Cardinales ex Prædicatoria familia assumpti.

FRATER Hugo de sancto Caro, alias de sancto Theodorico Viennensis Burgundus presbyter

Cardinalis sanctæ Sabinæ ab Innocentio quarto est creatus Lugduni in concilio generali, anno millesimo ducẽtesimo quadragesimo quarto, in ieiunijs quatuor temporum Aduentus, vir doctissimus, qui super totam Bibliam scripsit, missus est Legatus Sedis Apostolicę in Germaniam ad Electores Imperij, vt in abrogati Friderici olim Imperatoris locum sufficerent alium. Obijt in vrbe veteri, anno millesimo ducẽtesimo sexagesimo quarto, decimo sexto Kalendas Aprilis, & ibi in cœnobio Prædicatorum est sepultus, de quo latius inter scriptores.

F. Hanibaldus Hanibaldensis de Molaria Romanus ab Vrbano quarto, anno millesimo ducentesimo sexagesimo tertio, mense Decembri Cardinalis duodecim Apostolorum est creatus. Legatus Clementis quarti, existens Sacramentum à Carolo Siciliç Rege, ante coronationem suscepit. In tãti honoris fastigio nunquam elatus, in pauperes Christi beneficus humilitati, ac pietati vacabat. Is graui infirmitate correptus, cum à medicis salus eius desperaretur, nisi cum fœmina cubaret, potius mori, quã fœdari maluit, anno 1272. Obijt in vrbe veteri, ibidemque in cœnobio ordinis est sepultus.

F. Petrus de Tarentasia (de quo latius inter scriptores & Summos Pontifices egimus) ex Prouinciali Franciæ Archiepiscopus Lugdunensis, deinde Cardinalis Episcopus Veliternus, & Ostiensis à Gregorio decimo Põtifice maximo est creatus in Concilio generali Lugdunensi, secũdo pro recuperatione terræ Sanctę celebrato in festo Pentecostes, anno millesimo ducẽtesimo septuagesimo quarto, & infra bienniũ Summus Pontifex creatus.

F. Latinus Malabranca de Frangipanis Romanus, doctrina, & vitæ puritate pręstans à Nicolao tertio auunculo suo anno millesimo ducentesimo septuagesimo octauo, tertio Idus Martij Cardinalis Episcopus Ostiensis est creatus, Legatus Bononiæ, ac Romandiolæ factus, deinde ad Florentinos missus, vt inter Guelphos, & Gibellinos pacem componeret, quod & præclare perfecit, cũ eximius concionator, miraque facundia prędicus esset, potissimus fuit author, vt post longam Sedis Apostolicæ vacationem Celestinus Papa quintus, mirabili ordine crearetur. Obijt Perusij, anno millesimo ducentesimo nonagesimo quarto, & ad sanctæ Mariæ super Mineruam cœnobium est sepultus.

F. Robertus Kiluuarbius Anglus Cantuariensis Archiepiscopus, eodem die à Nicolao tertio Cardinalis sanctę Ruffinæ, & Portuensis Episcopus creatus est, & cum eruditione, atque eloquentia præstaret Nicolai tertij nomine epistolas aliquot ad Tartarorum Regem scripsit, eum ad Christi fidẽ inuitando, Eduardo Angliç Regi, & proceribus ob doctrinæ, & sanctæ vitę excellentiam, fuit maxime dilectus, quorum studio Archiepiscopus Cantuariensis Angliæ, primas est designatus in Cardinalatu humilem & vilem ordinis togam, vt quando minimus nouitius erat, portabat: pedes semper incessit, duobus fratribus, & totidem famulis contentus. Obijt Viterbij, anno millesimo ducentesimo octuagesimo, ibidemque in cœnobio nostro est tumulatus.

F. Hugo de Biliomo Aruernus Gallus dum Theologiam in conuentu Romano sanctæ Sabinæ legeret à Nicolao quarto in vigilia Pentecostes, anno millesimo octuagesimo octauo, Cardinalis Sanctę Sabinę, creatus est, postea Episcopus Ostiensis, à Celestino quinto. Obijt Romæ, anno millesimo ducentesimo nonagesimo octauo, & apud sanctã Sabinam est sepultus.

F. Nicolaus Taruisinus à Bonifacio octauo, anno millesimo ducentesimo nonagesimo octauo, mense Decembri presbyter Cardinalis sanctę Sabinę est creatus, fuit missus ab eodem Pontifice Legatus in Poloniam, Dalmatiã Croaciam, Hungariam, Daniam, & Sueuiã, deinde Summus Pontifex Benedictus vndecimus appellatus, de quo supra latius.

Fr. Nicolaus Martini Pratensis Tuscus doctrinæ, experientiæ rerum, prudentiæ humanitatem, ac vitæ, & morũ integritatem adiungens à Benedicto vndecimo mense Decembri, anno millesimo trecentesimo tertio Cardinalis Episcopus Ostiensis creatus, & Legatus ad Florentinos missus, mortuo Benedicto author fuit, vt Clemẽs quintus crearetur, à quo Legatus in Italiam missus Henricum Imperatorem in Lateranensi basilica Romæ coronauit, & à Ioanne XXII. Legatus item missus est, vt Siciliæ Regem diademate regni insigniret. Antea vero quam Cardinalis crearetur à Bonifacio octauo Episcopus Spoletanus, ac Vicarius Pontificis in vrbe factus, & vt Eduardum, & Philippũ Galliæ, & Angliæ Reges bello certantes pacaret Legatus missus eos fœdere copulauit vtriusque maximam amicitiam cõtrahendo. Quatuor igitur legationibus præclare gestis, obijt Auinioni anno millesimo trecẽtesimo vigesimo primo, ibidemque in nostro conuentu est sepultus.

F. Guillelmus Marlesfeldius Cantuariensis Anglus in Oxonienſi Gymnasio sacræ Theologię professor, eodem die presbyter Cardinalis sanctæ Sabinę à Benedicto vndecimo creatur. Obijt anno millesimo trecentesimo tertio, & in Londinensi cœnobio Prædicatorio est sepultus.

F. Gualterus VvinKterburnus Saresbinensis Anglus Eduardi Anglorum Regis confessarius, & Anglicanæ nostrę Prouinciæ moderator presbyter Cardinalis sanctæ Sabinæ, anno millesimo trecentesimo quarto, in capite quadragesimę creatur à Benedicto vndecimo & Romam veniens Clementis quinti electioni præfuit. Obijt Genuæ Kalendis Septembris, anno 1305. & in conuentu ordinis est tumulatus. De quo supra latius.

Fr. Thomas Iorsius Anglus genere clarissimus, & à sacris confessionibus Eduardi Regis à Clemente quinto, anno 1305. Lugduni in ieiunijs Aduentus presbyter Cardinalis sanctæ Sabinę creatur. Hic sex alios vterinos fratres habuit ordinis nostri professores, & licet genere claros, doctrina & vitæ integritate clariores, quorum vnus F. Gualterus, fuit Archiepiscopus Armacanus, & primas Hibernię, Cardinalis autem, fuit missus Legatus ad Imperatorem Henricum. Obijt in legatione, anno 1311. eius corpus in Angliam relatum in nostro Oxonienſi conuentu est tumulatum.

F. Nicolaus Farinula Rothomagensis Gallus Regis Galliæ Philippi à sacris confessionibus, eodem die à Clemente quinto presbyter Cardinalis sancti Eusebij creatur, vir concionandi munere, morum grauitate, prudentia, ac rerum peritia excellens. Obijt Lugduni, anno 1323. & in conuentu nostro Prædicatorio est sepultus.

F. Gulhelmus Petri Godinus Gallus Bayonensis Tolosanę diœcesis, ex Prouinciali Tolosano sacri palatij magister deinde presbyter Cardinalis sanctę Ceciliæ, à Clemẽte quinto, anno 1312. est creatus in ieiunijs quatuor temporum Aduentus, à Ioanne XXII. Legatus in Hispaniam missus Vallisoleti, quæ vrbs tunc ad Palentinam diœcesim pertinebat, insignem prælatorum Hispaniæ Synodum habuit, vbi plura ad cleri relaxatos mores, tunc emendandos decreta edidit. Magnus ordinis nostri pater appellatus, quippe qui cœnobia quinque ordini in Gallia, sub B. P. Dominici nomine erexit, atque præterea Ecclesiam Tolosanam instaurauit, omnibus valde gratus, & dilectus. Obijt Auinione, anno millesimo trecentesimo trigesimo sexto, cuius corpus Tolosam translatum est, & in Cathedrali sepultum.

Fr. Matthæus Vrsinus de Campo Floræ Romanus, cum esset morum integritate, & scientia conspicuus, & Romæ atque Florentię Theologiam docuisset Prouinciam item Romanam moderatus esset, à Ioanne XXII. primo Episcopus Agrigentinus, deinde Archiepiscopus Sipontinus, postmodum sanctę Romanæ Ecclesiæ presbyter Cardinalis sanctorum Ioannis, & Pauli creatur, an-

no 1327. feria sexta quatuor temporũ Aduentus. Obijt Auinione decimo quinto Kalendas septẽbris anno 1341. eius corpus Romam deportatum, apud Mineruam, in sacello ab eo constructo requiescit. Est notandum quod in Comitijs Generalibus nostri Ordinis Prædicatorum fit perpetua commemoratio, de eodem Illustrissimo Cardinali, tanquam de præcipuo benefactore ordinis: nam amplam eleemosynam perpetuã legauit pro Capitulis Generalibus celebrandis.

F. Gerardus Domarus Lemouicẽsis Gallus Magister Generalis ordinis, deinde ab auunculo suo Clemente sexto presbyter Cardinalis Sanctæ Sabinæ creatus anno 1342. duodecimo Kalendas Octobris, fuit vir innocens, gratus humilis, & pudicus, denique omnium virtutum exemplar, in pauperes perlargus, licet corpore pusillus, & imbecillis. Obijt Tolosæ, in legatione Galliæ anno 1345. ibidem in Conuentu nostro sepultus est.

Fr. Ioannes Molendinus Lemouicensis Vasco Gallus Inquisitor hæreticæ prauitatis Tolosanus sacri palatij Magister, totiusque Ordinis Generalis à Clemente sexto presbyter Cardinalis Sanctę Sabinæ creatus anno 1350. decimo quinto Kalendas Ianuarij, dum absens esset, & prouincias ordinis sua cẽsura perlustraret, obijt Auinione anno millesimo trecẽtesimo quinquagesimo octauo, & corpus ad Conuentum Tolosanum est delatum.

F. Nicolaus Rosellius Tarraconensis Hispanus ex Prouinciali Aragonię, & Generali Inquisitore Regnorum Aragoniæ, Valentię, &c. Presbiter Cardinalis Sancti Sixti, ab Innocentio sexto creatus est anno 1356. decimo Kalendas Ianuarij, excessit è viuis, quinto Kalẽdas Aprilis anno 1362. & in Conuentu Maioricensi est sepultus.

F. Guillelmus Sudre Tolosanus Gallus, ex Prouinciali Tolosano, & Magistro sacri palatij Episcopus Massiliensis & anno 1366. decimoquarto Kalendas Octobris, ab Vrbano quinto Presbyter Cardinalis Sanctorum Ioannis, & Pauli est creatus, deinde Episcopus Ostiensis, & Veliternus. Obijt Auinione, quarto Kalendas Octobris anno 1373. & ibidem, in Conuentu nostri ordinis tumulatus est.

A

F. Nicolaus Mozchinus Carractiolus Neapolitanus, in Regno Neapolitano hereticæ prauitatis Inquisitor, ab Vrbano sexto anno 1378. decimo quarto Kalendas Octobris Presbyter Cardinalis Sancti Cyriaci creatus est, plures legationes gessit, Perusinam, Venetã, Neapolitanam, & peregrinanti Vrbano sexto semper adhæsit. Obijt anno 1389. Romæ, & apud Mineruæ Cœnobium est sepultus.

B

F. Philippus Gezza Romanus, ab Vrbano sexto Presbyter Cardinalis Sancti Gabinij, & Susannę eodem die, quo F. Nicolaus Moschinus creatus est, cum in basilica Vaticana pœnitentiarius è minoribus esset, & post Cardinalatum Pisis, Lucę, & in pluribus Italiæ oppidis Vrbani causam facundo ore confirmans nutantes populos Italiæ, in eius fide retinuit, & Clementem septimum, tanquam adulterinum Pontificem, totis viribus oppugnauit. Obijt anno 1388 & apud Mineruam est sepultus.

C

Fr. Nicolaus de S. Saturnino Claramontanus, Aluernus Gallus à Clemente septimo anno 1378. decimo septimo Kalendas Ianuarij Presbyter Cardinalis Sancti Sixti cum esset, Magister sacri palatij creatus est. Obijt Auinione, anno millesimo trecentesimo octuagesimo secundo, ibi apud Cœnobium ordinis sepultus.

D

Fr. Ioannes de Nouocastro Burgundus Clementis septimi consobrinus anno 1389. decimo Kalẽdas Ianuarij, Presbyter Cardinalis sanctorum quatuor Coronatorum creatus est, deinde Episcopus Ostiensis, & Veliternus. Obijt Auinione 1398. apud Carthusianos prope eandem vrbem sepultus.

Fr. Ioannes Dominicus Florentinus, cuius potissimum opera schisma omnium perniciosissimum Constantię extinctum fuit à Gregorio duodecimo,

anno

anno millesimo quadringentesimo octa uo, quarto Nonas Iunij presbyter Cardinalis S. Sixti creatus est. Obijt Budæ in legatione Hungarica, & Boemica, anno millesimo quadringentesimo vigesimo, apud monachos sancti Pauli eremitæ sepultus, miraculis clarus; de quo inter scriptores libro 1. latius egimus, & libro 2. anno millesimo quadringentesimo decimo quinto, &c.

F. Ioannes Casanoua Hispanus, ex Prouincia Aragoniæ à Martino quinto presbyter Cardinalis sancti Sixti, anno 1430. quinto Idus Nouembris creatur, Episcopus deinde Bossanus, postea Elnensis, ac demum Gerundensis factus obijt Florentiæ, anno millesimo quadringentesimo trigesimo sexto, ibidem in conuentu sanctæ Mariæ Nouellæ sepultus.

F. Ioannes de Turrecremata Hispanus ex conuentu S. Pauli Vallisoletani alumnus, sacri palatij magister, ab Eugenio quarto, decimo quinto Kalendas Ianuarij, anno millesimo quadringentesimo trigesimo nono, presbyter Cardinalis S. Sixti creatur. Obijt Romæ anno millesimo quadringentesimo sexagesimo octauo, sexto Kalẽd. Octobris, eiusque corpus apud Mineruam est sepultum in sacello ab eodem constructo, de quo latius inter scriptores, &c.

F. Thomas Vius Caietanus è Generali magistro ordinis à Leone decimo presbyter Cardinalis S. Sixti creatur, anno millesimo quingentesimo decimo septimo, Kalendis Iulij, de quo latius libro 1. & 2. egimus. Obijt Romæ 1534. apud Mineruam extra fores Ecclesiæ sepultus, vt ipse petijt.

F. Garsias à Loaysa Hispanus conuẽtus Rupis fidelis alumnus generalis magister ordinis è Prouinciali Hispaniæ factus Cæsaris Augusti Caroli quinti confessarius, & Episcopus Oxomensis à Clemente septimo presbyter Cardinalis sanctæ Susannæ factus, anno 1529. decimo quarto Kalendas Ianuarij, deinde Episcopus Seguntinus Archiepiscopus Hispalensis, Inquitor generalis hereticæ prauitatis in Hispania (quę summa dignitas est) necnon supremi Indiarum, & cruciatę senatus preses. Obijt anno millesimo quingentesimo quadragesimo sexto, sepultusq; est in Ecclesia cõuentus nostri Talabricensis Toletanæ diœcesis (in qua villa ex nobili genere ortus erat) quam Ecclesiam ipse illustrissimus Cardinalis, & fere totum conuentum insigniter fabricauit.

F. Nicolaus à Scõbergh Sueuus Germanus, Archiepiscopus Capuanus, à Paulo tertio presbiter Cardinalis sancti Sixti creatus est duodecimo Kalendas Iulij anno 1535. Obijt Romæ anno 1536. apud Mineruam sepultus.

F. Ioannes à Toleto filius Federici à Toleto, & vxoris eius Elisabeth Pimẽteliæ Ducum Albanorum conuentus S. Stephani Salmaticensis alumnus, à Paulo tertio, anno Domini 1538. decimo tertio Kalendas Ianuarij presbyter Cardinalis S. Sixti est creatus, & licet nobilissima familia clarus, vitæ tamen exemplo, atque doctrina clarior euasit primo Episcopus Cordubensis, deinde Burgensis, postea Archiepiscopus Compostellanus, sub Iulio tertio presbyter S. Pancratij, & Episcopus Albanus, & sub Paulo quarto Tusculanus. Obijt Romę anno 1557. decimo septimo Kalendas Octobris, ætatis suę 69. cuius corpus ad conuentum Salmanticensem, vt in magnificentissimo templo à se constructo tumularetur, translatum est.

F. Thomas Badia Mutinensis sacri palatij magister, anno 1542. sexto Nonas Iulij presbyter Cardinalis S. Syluestri in campo Martio à Paulo tertio est creatus. Obijt Romę, anno 1547. apud Mineruam extra fores Ecclesię sepultus est.

F. Petrus Berthanus Mutinẽsis Theologus egregius, & insignis Ecclesiastes Episcopus Fanensis, ad Concilium Tridentinum inter alios insignes viros in illo totius orbis theatro de Catholicę fidei cõtrouersijs disputaturus à Paulo tertio missus, & mox ad Carolum quintum Legatus, tandem ob preclara, tam doctrinę, quam virtutum ornamenta à Iulio tertio presbyter Cardinalis sancto

rum

rum Marcellini,& Petri anno 1551. decimo tertio Kalendas Ianuarij est creatus, cuius vitæ integritas, post Marcelli secundi obitum, dum comitia creandi Pontificis agitarentur, adeo cunctis Cardinalibus probabatur, vt parum abfuerit, quin Pontifex renunciaretur. Obijt Romę, anno 1558. & apud S. Sabinam est sepultus.

F. Michael Ghislerius Lombardus, ex Boscho agri Alexandrini oppido (vnde Alexandrinus appellatus) à Paulo quarto, anno 1557. Idibus Martij presbyter Cardinalis sanctæ Marię super Mineruam est creatus, postea Pontifex factus, Pius quintus appellatus, de quo integerrimo, & sanctissimo viro in 1. & in 2. lib. latius egimus.

F. Michael Bonellus Pij quinti ex Gardina sorore pronepos in cōuentu S. Marię super Mineruam ordinem professus anno ætatis 25. & Domini 1566. pridie Nonas Martij in conuentu Perusino sacræ Theologiæ studijs incumbens, presbyter Cardinalis sanctæ Mariæ super Mineruam est creatus, qui summę rerū Ecclesiasticarum præfectus, adeo præclare se gessit, vt excellens ingenij vis, & in publicis functionibus prudentia iuuentutis annos præuenisse videretur, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerarius factus, & pro cogenda contra Turcas pecunia, eo magistratu liberaliter dimisso, qui septuaginta millibus aureorū vęnijt, postea Prior vrbis Hierosolymitanę religionis est creatus. Constitutus deinde Legatus de latere in Hispaniam Galliamque grauissimis de rebus, cum potentissimis Regibus acturus; legatione itaque cum Philippo Hispaniarum Rege Catholico peracta, Lusitaniæ Regē Sebastianum adijt, eumque miro contra Turcas fæderi coniunxit, in vrbem redijt, & Pio V. auunculo, vitæ erepto congregationi regularium præfectus Episcopus Albanus Hungarię rebus prępositus, Sabaudię protector, necnon à Philippo secundo Hispaniæ Rege Boschi Marchio creatus, cum omnia summa ab eo expectarentur inopinato perermiæ morbo correptus, obijt Romæ anno 1598. sexto Kalendas Aprilis, ætatis suæ 57. & in sacra æde cōuentus sanctæ Mariæ super Mineruam conditus iacet.

F. Archangelus de Blanchis Insuber, anno 1570. decimo sexto Kalendas Iunij presbyter Cardinalis S. Cæsarij à Pio quinto est creatus, vir innocentia vitæ, pietate, ac doctrina ornatissimus, qui in obeundo inquirendi munere in hæreticos eiusdem Pij quinti collega fuit, & in sacrum collegium Patrū Cardinalium cooptatus virtutis specimen præbuit, & summa spe rerum maximarum, ē medio cursus reuocatus, obijt anno millesimo quingentesimo octuagesimo, ętatis 63. & in Ecclesia sanctæ Sabinę sepultus est.

F. Vincentius Iustinianus Chiensis, anno ętatis 38. ob morum integritatis, & doctrinæ, ac prudentię excellentiam Generalis ordinis creatus ei muneri obeundo per duodecim annos egregie incubuit, in Tridentino Concilio opera eius, doctrina, atque pietas mirifice resplenduit, vt etiam in legatione ad Philippum secundum Hispaniarum Regem facta eius, singulare iudicium, & admirabilis prudentia, quapropter absens ea dē die, qua Fr. Archāgelus de Blāchis à Pio V. presbyter Cardinalis, S. Nicolai inter imagines creatur, perpetuā eleemosynā nostris generalibus comitijs legauit. Obijt Romæ anno 1582. quinto Kalēdas Nouēbris, & in templo S. Mariæ super Mineruam est sepultus, de quo etiam libro 1. egimus.

Fr. Hieronymus Bernerius de Corrigio Lombardus, ex Episcopo Asculano anno 1586. decimo sexto Kalendas Ianuarij à Sixto V. presbyter Cardinalis sancti Thomę in Parione creatur, postea sanctæ Marię super Mineruam, Episcopus Albanus, deinde Tusculanus vir morum probitate, scientiaque conspicuus, atque in pertractandis grauissimis Ecclesię rebus eximiæ dexteritatis. Obijt Romę, anno 1611. & apud cōuentum S. Sabinæ in sacello S. Hyacinti à se constructo conditus iacet.

Fr. Hieronymus Xauierre Hispanus

Cæsar.

Cæſarauguſtanus, atque eiuſdem vrbis cœnobij Prædicatorum alumnus religione, doctrina, & prudentia inſignis propter quod ex Aragoniæ Prouinciæ moderatore totius ordinis generalis præfectus creatus eſt magna apud omnes æſtimatione, integritatem virtutes eruditionem, & in rebus arduis dexteritatem admirantes, deinde in confeſſarium Philippi tertij Hiſpaniarum Regis aſcitus Sanctæ Romanę Eccleſię presbyter Cardinalis S. Sixti à Paulo quinto, anno 1607. in ieiunijs quatuor temporum Aduentus creatus eſt, & dũ cuncta ſumma ab eo expectarentur inimica mors nobis eripuit Valliſoleti, anno 1608. die menſis Septembris ętatis ſuę 61. & in ſuum Prædicatorium Cęſarauguſtanum Cœnobium corpus eius delatum eſt.

F. Auguſtinus Galaminius Braſichelenſis Lombardus ê commiſſario generali Inquiſitionis Romæ ſacri palatij magiſter, deinde totius ordinis moderator propter morum probitatem, & doctrinæ præſtantiam (in Bononienſi enim almo ſtudio regentis officio pręclare functus eſt) Sanctæ Romanæ Eccleſiæ presbyter Cardinalis de Ara cœli à Paulo quinto, anno 1611. creatur, dum reformationi ordinis intentus eum perluſtraret, & generalia ordinis comitia Pariſijs habuiſſet. Viuit adhuc, ſummis Eccleſiæ negotijs inuigilans, vir doctrina pietate, religione ac prudentia clarus.

PATRIARCHÆ E PRÆDICATORUM ORDINE ASSUMPTI.

FRATER Thomas de Lentino Patriarcha Hieroſolymitanus, & ad terram ſanctam Legatus, qui ad ordinem recepit S. Thomam Aquinatem. Obijt anno 1277. de quo inter ſcriptores ſupra.

F. Ioannes Viterbienſis alias Vercellenſis Patriarcha Hieroſolymitanus à Nicolao tertio creatus, anno 1278. idibus Maij, anno primo, ſui Pontificatus.

F. Guido de Soliaco Gallus Archiepiſcopus Bituricenſis, factus ab Innocentio V. deinde Patriarcha, & Primas Aquitaniæ. Obijt anno 1280.

F. Nicolaus de Anniapis Gallus à Nicolao quarto Patriarcha Hieroſolymitanus creatus. Obijt anno 1288.

F. Rodulphus Burgundus à Celeſtino quinto Patriarcha Hieroſolymitanus creatus. Obijt anno 1304.

F. Petrus de Palude Hieroſolymitanus Patriarcha, circa annum Domini 1312 (de quo in lib. 1. inter ſcriptores.)

F. Raymundus Bequinus Toloſanus Epiſcopus Linaſiēſ, deinde Hieroſolymitanus Patriarcha ſucceſſor Fr. Petri de Palude.

F. Petrus de Pilaſtris Florentinus Patriarcha Gradenſis, circa annum 1332.

F. Iſnardus Patriarcha Aquileyenſis.

F. Angelus Patriarcha Gradenſis.

F. Ægydius Ferrarienſis Patriarcha Gradenſis.

F. Laurentius Parmenſis, Patriarcha Gradenſis.

F. Humbertus Patriarcha Aquileyenſis à Clemente ſexto factus, qui Delphinus Viennenſis erat, & anno 1343. menſe Aprilis ſumpſit habitum ordinis, eſt ſepultus in cœnobio Pariſienſi.

F. Thomas Donatus Venetus patritio, & clariſsimo genere ortus, qui omnia religionis munia factus Venetiarũ Patriarcha integre ſeruabat, vir humilis cũ lachrymis conſtanter dignitatẽ repudiãs, & renuẽs, ac reluctans, eam acceptare eſt coact⁹, fuit inſignis Eccleſiaſtes & obijt anno 1504. cũ ab anno 1492. per duodecim annos præfuiſſet.

F. Hieronymus Quirinus Venetus à Iulio III. Patriarcha Venetiarũ eſt creatus, circa annum 1550.

ARCHIEPISCOPI HISPANI Ordinis Prædicatorum.

FR. Alphõſus de Mõtufar cõuẽtus Granatẽſis filius primus Archiepiſcopus Mexicanus. Obijt 1569. Moti 7.

F. Antonius à Ginebrada Archiepiſcopus Athenarum 1392.

Fr. Antonius Baragues Caſtillejo Archiepiſcopus Callarenſis in regno Sardiniæ. Obijt anno 1478.

F. Antonius de Abula Archiepiſcopus Modonenſis Cypri, anno 1520.

F. Balthaſar Heredia Archiepiſcopus Callarenſis in regno Sardiniæ. Obijt anno 1560. fundauitque ſolemnitatem D. Thomæ à capitulo Cathedrali in Eccleſia noſtri ordinis ſingulis annis celebrandam publica, & ſolemni Canonicorum, & totius Capituli proceſsione.

F. Bartholomęus Carrança conuentus Benalac, ſiue Guadalajaræ filius, Archiepiſcopus Toletanus, de quo ſupra in 1. & 2. libro. Obijt anno 1576. Maij 2.

F. Bartholomæus de Martyribus Archiepiſcopus Bracharenſis (de quo latius in 1. libro.) Obijt ſanctiſsime, anno 1590.

F. Chriſtophorus Rodericus cōuētus Salmantini alumnus Archiepiſcopus inſulę Hiſpaniolę, ſiue ſancti Dominici Indiarum occidentalium Primas, deinde Epiſcopus Arequipę in regno Pyru. Obijt anno 1615.

F. Didacus Deça Taurenſis conuentus filius Archiepiſcopus Hiſpalenſis, & Inquiſitor generalis Hiſpaniæ, de quo latius in 1. & 3. libro. Obijt anno 1523.

F. Didacus Aluarez filius conuentus Methymnę Riuiſicci Archiepiſcop᷑. Tranenſis in regno Neapolitano (de quo latius lib. 1.) Viuit adhuc.

F. Franciſcus Mendoça, filius Comitis Cocunenſis, & alumnus cœnobij Oranienſis, Archiepiſcopus Tranenſis. Obijt anno 1604. vigeſima die Aprilis in conuentu Placentino S. Vincentij.

F. Garſias Loayſa conuentus Rupis fidelis filius, Archiepiſcopus Hiſpalēſis, de quo latius inter Inquiſitores generales, & Cardinales egimus. Obijt 1546.

F. Garſias Guerra cōuentus Valliſoletani filius Archiepiſcopus, & Prorex Mexicanus. Obijt anno 1612.

F. Georgius Temudus Archiepiſcopus Goenſis, & Primas Indiarum Occidentalium ex Epiſcopo Cochimenſi factus 1560.

F. Hēricus de Brito ex Epiſcopo Cochimenſi Archiepiſcopus Goenſis factus, circa annum 1570.

F. Hieronymus à Loayſa conuentus Cordubenſis S. Pauli filius, ex Epiſcopo Carthagineſi in America Archiepiſcopus ciuitatis Regum in regno Pyru, circa annum 1540.

F. Ioānes de Paſauijs Archiepiſcopus Saceranus, 1392.

F. Ioannes à Toleto filius Ducum Albanorum (de quo latius inter Cardinales) Archiepiſcopus Cōpoſtellanus. Obijt anno 1557.

F. Ioannes de Eſpila conuentus Salmantini è confeſſario Cōmitis Benauentani Proregis Neapolitani, factus Archiepiſcop᷑ Materanus in regno Neapolitano, vir egregie doctus, qui Cathedram Theologiæ Scoti, laudabiliter in Academia Salmantina moderatus eſt. Viuit adhuc.

F. Iſidorus Aliaga cœnobij Prędicatorū Cæſarauguſtani filius, germanus frater Reuerendiſsimi F. Ludouici Aliaga Regis Catholici Philippi tertij confeſſarij (de quo infra) ſcientia, & morum grauitate clariſsimus, qui è Prouinciæ Aragoniæ Præpoſito factus Epiſcopus Albarracinenſis, deinde Derthuſenſis, doctrina, pietate, religione, & eleemoſynis excellens ad Archiepiſcopatum Valētinum eſt aſſumptus. Viuit adhuc, anno 1616. ætatis 47. & (ne quid auribus dare velle videar) plura de virtutibus eius omittimus.

F. Michael Benauides cōuentus Valliſoletani filius, ſanctitate, & doctrina conſpicuus (de quo ſupra in 2. libro) ex Epiſcopo Sogouienſi, apud Philippinas Archiepiſcopus Manillenſis in eiſdem inſulis factus. Obijt ſanctiſsime anno 1609.

F. Petrus Portillo confeſſarius Regis Aragoniæ Iacobi ſecundi Archiepiſcopus Saceranus in Sardinia, 1327.

F. Rodericus Gundiſaluus Hiſpaniæ Prouinciæ moderator, confeſſariuſque Regis Alphonſi Sapientis vndecimi, Archiepiſcopus Compoſtellanus, & Cancellarius Caſtellæ. Obijt anno 1304.

F. Stephanus Archiepiſcopus Turritanus in Sardinia. 1237.

Fr. Stephanus alius Archiepiſcopus Thebanus, vt ait Leander Albertus lib. 3. fol. 104.

Fr. Vincentius Fonſeca conuentus

Coimbricensis filius, Archiepiscopus Goensis, Primas Indiæ Orientalis, circa annum 1584.

ARCHIEPISCOPI AMERICI Hispaniæ Ordinis Prædicatorum.

FRATER Augustinus Dauila (de quo latius lib. I. inter scriptores) Americus Mexici natus, filius conuentus Mexicani ex Prædicatore Regis Catholici Archiepiscopus insulæ sancti Dominici, siue Hispaniolæ, & Indiarum Occidẽtalium Primas. Obijt anno 1604.

F. Dominicus Valdertama Americus in vrbe Quitensi, in Regno Pyru natus Archiepiscopus insulę sancti Dominici, Indiarumque Occiduarum Primas mox Episcopus ciuitatis Pacis in regnis Pyru. Viuit adhuc.

ARCHIEPISCOPI ITALI Ordinis Prædicatorum.

FRATER Acciardus de Nouara Archiepiscopus Mediolanensis, annis quindecim, licet Panuinus asserat triginta duobus, anno 1318.

F. Ambrosius Catherinus Politus Senensis (de quo in 1. lib.) primo Minoriensis Episcopus, deinde Archiepiscopus Compsanus. Obijt anno 1551.

F. Andreas Vascarinus Archiepiscopus Melouitanus.

F. Andreas Turrianus Mediolanensis Archiepiscopus Genuensis, anno 1369.

F. Andreas Fornarius Pisanus Archiepiscopus Thebarum 1409.

S. Antoninus Archiepiscopus Florẽtinus ab Eugenio quarto nimium reluctans & inuitus factus (de quo in 1. li. latius) Obijt sanctisimẽ, anno 1459. die 2. Maij.

F. Antonius de Genoua Archiepiscopus Atheniensis, 1392.

F. Antonius Iustinianus Archiepiscopus Naxiensis, qui astitit Concilio Tridentino, fuit Genuensis, licet ex nobili Grecorum sanguine dominorum insulæ Chio originem duxerit. Obijt circa annum 1566.

F. Augustinus Saluagus Genuensis, Archiepiscopus Genuensis, qui Tridentino Concilio astitit. Obijt anno 1567.

F. Bartholomęus Paruus Bononiensis Archiepiscopus Naxiuanensis in Armenia, 1318.

F. Bonacursius Oltramani Archiepiscopus Tyrensis, anno 1330.

F. Bonifacius Rubeus Archiepiscopus Rauennas 79. anno 1274.

F. Consilius ex Procuratore Romanę curiæ Archiepiscopus Compsanus, anno 1316.

F. Dominicus Fugonius Venetus Archiepiscopus Spalatrensis. Obijt anno 1602. Augusti 2.

F. Ægydius Bononiensis Archiepiscopus Treuerensis.

F. Ægydius Gallucius Bononiensis Archiepiscopus Cretensis. Obijt 1340.

F. Franciscus Perusinus Archiepiscopus Soldariensis.

F. Franciscus Treuisanus Archiepiscopus Senensis, 1450.

F. Gaspar Adamus Archiepiscopus Antibarensis in Dalmatia, qui composuit officium vndecim millium Virginum, S. Thomæ Aquinatis, & S. Georgij Martyris 1380.

F. Hieronymus Monopolitanus Archiepiscopus Tarantinus 1527.

F. Hieronymus Mozarellus Bononiensis è magistro sacri palatij Archiepiscopus Compsanus, circa annũ 1560.

F. Hieronymus Adæ Archiepiscopus Antabrigensis, 1260.

F. Iacobus lector vrbis Veteris Archiepiscopus Tranensis, anno 1257.

F. Iacobus è Columna Romanus Archiepiscopus Mesanensis ab Alexandro quarto factus, 1260.

Frater Iacobus Petrus Pisanus Archiepiscopus Turriensis in Sardinia, 1280.

F. Iacobus de Voragine, (de quo in 1. lib.) Archiepiscopus Genuensis à Nicolao quarto, 1292.

F. Iacobus Campana Senensis Archiepiscopus Tranensis, anno, 1376.

F. Iacobus Turra Senensis Archiepiscopus Tranensis successor Iacobi Campana, & eius nepos, anno 1380.

Fr. Iacobus de Todi Archiepiscopus Compsanus.

F. Iacobus Archiepiscopus Tudertinus.

F. Ioannes Columna Romanus Archiepiscopus Nicosiensis in Cypro, anno 1360.

F. Ioannes Polus Archiepiscopus Pisanus anno 1294.

F. Ioãnes Italus primo Episcopus Firilandensis, deinde Archiepiscopus Vsalensis in regno Daciæ, anno 1310.

F. Ioannes Benedictus Venetus Archiepiscopus Rauenas 1412.

F. Ioãnes Dominicus Archiepiscop⁹ Ragusinus (de quo inter scriptores, & Cardinales supra.) Obijt anno 1420.

F. Ioseph Donzellus Montis regalis Archiepiscopus Surrentinus, anno millesimo quingentesimo octuagesimo quarto.

F. Isnardus Archiepiscopus Tebanus, anno 1320.

F. Iulius Pauesius Brixiensis Archiepiscopus Surrentinus, qui Concilio Tridentino astitit à Paulo IIII. factus circa annum 1554.

F. Landulpus Episcopus Vicensis primo, deinde Archiepiscopus Materanus anno 1307.

F. Laurentius Archiepiscopus Compsanus, 1280.

F. Leonardus Marinus Genuensis Archiepiscopus Lancianensis, qui Synodo Tridentinæ Astitit, & in curia Regis Catholici fuit, cum potestate Legati de latere nuncius Pij quarti, circa annum 1560.

F. Marcus Cataneus Genuensis Archiepiscopus Rodensis, circa annum 1520.

F. Martinus Bononiensis Archiepiscopus Armacanus Regni Hyberniæ Primas.

F, Matthæus Vrsinus Romanus Archiepiscopus Sipontinus 1336.

F. Matthęus Cottinus Archiepiscopus Corinthi, anno 1360.

A

B

C

D

Fr. Michael à Murano Venetus Archiepiscopus Spalatrensis, 1450.

F. Nicolaus de Sezza Romanus Archiepiscopus Iaderensis, 1348.

F. Nicolaus de Ouis Imnolensis Archiepiscopus Ragusinus 1404.

F. Nicolaus Archiepiscopus Tyrensis 1422.

F. N. Archiepiscopus Amalphitanus, 1486.

F. Paulus Pilaster Perusinus Archiepiscopus Grandensis.

F. Petrus Archiepiscopus Montis regalis, anno 1288.

F. Petrus Hetrurius Archiepiscopus Ragusinus 1310.

F. Petrus Ripa Archiepiscopus Corinthiensis, 1332.

Fr. Petrus Venetus Archiepiscopus Carmensis, siue de Corfu, anno 1459.

F. Raymundus Archiepiscopus Armacanus 1286.

F. Rainerius Lentinus Archiepiscopus Mesanensis, anno millesimo ducentesimo nonagesimo, fuit frater F. Thomæ Létini Patriarchæ Hierosolymitani, & forsan decepti sunt in hoc, qui dicunt esse fratrem S. Thomę Aquinatis.

F. Reginaldus Bononiensis, Archiepiscopus Armacanus à Gregorio nono factus, circa annum 1230. qui miraculo panis angelici Bononię in refectorio, cum B. P. nostro astitit.

F. Rodulphus Archiepiscopus Aquerontinus, siue Materanus, anno millesimo ducentesimo nonagesimo.

F. Seraphinus Archiepiscopus Corinthi, 1290.

Fr. Simon Saltarellus Florentinus é nuptijs ad religionem cõfugiẽs, primo Episcopus Parmensis à Ioanne XXII, deinde Archiepiscopus Pisanus, Legatusque ad Regem Sicilię missus strenue & optime, hoc munere fũctus est 1320

Fr. Stephanus Mãgiaterus Thuscus, Archiepiscopus Atheniensis, 1300.

F. Stephanus Dulcius é Priore sanctę Mariæ super Mineruam Archiepiscopus Auinionensis. Viuit adhuc.

Fr. Thomas Seraphinus Archiepiscopus Corinthi, 1450.

F. Tho-

F. Thomas Iacobellus Lombardus Archiepiscopus Tolonensis in Prouincia 1560. vt ait Plodius, & Gozzeus.

F. Vvalterus Archiepiscopus Armacanus, anno 1310.

ARCHIEPISCOPI SICVLI Ordinis Prædicatorum.

FRATER Henricus Panormitanus Archiepiscopus Acherontinus, siue Materanus 1439.

ARCHIEPISCOPI GALLI Ordinis Prædicatorum.

FRATER Berengarius Gallus magister Generalis ordinis, Archiepiscopus Compostellanus à Ioanne XXII. creatus, & ab eodē Pōtifice varias legationes obiens Ecclesiam suam rexit, vsque ad annum 1325. quo obijt.

F. Carolus Alanzonius filius primogenitus, Comitis Alanzonij Archiepiscopus Lugdunensis, anno 1450.

F. Gerardus de Mompellieri Archiepiscopus Diatparagensis in Persia, anno 1322.

Frat. Guillelmus Cuantus Archiepiscopus Viennensis, deinde Tolosanus, anno 1340.

F. Guillelmus Paraldus Archiepiscopus Lugdunensis, circa annum 1270. de quo in primo libro latius.

F. Guido de Soliaco ab Innocentio quinto Archiepiscopus Bituricensis, Primas Aquitaniæ factus 1276.

F. Hyuo Gallus Archiepiscopus Nazareth.

Fr. Humbertus à Roto Archiepiscopus Armacanus 1464.

F. Hugo de sancto Theodorico Archiepiscopus Lugdunensis, anno 1254. de quo inter Cardinales.

Fr. Hugo Bilomius Archiepiscopus Lugdunensis 1287.

F. Hugo Retuh Burgensis Archiepiscopus Corinthi 1450.

Fr. Ludouicus Beruinz Archiepiscopus Narbonensis. Viuit adhuc.

F. Petrus de Tarantasia Archiepiscopus Lugdunensis, anno millesimo ducētesimo septuagesimo quarto, de quo inter Pontifices, & lib. 1. inter scriptores.

F. Petrus Borgnognonus Archiepiscopus Tuamensis in Hibernia, anno millesimo quadringentesimo octuagesimo sexto.

F. Raymundus Folgarius Tolosanus Archiepiscopus Tolosanus, anno millesimo ducentesimo trigesimo.

ARCHIEPISCOPI GERMANI Ordinis Prædicatorum.

FRATER Dicerus Rodulphus Germanus, vterinus frater Regis, & Imperatoris Germaniæ Rodulphi Archiepiscopus Treuerensis, circa annum millesimum trecentesimum septimum.

F. Henricus Kaltesinus Cōflnentinus, Archiepiscopus Nidrosiensis, circa annū 1450.

F. Henricus Archiepiscopus Culmensis in Prusia, 1245.

F. Henricus Archiepiscopus Cæsariēsis, 136.

Fr. Ioannes Basiliensis Archiepiscopus in Dacia, 1318.

F. Matthæus de Constantia Archiepiscopus Corinthi, 1460.

F. Nicolaus Scomber Archiepiscopus Capuanus, circa annum millesimū quingentesimum trigesimum, de quo inter Cardinales.

Fr. Theodoricus de Nassone, frater germanus etiam Regis, & Imperatoris Germaniæ Rodulphi Archiepiscopus Treuirensis, anno 1310.

ARCHIEPISCOPI ANGLI Ordinis Prædicatorum.

FRATER Gualterus Archiepiscopus Armacanus Primas Hiberniæ, 1306.

F. Guillelmus Odone Archiepiscopus Dublinensis 1298.

F. Guillelmus Morecca Archiepiscopus Corinthi 1270.

F. Guillelmus Alter Archiepiscopus, item Corinthi 1310.

ARCHIEPISCOPI POLONI
Ordinis Prædicatorum.

FRATER Berengarius Archiepiſcopus Cracouienſis, & Martyr anno 1230. forſan erat Epiſcopus tantum.

F. Bernardus Archiepiſcopus Alicienſis 1330.

F. Martinus Strempus Archiepiſcopus Gneſnenſis 1278.

ARCHIEPISCOPI HVNGARI
Ordinis Prædicatorum.

FRATER Alexander Hungarus Archiepiſcopus Creſenſis, 1308.

Fr. Andreas Hungarus à Clemente quinto Archiepiſcopus Antiliarenſis factus, cum à Rege Hungariæ ad Curiam miſſus eſſet, vt B. Margaritam filiam Belę Regis ſororem noſtri ordinis ſanctarum Virginum Catalogo, aſcriberet, circa annum milleſimum trecenteſimum ſextum.

ARCHIEPISCOPI GRÆCI
Ordinis Prædicatorum.

FRATER Andreas Græcus Archiepiſcopus Coloſſenſis, 1380

F. Sebaſtianus Cauila Grçcus Archiepiſcopus Naxienſis, qui aſtitit Cõcilio Tridentino, circa annum 1562.

ARCHIEPISCOPI ARMENI
ordinis Prædicatorum.

FRATER Azarias Fridonix, Archiepiſcopus Abbaranus 1604

F. Benedictus primus, Archiepiſcopus Abbaranus 1479.

F. Benedictus ſecundus Archiepiſcopus Abbaranus, 1518.

Fr. Benedictus tertius, Archiepiſcopus Abbaranus, 1530.

F. Gregorius Archiepiſcopus Abbaranus creatus à Iulio II. anno 1515.

F. Iulius Armenus Epiſcopus in Cypro deinde Bobienſis 1572.

A F. Matthęus Archiepiſcopus Abbaranus 1438.

F. Nicolaus de Abbarano Archiepiſcopus Naxiuanenſis, ſub Pio V. 1571.

F. Stephanus Archiepiſcopus Naxiuanenſis 1562.

Armeni quam plurimi deſunt, quorum nomina ignorantur.

EPISCOPI HISPANI
Ordinis Prædicatorum.

B FRATER Adymarus Epiſcopus Abulenſis, qui ad Gregorium decimum eſt miſſus à Rege Caſtellæ Alphonſo Sapiente, cauſa electionis ſuę in Regem Romanorum. Obijt anno 1284.

Fr. Adymarus Epiſcopis Oſchenſis, circa annum 1300.

F. Albertus Aguayus cõuentus S. Pauli Cordubenſis Epiſcopus Aſtoricenſis. Obijt anno 1589.

F. Albertus Dumius Epiſcopus Vrgellenſis.

C Fr. Alphonſus Burgenſis, cœnobij S. Pauli Burgenſis alumnus, confeſſarius Reginę Catholicæ Eliſabeth, primo Cordubenſis, deinde Conchenſis, & Pręſes ſupremi ſenatus Regij Caſtellę, poſtremo Palentinus Epiſcopus, fuit fundator celeberrimi collegij S. Gregorij Valliſoletani, & rędificator totius ferè cœnobij Valliſoletani S. Pauli, vt infra in notitia benefactorum Hiſpanorũ dicemus. Obijt anno 1499.

Fr. Alphonſus Cuſanca Ripauienſis conuentus Regis Caſtellę Henrici tertij confeſſarius, primo Epiſcopus Salmãtinus, deinde Orenſanus, poſteaque Legionenſis. Obijt anno 1440.

D F. Alphonſus Epiſcopus Ciuitatenſis, circa annum 1307.

F. Alphonſus de Hortigoſa Epiſcopus Gaditanus, & alumnus extitit cœnobij ſanctæ Marthę, anno 1379.

F. Alphonſus Cerda conuentus ciuitatis Regum in Regnis Pyru, licet in Hiſpania ortus, Epiſcopus de Honduras, deinde Charcenſis, circa annum milleſimum quingenteſimum ſexageſimum.

F. Al-

F. Alphonsus Guerra conuentus itē ciuitatis Regum alumnus Episcopus Paraquarius, deinde Mechoacanensis, anno 1588.

F. Alphonsus Galdus conuentus Salmantini alumnus Episcopus de Honduras. Viuit adhuc.

F. Alphonsus Santillan cœnobij Hispalensis, S. Pauli filius è Prouinciali Bethicæ Episcopus Quitensis. Viuit adhuc.

F. Aluarus Osorius ex illustrissima stirpe Marchionum Astoricensium, & germanus frater vterinus primi Comitis Altamirani Roderici Moscoso, & Osorio Fernandi Infantis, qui fuit Imperator Romanus, & Hungariæ ac Boemiæ Rex, preceptor, Episcopus Astoricensis, & postquam per viginti quatuor annos Ecclesiam rexisset, obijt anno 1537.

F. Amator Episcopus Oscensis, anno 1450.

F. Andreas de Albalat Episcopus Valentinus, antequam in Metropolim Cathedralis esset assumpta, ædificauit Monasterium Carthusianorum Portæ cœli duodecim milliaribus distans à Valētia, fuitque Cancellarius Regis Iacobi secundi. Obijt anno 1276.

F. Andreas de Vuilla Episcopus Chiapensis in orbe occiduo, circa annum 1590.

F. Andreas de Caso cœnobij Trianēsis Regij alumnus in diœcesi Legionensi, Prouinciæ Hispaniæ moderator, decori ordinis admodum affectus benefactorque sui Trianensis conuentus, Episcopus Legionensis, & aliquot ante annos, Archiepiscopus noui Regni Granatensis, apud Americam fuerat electus. Obijt anno millesimo sexcentesimo septimo, magno sui fratribus, & omnibus relicto desiderio.

F. Andreas Balaguer, cœnobij Valentini alumnus Espiscopus primo Albarracinensis, deinde Oriholensis morum integritate, & eleemosynis clarus. Viuit adhuc.

Fr. Antonius Sousa filius Dominorum Castanearienſium in regno Lusitaniæ, ex Vicario generali totius ordinis Episcopus Vitensis (Hispane Viseo) Obijt circa annum millesimum quingētesimum nonagesimum.

F. Antonius de Castrocereris conuētus Salmantini (de quo latius lib. 1.) è confessario Regis Catholici Philippi tertij, dum esset Princeps Asturum Episcopus Astoricensis factus per viginti annos integritate vitæ, vigilantia, & contentione, vt mores subditorum componeret, suam Ecclesiam & diœcesim moderatus est. Obijt anno millesimo sexcentesimo decimo sexto, sexto Kalendas Augusti.

F. Antonius à Penna è Prædicatore Regum Catholicorum Episcopus Canariensis factus, circa annum 1508.

F. Antonius Abula Episcopus Canariensis, qui fratri Antonio Peña successit circa annum 1520.

F. Antonius è Valdiuiesso Episcopus Nicaraguanus, in nouo orbe occiduo, qui pro immunitate Ecclesię mortem subijt anno millesimo quingentesimo quadragesimo.

F. Antonius Heruias Episcopus Verapacis prope Guatemalam in noua Hispania, deinde Carthaginensis, anno 1570.

Frat. Antonius Bernardus Episcopus Martyriensis in Africa, circa annū 1580.

F. Antonius de sancto Stephano Episcopus Congensis, & Angolensis in Africa, anno 1604.

F. Antonius Valens Episcopus insulæ sancti Thomæ in Africæ oris, anno 1609.

F. Ausias Carbonerius Episcopus Gratiæ Valentinus, qui magnificum, & insigne sacellum Rosarij B. Virginis in cœnobio Valentino construxit. Obijt 1532.

F. Bartholomeus Casaus Episcopus Chiapensis verus Indorum pater, & B. P. Dominici verus filius, qui pro eorum libertate, & protectione plura perfecit, & plurima passus est. Obijt sanctissime anno millesimo quingētesimo quinquagesimo.

Fr. Bartholomęus Lusitanus Episcopus Syluensis anno 1268.

Fr. Bartholomęus Stephanus Maioricensis Episcopus, circa annum 1500.

Fr. Bartholomæus Ledesinius, Episcopus Guaxaquensis, in noua Hispania. Obijt anno 1598.

F. Benedictus Mirob, Episcopus Helnensis 1270.

F. Berengarius de Castello, Episcopali Barchinonensis cœnobij, Socius B. Fr. Michaelis, de Fabra Primus Episcopus electus Valentinus, deindè Episcopus Gerundensis. Obijt anno 1253.

F. Berengarius, Episcopus Leridensis anno 1257.

F. Bernardus Manricus Conuentus Salmanticensis alumnus, filius legitimus Marchionum Aguilarensium (Hispane de Aguilar) Magnatum Hispaniæ primo Prouincialis Hispaniæ, deindè, Episcopus Malacitanus anno 1540. Obijt anno 1560.

F. Bernardus è Mensa Conuentus Toletani Regij filius, legatus, & orator à Catholicis Regibus, in Angliam missus, ad sponsalia infantis Catherinæ eorundem pientissimæ filiæ, cum Principe Arturo pertractanda, Episcopus Pacensis. Obijt anno 1524. & conditus est in capella Rosarij B. Virginis Toletana.

Fr. Bernardus Michael è prouincia Aragoniæ, Episcopus Vccelensis anno 1454. Obijt conditusque est in suo Conuentu Castellioni Ampuriani.

F Bernardus è Muro, Episcopus Vicensis, apud Cathaloniam, circa annum 1274.

F. Bernardus è Cruce Lusitanus, Episcopus Insulæ S. Thomæ, apud Indiã Orientalem. Obijt 1550.

F. Bernardus Alburquerquius Conuentus Salmanticensis filius, Episcopus Guaxaquensis, in noua Hispania. Obijt circa annum 1560.

F. Blasius Episcopus Calaguritanus sumpsit habitum ordinis, Episcopatuique cessit, & interfuit Capitulo Generali Palentino anno 1291.

Fr. Didacus Deça Conuentus Taurensis (de quo supra inter Archiepiscopos, & libro 1. inter scriptores, & 2. inter Inquisitores) Episcopus Zamorẽsis, deindè Salmantinus, postmodum Giennensis, postea Palentinus, denique Archiepiscopus Hispalensis, & Toletanus. Obijt 1523.

Fr. Didacus Soria Conuentus Ocaniensis filius, Episcopus Segobiensis, apud Luzonias Insulas (Hispanè Philippinas) Obijt anno 1615.

F. Didacus Episcopus Titularis Granatensis ante quam ea vrbs à Christianis expugnata esset, circa annum millesimum quadringentesimum sexagesimum quintum.

Fr. Didacus Fernandez Cœnobij Salmantini filius, Episcopus Zerdimiensis in Anglia 1520.

Fr. Dominicus Vlloa, Frater Germanus Marchionis Motensis (Hispanè de la Mota) filius Conuentus Sanctæ Mariæ Rupis Gallicæ, primo Episcopus Nicaraguanus; deindè Popayanensis, deniqùe Mechoacanensis, in Orbe nouo occidentali. Obijt anno millesimo quingentesimo nonagesimo nono

Fr. Dominicus Salazar Conuentus Salmanticensis filius, primus Episcopus Insularum Philippinarum, apud Manilam. Obijt maximo sanctitatis nomine anno 1594.

Fr. Dominicus Salinas Conuentus Metynnensis Campi filius, Episcopus de Veneçuela in orbe occiduo. Obijt 1601

Fr. Dominicus de Alzola Conuentus Vallisoletani, Episcopus nouæ Galliciæ, in Hispania. Obijt 1590.

F. Dominicus Romerus Conuentus Baguer filius, Episcopus Vticensis, circa annum 1560.

Fr. Dominicus Torralua, Episcopus Tolosanus anno 1416.

Fr. Dominicus, Episcopus Siracusanus anno 1510.

Fr. Dominicus Suarez, Episcopus Abulensis. Obijt 1272.

Fr. Dominicus Casablanca, Episcopus Vicensis.

Fr. Dominicus de Sancto Thoma, Episcopus Charcensis (Hispanè de las Charcas) in Regnis Peru, circa annum

millesimum quingentesimum sexagesimum.

Fr. Eduardus Nunnius primus Indiæ Orientalis Episcopus à Rege Lusitanię Emanuele missus ad illas regiones Orientis, vbi magno Christianæ Religionis incremento munus Apostolicum obiuit circa annum 1510.

Fr. Ferdinandus è Mensa primus Episcopus Insulæ Cubensis apud Americam anno 1510.

Fr. Ferdinandus Taborensis Lusitanus, Episcopus Funchalensis, apud Insulam Lignariam anno 1540.

Fr. Ferrer de Abella, Episcopus Barchinonensis à Ioanne 22. factus. Obijt anno 1344.

Fr. Franciscus Cerda filius Comitis Caprensis (Hispanè de Cabra) qui alios tres germanos fratres habuit in ordine, filios item Comitis Caprensis, Cordubensis S. Pauli cœnobij alumnos, sicut ipse, in Concilio Tridentino astitit Episcopus Canariensis. Obijt anno millesimo quingentesimo quinquagesimo.

Fr. Franciscus Cueua filius Ducis Alburquerquij Conuentus Salmantini aluminus, Episcopus Ouetensis. Obijt anno 1615.

Fr. Franciscus è Corduba Conuentus S. Pauli Hispalensis, ex illustrissima domo Marchionum de Priego, Episcopus Velandicensis, circa annum 1525.

Fr. Franciscus, Episcopus Ciuitatensis, circa annum 1440.

Fr. Franciscus Robles, Episcopus Titularis, circa annum 1550.

Fr. Franciscus Rores Conuentus Valētini, Episcopus Nicopolitanus. Obijt anno 1558.

Fr. Franciscus de Victoria cœnobij ciuitatis Regum, siue Limensis, in Pyru, Episcopus Tucumanensis, in orbe occiduo, circa annum 1576.

Fr. Franciscus è Camara Conuentus Granatensis, Episcopus Panamensis, in orbe occidentali. Viuit adhuc.

Fr. Garsias Loaysa Conuentus Rupis fidelis, Episcopus Oxoniensis, deinde Saguntinus, demum Archiepiscopus Hispalensis, de quo supra inter Cardinales, & Archiepiscopos. Obijt anno 1546.

Fr. Garsias à Castronusio Conuentus Taurensis alumnus, Episcopus Cauriensis, in Extrema ora, circa annum millesimum quadringentesimum quadragesimum.

Fr. Garsias Engui, Episcopus Bayonensis, cum Regis Nauarrę Caroli tertij à sacris confessionibus esset, circa annum 1410.

Fr. Garsias Vayon cœnobij Salmantini Regum Catholicorum ecclesiastes Episcopus Laodiensis, qui cum esset Abbas item Trianensis eandem Abbatiam ordini authoritatę Apostolica, & Regia donauit. Obijt 1525.

Fr. Gaspar à Regibus, Episcopus titularis.

Fr. Georgius de Ateca Conuentus Calatayud Angliæ Reginæ Catherinæ Regum Catholicorum filiæ confessarius, Episcopus Andafensis. Obijt anno 1540.

F. Georgius Temudus Lusitanus, Episcopus Cochinensis, in orientali India, circa annum 1550.

Fr. Georgius de Sancta Lucia, Episcopus Malacanus, in Aurea Chersonesso, apud Indiam Orientalem, vir sanctitate insignis, circa annum 1560.

Fr. Georgius de Lemos, Episcopus Funchalensis in Lignaria Insula (Hispanè de la Madera) circa annum 1560.

Fr. Georgius de Sancto Iacobo postquam à Rege Lusitaniæ missus fuit ad Concilium Tridentinum factus est Episcopus apud Insulas Tertiarias, circa annum 1560.

Fr. Georgius de Padilla, Episcopus vrbis Quieti in Parmensi Ducatu anno 1607.

Fr. Gregorius Valentini Cœnobij alumnus, Episcopus Marroquij. Obijt anno 1375.

Fr. Gregorius à Cruce Cœnobij Baiecensis, Episcopus Martoranensis, circa annum 1569.

Fr. Gregorius è Monte albo Conuētus Salmantini è Priore Sancti Vincentij Placentini, Episcopus Nicaraguanus

factus eſt, deindè Popayanus, & poſtmodum Cuſcanus, in Regnis Pyruanis. Obijt anno 1602.

Fr. Guillelmus è Barberan, Epiſcopus Leridenſis ſanctitate inſignis, circa annum 1255.

Fr. Guillelmus è Moncada, Epiſcopus Vrgellenſis. Obijt anno 1308.

Fr. Guillelmus de Arauione cœnobij Leridenſis, Epiſcopus Leridenſis. Obijt anno 1321.

Fr. Guillelmus cœnobij Manreſani alũnus, Epiſcopus Teralbenſis, in Regno Sardiniæ. Obijt anno 1364.

Fr. Gundiſaluus, Epiſcopus Salmantinus, ſeptimus huius nominis, qui anno 1410. Synodum celebrauit Salmanticę. Obijt anno 1414.

Fr. Gundiſaluus, Epiſcopus Augurienſis in Anglia anno 1438.

Fr. Henricus à Sancto Hieronymo, Epiſcopus Cochinenſis, apud Indiam Orientalem, circa annum 1580.

Fr. Hieronymus Fonſeca conuentus Taurenſis, Epiſcopus, in Regno Neapolitano, circa annum 1560.

Fr. Hieronymus Pererius, Epiſcopus Calamenſis, in Africa, circa annum millesimum quingenteſimum ſeptuageſimum.

Fr. Hieronymus Baptiſta Lanuça conuentus Valentini è Prouinciali Aragoniæ, Epiſcopus Baluaſtri, in Regno Aragoniæ, de quo inter ſcriptores latius. Viuit adhuc.

F. Iacobus à Carthagine, Epiſcopus Maſſilienſis, in prouincia Regione Galliæ, circa annum 1452.

Fr. Inicus de Almunia, Epiſcopus Siracuſanus, circa annum 1380.

Fr. Ioannes Ceruantes, Epiſcopus Lucenſis, in Regno Gallecıæ, circa annum 1307.

Fr. Ioannes Caſtellanus, Epiſcopus Salmanticenſis. Obijt anno 1389.

Fra. Ioannes Durangus, Epiſcopus Meldenſis.

F. Ioannes Morales conuentus Giennenſis pręceptor, ac Magiſter Regis Caſtellæ Ioannis ſecundi, primo Epiſcopus Pacenſis, in extrema ora, deindè Giennenſis. Obijt 1430.

F. Ioannes Caſanoua, Epiſcopus Boſſanus, deindè Helnenſis, poſtea Gerundenſis (de quo ſupra.) Obijt anno 1436.

Fr. Ioannes de Nouocaſtro, Epiſcopus Helnenſis anno 1440.

Fr. Ioannes Epiſcopus Paphenſis, in Cypro anno 1442.

Fr. Ioannes Garcia Cæſarauguſtani cœnobij alumnus Alphonſi quinti Aragoniç Regis confeſſarius, Epiſcopus Maioricenſis. Obijt circa annum 1459.

Fr. Ioannes Marquez, Epiſcopus Patenſis in Sicilia anno 1480.

F. Ioannes Enguera cœnobij S. Onophrij prope Valentiã alũnus Regis Catholici Ferdinãdi cõfeſſarius, Epiſcopus Vicẽſis, in Cathalonia, & Inquiſitor Generalis in Regnis Aragoniæ, Valentię, Cathaloniæ, ac Nauarræ, deindè Epiſcopus Leridenſis, & poſtmodum Derthuſenſis. Obijt anno 1512.

Fr. Ioannes à Toleto filius Ducum Albanorum, Epiſcopus Cordubenſis, circa annum 1530. deinde Burgenſis, & Cardinalis. Obijt anno 1557.

Fr. Ioannes à Pedraça, ex illuſtriſſima Ducum Infantatus domo, Epiſcopus Canarienſis, circa annum 1525.

F. Ioannes è Salmãtica cœnobij Burgenſis alumnus Caroli quinti Auguſti euangeliſtes, Epiſcopus Canarienſis immediatus poſt Fr. Ioannem à Pedraça anno 1528.

Fr. Ioannes à Sarauia, Epiſcopus Canarienſis ſucceſſor, Fr. Ioannis à Salmãtica, circa annum 1532.

F. Ioannes Flander conuentus Valliſoletani filius Eleonoræ Reginæ Luſitaniæ, ac Francię, Sororis, Caroli quinti Auguſti confeſſarius, Epiſcopus Cubenſis anno 1530.

F. Ioãnes de Monte Albo, Epiſcopus Carthaginenſis, apud Occidentalem Indiam anno 1570.

F. Ioannes Sintrius Luſitanus, Epiſcopus, in Orientali India, circa annũ 1570.

Fr. Ioannes Solanus conuentus Salmãtini alũnus, Epiſcopus Culquenſis, in Regnis Pyru, apud Americam, qui fundauit Romæ Collegium Sancti Tho-

mæ in Conuentu Sanctæ Mariæ super Mineruam, statuens, vt primus Theologiæ Lector, siue Regens sit ex prouincijs Hispaniarum. Obijt anno millesimo quingentesimo octuagesimo.

Fr. Ioannes Mendez, ex prouincia Bethica, Episcopus vrbis Sanctæ Mariæ, apud Americam anno 1580.

Fr. Ioannes Izquierdus Conuentus Valentini, Episcopus Derthosensis. Obijt anno 1585.

Fr. Ioannes de Vrbieta Conuentus S. Sebastiani apud Cantabriam, Episcopus Thelesinus. Obijt anno 1589.

Fr. Ioannes à Cueuas conuentus Salmantini, è Prouinciali Hispaniæ Archiducis Cardinalis Alberti confessarius deindè Episcopus Abulensis anno 1596 Obijt anno 1599.

Fr. Ioannes Ramirez cœnobij Locroniensis, Episcopus Guatemalensis sanctitate insignis. Obijt anno 1609.

Fr. Ioannes Adrada conuentus Granatensis, Episcopus Carthaginensis, apud Americam. Obijt anno 1613. post quam quadraginta, & amplius annos in Episcopatu transegisset maximo sanctitatis odore.

Fr. Ioannes Lopez conuentus Vallisoletani (de quo latius inter scriptores) Episcopus Cotronēsis anno 1594. deinde Monopolitanus. Viuit adhuc.

Fr. Ioannes è Pietate Conuentus Azeitomensis Lusitanus, Episcopus Macanensis, in Regno Synarum, viuit adhuc pro excolenda illa amplissima vinea admodum vigilás zelo domus Dei amplificandæ accensus.

Fr. Ioannes Cabeças Conuentus Salmantini ex prouinciali Insulæ S. Dominici, siue Hispaniolæ primo; Episcopus Cubensis, deindè Guatemalensis postremo Turris Iuliensis, in Regnis Pyru. Viuit adhuc.

F. Ioseph Gonçalez Conuētus Vallisoletani è Prouinciali Hispaniæ Confessarius Principis Hispaniarum Philippi quarti Dominici Victoris, deindè, Episcopus Palentinus. Viuit adhuc.

Fr. Isidorus Aliaga Conuentus Cæsaraug[illegible] è Prouinciali A[illegible]

A factus Episcopus Albarracinēsis, deinde Derthosensis, postmodumque Archiepiscopus Valentinus. Viuit adhuc.

Fr. Iulianus, Episcopus Carelensis anno 1522.

Fr. Iulianus Garces, Episcopus Tlaxcallensis, seu Angelopolitanus ciuitatis, nempè Angelorum, in noua Hispania, & fuit primus Episcopus, qui Mexicanum Regnum ingressus est. Obijt sanctè 1542.

F. Laurentius à Figueroa filius Comitum de Feria, nunc Ducum titulo

B gaudentium, & Marchionum de Priego, Conuentus Cordubensis S. Pauli alumnus anno 1579. Episcopus factus Siguntinus, obijt sanctitate, atque eleemosynis clarus anno 1605.

Fr. Lupus Barrientos Conuentus Regij Metynnensis filius primarius Theologiæ, in Salmantina Academia professor, & Cathedraticus Magister Regis Henrici quarti, dum esset Princeps, primo Episcopus Segobiensis, deindè Abulensis, postmodum Conchensis; &

C noluit acceptare Archiepiscopatum Cōpostellanum, vt Inquisitor hereticæ prauitatis cōbussit Madriti in foro S. Dominici Regalis libros magiæ, & Necromantiæ Henrici de Villena. Obijt anno 1456.

F. Martinus à Corduba filius Comitis Caprensis, qui tres alios fratres germanos habuit in ordine, filios Comitis eiusdem, alumnus conuentus Cordubēsis S. Pauli, è Prouinciali Bethico, primū Episcopus Derthosensis, deindè Pla-

D centinus, postea Cordubensis. Obijt sanctitate, & eleemosynis clarus anno 1583.

Fr. Melchior Canus Cœnobij Salmāticensis filius, & primarius in Academijs totius Christiani orbis celeberrimis Cōplutensi, & Salmanticensi Theologiæ moderator, Episcopus Canariensis (de quo lib. 1.) Obijt 1560.

Fr. Michael de Epila *Cæsaraugustani* Conuentus filius, *Episcopus Vrgelensis* Obijt anno 1457.

Fr. Michael è *Salmantica Conuentus* Burgensis alumnus, *Episcopus Insulæ*

Cu-

Cubensis, circa annum 1530.

Fr. Michael Conuentus de Colibre, Episcopus Niocensis, circa annum 1557

Fr. Michael de Benauides (de quo inter Archiepiscopos supra) Episcopus Segobiensis, apud Insulas Philippinas, obijt maximo doctrinæ, & sanctitatis nomine anno 1603.

F. Munio Zamorensis Generalis Ordinis moderator conuentusque Zamorensis alumnus, Episcopus Palentinus. Obijt sanctissime anno 1300.

F. Nicolaus, Episcopus Salmanticensis, circa annum Domini 1270.

Fr Paschalis de Fonte pudico (Hispanè de Ampudia) Conuentus Palentini filius sanctitate, atque doctrina conspicuus (de quo in 1. libro latius inter scriptores) Burgensis Episcopus animarum sibi creditarum zelo exardescens pedester diœcesim visitabat, Romamque singulis annis fere petebat. Obijt Romę anno 1512. decimo quarto Kalendas Augusti ætatis suæ 70. sepultusque est in æde nostra Sanctę Mariæ super Mineruam ante altare maius, in solo, sub petra, cum hac inscriptione.

Paschasio Hispano Burgensi Episcopo, qui ex Prædicatorum ordine doctrina, virtutibus euectus amplissimis redditibus annis quindecim pie dispensatis, ad Lateranensem Synodum, sub Iulio secundo Pontifice maximo ascitus vita functus est. Christi pauperi inter compauperes mortuo alienis sumptibus tumulato, seruitores domino posuere 1512. 19. *Iulij. Vixit annos* 70.

Fr. Paulus è Turribus, Episcopus Panamensis, apud Americam, circa annum 1530.

Fr. Petrus de Silua filius legitimus, Comitum Cifontanorum (Hispanè de Cifuentes) & conuentus Regij Toletani alumnus, Episcopus Orensanus, in Regno Galleciæ, vitę integritate, doctrina, & animi dotibus clarus, qui Regem Ioannem secundum, in cœnobium nostrum Toletanum occulte nocte quadã intromisit, vt Toletanæ vrbi inclytæ, quæ aduersus Regem pro Henrico quarto filio rebellarat dominaretur. Obijt anno 1455. & cõditus est in choro eius

A de cœnobij, quem in templo antiquo, (& claustrum silentij) construxit, vbi sibi Marchionibusque Montis maioris, atque Comitibus Portus alacris consobrinis suis sepulturam elegit.

Fr. Petrus Pontius Legionensis filius legitimus Ducum de Arcos conuentu Salmanticensis alumnus, primo Episcopus Ciuitatensis, deinde Zamorensis & demum Pacensis factus, obijt anno 1615. mense Decembris.

Fr. Petrus Centelles, Episcopus Barchinonensis. Obijt sancte anno 1252.

B Fr. Petrus Perez sanctitate excellens Episcopus Salmantinus. Obijt anno 1262.

Fr. Petrus Alter, Episcopus Salmantinus, qui Principem filium Regis Ferdinandi quarti, Alphonsum vndecimũ baptismi lauacro regenerauit Christo. Obijt anno 1315.

Fr. Petrus Lopez de Aguiar, Episcopus Lucensis, in Regno Galleciæ, circa annum 1370.

Fr. Petrus Gau conuentus Vrgellensis filius, C Episcopus Sirenensis, circa annum 1350.

Fr. Petrus Pillars, Episcopus Doliensis, circa annum 1482.

Fr. Petrus de Agreda, Episcopus Venecelensis (Hispanè de Venecuela) apud Indiam Occidentalem, 1560.

Fr. Petrus de Angulo, primus Episcopus Veræ pacis, in Regno Guatemalæ vir sanctitate, atque doctrina cõspicuus, circa annum 1556.

Fr. Petrus Iaques Conuentus Vrbis Turris Iuliæ (Hispanè de la Ciudad de D Trugillo) Episcopus Nioquensis, qui Tridentino Concilio interfuit, circa annum 1563.

Fr. Petrus de Feria Conuentus Salmantini filius, Episcopus Chiapensis, in noua Hispania, circa annum 1574.

Fr. Petrus Martyr Coma conuentus Barchinonensis, Episcopus Heluensis, in Cathalonia. Obijt anno 1578.

Fr. Petrus à Penna conuentus Burgensis, primo Episcopus Verępacis, in noua Hispania, deinde Episcopus Quitensis, in Regnis Pyru. Obijt circa annum

num millesimum quingentesimum octuagesimum.

F. Philippinus Vrrias Conuentus Ouetensis filius, primus Episcopus Baluastri, in Regno Aragoniæ, circa annum 1580.

Fr. Raimundus de Carsabino è Magistro sacri palatij factus, Episcopus Maioricensis, circa annum 1274.

Fr. Raimundus de Ponte, Episcopus Valentinus. Obijt anno 1312.

Fr. Rodulphus, Episcopus Vicensis, in Cathalonia, circa annum 1480.

Fr. Romeus Cathalanus, Episcopus titularis anno 1550.

Fr. Sebastianus, Episcopus Gratiæ Valentinus, circa annum 1448.

Fr. Sebastianus è Salmantica, Episcopus Insulæ Cubensis. Obijt circa annum 1528.

Fr. Sebastianus de Ascensione Conuentus Aueiriensis, Episcopus promontorij Capitis viridis. Obijt 1614.

Fr. Thomas è Berlanga Conuentus Salmantini, Episcopus Panamensis, circa annum millesimum quingentesimũ trigesimum octauum.

Fr. Thomas Ortiz, Episcopus vrbis S. Marthæ apud orbem occiduũ, circa annum millesimum quingentesimum trigesimum octauum.

Fr. Thomas è Sancto Martino Primas, Episcopus Charcensis (Hispanè de los Charcas) circa annum 1540.

Fr. Thomas à Tauro, Episcopus Carthaginensis, in nouo orbe.

Fr. Thomas Casillas prouinciæ Bethicæ, secundus Episcopus Chiapensis, circa annum millesimum quingentesimum quinquagesimum.

Fr. Vincentius de Lugo, Episcopus Sanctæ Agathæ, apud orbem Occidentalem anno millesimo quingentesimo trigesimo.

Fr. Vincentius de Valle viridi cœnobij Salmantini filius, Episcopus primum Panamensis, deinde Cusquensis, in Regno Pyru. Obijt circa annum millesimũ quingentesimum quadragesimum.

Fr. Vincentius de Pedraça, Episcopus Pananensis, circa annum 1540.

A

EPISCOPI HISPANI Americi.

FR. Dominicus Valderrama Americus, in vrbe Quitensi, in Regno Pyru natus, Episcopus ciuitatis Pacis, in eodem Regno. Obijt 1615.

Fr. Ioannes Boorques Americus Mexici natus, & Conuentus Mexicani filius, Episcopus Venetelensis (Hispanè Veneçuela) in occidentali India. Viuit adhuc.

B

Fr. Martinus Vasquez Americus, in ciuitate Cusquensi ortus, & eiusdem cœnobij alumnus, Episcopus Portus diuitis, apud Hispaniolam. Obijt 1613.

Fr. Reginaldus Liçarraga Americus, in vrbe Limensi, vel Regum ortus, Episcopus ciuitatis Imperialis, in Regno Chile. Obijt anno 1613.

Fr. Saluator Ribera Americus, in ciuitate Regum, seu Limensi ortus, & alumnus eiusdem vrbis cœnobij, Episcopus Quitensis. Obijt anno 1612.

C

EPISCOPI ITALI ORdinis Prædicatorum.

FRATER Adrianus Valenticus Venetus, Episcopus Iustinopolitanus, in Histria anno millesimo quingentesimo sexagesimo quarto.

Fr. Agnisius, Episcopus Bergomensis anno 1278.

Fr. Albertus Boschetus Mutinensis, Episcopus Mutinensis anno 1234.

D

Fra. Albertus Brixiensis, Episcopus Brixiensis 1458.

Fr. Albertus Draghi de Florentiola, Episcopus Termolensis anno 1600.

Fr. Alexander, Episcopus Tefelicensis anno 1450.

Fr. Alexander, Episcopus Tiphernensis anno 1560.

Fr. Alexander Franciscus Hebræus Alexandrini Cardinalis, Fr. Michaelis Bonelli Theologus, Episcopus Forliuiẽsis à Clemẽte octauo factus anno 1595 Natus est Romæ, & in ea vrbe concio-

nibus frequentibus magnum sibi nomé comparauit, vnde communiter ab omnibus dicebatur, quod in concionibus trium insignium concionatorum, quos simul eo tempore Roma habebat. *Hebraus docet, Lupus monet, & Panigarola delectat.*

Fr. Aldrobandinus Caualcantes Florentinus, Romanæ prouinciæ moderator, Episcopus Vrbeuetanus à Gregorio decimo, in Vicarium vrbis electus, quando ad Lugdunense Concilium Pontifex profectus est, circa annum 1274.

F. Algisius Rosatus Bergomensis, Episcopus Ariminensis anno 1251.

F. Aloisius Bergomensis, Episcopus Mantuanus 1469.

Fr. Ambrosius Florentinus, quem ad ordinem recepit B. Fr. Ioannes Salernitanus, Episcopus Ariminensis anno 1250.

Fr. Ambrosius Ariminensis, Episcopus Ariminensis 1265.

Fr. Ambrosius Abbiate Mediolanensis, Episcopus Mitilenensis, anno 1402.

F. Ambrosius de Balneolo maximus promotor deuotionis Rosarij B. Virginis, Episcopus Neritonensis anno 1570.

Fr. Andreas Pistoriensis, Episcopus Pistoriensis anno 1270.

Fr. Andreas Bancarinus, Episcopus Mileuitanus 1280.

Fr. Andreas Episcopus Teserensis.

Fr. Andreas Senensis, Episcopus Senensis.

F. Andreas Boncouti Pisanus, Episcopus titularis 1379.

F. Andreas Francus Pistoriensis, Episcopus Pistoriensis 1394.

Fr. Andreas Senensis, Episcopus Lunensis in Liguria 1412.

F. Andreas Venetus, Episcopus Chiē sis è Priore Conuentus Ordinis Constātinopolitani. Viuit adhuc.

Fra. Angelus Acciolus Florentinus, primo Episcopus Aquilanus, deindè Florentinus anno 1330.

Fr. Angelus Bononiensis, Episcopus Florentinus 1415.

Fr. Angelus Bragadinus Venetus, Episcopus Vincentinus anno 1506.

Fr. Angelus Acetus, Episcopus Fesulanus à Pio quinto anno 1568.

Fr. Angelus Galini Lucensis, Episcopus Polignani 1571.

Fr. Angelus Treuisanus, Episcopus Caorlensis 1599.

F. Angelus Ranuncius Venetus, Episcopus Catiarensis, deindè Cursulanus anno 1611.

Fr. Antonius Senensis, Episcopus Lunensis anno 1345.

Fr. Antonius Guardaualle Senensis, Episcopus Senensis 1378.

Fr. Antonius Corrarus Venetus, Episcopus Cenedensis 1407.

Fr. Antonius Turconi, Episcopus Comensis 1408.

Fr. Antonius Pizzamanus, Episcopus Saltiensis 1450.

Fra. Antonius Regiensis, Episcopus Bondinensis 1458.

Fr. Antonius Cipollonius Florentinus, Episcopus Volterranus anno 1481.

Fr. Antonius è Ponte Corno, Episcopus Cephaludensis 1506.

Fr. Antonius Becari Ferrariensis, Episcopus Scutarēsis, in Illirico anno 1516

Fr. Antonius Iustinianus Genuensis, Episcopus Liparensis anno 1566.

Fr. Antonius Conti Genuensis, Episcopus Brugnensis 1570.

F. Antonius Balducius, ex Commissario Generali Inquisitionis Romæ, Episcopus Triuicanus à Pio quinto 1570.

F. Archangelus Blanchus, Episcopus Teatrus, deinde Cardinalis anno 1571.

Fr. Arnulphus, Episcopus Humanæ inter Loretū, & Anconam anno 1400.

Fr. Augustinus Episcopus Caietanus anno 1430.

Fr. Augustinus Genuensis, Episcopus Neuiensis anno 1515.

Fr. Aymarus, Episcopus Antilarensis anno 1329.

¶ Fr. Baptista Finariensis filius dominorum Finaris, Episcopus Vintimiliensis anno 1468.

Fr. Baptista de Fermo Marchianus, Episcopus Hieropolitanus anno 1460.

Fr. Bartholomæus Benauentanus, Episcopus Amiliensis 1257.

Fr. Bartholomæus Magister sacri palatij D. Thomæ discipulus, ab Innocentio quinto, Episcopus Torselanus 1276.

Fr. Bartholomæus Vincentinus S. Ludouici Galliarum Regis confessarius, ab Innocentio quarto factus, Episcopus Vincentinus, & legatus ad grauissima negotia Sedis Apostolicæ, cum eodem Rege missus, spina sacra coronæ Domini, ab Ludouico Rege est opificatus anno 1278.

Fr. Bartholomęus Lucensis, Episcopus Ternensis anno 1310.

Fr. Bartholomæus Bononiensis, Episcopus Naxiuan, in Armenia nondum enim in metropolim erecta erat 1318.

Fr. Bartholomæus Catra Mediolanensis, Episcopus Placentinus anno 1400.

Fr. Bartholomęus Dominici Senensis, Episcopus Coronensis, in Græcia anno 1402.

Fr. Bartholomæus de Medicis Florentinus, Comensis Episcopus circa annum 1430.

Fr. Bartholomæus Lapacius (de quo in primo libro) Episcopus Coronensis anno 1438.

F. Bartholomæus de Bononia, Episcopus Dragonensis 1450.

F. Bartholomæus Bononiensis, Episcopus Signinianus, deindè Comaclinensis 1450.

Fr. Bartholomæus, Episcopus Luccerinus anno 1450.

Fr. Bartholomæus Sulmonensis, Episcopus Sulmonensis 1465.

Fr. Bartholomæus Ferri Imolensis, Episcopus Latrensis, siue Fernensis. Obijt 1580. vt ait Plodius.

Fr. Benedictus, Episcopus Comensis anno 1318.

Fr. Benedictus Ardiaghellus Florentinus, Episcopus Castellanotensis, circa annum 1383.

Fr. Benedictus Nobilis Lucensis, Episcopus in Corsica 1450.

Fr. Benedictus Pagagnotus Florentinus, Episcopus Canturcensis anno millesimo quingentesimo vigesimo quinto.

A Fr. Benedictus Mantuanus, Episcopus Casalensis anno 1578.

Fr. Bernardinus de Luca Episcopus Coronensis anno 1566.

Fr. Bernardus Mediolanensis, Episcopus Conuenarensis à Ioanne, 22. factus anno 1320.

Fr. Bernardus Nerus Florentinus nepos Leonis vndecimi, Episcopus Bisignianensis. Viuit adhuc.

Fr. Bertrandus, Episcopus Tefelicensis anno 1387.

B Fra. Boldrinus, Episcopus Mantuanus anno 1460.

Fr. Boninutus, Episcopus Adriensis anno 1440.

Fra. Bonifacius Lambrus Mediolanensis, Episcopus Palentinus, in Hispania, *vt Plodius, & Gozzeus asserunt* 1450.

¶ Fr. Camillus Campegius, Episcopus Nepesinus à Pio quinto factus anno 1570.

Fr. Cerardus, Episcopus Brixiensis anno 1240.

C Fra. Conradus à Penna Pistoriensis, Episcopus Fesulanus anno 1260.

Fr. Conradus, Episcopus Pistoriensis anno 1282.

Fr. Constantinus Senensis, Episcopus Orbietensis, qui instante Fr. Ioanne Teutonico Generali ordinis composuit officium de B. P. Dominico anno 1244.

Fr. Crescentius de Canis, Episcopus Alarrinensis anno 1257.

F. Christophorus Gallina Bononiensis Episcopus, circa annum 1390. *Plodius libro 2.*

D Fr. Christophorus Ptolomei Senensis, Episcopus Sabatensis, circa annum millesimum quadringentesimum octuagesimum.

¶ Fr. Daniel Barbus Cremonensis, Episcopus in Germania, circa annum 1567.

F. Deodatus Picinus, Episcopus Buzzeanus, in Africa 1300.

Fr. Deodatus Gentilis, Episcopus Casertæ, & Nuncius Apostolicus in Regno Neapolitano. Viuit adhuc.

Fr. Dominicus, Episcopus Brixiensis 1334.
Fr. Dominicus de Lagneto, Episcopus Sauonensis 1377.
F. Dominicus Pupius Senensis, Episcopus Cephadulensis anno 1430.
Fr. Dominicus Flamminius, Episcopus Forocorneliensis, siue Imolensis 1432.
Fr. Dominicus Lapatius, Episcopus Argonensis 1446.
Fr. Dominicus Alter, Episcopus Imolensis 1446.
Fr. Dominicus Tortonensis, Episcopus S. Erini, in Græcia 1483.
Fr. Dominicus Zouaglius, Episcopus anno 1507.
Fr. Dominicus Crouara Genuensis, Episcopus Sebastiensis anno 1520.
Fr. Dominicus è confessore Clementis septimi, Episcopus Albanus, deindè Archiepiscopus Tolosanus anno 1530.
Fr. Dominicus, Episcopus Laudicensis anno 1550.
Fr. Dominicus de Rouere Astensis, Episcopus Astensis 1580.
Fr. Dominicus Bossanus Venetus, Episcopus Caneensis in Creta. Viuit adhuc.
¶ Fr. Ægydius Bononiensis, Episcopus Torsellanus 1454.
F. Ægydius Fuscarius, Episcopus Mutinensis, qui Tridentino Concilio astitit, in quo Breuiarij, Missalisque Romani librorum reformatio (vt editi sunt authoritate Pij quinti, ad vniuersalem Ecclesiam) & Catechismi etiam compositio, & ordinatio commissa est propter eximiam viri eruditionem, simul cum Fr. Leonardo Archiepiscopo Lanciensi & Fr. Francisco Forerio Lusitano, vt supra in 2. libro diximus anno 1562.
Fr. Egnatius Danti Perusinus, Episcopus Alatrensis 1583.
Fr. Euerardus Bresdianus, Episcopus Celenans 1240.
Fr. Eustachius, Episcopus Orbitensis anno 1334.
Fr. Eustachius Lucatellus S. Pij quinti confessarius, Episcopus Reggiensis anno 1567.

A

Fr. Facius Donoraticus, Episcopus Sagoniensis anno 1297.
Fr. Facius Conti Pisanus, Episcopus Chironensis 1317.
Fr. Federicus Sardus, Episcopus Sanctæ iustæ 1305.
Fr. Federicus Baluchius Ariminensis, Episcopus Ariminensis 1308.
F. Federicus, Episcopus Fulginas anno 1510.
Fr. Felicianus Ninguarda de Morbino, Episcopus Sanctæ Agathæ, deindè Comensis. Obijt anno 1593.

B

Fr. Filippus Gheza Romanus, Episcopus Tiburinus 1377.
Fra. Franciscus Lucensis, Episcopus Perusinus 1317.
Frat. Franciscus Bottierus Bononiensis, Episcopus Comaclensis anno 1334.
Fr. Franciscus S. Georgij Bononiensis, Episcopus Salubriensis, in Græcia 1342.
Fr. Franciscus Florentinus, Episcopus Narniensis 1342.

C

Fr. Franciscus Ariminensis, Episcopus Ceruiensis 1380.
Fr. Franciscus Bononiensis, Episcopus Comensis 1420.
Fr. Franciscus, Episcopus Cenetensis anno 1420.
Fr. Franciscus Biondus Florentinus Episcopus Iustinopolitanus in Histria anno 1448.
Fr. Franciscus de Teruisio, Episcopus Senensis 1450.
Fr. Franciscus Cinouinus Pisanus, Episcopus Taurensis, in Persia anno 1450.

D

Fr. Franciscus à Regno, Episcopus Mazzariensis, in Sicilia, circa annum 1450.
¶ Fr. Gabardus de Vrsisaltu, Episcopus Bethlehemiticus 1342.
Fr. Gabriel Lusardus Genuensis, Episcopus in Corsica 1507.
Fr. Gabriel Alexander Bergomensis, Episcopus Gallensis 1560.
Fr. Gaddus Pisanus, Episcopus Corfuensis 1340.
F. Galganus Senēsis, Episcopus Massensis

censis in Thuscia 1340.

Fr. Gaspar de Sancto Ioanne Bononiensis, Episcopus Imolensis à Nicolao quinto 1450.

Fr. Gaspar Calaber, Episcopus Nuceriensis Sarracenorum 1587.

Fr. Georgius Lazarus, Episcopus Minoriensis. Viuit adhuc.

Fr. Gerardus de Bressa, Episcopus Cesenas anno 1370.

Fr. Gregorius Incontri Senensis, Episcopus Senensis 1257.

Fr. Gregorius Malisardus, Episcopus Cesenas 1404.

Fr. Gregorius Boldrinus, Episcopus Mantuanus 1575.

Fr. Gregorius Florentinus, Episcopus Fauentinus 1575.

Fr. Gregorius Seruantius Marchianus, Episcopus Treuicanus 1601.

Fr. Gualla Bergomensis, Episcopus Brixiensis 1530.

Fr. Gualterus Agnus Dei, Episcopus Venetus, ab anno 1268. vsque ad annum 1272.

Fr. Gualterus Calaber, Episcopus Gabulensis 1264.

Fr. Gualterus Bononiensis, Episcopus Tonarensis 1345.

Fr. Guido Lombardus, Episcopus in Græcia 1290.

Fr. Guido Pisanus, Episcopus Corphuensis.

Fr. Guido Vicentinus, Episcopus Ferrariensis à Benedicto vndecimo factus, cum esset Inquisitor in Lombardia, & moderator prouinciæ eiusdem, anno, 1304.

Fr. Guido, Episcopus in Regno Corsicæ 1460.

¶ Henricus Grandonius, Episcopus Suessanus, in campania anno 1507.

Fr. Hieronymus, Episcopus Fauentinus anno 1240.

Fr. Hieronymus Ariminensis, Episcopus Ariminensis 1318.

Fr Hieronymus Genuensis, Episcopus Caphensis 1404.

Fra. Hieronymus Coma, Episcopus Campensis 1507.

Fr. Hieronymus Venetus, Episcopus Spalatrensis, in Dalmatia anno 1520.

Fr. Hieronymus Fornarius Papiensis, Episcopus Belcastrensis anno 1528.

Fr. Hieronymus de Nichisola, Episcopus Teatinus, & astitit Concilio Tridentino anno 1562.

Fr. Hieronymus Veranus Terussianus, Episcopus Veronensis, qui astitit Concilio Tridentino 1562.

Fr. Hieronymus Vielmus Venetus, primo Episcopus Emonensis, deinde Argolicensis, & astitit Concilio Tridentino 562.

Fr. Hieronymus Policus Cremonensis, Episcopus Triuicanus anno 1564.

Fr. Hieronymus, Episcopus Argoliensis. Obijt anno 1582.

Fr. Hieronymus Contarinus Venetus, Episcopus Iustinopolitanus. Viuit adhuc.

F. Hieronymus Rusca Venetus, Episcopus Cattarensis. Viuit adhuc.

Fr. Hugotius Spoletanus, Episcopus Senogaliensis anno 1290.

Fr. Hugo de Arimino, Episcopus Senogaiensis, deinde Forliuiensis anno, 1340.

Fr. Humbertus Florentinus, Episcopus Pistoriensis.

Fr. Humbertus Locatus Placentinus, Episcopus Balneoregiensis anno 1570.

¶ Fr. Iacobus Boncambius, Episcopus Bononiensis 1275.

Fr. Iacobus Viterbiensis, Episcopus Tarantinus 1280.

Fr. Iacobus, Episcopus Mantuanus Socius B. Benedicti 11. anno 1305.

Fr. Iacobus Acciolus Episcopus Florentinus.

Fr. Iacobus Lausana, Episcopus Lausanensis anno 1314.

Fr. Iacobus Perusinus, Episcopus Florentinus anno millesimo trecentesimo quadragesimo secundo.

Fr. Iacobus, Episcopus Perusinus anno millesimo trecentesimo quinquagesimo.

Fr. Iacobus de Sancto Andrea, Episcopus Termolensis 1378.

Fr. Iacobus Benefacti Venetus, Episcopus Mantuanus 1330.

Fr. Bartholomęus Lusitanus Episcopus Syluensis anno 1268.

Fr. Bartholomęus Stephanus Maioricensis Episcopus, circa annum 1500.

Fr. Bartholomæus Ledesmius, Episcopus Guaxaquensis, in noua Hispania. Obijt anno 1598.

F. Benedictus Mirob, Episcopus Helnensis 1270.

F. Berengarius de Castello, Episcopali Barchinonensis cœnobij, Socius B. Fr. Michaelis, de Fabra Primus Episcopus electus Valentinus, deindè Episcopus Gerundensis. Obijt anno 1253.

F. Berengarius, Episcopus Leridensis anno 1257.

F. Bernardus Manricus Conuentus Salmanticensis alumnus, filius legitimus Marchionum Aguilarensium (Hispane de Aguilar) Magnatum Hispaniæ primo Prouincialis Hispaniæ, deindè, Episcopus Malacitanus anno 1540. Obijt anno 1560.

F. Bernardus è Mensa Cõuentus Toletani Regij filius, legatus, & orator à Catholicis Regibus, in Angliam missus, ad sponsalia infantis Catherinæ eorundem pientissimæ filiæ, cum Principe Arturo pertractanda, Episcopus Pacensis. Obijt anno 1524. & conditus est in capella Rosarij B. Virginis Toletana.

Fr. Bernardus Michael è prouincia Aragoniæ, Episcopus Vccelensis anno 1454. Obijt conditusque est in suo Conuentu Castellioni Ampuriani.

F Bernardus è Muro, Episcopus Vicensis, apud Cathaloniam, circa annum 1274.

F. Bernardus è Cruce Lusitanus, Episcopus Insulæ S. Thomæ, apud Indiã Orientalem. Obijt 1550.

F. Bernardus Alburquerquius Conuentus Salmanticensis filius, Episcopus Guaxaquensis, in noua Hispania. Obijt circa annum 1560.

F. Blasius Episcopus Calaguritanus sumpsit habitum ordinis, Episcopatuique cessit, & interfuit Capitulo Generali Palentino anno 1291.

Fr. Didacus Deça Conuentus Taurensis (de quo supra inter Archiepiscopos, & libro 1. inter scriptores, & 2. inter Inquisitores) Episcopus Zamorẽsis, deinde Salmantinus, postmodum Giennensis, postea Palentinus, denique Archiepiscopus Hispalensis, & Toletanus. Obijt 1523.

Fr. Didacus Soria Conuentus Ocaniensis filius, Episcopus Segobiensis, apud Luzonias Insulas (Hispanê Philippinas) Obijt anno 1615.

F. Didacus Episcopus Titularis Granatensis ante quam ea vrbs â Christianis expugnata esset, circa annum millesimum quadringentesimum sexagesimum quintum.

Fr. Didacus Fernandez Cœnobij Salmantini filius, Episcopus Zerdimiensis in Anglia 1520.

Fr. Dominicus Vlloa, Frater Germanus Marchionis Motensis (Hispanê de la Mota) filius Conuentus Sanctæ Mariæ Rupis Gallicæ, primo Episcopus Nicaraguanus, deindè Popayanensis, deniq̃ue Mechoacanensis, in Orbe nouo occidentali. Obijt anno millesimo quingentesimo nonagesimo nono

Fr. Dominicus Salazar Conuentus Salmanticensis filius, primus Episcopus Insularum Philippinarum, apud Manilam. Obijt maximo sanctitatis nomine anno 1594.

Fr. Dominicus Salinas Conuentus Metynnensis Campi filius, Episcopus de Veneçuela in orbe occiduo. Obijt 1601

Fr. Dominicus de Alzola Conuentus Vallisoletani, Episcopus nouæ Galliciæ, in Hispania. Obijt 1590.

F. Dominicus Romerus Conuentus Baguer filius, Episcopus Vticensis, circa annum 1560.

Fr. Dominicus Torralua, Episcopus Tolosanus anno 1416.

Fr. Dominicus, Episcopus Siracusanus anno 1510.

Fr. Dominicus Suarez, Episcopus Abulensis. Obijt 1272.

Fr. Dominicus Casablanca, Episcopus Vicensis.

Fr. Dominicus de Sancto Thoma, Episcopus Charcensis (Hispanê de las Charcas) in Regnis Peru, circa annum

mille-

millesimum quingentesimum sexagesimum.

Fr. Eduardus Nunnius primus Indiæ Orientalis Episcopus à Rege Lusitaniæ Emanuele missus ad illas regiones Orientis, vbi magno Christianæ Religionis incremento munus Apostolicum obiuit circa annum 1510.

Fr. Ferdinandus è Mensa primus Episcopus Insulæ Cubensis apud Americam anno 1510.

Fr. Ferdinandus Taborensis Lusitanus, Episcopus Funchalensis, apud Insulam Lignariam anno 1540.

Fr. Ferrer de Abella, Episcopus Barchinonensis à Ioanne 22. factus. Obijt anno 1344.

Fr. Franciscus Cerda filius Comitis Caprensis (Hispanè de Cabra) qui alios tres germanos fratres habuit in ordine, filios item Comitis Caprensis, Cordubensis S. Pauli cœnobij alumnos, sicut ipse, in Concilio Tridentino astitit Episcopus Canariensis. Obijt anno millesimo quingentesimo quinquagesimo.

Fr. Franciscus Cueua filius Ducis Alburquerquij Conuentus Salmantini alumnus, Episcopus Ouetensis. Obijt anno 1615.

Fr. Franciscus è Corduba Conuentus S. Pauli Hispalensis, ex illustrissima domo Marchionum de Priego, Episcopus Velandicensis, circa annum 1525.

Fr. Franciscus, Episcopus Ciuitatensis, circa annum 1440.

Fr. Franciscus Robles, Episcopus Titularis, circa annum 1550.

Fr. Franciscus Rores Conuentus Valētini, Episcopus Nicopolitanus. Obijt anno 1558.

Fr. Franciscus de Victoria cœnobij ciuitatis Regum, siue Limensis, in Pyru, Episcopus Tucumanensis, in orbe occiduo, circa annum 1576.

Fr. Franciscus è Camara Conuentus Granatensis, Episcopus Panamensis, in orbe occidentali. Viuit adhuc.

Fr. Garsias Loaysa Conuentus Rupis fidelis, Episcopus Oxoniensis, deindè Saguntinus, demum Archiepiscopus Hispalensis, de quo supra inter Cardinales, & Archiepiscopos. Obijt anno 1546.

Fr. Garsias à Castronusio Conuentus Taurensis alumnus, Episcopus Cauriensis, in Extrema ora, circa annum millesimum quadringentesimum quadragesimum.

Fr. Garsias Engui, Episcopus Bayonensis, cum Regis Nauarræ Caroli tertij à sacris confessionibus esset, circa annum 1440.

Fr. Garsias Vayon cœnobij Salmantini Regum Catholicorum ecclesiastes Episcopus Laodiensis, qui cum esset Abbas item Trianensis eandem Abbatiam ordini authoritate Apostolica, & Regia donauit. Obijt 1525.

Fr. Gaspar à Regibus, Episcopus titularis.

Fr. Georgius de Ateca Conuentus Calatayud Angliæ Reginæ Catherinæ Regum Catholicorum filiæ confessarius, Episcopus Andafensis. Obijt anno 1540.

F. Georgius Temudus Lusitanus, Episcopus Cochinensis, in orientali India, circa annum 1550.

Fr. Georgius de Sancta Lucia, Episcopus Malacanus, in Aurea Chersonesso, apud Indiam Orientalem, vir sanctitate insignis, circa annum 1560.

Fr. Georgius de Lemos, Episcopus Funchalensis in Lignaria Insula (Hispanè de la Madera) circa annum 1560.

Fr. Georgius de Sancto Iacobo postquam à Rege Lusitaniæ missus fuit ad Concilium Tridentinum factus est Episcopus apud Insulas Tertiarias, circa annum 1560.

Fr. Georgius de Padilla, Episcopus vrbis Quieti in Parmensi Ducatu anno 1607.

Fr. Gregorius Valentini Cœnobij alumnus, Episcopus Marroquij. Obijt anno 1375.

Fr. Gregorius à Cruce Cœnobij Baiecensis, Episcopus Martoranensis, circa annum 1569.

Fr. Gregorius è Monte albo Conuētus Salmantini è Priore Sancti Vincentij Placentini, Episcopus Nicaraguanus

factus est, deindè Popayanus, & postmodum Cuscanus, in Regnis Pyruanis. Obijt anno 1602.

Fr. Guillelmus è Barberan, Episcopus Leridensis sanctitate insignis, circa annum 1255.

Fr. Guillelmus è Moncada, Episcopus Vrgellensis. Obijt anno 1308.

Fr. Guillelmus de Arauione cœnobij Leridensis, Episcopus Leridensis. Obijt anno 1321.

Fr. Guillelmus cœnobij Manresani alũnus, Episcopus Teralbensis, in Regno Sardiniæ. Obijt anno 1364.

Fr. Gundisaluus, Episcopus Salmantinus, septimus huius nominis, qui anno 1410. Synodum celebrauit Salmanticę. Obijt anno 1414.

Fr. Gundisaluus, Episcopus Augurienfis in Anglia anno 1438.

Fr. Henricus à Sancto Hieronymo, Episcopus Cochinensis, apud Indiam Orientalem, circa annum 1580.

Fr. Hieronymus Fonseca conuentus Taurensis, Episcopus, in Regno Neapolitano, circa annum 1560.

Fr. Hieronymus Pererius, Episcopus Calamensis, in Africa, circa annum millesimum quingentesimum septuagesimum.

Fr. Hieronymus Baptista Lanuça conuentus Valentini è Prouinciali Aragoniæ, Episcopus Baluastri, in Regno Aragoniæ, de quo inter scriptores latius. Viuit adhuc.

F. Iacobus à Carthagine, Episcopus Massiliensis, in prouincia Regione Galliæ, circa annum 1452.

Fr. Inicus de Almunia, Episcopus Siracusanus, circa annum 1380.

Fr. Ioannes Ceruantes, Episcopus Lucensis, in Regno Galleciæ, circa annum 1307.

Fr. Ioannes Castellanus, Episcopus Salmanticensis. Obijt anno 1389.

Fra. Ioannes Durangus, Episcopus Meldensis.

F. Ioannes Morales conuentus Giennensis pręceptor, ac Magister Regis Castellæ Ioannis secundi, primo Episcopus Pacensis, in extrema ora, deindè Giennensis. Obijt 1430.

F. Ioannes Casanoua, Episcopus Bossanus, deindè Helnensis, postea Gerundensis (de quo supra.) Obijt anno 1436.

Fr. Ioannes de Nouocastro, Episcopus Helnensis anno 1440.

Fr. Ioannes Episcopus Paphensis, in Cypro anno 1442.

Fr. Ioannes Garcia Cæsaraugustani cœnobij alumnus Alphonsi quinti Aragonię Regis confessarius, Episcopus Maioricensis. Obijt circa annum 1459.

Fr. Ioannes Marquez, Episcopus Patensis in Sicilia anno 1480.

F. Ioannes Enguera cœnobij S. Onophrij prope Valentiã alũnus Regis Catholici Ferdinãdi cõfessarius, Episcopus Vicẽsis, in Cathalonia, & Inquisitor Generalis in Regnis Aragoniæ, Valentię, Cathaloniæ, ac Nauarræ, deindè Episcopus Leridensis, & postmodum Derthusensis. Obijt anno 1512.

Fr. Ioannes à Toleto filius Ducum Albanorum, Episcopus Cordubensis, circa annum 1530. deinde Burgensis, & Cardinalis. Obijt anno 1557.

Fr. Ioannes à Pedraça, ex illustrissima Ducum Infantatus domo, Episcopus Canariensis, circa annum 1525.

F. Ioãnes è Salmãtica cœnobij Burgensis alumnus Caroli quinti Augusti euangelistes, Episcopus Canariensis immediatus post Fr. Ioannem à Pedraça anno 1528.

Fr. Ioannes à Sarauia, Episcopus Canariensis successor, Fr. Ioannis à Salmãtica, circa annum 1532.

F. Ioannes Flander conuentus Vallisoletani filius Eleonoræ Reginæ Lusitaniæ, ac Francię, Sororis, Caroli quinti Augusti confessarius, Episcopus Cubensis anno 1530.

F. Ioãnes de Monte Albo, Episcopus Carthaginensis, apud Occidentalem Indiam anno 1570.

F. Ioannes Sintrius Lusitanus, Episcopus, in Orientali India, circa annũ 1570

Fr. Ioannes Solanus conuentus Salmãtini alũnus, Episcopus Culquensis, in Regnis Pyru, apud Americam, qui fundauit Romæ Collegium Sancti Tho-

mæ in Conuentu Sanctæ Mariæ super Mineruam, statuens, vt primus Theologiæ Lector, siue Regens sit ex prouincijs Hispaniarum. Obijt anno millesimo quingentesimo octuagesimo.

Fr. Ioannes Mendez, ex prouincia Bethica, Episcopus vrbis Sanctæ Mariç, apud Americam anno 1580.

Fr. Ioannes Izquierdus Conuentus Valentini, Episcopus Derthosensis. Obijt anno 1585.

Fr. Ioannes de Vrbieta Conuentus S. Sebastiani apud Cantabriam, Episcopus Thelesinus. Obijt anno 1589.

Fr. Ioannes à Cueuas conuentus Salmantini, ê Prouinciali Hispaniæ Archiducis Cardinalis Alberti confessarius deindê Episcopus Abulensis anno 1596 Obijt anno 1599.

Fr. Ioannes Ramirez cœnobij Locroniensis, Episcopus Guatemalensis sanctitate insignis. Obijt anno 1609.

Fr. Ioannes Adrada conuentus Granatensis, Episcopus Carthaginensis, apud Americam. Obijt anno 1613. postquam quadraginta, & amplius annos, in Episcopatu transegisset maximo sanctitatis odore.

Fr. Ioannes Lopez conuentus Vallisoletani (de quo latius inter scriptores) Episcopus Cotronẽsis anno 1594. deinde Monopolitanus. Viuit adhuc.

Fr. Ioannes ê Pietate Conuentus Azeitomensis Lusitanus, Episcopus Macanensis, in Regno Synarum, viuit adhuc pro excolenda illa amplissima vinea admodum vigilāti zelo domus Dei amplificandæ accensus.

Fr. Ioannes Cabeças Conuentus Salmantini ex prouinciali Insulæ S. Dominici, siue Hispaniolæ primo; Episcopus Cubensis, deindê Guatemalensis postremo, Turris Iuliensis, in Regnis Pyru. Viuit adhuc.

F. Ioseph Gonçalez Conuetus Vallisoletani è Prouinciali Hispaniæ Confessarius Principis Hispaniarum Philippi quarti Dominici Victoris, deindê, Episcopus Palentinus. Viuit adhuc.

Fr. Isidorus Aliaga Conuentus Cæsaraugustani, ê Prouinciali Aragoniæ factus Episcopus Albarracinẽsis, deinde Derthosensis, postmodumque Archiepiscopus Valentinus. Viuit adhuc.

Fr. Iulianus, Episcopus Carelensis anno 1522.

Fr. Iulianus Garces, Episcopus Tlaxcallensis, seu Angelopolitanus ciuitatis, nempê Angelorum, in noua Hispania, & fuit primus Episcopus, qui Mexicanum Regnum ingressus est. Obijt sanctè 1542.

F. Laurentius à Figueroa filius Comitum de Feria, nunc Ducum titulo gaudentium, & Marchionum de Priego, Conuentus Cordubensis S. Pauli alumnus anno 1579. Episcopus factus Siguntinus, obijt sanctitate, atquê eleemosynis clarus anno 1605.

Fr. Lupus Barrientos Conuentus Regij Metynnensis filius primarius Theologiæ, in Salmantina Academia professor, & Cathedraticus Magister Regis Henrici quarti, dum esset Princeps, primo Episcopus Segobiensis, deindê Abulensis, postmodum Conchensis; & noluit acceptare Archiepiscopatum Cōpostellanum, vt Inquisitor hęreticæ prauitatis cōbussit Madriti in foro S. Dominici Regalis libros magiæ, & Necromantiæ Henrici de Villena. Obijt anno 1456.

F. Martinus à Corduba filius Comitis Caprensis, qui tres alios fratres germanos habuit in ordine, filios Comitis eiusdem, alumnus conuentus Cordubẽsis S. Pauli, ê Prouinciali Bethico, primũ Episcopus Derthusensis, deindê Placentinus, postea Cordubensis. Obijt sanctitate, & eleemosynis clarus anno 1583.

Fr. Melchior Canus Cœnobij Salmãticensis filius, & primarius in Academijs totius Christiani orbis celeberrimis Cōplutensi, & Salmanticensi Theologiæ moderator, Episcopus Canariensis (de quo lib. 1.) Obijt 1560.

Fr. Michael de Epila Cæsaraugustani Conuentus filius, Episcopus Vrgelensis Obijt anno 1457.

Fr. Michael ê Salmantica Conuentus Burgensis alumnus, Episcopus Insulæ

Cubensis, circa annum 1530.

Fr. Michael Conuentus de Colibre, Episcopus Niocensis, circa annum 1557

Fr. Michael de Benauides (de quo inter Archiepiscopos supra) Episcopus Segobiensis, apud Insulas Philippinas, obijt maximo doctrinæ, & sanctitatis nomine anno 1603.

F. Munio Zamorensis Generalis Ordinis moderator conuentusque Zamorensis alumnus, Episcopus Palentinus. Obijt sanctissime anno 1300.

F. Nicolaus, Episcopus Salmanticensis, circa annum Domini 1270.

Fr Paschalis de Fonte pudico (Hispanè de Ampudia.) Conuentus Palentini filius sanctitate, atque doctrina conspicuus (de quo in 1. libro latius inter scriptores) Burgensis Episcopus animarum sibi creditarum zelo exardescens pedester diœcesim visitabat, Romamque singulis annis fere petebat. Obijt Romę anno 1512. decimo quarto Kalendas Augusti ætatis suæ 70. sepultusque est in æde nostra Sanctę Mariæ super Mineruam ante altare maius, in solo, sub petra, cum hac inscriptione. *Paschasio Hispano Burgensi Episcopo, qui ex Prædicatorum ordine doctrina, virtutibus euectus amplissimis redditibus annis quindecim pie dispensatis, ad Lateranensem synodum, sub Iulio secundo Pontifice maximo ascitus vita functus est. Christi pauperis inter compauperes mortuo alienis sumptibus tumulato, seruitores domino posuere 1512. 19. Iuly. Vixit annos 70.*

Fr. Paulus è Turribus, Episcopus Panamensis, apud Americam, circa annum 1530.

Fr. Petrus de Silua filius legitimus, Comitum Cifontanorum (Hispanè de Cifuentes) & conuentus Regij Toletani alumnus, Episcopus Orensanus, in Regno Galleciæ, vitę integritate, doctrina, & animi dotibus clarus, qui Regem Ioannem secundum, in cœnobium nostrum Toletanum occulte nocte quadā intromisit, vt Toletanæ vrbi inclytæ, quæ aduersus Regem pro Henrico quarto filio rebellārat dominaretur. Obijt anno 1455. & cōditus est in choro eiusdē cœnobij, quem in templo antiquo, (& claustrum silentij) construxit, vbi sibi Marchionibusque Montis maioris, atque Comitibus Portus alacris consobrinis suis sepulturam elegit.

Fr. Petrus Pontius Legionensis filius legitimus Ducum de Arcos conuentus Salmanticensis alumnus, primo Episcopus Ciuitatensis, deindè Zamorensis & demum Pacensis factus, obijt anno 1615. mense Decembris.

Fr. Petrus Centellas, Episcopus Barchinonensis. Obijt sancte anno 1252.

Fr. Petrus Perez sanctitate excellens Episcopus Salmantinus. Obijt anno 1262.

Fr. Petrus Alter, Episcopus Salmantinus, qui Principem filium Regis Ferdinandi quarti, Alphonsum vndecimū baptismi lauacro regenerauit Christo. Obijt anno 1315.

Fr. Petrus Lopez de Aguiar, Episcopus Lucensis, in Regno Galleciæ, circa annum 1370.

Fr. Petrus Gau conuentus Vrgellensis filius, Episcopus Sirenensis, circa annum 1350.

Fr. Petrus Pillars, Episcopus Doliensis, circa annum 1482.

Fr. Petrus de Agreda, Episcopus Venecelensis (Hispanè de Venecuela) apud Indiam Occidentalem, 1560.

Fr. Petrus de Angulo, primus Episcopus Veræ pacis, in Regno Guatemalæ vir sanctitate, atque doctrina cōspicuus, circa annum 1556.

Fr. Petrus Jaques Conuentus Vrbis Turris Iuliæ (Hispanè de la Ciudad de Trugillo) Episcopus Nioquensis, qui Tridentino Concilio interfuit, circa annum 1565.

Fr. Petrus de Feria Conuentus Salmantini filius, Episcopus Chiapensis in noua Hispania, circa annum 1574.

Fr. Petrus Martyr Coma conuentus Barchinonensis, Episcopus Heluensis, in Cathalonia. Obijt anno 1578.

Fr. Petrus à Penna conuentus Burgensis, primo Episcopus Verępacis, in noua Hispania, deinde Episcopus Quitensis in Regnis Pyru. Obijt circa annum

num millesimum quingentesimum octuagesimum.

F. Philippinus Vrrias Conuentus Ouetensis filius, primus Episcopus Baluastri, in Regno Aragoniæ, circa annum 1580.

Fr. Raimundus de Carsabino è Magistro sacri palatij factus, Episcopus Maioricensis, circa annum 1274.

Fr. Raimundus de Ponte, Episcopus Valentinus. Obijt anno 1312.

Fr. Rodulphus, Episcopus Vicensis, in Cathalonia, circa annum 1480.

Fr. Romeus Cathalanus, Episcopus titularis anno 1550.

Fr. Sebastianus, Episcopus Gratiæ Valentinus, circa annum 1448.

Fr. Sebastianus è Salmantica, Episcopus Insulæ Cubensis. Obijt circa annum 1528.

Fr. Sebastianus de Ascensione Conuentus Aueiriensis, Episcopus promontorij Capitis viridis. Obijt 1614.

Fr. Thomas è Berlanga Conuentus Salmantini, Episcopus Panamensis, circa annum millesimum quingentesimũ trigesimum octauum.

Fr. Thomas Ortiz, Episcopus vrbis S. Marthæ apud orbem occiduũ, circa annum millesimum quingentesimum trigesimum octauum.

Fr. Thomas è Sancto Martino Primas, Episcopus Charcensis (Hispane de los Charcas) circa annum 1540.

Fr. Thomas à Tauro, Episcopus Carthaginensis, in nouo orbe.

Fr. Thomas Casillas prouinciæ Bethicæ, secundus Episcopus Chiapensis, circa annum millesimum quingentesimum quinquagesimum.

Fr. Vincentius de Lugo, Episcopus Sanctæ Agathæ, apud orbem Occidentalem anno millesimo quingentesimo trigesimo.

Fr. Vincentius de Valle viridi cœnobij Salmantini filius, Episcopus primùm Panamensis, deindè Cusquensis, in Regno Pyru: Obijt circa annum millesimũ quingentesimum quadragesimum.

Fr. Vincentius de Pedraça, Episcopus Pananensis, circa annum 1540.

EPISCOPI HISPANI Americi.

FR. Dominicus Valderrama Americus, in vrbe Quitensi, in Regno Pyru natus, Episcopus ciuitatis Pacis, in eodem Regno. Obijt 1615.

Fr. Ioannes Boorques Americus Mexici natus, & Conuentus Mexicani filius, Episcopus Venetelensis (Hispanè Veneçuela) in occidentali India. Viuit adhuc.

Fr. Martinus Vasquez Americus, in ciuitate Cusquensi ortus, & eiusdem cœnobij alumnus, Episcopus Portus diuitis, apud Hispaniolam. Obijt 1613.

Fr. Reginaldus Liçarraga Americus, in vrbe Limensi, vel Regum ortus, Episcopus ciuitatis Imperialis, in Regno Chile. Obijt anno 1613.

Fr. Saluator Ribera Americus, in ciuitate Regum, seu Limensi ortus, & alumnus eiusdem vrbis cœnobij, Episcopus Quitensis. Obijt anno 1612.

EPISCOPI ITALI Ordinis Prædicatorum.

FRATER Adrianus Valenticus Venetus, Episcopus Iustinopolitanus, in Histria anno millesimo quingentesimo sexagesimo quarto.

Fr. Agnisius, Episcopus Bergomensis anno 1278.

Fr. Albertus Boschetus Mutinensis, Episcopus Mutinensis anno 1234.

Fra. Albertus Brixiensis, Episcopus Brixiensis 1458.

Fr. Albertus Draghi de Florentiola, Episcopus Termolensis anno 1600.

Fr. Alexander, Episcopus Tefelicensis anno 1450.

Fr. Alexander, Episcopus Tiphernensis anno 1560.

Fr. Alexander Franciscus Hebræus Alexandrini Cardinalis, Fr. Michaëlis Bonelli Theologus, Episcopus Forliuiẽsis à Clemẽte octauo factus anno 1595 Natus est Romæ, & in ea vrbe concio-

nibus

nibus frequentibus magnum sibi nomē comparauit, vnde communiter ab omnibus dicebatur, quod in concionibus trium insignium concionatorum, quos simul eo tempore Roma habebat. *Hebræus docet, Lupus monet, & Pamgarola delectat.*

A

Fr. Aldrobandinus Caualcantes Florentinus, Romanæ prouinciæ moderator, Episcopus Vrbeuetanus à Gregorio decimo, in Vicarium vrbis electus, quando ad Lugdunense Concilium Pontifex profectus est, circa annum 1274.

B

F. Algisius Rosatus Bergomensis, Episcopus Ariminensis anno 1251.

F. Aloisius Bergomensis, Episcopus Mantuanus 1469.

Fr. Ambrosius Florentinus, quem ad ordinem recepit B. Fr. Ioannes Salernitanus, Episcopus Ariminensis anno 1250.

Fr. Ambrosius Ariminensis, Episcopus Ariminensis 1265.

Fr. Ambrosius Abbiate Mediolanensis, Episcopus Mitilenensis, anno 1402.

C

F. Ambrosius de Balneolo maximus promotor deuotionis Rosarij B. Virginis, Episcopus Neritonensis anno 1570.

Fr. Andreas Pistoriensis, Episcopus Pistoriensis anno 1270.

Fr. Andreas Bancarinus, Episcopus Maleuitanus 1280.

Fr. Andreas Episcopus Teferensis.

Fr. Andreas Senensis, Episcopus Senensis.

F. Andreas Boncouti Pisanus, Episcopus titularis 1379.

F. Andreas Francus Pistoriensis, Episcopus Pistoriensis 1394.

D

Fr. Andreas Senensis, Episcopus Lunensis in Liguria 1412.

F. Andreas Venetus, Episcopus Chiēsis è Priore Conuentus Ordinis Constātinopolitani. Viuit adhuc.

Fra. Angelus Acciolus Florentinus, primo Episcopus Aquilanus, deinde Florentinus anno 1330.

Fr. Angelus Bononiensis, Episcopus Florentinus 1415.

Fr. Angelus Bragadinus Venetus, Episcopus Vincentinus anno 1506.

Fr. Angelus Acetus, Episcopus Feltulanus à Pio quinto anno 1568.

Fr. Angelus Galini Lucensis, Episcopus Polignani 1571.

Fr. Angelus Treuisanus, Episcopus Caorlensis 1599.

F. Angelus Raanutius Venetus, Episcopus Catiarensis, deinde Curfulanus anno 1611.

Fr. Antonius Senensis, Episcopus Lunensis anno 1345.

Fr. Antonius Guardaualle Senensis, Episcopus Senensis 1378.

Fr. Antonius Corrarus Venetus, Episcopus Cenedensis 1407.

Fr. Antonius Turconi, Episcopus Comensis 1408.

Fr. Antonius Pizzamanus, Episcopus Saltiensis 1450.

Fra. Antonius Regiensis, Episcopus Bondinensis 1458.

Fr. Antonius Cipollonius Florentinus, Episcopus Volterranus anno 1481.

Fr. Antonius è Ponte Corno, Episcopus Cephaludensis 1506.

Fr. Antonius Becari Ferrariensis, Episcopus Scutarēsis, in Illirico anno 1516.

Fr. Antonius Iustinianus Genuensis, Episcopus Liparensis anno 1566.

Fr. Antonius Conti Genuensis, Episcopus Brugnensis 1570.

F. Antonius Balducius, ex Commissario Generali Inquisitionis Romæ, Episcopus Truicanus à Pio quinto 1570.

F. Archangelus Blanchus, Episcopus Teatrus, deinde Cardinalis anno 1571.

Fr. Arnulphus, Episcopus Humanæ inter Loretū, & Anconam anno 1400.

Fr. Augustinus Episcopus Caietanus anno 1430.

Fr. Augustinus Genuensis, Episcopus Neuiensis anno 1515.

Fr. Aymarus, Episcopus Antilarensis anno 1329.

¶ Fr. Baptista Finariensis filius dominorum Finaris, Episcopus Vintimiliensis anno 1468.

Fr. Baptista de Fermo Marchianus, Episcopus Hieropolitanus anno 1460.

Fr. Bartholomæus Benauentanus, Episcopus Amiliensis 1257.

Fr. Bar-

Fr. Bartholomæus Magister sacri palatij D. Thomæ discipulus, ab Innocentio quinto, Episcopus Torselanus 1276.

Fr. Bartholomæus Vincentinus S. Ludouici Galliarum Regis confessarius, ab Innocentio quarto factus, Episcopus Vincentinus, & legatus ad grauissima negotia Sedis Apostolicæ, cum eodem Rege missus, spina sacra coronæ Domini, ab Ludouico Rege est opificatus anno 1278.

Fr. Bartholomęus Lucensis, Episcopus Fernensis anno 1310.

Fr. Bartholomæus Bononiensis, Episcopus Naxiuan, in Armenia nondum enim in metropolim erecta erat 1318.

Fr. Bartholomæus Catta Mediolanensis, Episcopus Placentinus anno 1400.

Fr. Bartholomęus Dominici Senensis, Episcopus Coronensis, in Græcia anno 1402.

Fr. Bartholomæus de Medicis Florentinus, Comensis Episcopus circa annum 1430.

Fr. Bartholomæus Lapacius (de quo in primo libro) Episcopus Coronensis anno 1438.

F. Bartholomæus de Bononia, Episcopus Dragonensis 1450.

F. Bartholomæus Bononiensis, Episcopus Signinianus, deinde Comaclinensis 1450.

Fr. Bartholomæus, Episcopus Luccerinus anno 1450.

Fr. Bartholomæus Sulmonensis, Episcopus Sulmonensis 1465.

Fr. Bartholomæus Ferri Imolensis, Episcopus Latrensis, siue Fernensis. Obijt 1580. vt ait Plodius.

Fr. Benedictus, Episcopus Comensis anno 1318.

Fr. Benedictus Ardiaghellus Florentinus, Episcopus Castellanetensis, circa annum 1383.

Fr. Benedictus Nobilis Lucensis, Episcopus in Corsica 1450.

Fr. Benedictus Pagagnotus Florentinus, Episcopus Canturcensis anno millesimo quingentesimo vigesimo quinto.

Fr. Benedictus Mantuanus, Episcopus Casalensis anno 1578.

Fr. Bernardinus de Luca Episcopus Coronensis anno 1566.

Fr. Bernardus Mediolanensis, Episcopus Conuenarensis à Ioanne 22. factus anno 1320.

Fr. Bernardus Nerus Florentinus nepos Leonis vndecimi, Episcopus Bisignanensis. Viuit adhuc.

Fr. Bertrandus, Episcopus Tefelicensis anno 1387.

Fra. Boldrinus, Episcopus Mantuanus anno 1460.

Fr. Boninutus, Episcopus Adriensis anno 1440.

Fra. Bonifacius Lambrus Mediolanensis, Episcopus Palentinus, in Hispania, *vt Plodius, & Gozzeus asserunt* 1450.

¶ Fr. Camillus Campegius, Episcopus Nepesinus à Pio quinto factus anno 1570.

Fr. Cerardus, Episcopus Brixiensis anno 1240.

Fra. Conradus à Penna Pistoriensis, Episcopus Fesulanus anno 1260.

Fr. Conradus, Episcopus Pistoriensis anno 1282.

Fr. Constantinus Senensis, Episcopus Orbietensis, qui instante Fr. Ioanne Teutonico Generali ordinis composuit officium de B. P. Dominico anno 1244.

Fr. Crescentius de Canis, Episcopus Alarrinensis anno 1257.

F. Christophorus Gallina Bononiensis Episcopus, circa annum 1390. *Plodius lib. 2.*

Fr. Christophorus Ptolomei Senensis, Episcopus Sabatensis, circa annum millesimum quadringentesimum octuagesimum.

¶ Fr. Daniel Barbus Cremonensis, Episcopus in Germania, circa annum 1567.

F. Deodatus Picinus, Episcopus Buzzeanus, in Africa 1300.

Fr. Deodatus Gentilis, Episcopus Casertæ, & Nuncius Apostolicus, in Regno Neapolitano. Viuit adhuc.

Fr. Do-

Fr. Dominicus, Episcopus Brixiensis 1334.
Fr. Dominicus de Lagneto, Episcopus Sauonensis 1377.
F. Dominicus Pupius Senensis, Episcopus Cephadulensis anno 1430.
Fr. Dominicus Flamminius, Episcopus Forocorneliensis, siue Imolensis 1432.
Fr. Dominicus Lapatius, Episcopus Argonensis 1446.
Fr. Dominicus Alter, Episcopus Imolensis 1446.
Fr. Dominicus Tortonensis, Episcopus S. Erini, in Græcia 1483.
Fr. Dominicus Zouaglius, Episcopus anno 1507.
Fr. Dominicus Crouara Genuensis, Episcopus Sebastiensis anno 1520.
Fr. Dominicus è confessore Clementis septimi, Episcopus Albanus, deindè Archiepiscopus Tolosanus anno 1530.
Fr. Dominicus, Episcopus Laudicensis anno 1550.
Fr. Dominicus de Rouere Astensis, Episcopus Astensis 1580.
Fr. Dominicus Bossanus Venetus, Episcopus Caneensis in Creta. Viuit adhuc.
¶ Fr. Ægydius Bononiensis, Episcopus Torsellanus 1454.
F. Ægydius Fuscarius, Episcopus Mutinensis, qui Tridentino Concilio astitit, in quo Breuiarij, Missalisque Romani librorum reformatio (vt editi sunt authoritate Pij quinti, ad vniuersalem Ecclesiam) & Catechismi etiam compositio, & ordinatio commissa est propter eximiam viri eruditionem, simul cum Fr. Leonardo Archiepiscopo Lanciensi & Fr. Francisco Forerio Lusitano, vt supra in 2. libro diximus anno 1562.
Fr. Egnatius Danti Perusinus, Episcopus Alatrensis 1583.
Fr. Euerardus Brescianus, Episcopus Celenans 1240.
Fr. Eustachius, Episcopus Orbitensis anno 1334.
Fr. Eustachius Lucatellus S. Pij quinti confessarius, Episcopus Reggiensis anno 1567.

A

Fr. Facius Donoraticus, Episcopus Sagoniensis anno 1297.
Fr. Facius Conti Pisanus, Episcopus Chironensis 1317.
Fr. Federicus Sardus, Episcopus Sanctæ iustæ 1305.
Fr. Federicus Baluchius Ariminensis, Episcopus Ariminensis 1308.
F. Federicus, Episcopus Fulginas anno 1510.
Fr. Felicianus Ninguarda de Morbino, Episcopus Sanctæ Agathæ, deindè Comensis. Obijt anno 1593.

B

Fr. Filippus Gheza Romanus, Episcopus Tiburinus 1377.
Fra. Franciscus Lucensis, Episcopus Perusinus 1317.
Frat. Franciscus Bottierus Bononiensis, Episcopus Comaclensis anno 1334.
Fr. Franciscus S. Georgij Bononiensis, Episcopus Salubriensis, in Græcia 1342.
Fr. Franciscus Florentinus, Episcopus Narniensis 1342.

C

Fr. Franciscus Ariminēsis, Episcopus Ceruiensis 1380.
Fr. Franciscus Bononiensis, Episcopus Comensis 1420.
Fr. Franciscus, Episcopus Cenetensis anno 1420.
Fr. Franciscus Biondus Florentinus Episcopus Iustinopolitanus in Histria anno 1448.
Fr. Franciscus de Teruisio, Episcopus Senensis 1450.
Fr. Franciscus Cinouinus Pisanus, Episcopus Taurensis, in Persia anno 1450.

D

Fr. Franciscus à Regno, Episcopus Mazzariensis, in Sicilia, circa annum 1450.
¶ Fr. Gabardus de Vrsisalto, Episcopus Bethlehemiticus 1342.
Fr. Gabriel Lusardus Genuensis, Episcopus in Corsica 1507.
Fr. Gabriel Alexander Bergomensis, Episcopus Gallensis 1560.
Fr. Gaddus Pisanus, Episcopus Corfuensis 1340.
F. Galganus Senēsis, Episcopus Massensis

censis in Lucania 1340.

Fr. Gaspar de Sancto Ioanne Bononiensis, Episcopus Imolensis à Nicolao quinto 1450.

Fr. Gaspar Calaber, Episcopus Nucerienfis Sarracenorum 1507.

Fr. Georgius Lazarus, Episcopus Minoriensis. Viuit adhuc.

Fr. Gerardus de Bressa, Episcopus Cesenas anno 1370.

Fr. Gregorius Inconteri Senensis, Episcopus Senensis 1257.

Fr. Gregorius Malisardus, Episcopus Cesenas 1404.

Fr. Gregorius Boldrinus, Episcopus Mantuanus 1575.

Fr. Gregorius Florentinus, Episcopus Fauentinus 1575.

Fr. Gregorius Sertantius Marchianus, Episcopus Treuicanus 1601.

Fr. Gualla Bergomensis, Episcopus Brixiensis 1530.

Fr. Gualterus Agnus Dei, Episcopus Venetus, ab anno 1268. vsque ad annum 1272.

Fr. Gualterus Calaber, Episcopus Gabulensis 1264.

Fr. Gualterus Bononiensis, Episcopus Tonarensis 1345.

Fr. Guido Lombardus, Episcopus in Græcia 1290.

Fr. Guido Pisanus, Episcopus Corphuensis.

Fr. Guido Vicentinus, Episcopus Ferrariensis à Benedicto vndecimo factus, cum esset Inquisitor, in Lombardia, & moderator prouinciæ eiusdem, anno, 1304.

Fr. Guido, Episcopus in Regno Corsicæ 1460.

¶ Henricus Grandonius, Episcopus Suessanus, in campania anno 1507.

Fr. Hieronymus, Episcopus Fauentinus anno 1240.

Fr. Hieronymus Ariminensis, Episcopus Ariminensis 1318.

Fr Hieronymus Genuensis, Episcopus Caphensis 1404.

Fra. Hieronymus Coma, Episcopus Campensis 1507.

Fr. Hieronymus Venetus, Episcopus

A Spalatrensis, in Dalmatia anno 1520.

Fr. Hieronymus Fornarius Papiensis, Episcopus Bel. astrensis anno 1528.

Fr. Hieronymus de Nichisola, Episcopus Teatinus, & astitit Concilio Tridentino anno 1562.

Fr. Hieronymus Veranus Teruisianus, Episcopus Veronensis, qui astitit Concilio Tridentino 1562.

Fr. Hieronymus Vielmus Venetus, primo Episcopus Emonensis, deinde Argolicensis, & astitit Concilio Tridentino 562.

B Fr. Hieronymus Policus Cremonensis, Episcopus Triuicanus anno 1564.

Fr Hieronymus, Episcopus Argoliensis. Obijt anno 1582.

Fr. Hieronymus Contarinus Venetus, Episcopus Iustinopolitanus. Viuit adhuc.

F. Hieronymus Rusca Venetus, Episcopus Cattarensis. Viuit adhuc.

Fr. Hugotius Spoletanus, Episcopus Sebogaliensis anno 1290.

Fr. Hugo de Arimino, Episcopus Senogalensis, deinde Forliuiensis anno,

C 1340.

Fr. Humbertus Florentinus, Episcopus Pistoriensis.

Fr. Humbertus Locatus Placentinus, Episcopus Balneoregiensis anno 1570.

¶ Fr. Iacobus Boncambius, Episcopus Bononiensis 1275.

Fr. Iacobus Viterbiensis, Episcopus Tarantinus 1280.

Fr. Iacobus, Episcopus Mantuanus Socius B. Benedicti 11. anno 1303.

Fr. Iacobus Acciolus Episcopus Florentinus.

D Fr. Iacobus Lausana, Episcopus Lausanensis anno 1314.

Fr. Iacobus Perusinus, Episcopus Florentinus anno millesimo trecentesimo quadragesimo secundo.

Fr. Iacobus, Episcopus Perusinus anno millesimo trecentesimo quinquagesimo.

Fr. Iacobus de Sancto Andrea, Episcopus Termolensis 1378.

Fr. Iacobus Benefacti Venetus, Episcopus Mantuanus 1330.

F. Iacobus Altouitius, Episcopus Fesulanus anno 1380.

Fra. Iacobus Placentinus, Episcopus Vintimilliensis 1402.

Fr. Iacobus Arigonius Laudensis, Episcopus Laudensis, 1409.

Fr. Iacobus de Chiusi, Episcopus Tarsensis, in Cilicia, 1450.

Fr. Iacobus de Lodi, Episcopus Lodiensis anno 1452.

Fra. Iacobus Naclantus Florentinus, Episcopus Clodiensis, qui astitit Concilio Tridentino 1562.

Fr. Iagardus, Episcopus Bethlehemiticus 1345.

Fr. Ignatius, Episcopus Matrensis.

Fr. Ioannes Iordanus, primo Episcopus Ticinensis, siue Papiensis, deindè Bononiensis anno 1290.

F. Ioãnes Mercatus, Episcopus Bethlehemiticus 1304.

F. Ioannes Montecucus Mediolanensis, Episcopus Bobbiensis 1324.

Fr. Ioannes Rusca Comensis, Episcopus Veronensis 1346.

Fra. Ioannes Florentinus, Episcopus Tefelicensis 1347.

Fr. Ioannes Benedictus Venetus, Episcopus Treuisanus 1412.

Fr. Ioannes Pistoriensis, Episcopus Aquilanus 1430.

Fr. Ioannes Episcopus Bonsanus.

Fr. Ioannes è Mileto Calaber, Episcopus Cephaludensis 1470.

Fr. Ioannes Nolanus, Episcopus Ciuitatensis 1470.

Fr. Ioannes de S. Seuerino, Episcopus Scalensis 1590.

Fr. Ioannes Maria de Lignasa è domo Comitum de Lagnasco, Episcopus Saluciarum 1580.

Fr. Ioannes Sanlius Genuensis Episcopus Aleriensis, in Regno Corsicæ. Obijt anno 1608.

F. Ioannes Andreas Carga Venetus, Episcopus Sirensis, in Græcia. Viuit adhuc.

Fr. Ioannes Soncinas, Episcopus Venusinus. Viuit adhuc.

Fr Ioannes Maria Brisichaleensis, Episcopus Polignani. Viuit adhuc.

Frat. Israel Episcopus Coronensis 1347.

Fr. Isuardus, Episcopus Bethlehemiticus.

Fr. Iulianus de Monte Lupo Florentinus, Episcopus Citharensis anno 1485.

Fr. Iulianus, Episcopus Bobiensis anno 1560.

Fra. Iulius Datti, Episcopus Alessanus 1598.

¶ Fr. Rambertus Pullus Bononiensis, Episcopus Venetus, appellabatur tũc Episcopus Castellanus, ab vrbe Castello, prope Venetias nomen sumens, deinde translata est Ecclesia Cathedralis Patriarchalem dignitatem præsegerens ad Venetias. Claruit anno 1300.

¶ Fr. Landulphus, Episcopus Vicensis, in Appulia 1450.

Fra. Latinus Frangipanis, Episcopus Ostiensis, & Villiternus (de quo inter Cardinales supra) anno 1278.

Fr. Lazarus à Florentiola, Episcopus Mutiensis.

Fr. Leonardus Romanus, Episcopus Aquilanus 1310.

Fr. Leonardus de Neapoli, Episcopus Alacensis 1465.

Fr. Leonardus Marinus, ex Archiepiscopo Lancianensi, Episcopus Albanus, in Gallia Cisalpina anno 1503.

Fr. Laurentius Baluchius, ex domo Comitum Sancti Archangeli, Episcopus Ariminensis anno 1300.

Fr. Laurentius Viterbiensis, Episcopus Ciuitatensis, in Sardinia anno 1325.

Fr. Laurentius Cardonius, Episcopus Sagonensis, in Corsica anno 1438.

Fr. Laurentius de Castello Florentinus, Episcopus in Achaia anno 1453.

Fr. Laurentius Dominicus, Episcopus Sagonensis, in Corsica anno millesimo quadringentesimo octuagesimo quinto.

Fr. Laurentius Gerardus Comensis, Episcopus suffraganeus Bononiensis, 1550.

Fr. Laurentius Bernardinus Lucensis, Episcopus Coronensis anno 1560.

Fr. Lucanus, Episcopus Lucensis, in Hetruria 1485.

F. Lu-

Fr. Lucas Manellus, Episcopus Fanensis, in Marca 1363.

Fr. Lucas Pisanus Episcopus, in Oriente 1465.

Fr. Ludouicus Bergomensis, Episcopus Bergomensis, 1400.

F. Ludouicus Longus Venetus, Episcopus Moronensis, 1400.

Fr. Ludouicus Orbietensis, Episcopus 1485.

Fr. Ludouicus de Martinis Venetus, Episcopus Ariensis 1541.

¶ Fr. Mamimetrus, Episcopus Hebronensis, in Palæstina 1347.

Fr. Marcus Roncionus, Episcopus Vrbinensis anno 1345.

Fr. Marcus Ardenghellus, Episcopus Pennensis, deinde Camerinensis anno 1372.

Fr. Marcus Laurus, Episcopus Campaniensis astitit Concilio Tridentino anno 1562.

Fr. Martinus Lignanus, Episcopus Cosentinus, 1506.

Fr. Matthæus de Medicis, Episcopus Chiusianus 1304.

Fr. Matthæus Brunus Florentinus, Episcopus Sessanus, 1384.

Fr. Matthæus de Empoli Florentinus, Episcopus Rodorum 1400.

Fr. Matthæus Boniparti Nouariensis, Episcopus Mantuanus 1448.

Fr. Matthæus Vrbeuetanus, Episcopus Clugiensis 1460.

Fr. Matthæus Lolmus Comensis Episcopus Laodicensis, 1511.

F. Michael, Episcopus Torselensis anno 1346.

F. Michael Pillagallus Senensis, Episcopus Seneusis 1384.

F. Michael Franciscus, Episcopus Salubriensis 1540.

Fr. Michael Ghislerius, Episcopus Sutrinus Nepensis, ac Mondeuensis (qui & Pius quintus) anno 1560.

Fra. Morandus, Episcopus Fanensis anno millesimo ducentesimo octuagesimo quarto.

¶ Fr. Nicolaus Fortiguerra Senensis, Episcopus Aleriensis, in Corsica anno 1270.

Fr. Nicolaus de Cusis, Episcopus Brixiensis.

Fr. Nicolaus, Episcopus Bruglanensis 1300.

Fr. Nicolaus Treuisanus, Episcopus Ostiensis, & Veliternus (qui & Benedictus vndecimus, de quo supra) 1300.

Fr. Nicolaus de Prato, Episcopus Spoletanus missus à Bonifacio octauo Legatus, ad Reges Angliæ, & Galliæ, &c. Fuit Cardinalis, & Episcopus Ostiensis 1303.

Fr. Nicolaus de Sancto Martino, Episcopus Recanatensis anno 1368.

Fra. Nicolaus de Tinctis, Episcopus Sclanensis 1409.

Fr. Nicolaus Tenda Sauonensis Ligur, Episcopus Famagostæ, in Cypro, 1425.

Fr. Nicolaus Augusta Venetus, Episcopus Tricariensis anno millesimo quadringentesimo octuagesimo quinto.

Fr. N. Episcopus Sinopiensis 1485.

Fr. N. Episcopus Montenensis 1508.

Fr. N. Episcopus Achonensis 1508.

¶ Fr. Odericus Monaldescus Orbietensis, Episcopus 1409.

Fr. Olandus Soannensis, Episcopus Doliensis 1320.

Fr. Otho Pisanus, Episcopus, in Regno Corsicę.

Fr. Othonellus, Episcopus Clugiensis 1420.

¶ Fra. Pacenedanus Mediolanensis, Episcopus Triestanus 1324.

Fr. Paparinus Romanus, Episcopus Spoletanus 1510.

Fr. Paschasius Ventacordius Florentinus, Episcopus Lauacensis anno 1265.

Fr. Paschasius, Episcopus Locrensis anno 1482.

Fr. Paulus Bilenzus Florentinus Episcopus Calcedonensis anno 1450.

Fr. Paulus Zucharus Florentinus Episcopus Messanensis 1480.

Fr. Paulus Monelia Episcopus Chiensis anno 1496.

Fr. Paulus Oberti Bergomensis à Pio quinto factus Episcopus Venusinus anno millesimo quingentesimo sexagesimo octauo.

F.Paulus Isaresius à Mirandula, Episcopus Esquilachensis anno 1601.

F.Paulus Manara Placentinus, Episcopus Acceruensis, 1605.

Fr.Paulus Vrsinus, Episcopus Montis alti. Viuit adhuc.

Fr.Petrus Scala, Episcopus Veronẽsis anno 1260.

Fr.Petrus Fontana, Episcopus Lucensis anno 1266.

Fr.Petrus Placentinus, Episcopus Bobiensis 1278.

Fr. Petrus Banquerinus, Episcopus Tinensis 1292.

Fr. Petrus Comus, Episcopus Veronensis 1300.

F.Petrus Ferrariensis, Episcopus Comaclensis 1304.

Fr.Petrus Toscanus, Episcopus Castrensis 1304.

Fr.Petrus de Luca, Episcopus Lucensis anno 1310.

Fr. Petrus Sarracinus Romanus Episcopus Ternensis, 1364.

Fr.Petrus Garsinus, Episcopus Anagninus 1364.

Fr.Petrus de Gubbio, Episcopus Sarsinensis 1412.

Fr. Petrus Raucanus Panormitanus Episcopus Lucarinus anno 1430.

Fr.Petrus alter, Episcopus Bobiensis 1410.

F.Petrus Appulus, Episcopus Sanctæ Mariæ 1464.

Fr.Petrus Gana de Sauona, Episcopus Sauonensis 1472.

Fr.Petrus de Pagne, Episcopus Nioginensis 1486.

Fr.Petrus Bertanus Mutinensis, Episcopus Fanensis, de quo supra inter Cardinales 1550.

Fr.Philippus Romanus, Episcopus Tiburtinus 1377.

¶ Fr. Rambertus Pollus Primadicius Bononiensis, Episcopus Venetiarum ab anno 1292 vsque 1303.

F.Raimundus Lõdinensis, Episcopus Gritisensis prope vrbem anno 1242.

Fr.Raimundus Summa ripa Lodensis, Episcopus Lodensis anno 1295.

Fr.Raimundus Rota, Episcopus A- A crensis 1465.

Fra.Raimundus, Episcopus Philadelphiæ 1508.

Fr. Raphael Episcopus Placentinus, in Lombardia.

Fr.Raphael Ripa, Episcopus Corsolensis, in ditione Veneta. Obijt anno 1611. (de quo latius lib. 1.)

Fr.Rainerius, Episcopus Maglonensis anno 1230.

Fr. Rainerius, Episcopus Viterbiensis anno 1288.

Fr.Rainerius Longus Pisanus, Episcopus Claritanus. B

Fr. Reginaldus Malauolta, Episcopus Senensis 1305.

Fr.Reginaldus Spoletanus, Episcopus Teatinus 1470.

Fr.Riboldus, Episcopus Bergomensis 1272.

Fr. Richardus Tebaldus, Episcopus Calinensis in Vmbria 1304.

Fr.Robertus Senonensis, Episcopus Castellanus 1319.

Fr.Robertus Dragoni Pisanus, Episcopus Vccellensis, in Sardinia anno millesimo trecentesimo vigesimo. C

Fr.Robertus Bonimpertus, Episcopus Mantuanus 1465.

Fr.Robertus de Noa, Episcopus Accinensis 1498.

Fr.Robertus de Robertis Tricaricensis. Viuit adhuc.

Fr.Rodulphus, Episcopus Vicensis in Appulia, deindè Archiepiscopus Materanus, anno 1305.

Fr.Rodulphus de Pamone, Episcopus Chiticuensis 1464.

D F.Rogerius Gubernator, & Legatus Regni Siciliæ, Episcopus Melphensis, 1251.

Fr. Rogierus de Cassali, Episcopus Senensis 1307.

Fr. Rogierus Calcaneus, Episcopus Castrensis 1520.

Fr.Romanus, Episcopus Interamnẽsis 1460.

Fr. Rufinus Placentinus, Episcopus Castrensis prope Viterbum anno 1460.

Fr. Rufinus Strettus, Episcopus Viterbiensis anno 1304.

Fr.Sal-

¶ Fr. Saluius Episcopus Recanatensis anno 1400.

Fr. Sebastianus, Episcopus Castelli, 1448.

Fr. Seraphinus Blanchus Florentinus Episcopus Engolismensis anno 1604. à Clemente 8 Viuit adhuc.

Fr. Sifridus, Episcopus Cirenensis anno 1466.

Fr. Simon Saltarellus, Episcopus Comensis 1340.

Fr. Simon, Episcopus Parmensis anno 1340.

Fr. Simon de Balcinola, Episcopus Passensis 1486.

Fr. Sixtus Vicedominus Comensis, Episcopus Mutinensis à Pio quinto anno 1571. Obijt 1590.

Fr. Stephanus, Episcopus Lucerinus, 1486.

Fr. Stephanus Romanus, Episcopus Balneoreginensis 1486.

Fr. Stephanus Vicarij Garesius, Episcopus Nuceriæ, & Commissarius Generalis sanctę Inquisitionis, in Regno Neapolitano. Viuit adhuc.

Fr. Surleus Genuēsis, Episcopus Brugnensis 14 0.

¶ Fr. Theodoricus Lucensis, Episcopus Ceruiensis. Obijt anno 1298. ætatis 93. Episcopatus 42.

F. Theodoricus Fauentinus, Episcopus Maglelonensis 1410.

Fra. Theodoricus Fauentinus alius, Episcopus Fauentinus 1486.

Fr. Theodoricus Bergomensis, Episcopus Ceruiensis 1490.

F. Theodorus Dedus Venetus, Episcopus Cursolensis. Viuit adhuc.

Fra. Tolomeus Lucensis, Episcopus Torselanus 1268.

Fr. Thomas Senensis, Episcopus Senensis 1300.

Fr. Thomas Senensis alter, Episcopus 1400.

Fr. Thomas Paruta Venetus, Episcopus Eumoniensis, in Histria 1408.

Fr. Thomas Bergomensis, Episcopus Ceruiensis 1410.

Fr. Thomas Bonatus Venetus, Episcopus Recanatensis, deindè Orbietensis, & postmodu Tregerēsis anno 1350.

Fr. Thomas Florentinus, Episcopus Clodiensis 1485.

Fr. Thomas Venetus Episcopus Traguriensis, in Dalmatica 1485.

Fr. Thomas Catellus Episcopus Sleonensis, deinde Cauensis.

Fra. Thomas Treuisanus Episcopus Caorlensis.

Fr. Thomas Cataneus Bergomensis Episcopus Ceruiensis 1515.

Fra. Thomas Cyprianus, Episcopus Venusinus 1519.

Fr. Thomas Abizi Florentinus, Episcopus Caliensis 1520.

Fr. Thomas Thomasinus, Episcopus Feltrensis, deindè Vrbinēsis anno 1523.

Fr. Thomas Malumbra Venetus, Episcopus Cursolanus anno 1529.

Fr. Thomas Nolanus, Episcopus Ciuitatensis, in Appulia anno 1535.

Fr. Thomas Iacomellus Pinarolensis Episcopus Tolonensis, in Gallia 1559

Fr. Thomas Stella Venetus, Episcopus Iustinopolitanus, qui astitit Concilio Tridentino, & instituit Sodalitatem sanctissimi Sacramenti Romæ, apud Mineruam anno 1554. Obijt circa annum 1570. & fuit celeberrimus, in tota Italia concionator.

Fr. Thomas Scotus, ex Commissario Generali Inquisitionis Romæ factus Episcopus Interamnēsis anno 1566.

Fr. Thomas Camerota Neapolitanus à Sixto quinto factus Episcopus Vestanus anno 1585.

Fr. Tramus Monaldescus Orbietensis, Episcopus Balneoregiensis, deinde Orbietensis anno 1379.

Fr. Trasmundus, Episcopus Suanensis anno 1409.

¶ Fr. Vbertinus de Albicij Florentinus, Episcopus Pistoriensis anno millesimo trecentesimo octuagesimo.

F. Vgo de Corti, Episcop' Bethlehemiticus 1304.

Fr. Vgolinus Ariminensis, Episcopus Ariminensis 1242.

Frat. Vgolinus de Sancto Marco Parmensis, Episcopus Cremonensis, 1298.

Fr. Vgolinus, Epiſcopus Teatinus anno 1350.

Fr. Vgolinus Romanus, Epiſcopus Senogalenſis, deinde Forliuienſis anno 1464.

Fr. Vincentius Mirandula, Epiſcopus ſuffraganeus Mantuæ anno 1465.

Fr. Vincentius è Cypriano, Epiſcopus Sarnenſis 1500.

Fr. Vincentius Mutinenſis, Epiſcopus Senenſis 1506.

F. Vincentius, Epiſcopus Signinus anno 1520.

Fr. Vincentius Donzellus à monte Regali, Epiſcopus Sulmonenſis anno, 1571.

Fr. Vincentius Ciſonus, Epiſcopus Sanctæ Agathæ Beneuento ſuffraganeus anno 1572.

Fr. Vincentius Herculanus, Epiſcopus Sarnenſis, deinde Imolenſis, ac Peruſinus (de quo in lib. 1.) anno 1584.

Fr. Vincentius Bonardus, Epiſcopus Hieracenſis à Gregorio XIIII. anno 1590.

Fr. Vincentius Calci de Soncino, Epiſcopus Venuſinus 1596.

Fr. Vincentius de Monte Sãcto, Epiſcopus Theramenſis, 1600.

Fr. Vincentius Arigonius de Brixia, Epiſcopus Sibinici. Viuit achuc.

EPISCOPI SICVLI ORDINIS Prædicatorum.

FRATER Albertus Naſſius Panormitanus, Epiſcopus Nicopolitanus. Obijt anno 1531.

Fr. Aloiſius de Catania, Epiſcopus Agrigentinus anno 1569.

Fr. Ambroſius Bucticcella, Epiſcopus Auricenſis 1555.

Fr. Antonius Sacra Maltenſis, Epiſcopus Vicenſis 1560.

Fr. Bernardus Azarus Drepanenſis, Epiſcopus Voſthienſis.

Fr. Dominicus Caſabianca Meſſanenſis, Epiſcopus Vicenſis anno 1555.

Fr. Dominicus Lolixius Sauocenſis Epiſcopus Vicenſis 1570.

Fr. Euſtaquius Fontana Catanienſis, Epiſcopus Inſulæ cuiuſdã maris Ægæi. Obijt anno 1611.

Fr. Franciſcus de Stilo, Epiſcopus Liparenſis 1465.

Fr. Henricus Lugardus, Epiſcopus Policratenſis 1440.

Fr. Ioannes Catus Meſſanenſis, Epiſcopus Cephaludenſis, deindè Catanienſis 1464.

Fr. Ioannes Cathanienſis, Epiſcopus Patenſis, ſeu de Pati.

Fr. Matthæus Cathanienſis, Epiſcopus Patenſis 1480.

F. Matthæus Valdina, Epiſcopus Noceranus 1560.

Fr. Petrus Ranzanus Panormitanus, Epiſcopus Lucerinus 1492.

Fr. Reginaldus de Landolina, Epiſcopus Cephaludenſis 1304.

Fr. Reginaldus Monterus, Epiſcopus Cephaludenſis 1503.

Fr. Rodericus Meſanenſis, Epiſcopus Maſcarienſis.

Fr. Simon Blundus, Epiſcopus, in Calabria 1460.

Fr. Simon Pozzus, Epiſcopus Cathanienſis 1486.

F. Thomas de Sãcto Saluatore, Epiſcopus Minorienſis 1520.

Fr. Thomas Fazellus, Epiſcopus Romanienſis, deindè Caneẽſis anno 1562.

Fr. Vincentius Bonincontrus, Epiſcopus Agrigentinus. Viuit adhuc.

EPISCOPI GALLI ORDINIS Prædicatorum.

FRATER Adamus à Nimes, Epiſcopus Siluanetenſis 1448.

Fr. Aimericus, Epiſcopus Atilanenſis 1326.

Fr. Antonius Furnus, è confeſſario Regis Ludouici duodecimi, Epiſcopus Maſilienſis 1510.

Fr. Arnaldus Federicus Burdegalenſis, Epiſcopus Cofferanenſis (quem Epiſcopatum, & alios duos repudiauit, B.P. Dominicus) anno 1514.

F. Bernardus Claramontanus, Epiſcopus Claramontanus anno milleſimo ducenteſimo nonageſimo ſecũdo.

Fr. Ber-

Fr. Bernardus Guido, Episcopus Lemouiensis 1296.

Fr. Bernardus Melanus, Episcopus Burdegalensis 1317.

Fr. Clemens Buolles, Episcopus Tullensis 1350.

Fr. Desiderius Mouichius, Episcopus in Lotharingia 1416.

Fr. Dyonysius Leodiensis, Episcopus Bracillensis 1350.

Fr. Dominicus Tolosanus, Episcopus Apamiensis 1347.

F. Durandus de Sancto Portiano Episcopus Meldensis, deinde Aniciensis anno 1320.

Fr. Ægydius discipulus B. P. Dominici, Episcopus Tolosanus anno 1230.

Fr. Eneque Brigiensis, Episcopus Trecorensis 1450.

Fr. Filipus Frumentu Antisiodorensis, Episcopus Niuernensis anno 1464.

Fr. Gerardus de Monte Pesulano, Episcopus Diatarogensis anno 1322.

Fr. Gilortus Antisiodorensis, Episcopus Bethlehemiticus, & Hebronensis anno 1450.

Fr. Guarinus Cenomanensis, Episcopus Sauonensis, in Liguria creatus à Benedicto vndecimo anno 1303.

Fr. Guido à Turri, Episcopus Claramontanus anno 1242.

Fr. Guillelmus, Episcopus Antacanensis, qui cum Cardinali Hugone de Sancto Theodorico nostri ordinis, ex commissione Innocentij quarti, dedit constitutiones, ac regulam Fratribus Carmelitis anno 1263.

F. Guillelmus Lugdonensis, Episcopus, circa annum 1276.

Fr. Guillelmus Durandus Speculator Episcopus Minatensis anno 1279.

F. Guillelmus Labroa, Episcopus Caturcensis anno 1310.

F. Guillelmus Sudre Lemouicensis, Episcopus Massiliensis anno 1375.

Fr. Guillelmus à Baiona, Episcopus Sauoniensis.

Fr. Henricus Philongerius, Episcopus Parisiensis 1252.

Fr. Hugo de Sancto Theodorico, Episcopus Viennensis 1244.

Fr. Hugo de Curtis Episcopus Bethlehemiticus 1304.

Fr. Humbertus, Episcopus Cistercienis, 1450.

Fr. Iacobus Foure, Episcopus Cabilonensis 1450.

Fr. Iagardus, Episcopus Bethlehemiticus 1345.

Fr. Inguerardus Piccardinalis, Episcopus Antisiodorensis 1480.

Fr. Ioannes Alodijs, Episcopus Pariensis 1280.

Fr. Ioannes Episcopus Laudanensis, 1465.

Fr. Ioannes de Podionucis, Episcopus Cataniensis 1418.

Fr. Ioannes Episcopus Redonensis.

Fr. Ioannes de Girbicto, Episcopus Tolonensis 1480.

Fr. Ioannes Faber, Episcopus Tarsensis. Viuit adhuc.

Fr. Laurentius Piqus, Episcopus Antisiodorensis 1464.

Fr. Mauritius de Colegari, Episcopus Niuerniensis 1464.

F. Nicolaus de Anapis, Episcopus Remensis, & Patriarcha Hierosolymitanus 1283.

F. Nicolaus de Rempis, Episcopus Varuntensis 1480.

Fr. Nicolaus, Episcopus Bruglanienlis 1490.

Fr. Petrus de S. Asterio, Episcopus Petrogoriensis 1245.

Fr. Petrus de Tarentasia, Episcopus Ostiensis, de quo super 1274.

Fr. Petrus Remensis, Episcopus Agauensis 1277.

Fr. Petrus Boncherius, Episcopus Tinensis 1291.

Fr. Petrus Marilatanus Auinionensis, Episcopus Venciensis 1293.

Fr. Petrus Almanonus, Episcopus Cistoriensis anno millesimo trecentesimo quarto.

Fr. Petrus de Malasco Vascus, Episcopus Baionensis 1320.

Fr. Petrus Marillitus, Episcopus Venetensis in Britania 1364.

Fr. Petrus de S. Maximino, Episcopus Bethlehemiticus 1480.

Fr. Petrus è Virtco, Episcopus Mirapicensis 1480.

Fr. Pertus Gratus Antisiodorēsis, Episcopus Siluatenensis 1464.

F. Raimundus Folganus Socius B. P. Dominici Episcopus, Tolosanus. Obijt anno 1270. Episcopatus anno 39.

Fr. Raimundus Narbonensis, Episcopus Grassensis 1140.

Fr. Raimundus è Medullione, Episcopus Vapiscensis 1294.

Fr. Raimundus Cauallesius, Episcopus Nimensis 158 7.

Fr. Robertus, Episcopus Vapincensis 1250.

Fr. Robertus Normandus, Episcopus Paphensis 1500.

¶ Simon de Glisco, Episcopus Magloniensis 1262.

Fra. Simon Lingoniensis, Episcopus Vannetensis 1366.

Fr. Stephanus Parisiensis, Episcopus Rothomagensis 1516.

Fr. Stephanus Aurelianensis, Episcopus Abellonensis 1555.

¶ F. Thomas Episcopus Parisiēsis.

Fr. Thomas Ruuilat⁹, Episcopus Baionensis 1304.

Fr. Vgo Bilomius, Episcopus Ostiensis, & Velliternus.

Fr. Vincentius Beluacenus, Episcopus Beluacensis. Obijt 1264.

Fr. Vlfranus de Albatus Pichardus, Episcopus Bethlehemiticus 1300.

EPISCOPI GERMANI Ordinis Prædicatorum.

FR. Albertus Magnus, Episcopus Ratisponensis. Obijt 1280.

Fr. Almassius de Monte Belliardo è Comitibus Montis Belliardi, Episcopus Culmensis 1326.

Fr. Batterus] Argentinensis, Episcopus Marmonensis 1450.

Fr. Bernardus Theuto, Episcopus Tefeliensis 1387.

Fr. Eccus de Colle vallis, Episcopus Mindensis 1334.

F. Gaspar à Salisburg, Episcopus suffraganeus Salisburg anno 1465.

A

Fr. Henricus Teuto, Episcopus Ratisponensis 1290.

Fr. Henricus Pragensis, Episcopus Samastinensis 1459.

F. Henricus Riuenius, Episcopus suffraganens Coloniensis 1459.

Fr. Ioannes Valdesusensis, Episcopus Bossinensis 1241.

Fr. Ioannes Lucemburgensis, Episcopus Ratisponensis 1320.

F. Ioannes Scandelandus, Episcopus Augustanus, ac Vormatensis. Obijt anno 1377.

B

Fr. Ioannes Isambardus, Episcopus Chrysopolitanus 1452.

Fr. Ioannes à Constantia, Episcopus Scopiensis 1452.

Fr. Ioannes Teuto, Episcopus Hildelsemensis 1454.

Fr. Matthęus Theutonicus, Episcopus in Germania. Viuit adhuc.

Fr. Nicolaus Milina, Episcopus Lubecensis 1485.

Fr. Offingus, Episcopus Bamborgensis 1486.

C

Fr. Otho de Malis, Episcopus Mindensis 1280.

Frat. Petrus, Episcopus Pomeranus 1288.

Frat. Sifridus, Episcopus Cirenensis 1466.

Fr. Thomas Episcopus Vvermatiensis 1290.

Fr. Vvolfrangus de Istimberbemus, Episcopus Bambergensis anno 1305.

D

EPISCOPI ANGLI ORdinis Prædicatorum.

FR. Consaluus, Episcopus Auguriensis 1438.

Fr. Gualterus Vvinetemburnus, Episcopus Burdogalensis, 1305.

Fr. Ioannes Gilbertus, Episcopus Cāgensis 1482.

Fr. Ioannes Helchisades, Episcopus Landunensis 1483.

Fr. Raimundus, Episcopus Londinensis 1304.

Fr. Richardus Vvicheleus, Episcopus

Olloniensis 1481.

Fr. Robertus, Episcopus Vintoniensis 1277.

Fr. Thomas Renstede, Episcopus Vãgeriensis 1370.

EPISCOPI HIBERNI Ordinis Prædicatorum.

FR. Eugenius Echart, Episcopus Agadensis, astitit Concilio Tridẽtino anno millesimo quingentesimo sexagesimo secundo.

Fr. Ioannes Quin, Episcopus Limiricensis 1524.

Fr. Guillelmus de Humius, Episcopus Dublinensis 1294.

EPISCOPI SCOTI Ordinis Prædicatorum.

FRATER Clemens, Episcopus in Scotia anno millesimo ducentesimo quinquagesimo.

EPISCOPI BELGICI Ordinis Prædicatorum.

FRATER Antonius Hauetius Episcopus Namurcensis, qui astitit Concilio Tridentino 1562. Obijt 1580 multa mala, & carceres pro fide ab hæreticis passus, & D. Ioanni Austriaco (vt Plodius refert) maximo adiutorio apud Belgium fuit suo consilio prudentia, & zelo aduersus hostes Ecclesiæ.

Fr. Amilius Episcopus Haarleemensis 1555.

F. Ioãnes Genensis, Episcopus Bethlehemiticus 1450.

Fr. Michael, Episcopus Cameracensis 1485.

F. Pipinus Episcopus Ruescẽdẽsis Mechlinensis suffraganeus anno 1560.

Fr. Simon Lardi Duacensis, Episcopus Lusentinus 1280.

F. Thomas Barbansonius, Episcopus Lusentinus 1270.

Fr. Vnguerardus Smerath, Episcopus Salubriensis 1465.

EPISCOPI POLONI Ordinis Prædicatorum.

FRATER Adrianus Episcopus Ennensis. Obijt 1539.

Fr. Albertus Secinensis, Episcopus Theodosiensis 1502.

Fr. Albertus Ennensis, Episcopus suffraganeus Poznaniensis anno 1544.

Fr. Berengarius, Episcopus Cracouiensis Martyr 1230.

Fr. Bernardus Nouiniorensis, Episcopus Ploscocensis 1347.

Fr. Cyprianus, Episcopus Metonensis 1580.

Fr. Dominicus Malachouius, Episcopus Laodicenus. Obijt 1544.

Fr. Felix Episcopus Metonensis anno 1554.

Fr. Filipus, Episcopus Kijouiensis in Rusia 14,0.

Fr. Gerardus Primus Episcopus Ruthenorum 1234.

Fr. Gregorius, Episcopus Volodomiriensis, in Rusia 1425.

Fr. Gregorius, Episcopus Vladislauiensis 1490.

Fr. Guillelmus, Episcopus Caminensis 1343.

Fr. Henricus Albertus, Episcopus Culmensis 1241.

Fra. Iacobus Bidgoseza, Episcopus Laodicenus 1480.

Fr. Iacobus, Episcopus Lacedæmoniensis 1491.

Fr. Ioannes Raremboria, Episcopus, ac suffraganeus Cracouiẽsis anno 1304

Fr. Ioannes Bregensis Sdesius, Episcopus Culmensis, in Prusia, deinde Hildersemensis 1384.

Fr. Ioannes Baptista Batea, Episcopus Moldauiensis.

Fr. Ioannes Opatouicensis, Episcopus Chelmensis 1417.

Fr. Ioannes, Episcopus Culmensis, in Prusia 1450.

Fr. Ioannes Roza, Episcopus Moldauiensis 1450.

Fr. Ioannes Sartorius, Episcopus Ceretensis 1480.

F. Ioannes Cracouiensis Episcopus Lacedæmoniensis, 1485.

F. Ioannes Radziuocensis Episcopus Theodosiensis, 1510.

F. Ioannes Marianus Cracouiensis Episcopus Laodicenus, 1503.

F. Meinardus Primus Episcopus Liuoniæ, 1240.

F. Michael Episcopus Kiouiensis in Rusia, 1439.

F. Nicolaus Episcopus Culmensis. Obijt anno 1325.

F. Paulus Episcopus Posnaniensis, anno 1250.

Fr. Paulus Cracouiensis Episcopus Laodicenus, 1470.

F. Petrus Pauola Episcopus Caminẽsis in Pomerania, 1292.

F. Petrus de Colomeis Episcop⁹ Ploscensis, 1327.

F. Stephanus Zaiaczeh Episcopus Ceretensis, 1412.

F. Stephanus Leopoliensis Episcopus Chelmensis in Rusia, 1480.

F. Valerianus Episcopus Margaritensis, 1538.

F. Vincentius Episcopus Posnaniensis, 1326.

F. Vincentius Episcopus Ennensis, 1470.

F. Vitus Cracouiensis Episcopus Subucensis, 1300.

F. Vitus primus Episcopus Lithuanorum, 1257.

F. Vvighebaldus Episcopus Culmensis, 1363.

F. Vvillelmus Episcopus Caminẽsis, 1373.

DACI EPISCOPI ORDINIS Prædicatorum.

FRATER Egisillus Episcopus Arosiensis, 1450.

F. Henricus Episcopus Birionensis, 1480.

F. Iacobus Bla Episcopus Gandensis 1481.

F. Ioannes Episcopus Roschildensis, 1320.

Frat. Ioannes Episcopus Firilandensis, deinde Ipsalensis, 1350.

F. Ioannes de Limegambir Episcopus Stopiensis, 1430.

F. Nicolaus Maruia Episcopus Bergẽsis, 1347.

Frater Nicolaus Episcopus Othoniensis, 1480.

EPISCOPI HVNGARI ORDINIS Prædicatorum.

FRATER Andreas Hungarius Episcopus Bosinensis, 1280.

F. Benedictus Hungarus Episcopus Bosinensis, 1292.

F. Ioannes Episcopus in Hungaria martyr, 1230.

F. Ioannes Colosuarius Episcopus Canadiensis, 1562.

F. Herbordus Hungarus Episcopus Bergomensis, 1261.

F. Nicolaus Episcopus in Hungaria, 1230. & martyr.

Fr. Paulus Episcopus in Hungaria, 1240.

Frat. Petrus Episcopus Bosinensis, 1315.

F. Thomas BatKa Episcopus Maldauiensis, 1497.

EPISCOPI DALMATÆ Ordinis Prædicatorum.

FRATER Angelus Dalmatinus Episcopus Motolensis in regno Neapolitano, 1506.

B. F. Augustinus Cazzotus Episcopus Zagabriensis, deinde Nucerinus, de quo in sua diœcesi officium agitur, 1304.

F. Augustinus Quintius Spalatrensis Episcopus Corsolanus, deinde Locrensis. Obijt 1610.

Fr. Antonius Iaderensis Episcopus Modrusiensis, 1482.

Fr. Ioannes Durazzius Episcopus in Dalmatia, 1392.

EPISCOPI RAGVSINI Ordinis Prædicatorum.

Fr. Ambrosius Gozzeus Episcopus Mercanensis. Viuit adhuc.

F. Ar-

F. Archangelus Gozzeus Episcopus Mercacensis, 1597. A

F. Augustinus Nale Episcopus Mercanensis, qui conciliabulum Pisanum dissoluit de quo latius lib. 2. Obijt 1527.

F. Blasius Constantinus Episcopus Mercanensis, siue Tribunensis, anno 1465.

F. Blasius alter successit in eodem Episcopatu Tribunensi, 1480.

F. Donatus Iorgius Episcopus Mercanensis, 1490.

F. Frãciscus Pozzeus Episcopus Mercanensis, 1532. B

F. Iacobus Ragusseus Episcopus Tribunensis 1416.

F. Ioannes Stoicus Episcopus Argentinensis, 1438.

F. Petrus Gozzeus Episcopus Stagnensis, 1550.

F. Thomas Ceruia Episcopus Mercanensis, 1535.

EPISCOPI GRÆCI ORDINIS Prædicatorum.

FRATER Andreas Crouatus Episcopus Crainensis in Græcia, 1324. C

F. Angelus Calepius Cyprius, Episcopus vrbis sancti Erini, anno 1580.

F. Antonius Schiensis Episcopus sancti Erini Viuit adhuc.

F. Emanuel de Candia Episcopus Scuariensis, 1450.

F. Hieronymus Iustinianus Sciensis à Clemente octauo factus Episcopus Sciensis. Viuit adhuc.

Fr. Ioannes Isambardus Episcopus Chrysopolitanus 1450. D

F. Ioannes Innodia Episcopus Christopolitanus, 1465.

F. Marcus Sciensis Episcopus Sciensis (Hispane de la Isla de Chio.) Viuit adhuc.

F. Michael Episcopus Canee in Creta, 1479.

F. Michael Ruthelem Episcopus Cunabulensis, 1465.

F. Salomon Cardonus Episcopus Nemosiensis, 1480.

F. Seraphinus Cyprius Episcopus Nemosiensis, 1586.

F. Stephanus Cyprius Episcopus Lembicensis 1.0..

F. Timotheus Iustinianus Episcopus Calamonensis in Creta, astitit Concilio Tridentino, 1562.

Frater Israel Episcopus Coronensis, 1347.

Fratres aliquot Hispani qui fere omnes nostris temporibus Archiepiscopatus, vel Episcopatus, ad quos assumebantur, & electi erant constanter repudiauerunt.

SANCTVS Raymundus de Penafort repudiauit Archiepiscopatum Tarraconensem, & etiam Bracharensem, circa annum, 1233.

S. Vincentius Ferrer Episcopatũ Leridensem.

B. F. Dominicus Segobiensis discipulus B. P. Dominici Archiepiscopatũ Hispalensem, anno 1250.

F. Ioannes Guerra conuentus Sanguesani Episcopatum Leridensem, circa annum 1313.

F. Thomas à Turrecremata Inquisitor generalis Hispaniarum Archiepiscopatum Hispalensem, anno 1488.

Fr. Alphonsus Badissa Episcopatum Zamorensem, circa annum 1486. erat socius Inquisitoris Turrecrematæ.

F. Thomas Matienço cœnobij Vallisoletani, è suppriore conuentus Segobiẽsis (qui per viginti annos, & amplius F. Thomam Turrecrematam Inquisitorem Priorem habuit non electo aliquo alio in Priorem) in confessarium Regis Catholici Ferdinãdi assumptus, Episcopatum Cordubensem repudiauit, circa annum 1514.

F. Ioannes Hurtadus à Mendoça cõuentus Petræfixæ (Hispane Piedrahita) alumnus Archiepiscopatum Toletanũ, & Granatensem reiecit, circa annum 1521.

F. Petrus de Iayna cœnobij Xereciensis confessarius Reginæ Elisabeth vxoris Emanuelis Lusitaniæ Regis Episcopatum Abulensem, & Archiepiscopatũ

Brac haren sem, circa annum millesimũ quingentesimum. A

Fr Ludouicus Granatensis cœnobij Regij Granatẽsis alumnus Archiepiscopatum Bracharensem, 1558.

F. Martinus Ledesmius cœnobij Salmantini Episcopatum Visensem, Hispane Viseo, 1566.

Frat. Georgius Bogadus conuentus Azeitomensis Archiepiscopatum Bracharensem.

Frater Petrus Delgado conuentus Salmantini Episcopatum Charcensem in regno Pyru (Hispane de los Charcas) B

Frater Dominicus de Cruce conuentus Segouiensis Episcopatum nouę Galliciæ, siue Xalisci in noua Hispania.

Fr. Gregorius de Beteta conuentus Salmantini Episcopatum Carthaginensem in orbe occiduo.

F. Dominicus de Betanços conuentus item Salmantini Episcopatum Guatemalensem in noua Hispania.

F. Petrus de Prauia conuentus Ouetensis Episcopatum Panamensem apud Americam. C

F. Didacus Osorius conuentus item Ouetensis Episcopatum Carthaginẽsem apud Americam.

F. Antonius Serranus Lusitanus Episcopatum Cochimensem in Orientali India.

F. Hieronymus Oleaster conuentus Regij Batallensis Episcopatum insulæ Sancti Thomæ.

F. Gaspar Leitonus conuentus Benficani Episcopatum Malacensem in Aurea Chorsonesso, & Promõtorij Capitis viridis. D

F. Ioannes Valladarius ex Prouincia Lusitaniæ Episcopatum Malacensem in India Orientali.

F. Ioannes à Castro conuentus Burgensis Episcopatum in America recusauit, 1587.

F. Thomas à Lemos conuentus Ripauiensis Episcopatum vrbis Sancti Marci in Calabria, anno 1607. Viuit adhuc.

F. Didacus Aldrete conuentus Salmantini filius, Episcopatum reiecit anno 1594.

F. Ioannes Volante conuentus sanctæ Mariæ Regalis de Atocha Matriti, Episcopatum in America repudiauit, anno 1590.

CATALOGVS

De Magisterio sacri & Apostolici palatij, atque de fratribus hoc munere fungentibus à B. P. Dominico, vsque ad præsentem.

BEATVS Pater Dominicus, hoc officium primus instituit tẽpore Honorij tertij Romæ, anno millesimo ducentesimo vigesimo, vt curiales, & ociosos viros ad palatium continuo aduentantes occuparet, & lectione sacra eorum imperfectiones explodere t. Legit ergo beatus Pater Epistolas D. Pauli, & de Euangelio D. Matthæi magna curię Romanæ, & admiratione & vtilitate. Hoc officium continua successione à suis filijs semper functum est, quod in magna æstimatione in Ecclesia est, vtpote habens prærogatiuas sequentes.

Primum magister sacri palatij commoratur in ipso palatio cum socijs, & familia sua, & habet prouentus, & stipendium à Pontificibus donatum fere millium scutorum aureorum, si omnia eiusdem emolumenta taxemus. Secũdo sedet in capella Pontificia non longe à pedibus Pontificis: & pręcedit cunctos Theologos, & magistros in loco, in consilio, in resolutione. Quarto absque eiusdem licentia nullus liber Romæ potest typis mandari, & absque eius reuisione, & approbatione non potest oratio aliqua, nec cõcio recitari coram Põtifice. Quinto in omnibus congressibus & disputationibus sua definitio, & sententia præualet, & post eum nullus replicare potest. Vltimo quod semper interuenit cõgregationi sancti officij Inquisitionis, cũ Cardinalibus, & Pontifice gaudet nomine Reuerẽdissimi, & primum locum

habet

habet in ordine post Generalem ordinis Quinquaginta duo hactenus hoc officium exercuerunt (quod non per vota, sed tantum per electionem, & nominationem Pontificis obtinetur) è quibus duo extiterunt sancti canonizati, S. P. Dominicus, & S Vincentius Ferrer, septem Cardinales, vnus Patriarcha, tres Archiepiscopi, vndecim Episcopi, & septem Generales ordinis.

A

B.P. Dominicus primus magister sacri palatij, & qui hanc dignitatem adinuenit ab Honorio tertio approbatam, anno 1229.

F. Bartholomæus Vincentinus, anno 1225.

B

F. Annibaldus Annibaldensis, anno 1240. qui Cardinalis extitit.

B F. Albertus magnus ab Alexandro quarto factus, circa annum 1256. cum Romam vocatus esset ad disputandū cōtra errores Gullielmi de sancto Amore, & ab Vrbano quarto Episcopus Ratisponensis est creatus.

F. Gullielmus Bonderinensis Anglus anno 1262.

F. Raymundus de Corsauino Hispanus, deinde Maioricensis Episcopus, anno 1270.

C

F. Guillelmus de Petrogodiuo Gallus, (deinde Cardinalis) anno 1285.

F. Durandus de sancto Portiano Gallus, anno 1312. deinde Episcopus Meldensis.

Fr. Arnaldus de Bellovisu Hispanus, anno 1324.

F. Guillelmus de Quanto, 1334. postea Archiepiscopus Viennensis.

Frat. Dominicus Grima Tolosanus 1338. deinde Episcopus Appamiensis.

D

F. Raymundus Bequinus Tolosanus, 1344. deinde Patriarcha Hierosolymitanus.

F. Ioannes Morlandinus Gallus, anno 1346 postea generalis ordinis, & Cardinalis.

F. Guillelmus Sudre Tolosanus 1349 postea Cardinalis.

F. Ioannes de Tambaco Teutonicus anno 1366.

F. Nicolaus de S. Saturnino, sub Clemente septimo, deinde Cardinalis sub eodem Antipapa, 1378.

F. Petrus Birretus Gallus, anno 1400 postea Episcopus Mirapicensis.

F. Vgolinus de Camerino Marchianus, anno 1403.

F. Sanctius Porta Hispanus sub Benedicto XIII 1402.

S. Vincentius Ferrer sub Benedicto XIII. anno 1408.

Fr. Iacobus Arrigenius Italus, anno 1407. deinde Episcopus Lodensis.

F. Leonardus Datus Florentinus, anno 1410. deinde Generalis ordinis.

Fr. Ioannes de Casanoua Hispanus sub Martino quinto, anno 1418. postea Cardinalis 1430.

Frat. Ioannes à Turrecremata, anno 1430. deinde Cardinalis 14.9.

F. Iacobus Ægydius Hispanus, anno 1440. qui officium Transfigurationis composuit.

Notandum est, quod non solum magistri sacri palatij assumebantur semper ex ordine, sed etiam lectores sententiarum, & sacrę Scripturæ, & isti eligebantur in capitulis generalibus, vt in capitulo generali, anno 1442. Auinione celebrato, electus est Fr. Matthæus de Finario Ligur, lector sacri palatij, & in capitulo generali apud Diuion, 1444. F. Bartholomęus Penades Hispanus, & in capitulo generali apud montem Fesulanum, anno 1456. F. Ludouicus Vincentius Hispanus. Et erant distincta officia: nam lectores nō tantum è nostra familia assumebantur, & legebant, sicut modo in Academia Romana (quam vocant Sapientiam)

F. Henricus de Confluentia Teutonicus, anno 1454. fuit postea Episcopus Nidrosiensis.

F. Leonardus Mansuetus Perusinus, anno 1464 postea Generalis ordinis.

F. Saluus Caseta Siculus, anno 1474. postea Generalis ordinis, anno 1481.

F. Paulus Monelia Ligur, anno 1481. sub Innocentio octauo Episcopus Sciensis, & Legatus in Hungariam.

F. Ioannes Annius Viterbiēsis, 1487. fuit historiarum eruditione clarissimus

& licet

& licet â F·Melchiore Caro sępius im pugnatus ab alijs ta nen magni nomi nis viris propugnatus·

F·Ioannes Ferrariensis, anno 1502. Obijt 1512·

F·Syluester Prierius Pedemontanus anno 1512.fuit primus, qui in Italia cōtra Lutherum scripsit.

F·Thomas Badia Mutinensis, anno 1525·postea Cardinalis, anno 1542.

F·Bartholomæus Spina Pisanus, anno 1542·sub Paulo III·

F·Hieronymus Mozzarelus Bononiensis, anno 1545·postea Compsanus Archiepiscopus·

F·Ægidius Foscararius Bononiensis, anno 1547·postea Mutinensis Episcopus·

F·Petrus Paulus Aretinus, anno 1558 qui Concilio Tridentino interfuit.

F·Daniel de Cremona Lombardus, anno 1564·

F·Thomas Manricus Hispanus conuentus Petræfixæ alumnus(de quo latius inter scriptores in 1·libro)qui omnia S·Thomæ scripta à Pio quinto sanctissimo excudi curauit, 1568· vsque 1571·

F·Paulus Constabilis Ferrariensis, anno 1571.fuitque generalis ordinis, anno 1580.

F·Sixtus Faber Lucensis, anno 1580 deinde generalis ordinis, anno 1583·

F·Thomas Gieuius Brixiensis, anno 1583.é Commissario generali sancti officij electus.Obijt 1589·

F· Vincentius Bonardus Romanus anno 1589·deinde Episcopus Hieracensis, anno 1591·

F·Bartholomęus Miranda Hispanus anno 1591·fuit scholastica eruditione, & sacra, concionibusque clarissimus.Obijt anno 1597·de quo in 1·libro latius·

F·Ioannes Baptista Lancius Reggiénsis, anno 1596· B

F·Ioannes Maria de Brisighella Lōbardus, anno 1597. deinde Episcopus Polignani, anno 1607.

F·Augustinus Galaminus de Brisighella, anno 1607·ex commissario generali Inquisitionis, deinde generalis ordinis, anno 1608·& Cardinalis 1611.

F·Ludouicus Istella Hispanus conuētus Valentini, anno 1608.qui Obijt anno 1614·

F·Hyacinthus Petronius, anno 1614· qui nunc Apostolico isto magisterio fungitur.

CATA-

CATALOGVS CONFESSARIORVM ALIQVOT REGVM, ET IMPERATORVM.

PRIMO REFERVNTVR CONFESSARII Regum Castellæ, & Legionis in Hispaniarum Regnis, ex historijs eorundem Regum, & ex historia generali Ordinis Prædicatorum.

BEATVS Frater Petrus Gũdisaluus Telmus cœnobij Palentini alumnus confessarius fuit Regis Ferdinãdi tertij, Sãcti in Hispania nuncupati, qui Cordubam, & Hispalim expugnauit circa annum, 1236. Obijt in vrbe Tudensi in regno Galliciæ Beatorumque Catalogo à Pontifice ascriptus est, atque officium fit de eo in eadem diœcesi.

F. Dominicus Segouiensis B. P. Dominici discipulus eiusdem Regis Ferdinandi tertij Castellæ, & Legionis confessarius, circa annum 1250. & in Archiepiscopum Hispalensem à Rege electus acceptare renuit.

F. Rodericus Gundisaluus Hispaniæ Prouinciæ moderator Alphonsi decimi Regis Castellæ, & Legionis Ferdinandi tertij filij confessarius, à quo in Archiepiscopum Compostellanum est electus, anno 1280.

Fr. Dominicus Roleedo conuentus Xereciensis alumnus, confessarius fuit

A Reginæ Mariæ coniugis Sanctij quarti, filij Alphonsi decimi Regis Castellæ, circa annum 1300.

F. Ioannes Entrega Alphonsi vndecimi Regis Castellę, & Legionis, fuit confessarius in euisque societate profectus est ad celeberrimam pugnam del Salado appellatam, in qua innumerabilem Sarracenorum multitudinem, nempe mille quadringentos pedites, & sexaginta millia equitum Deo adiuuante profligauit, cum exercitu viginti quin-

B que milliũ peditum, & equitum quatuordecim milliũ; solum viginti ex nostris desideratis, & ex Mauris ducentis millibus occisis, anno 1340. Castillus 2. p. lib. 1. cap. 56.

F. Ioannes Fernandez de Auiancos eiusdem Regis Alphonsi vndecimi fuit confessarius, circa annum 1347.

F. Petrus Lopez de Aguiar Petri primi Castellæ Regis confessarius, circa annum 1356. Episcopusque fuit Lucensis in regno Gallicię, quò, relicto Rege, suis consilijs non obtemperante, recessit.

Henricus secundus Rex Castellę, &

Legionis, qui fratri suo Petro successit, confessarium etiam è nostro ordine habuit, vt historiæ de eodem Rege affirmant, & ita successori Ioanni detulit, cũ è viuis discederet, quod postquam Rex factus fuerat ex isto ordine semper confessarium haberet. Sicut in Castella inquit, mos est ex isto ordine sacerdotes deligere, quibus Reges conscientię vulnera detegerent. Obijt Rex, anno 1379 Non tamen constant ex historijs nomina plurium Regum confessariorum, neque istius Regis, scriptorum incuria.

F. Michael fuit confessarius Eleonoræ Reginę Castellæ, vxoris Regis Ioannis primi, matris Henrici tertij Castellæ, & Ferdinandi primi Aragoniæ, anno 1394. &c.

F. Ioannes Morales conuentus Giennensis, fuit confessarius Catherinæ Reginę Castellę coniugis Henrici tertij, & matris Ioannis secundi, circa annum millesimum quadringentesimum sextum, deinde Ecclesię Pacensis, & Giennensis Episcopus.

F. Garsias à Castronuño conuentus Taurensis, fuit item Reginæ Catherinę matris Ioannis secũdi cõfessarius, dein de Cauriensis Episcopus, circa annum millesimum quadringentesimum decimum quartum.

F. Ferdinandus Illescas fuit confessarius Regis Castellæ Ioannis primi, & ipse Rex, de cõsilio confessoris eiusdem, anno millesimo trecentesimo octuagesimo tertio, iussit in comitijs Segouiensibus, vt relictis Cęsarum Eris, ab Incarnatione Dominica deinceps anni cõputarentur.

F. Ioannes Henriquez fuit confessarius Regis Castellæ Henrici tertij.

F. Alphonsus Cusanca fuit confessarius Henrici tertij Castellæ Regis, anno millesimo trecentesimo nonagesimo, & deinde filij sui Regis Ioannis secundi, circa annum millesimũ quadringentesimum decimum, Castillo 1. p. lib. 1. cap. 43. deinde Episcopus Salmanticensis, & Legionensis. Obijt 1430.

F. Ludouicus Vallisoletanus conuentus S. Pauli confessarius extitit Ioannis secundi Castellę Regis, anno millesimo quadringentesimo decimo quarto, &c. De quo supra in secũdo libro, anno millesimo quadringentesimo decimo quinto.

F. Ioannes Villalonensis Reginę Mariæ coniugis Ioannis secundi confessarius, fuit circa annum millesimum quadringentesimum vigesimum.

F. Lupus de Barrientos (de quo supra) confessarius fuit, atque magister Henrici quarti Castellæ Regis, anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo, &c.

F. Rodericus à Valentia confessarius item extitit Henrici quarti Regis Castellę, circa annum millesimũ quadringentesimum sexagesimum, &c.

F. Alphonsus Burgensis cœnobij Burgensis alumnus, confessarius fuit Reginæ Castellę Elisabeth Catholicę Regis Ferdinandi quinti vxoris Regum Castellę, & Aragonię, 1476. &c.

F. Matthæus Xerecięnsis conuentus item Xerecięnsis filius, confessarius fuit eiusdem Reginæ Catholicę Elisabeth. Obijt 1502.

F. Ioannes Carrascus confessarius etiam fuit Reginæ Elisabeth Catholicę circa annum millesimum quingentesimum tertium.

F. Thomas à Turrecremata confessarius fuit Regum Catholicorum Ferdinandi, & Elisabeth, & deinde Inquisitor generalis Hispaniæ, 1480. &c. (de quo supra.)

F. Didacus Deça cœnobij Taurensis magister, & confessarius fuit Ioannis tertij Castellæ, & Aragonum Principis, deinde Regum Catholicorum ipsius parentum cõfessarius item extitit, anno millesimo quadringentesimo nonagesimo, &c. (de quo supra.)

F. Ioannes Marquez cõfessarius fuit eiusdem Ferdinandi quinti Regis Catholici, circa annum millesimum quadringentesimum septuagesimum sextũ (de quo supra.)

F. Paulus Plegat confessarius etiam fuit eiusdem Regis Ferdinandi quinti, Catholici, circa annum 1470. &c.

F. Antonius Ros Cæsaraugustani cõuentus filius, fuit item confessarius eiusdem Regis Catholici Ferdinandi V. 1468. &c.

F. Ioannes Enguerra S. Onophrij cœnobij prope Valentiam filius, eiusdem Catholici Regis Ferdinandi confessarius fuit, circa annum 1500. &c.

F. Thomas Matienço, cõuentus Vallisoletani alumnus, eiusdem Regis Catholici Ferdinandi quinti confessarius, eidem morienti astitit, fuitque eiusdem Regis testamenti executor. Confessarius item fuit Reginæ Ioannę Catholici Ferdinandi Regis filiæ, circa annum 1512. &c.

F. Petrus de Fayna, conuentus Xerecienfis, fuit confessarius Principis, & Reginæ Elisabeth, coniugis Emanuelis Regis Lusitaniç, Regum Catholicorum filiæ ante Reginam Ioannam ortę, circa annum 1495.

F. Ioannes Flander, conuentus Vallesoletani, confessarius extitit Reginę Portugalliæ Eleonorę, Regis Emanuelis vxoris, filiæ Philippi primi, & Ioannę Castellæ Regum.

Fr. Didacus Fernandez, conuentus Salmantini alumnus, confessarius fuit Reginę Angliæ Catherinæ, filiæ Regum Catholicorum, coniugis Henrici octaui, deinde Episcopus Zerdimienfis, anno 1520.

F. Aluarus Osorius à Moscoso, frater germanus Roderici Moscoso, & Osorij, primi Comitis Altamirani ex Marchionumque Astoricensium domo Illustrissima procreati, magister, & confessarius Ferdinandi Regis Hungariæ Bohemię, atque Romanorum Imperatoris filij Philippi primi, & Ioannę Regum Castellę, deinde fuit Episcopus Astoricensis Obijt 1537.

F. Ioannes Hurtadus cœnobij Petrę fixæ filius, confessarius fuit Caroli quinti Imperatoris Romani, & Regis Hispaniarum, circa annum 1522. &c.

Fr. Garsias à Loaysa, conuentus Rupisfidelis filius, cõfessarius extitit eiusdem Imperatoris Caroli quinti Regis Hispaniarum, anno millesimo quingentesimo vigesimo quarto, &c. (de quo supra latius.)

F. Didacus de sancto Petro Salmantini cœnobij alumnus, confessarius etiã eiusdem Augusti Caroli quinti Regis Hispaniç, circa annum 1534. Obijt 1543

F. Petrus de Soto Salmantini conuẽtus filius, fuit item confessarius eiusdem Imperatoris Caroli quinti, circa annum Domini 1544. &c. (de quo supra)

F. Dominicus Soto Burgensis conuẽtus filius, confessarius item fuit eiusdẽ Imperatoris Caroli quinti Regis Hispaniarum, circa annum 1550. & Episcopatum Segouiẽsem noluit acceptare. Obijt 1560.

F. Thomas à sancta Maria à sacris cõfessionibus fuit Mariæ Principis, vxoris Philippi secundi Regis Catholici, filiæ Regis Lusitaniæ Ioannis tertij.

F. Bartholomęus Carrança, filius cœnobij Benalac, siue de Guadalajara, cõfessarius extitit Philippi secundi Regis Catholici, cum Angliæ Rex esset, 1555. &c.

Fr. Ioannes Villagarcia, conuentus Vallisoletani alumnus confessarius fuit Marię Reginæ Angliæ, Philippi secundi coniugis, anno millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto, &c.

Fr. Didacus à Clauibus in conuentu vrbis Turris-Iuliensis ordinem professus; confessarius fuit primô Caroli secundi Principis Hispaniarum filij primogeniti Regis Catholici Philippi secundi, deinde mortuo Principe confessarius lõgo tempore extitit Regis Philippi secundi Catholici, ab anno millesimo quingẽtesimo septuagesimo, vsque 1593. quo munere integerrime, & prudenter functus est.

F. Antonius à Castro Cereris (Hispane de Caceres) Salmãticensis cœnobij, Regis Catholici Philippi III. cũ esset Princeps cõfessarius extitit. anno 1591. &c. deinde Episcopus Astoricẽsis, per viginti annos: obijt 1615. fuitque primus confessarius, quem Rex Catholicus Philippus tertius habuit.

F. Petrus Fernandez conuẽtus Vallisoletani filius in locum supradicti,

eiusdem Regis Catholici Confessarius extitit, dum esset Princeps. Obijt sanctitate, ac doctrina insignis anno 1597.

F. Gaspar à Corduba Conuentus Cordubensis, ex illustrissimis Comitum Caprensium, & Ducum de Arcos domibus ortus, cum esset Bethicæ Prouinciæ moderator integerrimus, in Confessarium eiusdē Regis Catholici Philippi tertij, cū esset Princeps ascitus est in locum demortui, Fr. Petri Ferdinandez. Ad consilium status assumptus etiā est, & magnum virtutis, & prudentiæ specimen in eisdem muneribus prębuit. Ad meliorem vitam transijt, anno Domini 1604. pridie Nonas Iunij.

Fr. Didacus Mardones Burgensis cœnobij alumnus eodem anno, in Confessarium eiusdem Regis Catholici Philippi tertij assumptus est: deindè Episcopus Cordubensis, anno millesimo sexcentesimo sexto factus. Viuit adhuc.

Fr. Hieronymus Xauierre Cęsaraugustani cœnobij alumnus, è Generali Magistro ordinis, in locum Episcopi Cordubensis Fratris Didaci Mardones Confessarius eiusdem Regis Catholici Philippi tertij factus, deindè Cardinalis Sanctæ Romanę Ecclesię tituli S. Sixti, & de supremo Hispaniæ Status Senatu. Obijt anno millesimo sexcentesimo octauo, initio mensis Septembris, maxima Prædicatorię nostrę familiæ iactura.

Fr. Ludouicus Aliaga Cæsaraugustanus, & Conuentus Prædicatorum Cęsaraugustę filius, in demortui Cardinalis, Fr. Hieronymi Xauierre locum, Catholici Regis Philippi tertij Confessarius designatus est: cum Durandi Cathedram, in Academia Cæsaraugustana egregie moderatus fuisset, & Prouincialis terræ Sanctæ, necnon visitator prouincię Lusitaniæ extitisset. Item anno 1614. Inquisitor supremi Inquisitionis Senatus factus à Rege, in Inquisitione, quam perpetuā ordini nostro Rex ipse concessit. Deinde anno 1615. de supremo consilio Status Hispaniarum ab eodem Rege factus est: quibus adeò grauissimis, & nobilissimis muneribus, totius Regni approbatione fungitur. Viuit adhuc.

Fra. Ioseph Gonçalez Vallisoletani cœnobij alumnus (de quo supra inter Episcopos) è prouincię Hispaniæ moderatore Confessarius Principis Hispaniarum Philippi quarti factus est an 1612. deindè Episcopus Palentin' signatus anno 1616. Viuit adh'

F. Antonius Soto Maior e[illegible] ac religione clarissimus, moderat[illegible] uinciæ Hispanię, in locum Episcopi [illegible]lentini, Fr. Ioseph Gonçalez, Confessarius factus est eiusdem Principis Hispaniarum Philippi quarti, & Infantum Caroli, & Ferdinandi eius fratrum germanorum. Viuit adhuc.

FRATER Petrus Romero, Conuentus Deiparæ Rupis Franciæ, Cōfessarius extitit Archiducis Alberti, filij Maximiliani Imperatoris, & Regis Bohemiæ, & Hungarię & Imperatricis Mariæ, Sororis Regis Catholici Philippi secundi, anno 1586.

Fr. Ioannes Cueuas cœnobij Salmantini filius, cum prouincię Hispanię moderator extitisset, factus est Confessarius eiusdem Archiducis Alberti, in demortui Fr. Petri Romero locū designatus, anno 1587. deindè Episcopus Abulensis. Obijt anno 1598.

Fr. Ioannes Vincentius, eiusdem cœnobij alumnus (de quo supra latius) Confessarius eiusdem Alberti Archiducis factus. Obijt anno 1596.

F. Ennecus de Briçuela, eiusdem Salmantini Conuentus alumnus, & eiusdē Archiducis Alberti Comitis Flandriæ à sacris Confessionibus existit, ab anno Domini 1596. quo quidem munere summa cum laude fungitur. Viuit adhuc.

REGVM ARAGONIÆ VAlentia, &c. Confessarij Fratres Ordinis Prædicatorum ex historijs Generali Ordinis, & eorundem Regum, & nostra Prouincia Aragonia.

SANCTVS Raimundus de Pennafort, fuit Confessarius Iacobi expug-

natoris

natoris primi Aragoniæ Regis, circa annum 1223.&c. (de quo latius in Co[...] tatione.)

B.F.Michael de Fabra discipu[...] P. Dominici eius Regis Iacobi [...] Aragonum confessarius, circa [...] 1229. in expugnatione insulę B[...] Maioris, & etiam in Valentin[...] captione.

Fr. Arnaldus Segarra condi[...] B.Thomæ sub disciplina B. Fr. Al[...] Magni Prouinciæ Hispaniæ moderato[...] eius Iacobi primi Regis Aragoniæ confessarius extitit, circa annum 1255.

B

F.Guillelmus Aragonius fuit confessarius Iacobi secundi Regis Aragonię, circa annos 1308.

F.Guillelmus Araniansus fuit eiusdē Regis Iacobi secundi confessarius, & ab eodem Leridensis Episcopus electus. Obijt anno 1321.

F.Petrus Portillo confessarius etiam fuit eiusdem Regis Aragoniæ Iacobi secūdi, circa annum 1314. deinde Archiepiscopus Saceranus in regno Sardinię. Obijt anno 1327.

C

F.Andreas de Albalat fuit confessarius Reginę Blanchæ Iacobi secundi Aragonię Regis coniugis, 1314.

F.Bertrandus de Concabella cœnobij Cęsaraugustani, confessarius Regis Aragonię Petri quarti. 1340.&c.

Fr. Vincentius Ferrer confessarius fuit Reginę Violātæ Ioannis primi Aragonię Regis vxoris, circa annum 1391. & Regis Ferdinandi primi Aragoniæ Regis confessarius etiam fuit, circa annum 1413.

D

F.Didacus de Tamara confessarius eiusdem Regis Ferdinandi primi Aragoniæ extitit, circa annum 1414.& eiusdem item testamenti in morte executor.

F.Gabriel Tortos fuit à sacris confessionibus Reginæ Margaritę Regis Aragoniæ Martini coniugis, circa annū 1410.

F.Petrus Inglar fuit confessarius Regis Aragoniæ Alphonsi quinti, cum esset Princeps, circa annum 1416.

F.Ioannes de Casanoua, qui fuit Car

[...]cialis Polonię confessarius Regis Polonię Ladislai Iagellonis, deinde Episco[...]s Chelmensis, circa annum 1417. vs[...] 1440.

[...] Nicolaus VezyK Confessarius item [...] Polonię Ladislai Iagellonis circa 1420.

[...]olaus Vrsius de Pnieroy Pro[...]loniæ Confessarius Ladislai [...]ungariæ Regis, circa an[...]

[...]s Confessarius Casimi[...] [...]Poloniæ, circa annum

[...]ssarius eiusdem Ca[...] go[...] Poloniæ, ab alijs [...] F[...] [...]ro quarti 1470. [...] fessarius [...] [...]arius Ioannis [...] ris Regis A[...] [...]a annum mil[...] F.Petrus [...] [...]n nonagesi[...] raculis clarus fu[...] [...]ous Vra[...] Aragonię filij Ioan[...] Regis, circa annum 14[...] [...]ssarius [...]ca an[...] [...]um

REGVM LVSITA[...]

Confessarij ex ordine fratrum Præ[...] tum ex historijs regum Lusitaniæ & ex historia generali ordinis, & ipsius Prouinciæ.

FRATER Laurentius Lampretius fuit confessarius Regis Lusitaniæ Ferdinandi, 1382.

F.Ferdinandus Aštariensis fuit confessarius Regis Portugalliæ Ioannis primi, circa annum 1348.&c.

F.Ioannes Diaz, fuit item confessarius eiusdem Regis Lusitaniæ Ioannis primi, circa annum 1390.&c.

F.Vincentius Olisiponensis fuit etiā confessarius eiusdem Regis Ioannis primi Lusitaniæ, & generalis Hispaniæ Inquisitor, 1410.&c.

F.Ioannes de S.Stephano, fuit confessarius Regis Lusitaniæ Eduardi eiusdemque cōiugis Eleonoræ Reginæ, circa annum 4436.

F.Ioannes Moura, fuit etiam à sacris confessionibus eiusdem Reginæ Lusitaniæ Eleonoræ, vxoris Regis Eduardi, anno 1436.&c.

eiusdem Regis Catholici Confessarius extitit, dum esset Princeps. Obijt sanctitate, ac doctrina insignis anno 1597.

F. Gaspar à Corduba Conuentus Cordubensis, ex illustrissimis Comitum Caprensium, & Ducum de Arcos domibus ortus, cum esset Bethicæ Prouinciæ moderator integerrimus, in Confessarium eiusdẽ Regis Catholici Philippi tertij, cũ esset Princeps ascitus est in locum demortui, Fr. Petri Ferdinandez. Ad consilium status assumptus etiã est, & magnum virtutis, & prudentiæ specimen in eisdem muneribus præbuit. Ad meliorem vitam transijt, anno Domini 1604. pridie Nonas Iunij.

Fr. Didacus Mardones Burgensis cœnobij alumnus eodem anno, in Confessarium eiusdem Regis Catholici Philippi tertij assumptus est: deindè Episcopus Cordubensis, anno millesimo sexcentesimo sexto factus. Viuit adhuc.

Fr. Hieronymus Xauierre Cæsaraugustani cœnobij alumnus, è Generali Magistro ordinis, in locum Episcopi Cordubensis Fratris Didaci Mardones, Confessarius eiusdem Regis Catholici Philippi tertij factus, deindè Cardinalis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ tituli S. Sixti, & de supremo Hispaniæ Status Senatu. Obijt anno millesimo sexcentesimo octauo, initio mensis Septembris, maxima Prædicatoriæ nostræ familiæ iactura.

Fr. Ludouicus Aliaga Cæsaraugustanus, & Conuentus Prædicatorum Cæsaraugustæ filius, in demortui Cardinalis, Fr. Hieronymi Xauierre locum, Catholici Regis Philippi tertij Confessarius designatus est: cum Durandi Cathedram, in Academia Cæsaraugustana egregie moderatus fuisset, & Prouincialis terræ Sanctæ, necnon visitator prouinciæ Lusitaniæ extitisset. Item anno 1614. Inquisitor supremi Inquisitionis Senatus factus à Rege, in Inquisitione, quam perpetuã ordini nostro Rex ipse concessit. Deinde anno 1615. de supremo consilio Status Hispaniarum ab eodem Rege factus est: quibus adeô grauissimis, & nobilissimis muneribus, totius Regni approbatione fungitur. Viuit adhuc.

Fra. Ioseph Gonçalez Vallisoletani cœnobij alumnus (de quo supra inter Episcopos) è prouinciæ Hispaniæ moderatore Confessarius Principis Hispaniarum Philippi quarti factus est anno 1612. deindè Episcopus Palentinus designatus anno 1616. Viuit adhuc.

F. Antonius Soto Maior eruditione, ac religione clarissimus, moderator prouinciæ Hispaniæ, in locum Episcopi Palentini, Fr. Ioseph Gonçalez, Confessarius factus est eiusdem Principis Hispaniarum Philippi quarti, & Infantum Caroli, & Ferdinandi eius fratrum germanorum. Viuit adhuc.

FRATER Petrus Romero, Conuentus Deiparæ Rupis Franciæ, Cõfessarius extitit Archiducis Alberti, filij Maximiliani Imperatoris, & Regis Bohemiæ, & Hungariæ & Imperatricis Mariæ, Sororis Regis Catholici Philippi secundi, anno 1586.

Fr. Ioannes Cueuas cœnobij Salmantini filius, cum prouinciæ Hispaniæ moderator extitisset, factus est Confessarius eiusdem Archiducis Alberti, in demortui Fr. Petri Romero locũ designatus, anno 1587. deindè Episcopus Abulensis. Obijt anno 1598.

Fr. Ioannes Vincentius, eiusdem cœnobij alumnus (de quo supra latius) Confessarius eiusdem Alberti Archiducis factus. Obijt anno 1596.

F. Ennecus de Briçuela, eiusdem Salmantini Conuentus alumnus, & eiusdẽ Archiducis Alberti Comitis Flandriæ à sacris Confessionibus existit, ab anno Domini 1596. quo quidem munere summa cum laude fungitur. Viuit adhuc.

Regum Aragoniæ, Valentia, &c. Confessarij Fratres Ordinis Prædicatorum ex historijs Generali Ordinis, & eorundem Regum, & nostra Prouincia Aragonia.

SANCTVS Raimundus de Pennafort, fuit Confessarius Iacobi expugnatoris

natoris primi Aragoniæ Regis, circa annum 1223.&c. (de quo latius in Concertatione.) A

B. F. Michael de Fabra discipulus B. P. Dominici eius Regis Iacobi primi Aragonum confessarius, circa annum 1229. in expugnatione insulę Balearis Maioris, & etiam in Valentinæ vrbis captione.

Fr. Arnaldus Segarra condiscipulus B. Thomæ sub disciplina B. Fr. Alberti Magni Prouinciæ Hispaniæ moderator eius Iacobi primi Regis Aragoniæ confessarius extitit, circa annum 1255. B

F. Guillelmus Aragonius fuit confessarius Iacobi secundi Regis Aragonię, circa annos 1308.

F. Guillelmus Araniamus fuit eiusdē Regis Iacobi secundi confessarius, & ab eodem Leridensis Episcopus electus. Obijt anno 1321.

F. Petrus Portillo confessarius etiam fuit eiusdem Regis Aragoniæ Iacobi secūdi, circa annum 1314. deinde Archiepiscopus Saceranus in regno Sardinię. Obijt anno 1327.

F. Andreas de Albalat fuit confessarius Reginę Blanchæ Iacobi secundi Aragonię Regis coniugis, 1314. C

F. Bertrandus de Concabella cœnobij Cęsaraugustani, confessarius Regis Aragonię Petri quarti. 1330. &c.

Fr. Vincentius Ferrer confessarius fuit Reginę Violātæ Ioannis primi Aragonię Regis vxoris, circa annum 1391. & Regis Ferdinandi primi Aragoniæ Regis confessarius etiam fuit, circa annum 1413.

F. Didacus de Tamara confessarius eiusdem Regis Ferdinandi primi Aragoniæ extitit, circa annum 1414. & eiusdem item testamenti in morte executor. D

F. Gabriel Tortos fuit à sacris confessionibus Reginæ Margaritę Regis Aragoniæ Martini coniugis, circa annū 1410.

F. Petrus Inglar fuit confessarius Regis Aragoniæ Alphonsi quinti, cum esset Princeps, circa annūm 1416.

F. Ioannes de Casanona, qui fuit Cardinalis confessarius fuit eiusdem Regis Alphonsi quinti Aragoniæ. 1418. &c.

F. Felix Fax ideli conuentus Barchinonensis confessarius fuit eiusdem Regis Aragoniæ Alphōsi quinti 1436. &c.

F. Ioannes Garsias conuentus Calatayudensis alumnus, confessarius item fuit eiusdem Regis Aragoniæ Alphonsi quinti, circa annum 1450. deinde Episcopus Maioricensis.

F. Antonius Carmona confessarius fuit Reginæ Aragoniæ Mariæ vxoris Alphonsi quinti 1430. &c.

F. Gabriel Ribas confessarius extitit Reginę Marię Alphonsi quinti Aragoniæ Regis vxoris, anno 1450. &c.

F. Ioannes Hispalensis fuit item confessarius eiusdem Reginę Mariæ vxoris Regis Aragonię Alphonsi quinti.

F. Petrus Queralt sanctitate, & miraculis clarus fuit confessarius Principis Aragonię filij Ioannis secundi Aragonię Regis, circa annum 1460.

REGVM LVSITANIAE

Confessarij ex ordine fratrum Prædicatorum ex historijs regum Lusitaniæ & ex historia generali ordinis, & ipsius Prouinciæ.

FRATER Laurentius Lampretius fuit confessarius Regis Lusitaniæ Ferdinandi, 1382.

F. Ferdinandus Astorsensis fuit confessarius Regis Portugalliæ Ioannis primi, circa annum 1348. &c.

F. Ioannes Diaz, fuit item confessarius eiusdem Regis Lusitaniæ Ioannis primi, circa annum 1390. &c.

F. Vincentius Olisiponensis fuit etiā confessarius eiusdem Regis Ioannis primi Lusitaniæ, & generalis Hispaniæ Inquisitor, 1410. &c.

F. Ioannes de S. Stephano, fuit confessarius Regis Lusitaniæ Eduardi eiusdemque cōiugis Eleonoræ Reginæ, circa annum 1436.

F. Ioannes Moura, fuit etiam à sacris confessionibus eiusdem Reginæ Lusitaniæ Eleonoræ, vxoris Regis Eduardi, anno 1436. &c.

eiusdem Regis Catholici Confessarius extitit, dum esset Princeps. Obijt sanctitate, ac doctrina insignis anno 1597.

F. Gaspar à Corduba Conuentus Cordubensis, ex illustrissimis Comitum Caprensium, & Ducum de Arcos domibus ortus, cum esset Betheicæ Prouinciæ moderator integerrimus, in Confessarium eiusdẽ Regis Catholici Philippi tertij, cũ esset Princeps ascitus est in locum demortui, Fr. Petri Ferdinandez. Ad consilium status assumptus etiã est, & magnum virtutis, & prudentiæ specimen in eisdem muneribus prębuit. Ad meliorem vitam transijt, anno Domini 1604. pridie Nonas Iunij.

Fr. Didacus Mardones Burgensis cœnobij alumnus eodem anno, in Confessarium eiusdem Regis Catholici Philippi tertij assumptus est: deindè Episcopus Cordubensis, anno millesimo sexcentesimo sexto factus. Viuit adhuc.

Fr. Hieronymus Xauierre Cęsaraugustani cœnobij alumnus, è Generali Magistro ordinis, in locum Episcopi Cordubensis Fratris Didaci Mardones, Confessarius eiusdem Regis Catholici Philippi tertij factus, deindè Cardinalis Sanctæ Romanę Ecclesię tituli S. Sixti, & de supremo Hispaniæ Status Senatu. Obijt anno millesimo sexcentesimo octauo, initio mensis Septembris, maxima Prædicatorię nostrę familiæ iactura.

Fr. Ludouicus Aliaga Cæsaraugustanus, & Conuentus Prædicatorum Cęsaraugustę filius, in demortui Cardinalis, Fr. Hieronymi Xauierre locum, Catholici Regis Philippi tertij Confessarius designatus est: cum Durandi Cathedram, in Academia Cæsaraugustana egregie moderatus fuisset, & Prouincialis terræ Sanctæ, necnon visitator prouincię Lusitaniæ extitisset. Item anno 1614. Inquisitor supremi Inquisitionis Senatus factus à Rege, in Inquisitione, quam perpetuã ordini nostro Rex ipse concessit. Deinde anno 1615. de supremo consilio Status Hispaniarum ab eodem Rege factus est: quibus adeô grauissimis, & nobilissimis muneribus, to-

A tius Regni approbatione fungitur. Viuit adhuc.

Fra. Ioseph Gonçalez Vallisoletani cœnobij alumnus (de quo supra inter Episcopos) è prouincię Hispaniæ moderatore Confessarius Principis Hispaniarum Philippi quarti factus est anno 1612. deindè Episcopus Palentinus designatus anno 1616. Viuit adhuc.

F. Antonius Soto Maior eruditione, ac religione clarissimus, moderator prouinciæ Hispanię, in locum Episcopi Palentini, Fr. Ioseph Gonçalez, Confessa-

B rius factus est eiusdem Principis Hispaniarum Philippi quarti, & Infantum Caroli, & Ferdinandi eius fratrum germanorum. Viuit adhuc.

FRATER Petrus Romero, Conuentus Deiparæ Rupis Franciæ, Cõfessarius extitit Archiducis Alberti, filij Maximiliani Imperatoris, & Regis Bohemiæ, & Hungarię & Imperatricis Mariæ, Sororis Regis Catholici Philippi secundi, anno 1586.

C Fr. Ioannes Cueuas cœnobij Salmantini filius, cum prouincię Hispanię moderator extitisset, factus est Confessarius eiusdem Archiducis Alberti, in demortui Fr. Petri Romero locũ designatus, anno 1587. deindè Episcopus Abulensis. Obijt anno 1598.

Fr. Ioannes Vincentius, eiusdem cœnobij alumnus (de quo supra latius) Confessarius eiusdem Alberti Archiducis factus. Obijt anno 1596.

D F. Ennecus de Briçuela, eiusdem Salmantini Conuentus alumnus, & eiusdẽ Archiducis Alberti Comitis Flandriæ à sacris Confessionibus existit, ab anno Domini 1596. quo quidem munere summa cum laude fungitur. Viuit adhuc.

REGUM ARAGONIÆ VALentia, &c. Confessarij Fratres Ordinis Prædicatorum ex historijs Generali Ordinis, & eorundem Regum, & nostra Prouincia Aragonia.

SANCTUS Raimundus de Pennafort, fuit Confessarius Iacobi expug-

natoris primi Aragoniæ Regis, circa annum 1223. &c. (de quo latius in Concertatione.)

B. F. Michael de Fabra discipulus B. P. Dominici eius Regis Iacobi primi Aragonum confessarius, circa annum 1229. in expugnatione insulę Balearis Maioris, & etiam in Valentinæ vrbis captione.

Fr. Arnaldus Segarra condiscipulus B. Thomæ sub disciplina B. Fr. Alberti Magni Prouinciæ Hispaniæ moderator eius Iacobi primi Regis Aragoniæ confessarius extitit, circa annum 1255.

F. Guillelmus Aragonius fuit confessarius Iacobi secundi Regis Aragonię, circa annos 1308.

F. Guillelmus Araniannus fuit eiusdē Regis Iacobi secundi confessarius, & ab eodem Leridensis Episcopus electus. Obijt anno 1321.

F. Petrus Portillo confessarius etiam fuit eiusdem Regis Aragoniæ Iacobi secūdi, circa annum 1314. deinde Archiepiscopus Saceranus in regno Sardinię. Obijt anno 1327.

F. Andreas de Albalat fuit confessarius Reginę Blanchæ Iacobi secundi Aragonię Regis coniugis, 1314.

F. Bertrandus de Concabella cœnobij Cęsaraugustani, confessarius Regis Aragonię Petri quarti. 1340. &c.

Fr. Vincentius Ferrer confessarius fuit Reginę Violātæ Ioannis primi Aragonię Regis vxoris, circa annum 1391. & Regis Ferdinandi primi Aragoniæ Regis confessarius etiam fuit, circa annum 1413.

F. Didacus de Tamara confessarius eiusdem Regis Ferdinandi primi Aragoniæ extitit, circa annum 1414. & eiusdem item testamenti in morte executor.

F. Gabriel Tortos fuit à sacris confessionibus Reginæ Margaritę Regis Aragoniæ Martini coniugis, circa annū 1410.

F. Petrus Iuglar fuit confessarius Regis Aragoniæ Alphonsi quinti, cum esset Princeps, circa annum 1416.

F. Ioannes de Casanona, qui fuit Cardinalis confessarius fuit eiusdem Regis Alphonsi quinti Aragoniæ. 1418. &c.

F. Felix Fax ideli conuentus Barchinonensis confessarius fuit eiusdem Regis Aragoniæ Alphōsi quinti 1436. &c.

F. Ioannes Garsias conuentus Calatayudensis alumnus, confessarius item fuit eiusdem Regis Aragoniæ Alphonsi quinti, circa annum 1450. deinde Episcopus Maioricensis.

F. Antonius Carmona confessarius fuit Reginæ Aragoniæ Mariæ vxoris Alphonsi quinti 1430. &c.

F. Gabriel Ribas confessarius extitit Reginę Marię Alphonsi quinti Aragoniæ Regis vxoris, anno 1450. &c.

F. Ioannes Hispalensis fuit item confessarius eiusdem Reginę Mariæ vxoris Regis Aragonię Alphonsi quinti.

F. Petrus Queralt sanctitate, & miraculis clarus fuit confessarius Principis Aragonię filij Ioannis secundi Aragonię Regis, circa annum 1460.

REGVM LVSITANIAE Confessarij ex ordine fratrum Prædicatorum ex historijs regum Lusitaniæ & ex historia generali ordinis; & ipsius Prouinciæ.

FRATER Laurentius Lamprettius fuit confessarius Regis Lusitaniæ Ferdinandi, 1382.

F. Ferdinandus Astorsensis fuit confessarius Regis Portugalliæ Ioannis primi, circa annum 1348. &c.

F. Ioannes Diaz, fuit item confessarius eiusdem Regis Lusitaniæ Ioannis primi, circa annum 1390. &c.

F. Vincentius Olisiponensis fuit etiā confessarius eiusdem Regis Ioannis primi Lusitaniæ, & generalis Hispaniæ Inquisitor, 1410. &c.

F. Ioannes de S. Stephano, fuit confessarius Regis Lusitaniæ Eduardi eiusdemque cōiugis Eleonoræ Reginæ, circa annum 4436.

F. Ioannes Moura, fuit etiam à sacris confessionibus eiusdem Reginæ Lusitaniæ Eleonoræ, vxoris Regis Eduardi, anno 1436. &c.

eiusdem Regis Catholici Confessarius extitit, dum esset Princeps. Obijt sanctitate, ac doctrina insignis anno 1597.

F. Gaspar à Corduba Conuentus Cordubensis, ex illustrissimis Comitum Caprensium, & Ducum de Arcos domibus ortus, cum esset Bethicæ Prouinciæ moderator integerrimus, in Confessarium eiusdē Regis Catholici Philippi tertij, cū esset Princeps ascitus est in locum demortui, Fr. Petri Ferdinandez. Ad consilium status assumptus etiā est, & magnum virtutis, & prudentiæ specimen in eisdem muneribus prębuit. Ad meliorem vitam transijt, anno Domini 1604. pridie Nonas Iunij.

Fr. Didacus Mardones Burgensis cœnobij alumnus eodem anno, in Confessarium eiusdem Regis Catholici Philippi tertij assumptus est: deindè Episcopus Cordubensis, anno millesimo sexcentesimo sexto factus. Viuit adhuc.

Fr. Hieronymus Xauierre Cęsaraugustani cœnobij alumnus, è Generali Magistro ordinis, in locum Episcopi Cordubensis Fratris Didaci Mardones Confessarius eiusdem Regis Catholici Philippi tertij factus, deindè Cardinalis Sanctæ Romanę Ecclesię tituli S. Sixti, & de supremo Hispaniæ Status Senatu. Obijt anno millesimo sexcentesimo octauo, initio mensis Septembris, maxima Prædicatorię nostrę familiæ iactura.

Fr. Ludouicus Aliaga Cæsaraugustanus, & Conuentus Prædicatorum Cęsaraugustę filius, in demortui Cardinalis, Fr. Hieronymi Xauierre locum, Catholici Regis Philippi tertij Confessarius designatus est: cum Durandi Cathedram, in Academia Cæsaraugustana egregie moderatus fuisset, & Prouincialis terræ Sanctæ, necnon visitator prouincię Lusitaniæ extitisset. Item anno 1614. Inquisitor supremi Inquisitionis Senatus factus à Rege, in Inquisitione, quam perpetuā ordini nostro Rex ipse concessit. Deinde anno 1615. de supremo consilio Status Hispaniarum ab eodem Rege factus est: quibus adeò grauissimis, & nobilissimis muneribus, to-

A tius Regni approbatione fungitur. Viuit adhuc.

Fra. Ioseph Gonçalez Vallisoletani cœnobij alumnus (de quo supra inter Episcopos) è prouincię Hispaniæ moderatore Confessarius Principis Hispaniarum Philippi quarti factus est anno 1612. deindè Episcopus Palentinus designatus anno 1616. Viuit adhuc.

F. Antonius Soto Maior eruditione, ac religione clarissimus, moderator prouinciæ Hispanię, in locum Episcopi Palentini, Fr. Ioseph Gonçalez, Confessa-

B rius factus est eiusdem Principis Hispaniarum Philippi quarti, & Infantum Caroli, & Ferdinandi eius fratrum germanorum. Viuit adhuc.

FRATER Petrus Romero, Conuentus Deiparæ Rupis Franciæ, Cōfessarius extitit Archiducis Alberti, filij Maximiliani Imperatoris, & Regis Bohemiæ, & Hungarię & Imperatricis Mariæ, Sororis Regis Catholici Philippi secundi, anno 1586.

C Fr. Ioannes Cueuas cœnobij Salmantini filius, cum prouincię Hispanię moderator extitisset, factus est Confessarius eiusdem Archiducis Alberti, in demortui Fr. Petri Romero locū designatus, anno 1587. deindè Episcopus Abulensis. Obijt anno 1598.

Fr. Ioannes Vincentius, eiusdem cœnobij alumnus (de quo supra latius) Confessarius eiusdem Alberti Archiducis factus. Obijt anno 1596.

F. Ennecus de Briçuela, eiusdem Sal-

D mantini Conuentus alumnus, & eiusdē Archiducis Alberti Comitis Flandriæ à sacris Confessionibus exištit, ab anno Domini 1596. quo quidem munere summa cum laude fungitur. Viuit adhuc.

REGVM ARAGONIÆ, Valentia, &c. Confessarij Fratres Ordinis Prædicatorum ex historijs Generali Ordinis, & eorundem Regum, & nostra Prouincia Aragonia.

SANCTVS Raimundus de Pennafort, fuit Confessarius Iacobi expug-

natoris

natoris primi Aragoniæ Regis, circa annum 1223. &c. (de quo latius in Concertatione.)

B. F. Michael de Fabra discipulus B. P. Dominici eius Regis Iacobi primi Aragonum confessarius, circa annum 1229. in expugnatione insulę Balearis Maioris, & etiam in Valentinæ vrbis captione.

Fr. Arnaldus Segarra condiscipulus B. Thomæ sub disciplina B. Fr. Alberti Magni Prouinciæ Hispaniæ moderator eius Iacobi primi Regis Aragoniæ confessarius extitit, circa annum 1255.

F. Guillelmus Aragonius fuit confessarius Iacobi secundi Regis Aragonię, circa annos 1308.

F. Guillelmus Aranianus fuit eiusdē Regis Iacobi secundi confessarius, & ab eodem Leridensis Episcopus electus. Obijt anno 1321.

F. Petrus Portillo confessarius etiam fuit eiusdem Regis Aragoniæ Iacobi secūdi, circa annum 1314. deinde Archiepiscopus Saceranus in regno Sardinię. Obijt anno 1327.

F. Andreas de Albalat fuit confessarius Reginę Blanchæ Iacobi secundi Aragonię Regis coniugis, 1314.

F. Bertrandus de Concabella cœnobij Cęsaraugustani, confessarius Regis Aragonię Petri quarti. 1340. &c.

Fr. Vincentius Ferrer confessarius fuit Reginę Violātæ Ioannis primi Aragonię Regis vxoris, circa annum 1391. & Regis Ferdinandi primi Aragoniæ Regis confessarius etiam fuit, circa annum 1413.

F. Didacus de Tamara confessarius eiusdem Regis Ferdinandi primi Aragoniæ extitit, circa annum 1414. & eiusdem item testamenti in morte executor.

F. Gabriel Tortos fuit à sacris confessionibus Reginæ Margaritę Regis Aragoniæ Martini coniugis, circa annū 1410.

F. Petrus Iuglar fuit confessarius Regis Aragoniæ Alphonsi quinti, cum esset Princeps, circa annum 1416.

F. Ioannes de Casanoua, qui fuit Cardinalis confessarius fuit eiusdem Regis Alphonsi quinti Aragoniæ. 1418. &c.

F. Felix Faxadelli conuentus Barchinonensis confessarius fuit eiusdem Regis Aragoniæ Alphōsi quinti 1436. &c.

F. Ioannes Garsias conuentus Calatayudensis alumnus, confessarius item fuit eiusdem Regis Aragoniæ Alphonsi quinti, circa annum 1450. deinde Episcopus Maioricensis.

F. Antonius Carmona confessarius fuit Reginæ Aragoniæ Mariæ vxoris Alphonsi quinti 1430. &c.

F. Gabriel Ribas confessarius extitit Reginę Marię Alphonsi quinti Aragoniæ Regis vxoris, anno 1450. &c.

F. Ioannes Hispalensis fuit item confessarius eiusdem Reginę Mariæ vxoris Regis Aragonię Alphonsi quinti.

F. Petrus Queralt sanctitate, & miraculis clarus fuit confessarius Principis Aragonię filij Ioannis secundi Aragonię Regis, circa annum 1460.

REGVM LVSITANIAE Confessarij ex ordine fratrum Prædicatorum ex historijs regum Lusitaniæ & ex historia generali ordinis, & ipsius Prouinciæ.

FRATER Laurentius Lamprettius fuit confessarius Regis Lusitaniæ Ferdinandi, 1382.

F. Ferdinandus Astorsensis fuit confessarius Regis Portogalliæ Ioannis primi, circa annum 1348. &c.

F. Ioannes Diaz, fuit item confessarius eiusdem Regis Lusitaniæ Ioannis primi, circa annum 1390. &c.

F. Vincentius Olisiponensis fuit etiā confessarius eiusdem Regis Ioannis primi Lusitaniæ, & generalis Hispaniæ Inquisitor, 1410. &c.

F. Ioannes de S. Stephano, fuit confessarius Regis Lusitaniæ Eduardi eiusdemque cōiugis Eleonoræ Reginæ, circa annum 1436.

F. Ioannes Moura, fuit etiam à sacris confessionibus eiusdem Reginæ Lusitaniæ Eleonoræ, vxoris Regis Eduardi, anno 1436. &c.

Legionis,qui fratri suo Petro successit, confessarium etiam è nostro ordine habuit,vt historiæ de eodem Rege affirmant,& ità successori Ioanni detulit,cū è viuis discederet,quod postquam Rex factus fuerat ex isto ordine semper confessarium haberet.Sicut in Castella inquit,mos est ex isto ordine sacerdotes deligere,quibus Reges conscientię vulnera detegerent.Obijt Rex,anno 1379 Non tamen constant ex historijs nomina plurium Regum confessariorum, neque istius Regis,scriptorum incuria.

F. Michael fuit confessarius Eleonoræ Reginę Castellæ,vxoris Regis Ioannis primi , matris Henrici tertij Castellæ,&Ferdinandi primi Aragoniæ,anno 1374.&c.

F.Ioannes Morales conuentus Giennensis,fuit confessarius Catherinæ Reginę Castellę coniugis Henrici tertij,& matris Ioannis secundi , circa annum millesimum quadringentesimum sextum,deinde Ecclesię Pacensis,& Giennensis Episcopus.

F.Garsias à Castronuño conuentus Taurensis,fuit item Reginæ Catherinę matris Ioannis secūdi cōfessarius, deinde Cauriensis Episcopus , circa annum millesimum quadringentesimum decimum quartum.

F.Ferdinandus Illescas fuit confessarius Regis Castellæ Ioannis primi, & ipse Rex,de cōsilio confessoris eiusdem, anno millesimo trecentesimo octuagesimo tertio,iussit in comitijs Segouiensibus,vt relictis Cęsarum Eris , ab Incarnatione Dominica deinceps anni cōputarentur.

F.Ioannes Henriquez fuit confessarius Regis Castellæ Henrici tertij.

F.Alphonsus Cusanca fuit confessarius Henrici tertij Castellæ Regis , anno millesimo trecentesimo nonagesimo,& deinde filij sui Regis Ioannis secundi,circa annum millesimū quadringentesimum decimum,Castillo 1.p.lib. 1.cap.43.deinde Episcopus Salmanticensis,& Legionensis.Obijt 1430.

F.Ludouicus Vallisoletanus conuentus S.Pauli confessarius extitit Ioannis secundi Castellę Regis,anno millesimo quadringentesimo decimo quarto, &c. De quo supra in secūdo libro, anno millesimo quadringentesimo decimo quinto.

F.Ioannes Villalonensis Reginę Mariæ coniugis Ioannis secundi confessarius,fuit circa annum millesimum quadringentesimum vigesimum.

F.Lupus de Barriētos(de quo supra) confessarius fuit , at que magister Henrici quarti Castellæ Regis, anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo, &c.

F.Rodericus à Valentia confessarius item extitit Henrici quarti Regis Castellę,circa annum millesimū quadringentesimum sexagesimum,&c.

F.Alphonsus Burgensis cœnobij Burgensis alumnus , confessarius fuit Reginæ Castellę Elisabeth Catholicę Regis Ferdinandi quinti vxoris Regum Castellę,& Aragonię,1476. &c.

F.Matthæus Xerecienſis conuentus item Xerecienſis filius,confessarius fuit eiusdem Reginæ Catholicę Elisabeth. Obijt 1502.

F. Ioannes Carrascus confessarius etiam fuit Reginæ Elisabeth Catholicę circa annum millesimum quingentesimum tertium.

F.Thomas à Turrecremata confessarius fuit Regum Catholicorum Ferdinandi,& Elisabeth,& deinde Inquisitor generalis Hispaniæ, 1480. &c. (de quo supra.)

F.Didacus Deça cœnobij Taurensis magister, & confessarius fuit Ioannis tertij Castellæ, & Aragonum Principis , deinde Regum Catholicorum ipsius parentum cōfessarius item extitit, anno millesimo quadringentesimo nonagesimo,&c.(de quo supra.)

F.Ioannes Marquez cōfessarius fuit eiusdem Ferdinandi quinti Regis Catholici,circa annum millesimum quadringentesimum septuagesimum sextū (de quo supra.)

F.Paulus Plegat confessarius etiam fuit eiusdem Regis Ferdinandi quinti, Catholici,circa annum 1470.&c.

F.Anto-

F. Antonius Ros Cæsaraugustani cōuentus filius, fuit item confessarius eiusdem Regis Catholici Ferdinandi V. 1468. &c.

F. Ioannes Enguerra S. Onophrij cœnobij prope Valentiam filius, eiusdem Catholici Regis Ferdinandi confessarius fuit, circa annum 1500. &c.

F. Thomas Matienço, cōuentus Vallisoletani alumnus, eiusdem Regis Catholici Ferdinandi quinti confessarius, eidem morienti astitit, fuitque eiusdem Regis testamenti executor. Confessarius item fuit Reginæ Ioannę Catholici Ferdinandi Regis filiæ, circa annum 1512. &c.

F. Petrus de Rayna, conuentus Xerecíensis, fuit confessarius Principis, & Reginæ Elisabeth, coniugis Emanuelis Regis Lusitanię, Regum Catholicorum filiæ ante Reginam Ioannam ortę, circa annum 1495.

F. Ioannes Flander, conuentus Vallesoletani, confessarius extitit Reginę Portugalliæ Eleonorę, Regis Emanuelis vxoris, filiæ Philippi primi, & Ioannę Castellæ Regum.

Fr. Didacus Fernandez, conuentus Salmantini alumnus, confessarius fuit Reginę Angliæ Catherinæ, filiæ Regum Catholicorum, coniugis Henrici octaui, deinde Episcopus Zerdimiensis, anno 1520.

F. Aluarus Osorius à Moscoso, frater germanus Roderici Moscoso, & Osorij, primi Comitis Altamirani ex Marchionumque Astoricensium domo Illustrissima procreati, magister, & confessarius Ferdinandi Regis Hungariæ Bohemię, atque Romanorum Imperatoris filij Philippi primi, & Ioannę Regum Castellę, deinde fuit Episcopus Astoricensis Obijt 1537.

F. Ioannes Hurtadus cœnobij Petrę fixæ filius, confessarius fuit Caroli quinti Imperatoris Romani, & Regis Hispaniarum, circa annum 1522. &c.

Fr. Garsias à Loaysa, conuentus Rupis fidelis filius, cōfessarius extitit eiusdem Imperatoris Caroli quinti Regis Hispaniarum, anno millesimo quingentesimo vigesimo quarto, &c. (de quo supra latius.)

F. Didacus de sancto Petro Salmantini cœnobij alumnus, confessarius etiā eiusdem Augusti Caroli quinti Regis Hispanię, circa annum 1534. Obijt 1543

F. Petrus de Soto Salmantini conuētus filius, fuit item confessarius eiusdem Imperatoris Caroli quinti, circa annum Domini 1544. &c. (de quo supra)

F. Dominicus Soto Burgensis conuētus filius, confessarius item fuit eiusdē Imperatoris Caroli quinti Regis Hispaniarum, circa annum 1550. & Episcopatum Segouiēsem noluit acceptare. Obijt 1560.

F. Thomas à sancta Maria à sacris cōfessionibus fuit Mariæ Principis, vxoris Philippi secundi Regis Catholici, filiæ Regis Lusitaniæ Ioannis tertij.

F. Bartholomęus Carrança, filius cœnobij Benalac, siue de Guadalajara, cōfessarius extitit Philippi secundi Regis Catholici, cum Angliæ Rex esset, 1555. &c.

Fr. Ioannes Villagarcia, conuentus Vallisoletani alumnus confessarius fuit Marię Reginæ Angliæ, Philippi secundi coniugis, anno millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto, &c.

Fr. Didacus à Clauibus in conuentu vrbis Turris-Iuliensis ordinem professus, confessarius fuit primò Caroli secundi Principis Hispaniarum filij primogeniti Regis Catholici Philippi secundi, deinde mortuo Principe confessarius lōgo tempore extitit Regis Philippi secundi Catholici, ab anno millesimo quingētesimo septuagesimo, vsque 1593. quo munere integerrime, & prudenter functus est.

F. Antonius à Castro Cereris (Hispane de Caceres) Salmāticensis cœnobij, Regis Catholici Philippi III. cū esset Princeps cōfessarius extitit, anno 1591. &c. deinde Episcopus Astoricēsis, per viginti annos: obijt 1615. fuitque primus confessarius, quem Rex Catholicus Philippus tertius habuit.

F. Petrus Fernandez conuētus Vallisoletani filius in locum supradicti,

eiusdem Regis Catholici Confessarius extitit, dum esset Princeps. Obijt sanctitate, ac doctrina insignis anno 1597.

F. Gaspar à Corduba Conuentus Cordubensis, ex illustrissimis Comitum Caprensium, & Ducum de Arcos dominibus ortus, cum esset Bethicæ Prouinciæ moderator integerrimus, in Confessarium eiusdē Regis Catholici Philippi tertij, cū esset Princeps ascitus est in locum demortui, Fr. Petri Ferdinandez. Ad consilium status assumptus etiā est, & magnum virtutis, & prudentiæ specimen in eisdem muneribus prębuit. Ad meliorem vitam transijt, anno Domini 1604. pridie Nonas Iunij.

Fr. Didacus Mardones Burgensis cœnobij alumnus eodem anno, in Confessarium eiusdem Regis Catholici Philippi tertij assumptus est: deindè Episcopus Cordubensis, anno millesimo sexcentesimo sexto factus. Viuit adhuc.

Fr. Hieronymus Xauierre Cęsaraugustani cœnobij alumnus, è Generali Magistro ordinis, in locum Episcopi Cordubensis Fratris Didaci Mardones, Confessarius eiusdem Regis Catholici Philippi tertij factus, deindè Cardinalis Sanctæ Romanę Ecclesię tituli S. Sixti, & de supremo Hispaniæ Status Senatu. Obijt anno millesimo sexcentesimo octauo, initio mensis Septembris, maxima Prædicatorię nostrę familiæ iactura.

Fr. Ludouicus Aliaga Cæsaraugustanus, & Conuentus Prædicatorum Cęsaraugustę filius, in demortui Cardinalis, Fr. Hieronymi Xauierre locum, Catholici Regis Philippi tertij Confessarius designatus est: cum Durandi Cathedram, in Academia Cæsaraugustana egregie moderatus fuisset, & Prouincialis terræ Sanctæ, necnon visitator prouinciæ Lusitaniæ extitisset. Item anno 1614. Inquisitor supremi Inquisitionis Senatus factus â Rege, in Inquisitione, quam perpetuā ordini nostro Rex ipse concessit. Deinde anno 1615. de supremo consilio Status Hispaniarum ab eodem Rege factus est: quibus adeô grauissimis, & nobilissimis muneribus, totius Regni approbatione fungitur. Viuit adhuc.

Fra. Ioseph Gonçalez Vallisoletani cœnobij alumnus (de quo supra inter Episcopos) è prouinciæ Hispaniæ moderatore Confessarius Principis Hispaniarum Philippi quarti factus est anno 1612. deindè Episcopus Palentinus designatus anno 1616. Viuit adhuc.

F. Antonius Soto Maior eruditione, ac religione clarissimus, moderator prouinciæ Hispanię, in locum Episcopi Palentini, Fr. Ioseph Gonçalez, Confessarius factus est eiusdem Principis Hispaniarum Philippi quarti, & Infantum Caroli; & Ferdinandi eius fratrum germanorum. Viuit adhuc.

FRATER Petrus Romero, Conuentus Deiparæ Rupis Franciæ, Cōfessarius extitit Archiducis Alberti, filij Maximiliani Imperatoris, & Regis Bohemiæ, & Hungarię & Imperatricis Mariæ, Sororis Regis Catholici Philippi secundi, anno 1586.

Fr. Ioannes Cueuas cœnobij Salmantini filius, cum prouincię Hispanię moderator extitisset, factus est Confessarius eiusdem Archiducis Alberti, in demortui Fr. Petri Romero locū designatus, anno 1587. deindè Episcopus Abulensis. Obijt anno 1598.

Fr. Ioannes Vincentius, eiusdem cœnobij alumnus (de quo supra latius) Confessarius eiusdem Alberti Archiducis factus. Obijt anno 1596.

F. Ennecus de Briçuela, eiusdem Salmantini Conuentus alumnus, & eiusdē Archiducis Alberti Comitis Flandriæ à sacris Confessionibus existit, ab anno Domini 1596. quo quidem munere summa cum laude fungitur. Viuit adhuc.

REGVM ARAGONIÆ VALENTIÆ, &c. Confessarij Fratres Ordinis Prædicatorum ex historijs Generali Ordinis, & eorundem Regum, & nostra Prouincia Aragoniæ.

SANCTVS Raimundus de Pennafort, fuit Confessarius Iacobi expug-

natoris

natoris primi Aragoniæ Regis, circa annum 1223. &c. (de quo latius in Concertatione.)

B. F. Michael de Fabra discipulus B. P. Dominici eius Regis Iacobi primi Aragonum confessarius, circa annum 1229. in expugnatione insulę Balearis Maioris, & etiam in Valentinæ vrbis captione.

Fr. Arnaldus Segarra condiscipulus B. Thomæ sub disciplina B. Fr. Alberti Magni Prouinciæ Hispaniæ moderator eius Iacobi primi Regis Aragoniæ confessarius extitit, circa annum 1255.

F. Gullelmus Aragonius fuit confessarius Iacobi secundi Regis Aragonię, circa annos 1308.

F. Gullelmus Aranianus fuit eiusdẽ Regis Iacobi secundi confessarius, & ab eodem Leridensis Episcopus electus. Obijt anno 1321.

F. Petrus Portillo confessarius etiam fuit eiusdem Regis Aragoniæ Iacobi secũdi, circa annum 1314. deinde Archiepiscopus Saceranus in regno Sardinię. Obijt anno 1327.

F. Andreas de Albalat fuit confessarius Reginę Blanchæ Iacobi secundi Aragonię Regis coniugis, 1314.

F. Bertrandus de Concabella cœnobii Cęsaraugustani, confessarius Regis Aragonię Petri quarti. 1330. &c.

Fr. Vincentius Ferrer confessarius fuit Reginę Violãtæ Ioannis primi Aragonię Regis vxoris, circa annum 1391. & Regis Ferdinandi primi Aragoniæ Regis confessarius etiam fuit, circa annum 1413.

F. Didacus de Tamara confessarius eiusdem Regis Ferdinandi primi Aragoniæ extitit, circa annum 1414. & eiusdem item testamenti in morte executor.

F. Gabriel Tortos fuit à sacris confessionibus Reginæ Margaritę Regis Aragoniæ Martini coniugis, circa annũ 1410.

F. Petrus Iuglar fuit confessarius Regis Aragoniæ Alphonsi quinti, cum esset Princeps, circa annũm 1416.

F. Ioannes de Casanoua, qui fuit Cardinalis confessarius fuit eiusdem Regis Alphonsi quinti Aragoniæ. 1418. &c.

F. Felix Fax fideli conuentus Barchinonensis confessarius fuit eiusdem Regis Aragoniæ Alphõsi quinti 1436. &c.

F. Ioannes Garsias conuentus Calatavudensis alumnus, confessarius item fuit eiusdem Regis Aragoniæ Alphonsi quinti, circa annum 1450. deinde Episcopus Maioricensis.

F. Antonius Carmona confessarius fuit Reginæ Aragoniæ Mariæ vxoris Alphonsi quinti 1450. &c.

F. Gabriel Ribas confessarius extitit Reginę Marię Alphonsi quinti Aragoniæ Regis vxoris, anno 1450. &c.

F. Ioannes Hispalensis fuit item confessarius eiusdem Reginę Mariæ vxoris Regis Aragonię Alphonsi quinti.

F. Petrus Queralt sanctitate, & miraculis clarus fuit confessarius Principis Aragonię filij Ioannis secundi Aragonię Regis, circa annum 1460.

REGVM LVSITANIAE

Confessarij ex ordine fratrum Prædicatorum ex historijs regum Lusitaniæ & ex historia generali ordinis, & ipsius Prouinciæ.

FRATER Laurentius Lampretius fuit confessarius Regis Lusitaniæ Ferdinandi, 1382.

F. Ferdinandus Astorsensis fuit confessarius Regis Portugalliæ Ioannis primi, circa annum 1348. &c.

F. Ioannes Diaz, fuit item confessarius eiusdem Regis Lusitaniæ Ioannis primi, circa annum 1390. &c.

F. Vincentius Olisiponensis fuit etiã confessarius eiusdem Regis Ioannis primi Lusitaniæ, & generalis Hispaniæ Inquisitor, 1410. &c.

F. Ioannes de S. Stephano, fuit confessarius Regis Lusitaniæ Eduardi eiusdemque cõiugis Eleonoræ Reginæ, circa annum 4436.

F. Ioannes Moura, fuit etiam à sacris confessionibus eiusdem Reginæ Lusitaniæ Eleonoræ, vxoris Regis Eduardi, anno 1436. &c.

F. Antonius Castellanus fuit confessarius Regis Lusitaniæ Alphonsi quinti, 1440. &c.

F. Antonius de sancta Maria confessarius etiam extitit eiusdem Regis Lusitaniæ Alphonsi quinti, 1460. &c.

F. Ioannes Bracharensis cõfessarius fuit Regis Lusitaniæ Ioannis secundi, anno 1490. &c.

Fr. Ioannes Diaz, fuit confessarius Principis Ioannæ, Ioannis secundi Lusitanię Regis sororis, filię Alphonsi V. 1470. &c.

F. Ioannes Vimaranensis, Confessarius item fuit eiusdem Principis filiæ Alphonsi quinti Regis Portugaliæ, & Ioannis secundi Regis sororis.

F. Georgius Bogatus, fuit confessarius Regis Lusitanię Emanuelis, anno 1510. &c.

F. Franciscus Bouadilla, ex pręclara Marchionum Moyensium, & Comitum Pugninrostrorum domo, fuit confessarius Reginæ Lusitaniæ Catherinę vxoris Ioannis tertij Lusitanię Regis, circa annum 1550.

F. Ludouicus Granatensis, confessarius item fuit eiusdem Reginæ Catherinę coniugis Ioannis tertij Lusitanię Regis, circa annũ 1560. (de quo latius inter scriptores.)

REGVM FRANCIÆ confessarij ordinis Prædicatorum ex monumentis historiaque generali eiusdem ordinis.

FRATER Bartholomęus Vicentinus sacri palatij Magister, deinde anno 1240. Confessarius S. Ludouici noni Regis Gallię, ac deinde Episcopus Vicentinus, circa annũ Domini 1260.

F. Bartholomæus Turonensis confessarius eiusdem Regis Ludouici, 1245

Fr. Vincentius Beluacensis, eiusdem S. Ludouici Regis confessarius, & ab eodem Rege Episcopus Beluacensis designatus, circa annum 1250. (de quo in libro 1. latius.)

A F. Gaufredus de Belloloco confessor S. Ludouici Regis Gallorum, 1270.

Fr. Nicolaus Gorranus Prouincialis Franciæ confessarius fuit Regis Francię Philippi, 4. circa annum 1300.

F. Nicolaus Farinula, confessarius itẽ Philippi quarti Franciæ Regis, deinde Sanctæ Romanæ Ecclesię Cardinalis, anno 1305. (de quo supra)

F. Petrus Marilatus Auinionensis, cõfessarius fuit Regis Franciæ Caroli quarti, circa annum 1360.

B F. Aloisius Burgensis confessarius Caroli sexti Regis Francię, 1448.

F. Mauricius Calegurı cõfessarius Regis Caroli sexti, 1454.

F. Adamus de Nimes cõfessarius Caroli sexti, anno 1430.

F. Petrus Gratus Antisiodorensis cõfessarius Caroli septimi, 1459.

F. Guillelmus Paruus Parisiensis, fuit Confessarius Caroli octaui Francię Regis, circa annum 1496. & etiam confessarius Regis Ludouici duodecimi Regis Caroli successoris, Inquisitor generalis Franciæ, ac deinde Episcopus Bituricensis, 1504.

C F. Ioannes Claree Normandus, fuit confessarius eiusdem Regis Franciæ Ludouici duodecimi, ac deinde totius nostri ordinis Generalis, anno 1507.

F. Antonius Furnus Confessarius itẽ eiusdem Ludouici duodecimi Franciæ Regis, anno 1507. &c.

F. Yuo confessarius Reginæ Franciæ Annæ, 1525.

F. Dominicus Sergent confessarius

D Reginę Elisabeth, 1589.

ALIQVI CONFESSARIJ Regum Angliæ ex Prædicatorum ordine.

FRATER Gualterus Sarcshinensis Anglus Eduardi primi Regis Angliæ confessarius, deinde Cardinalis Sanctę Romanę Ecclesiæ à Benedicto XI. creatus anno 1305.

Fr. Thomas Iorsius Anglus Confessarius Regis Angliæ Eduardi, deinde S. Romanæ Eccl. Cardinalis creatus à

Clemente quinto, anno millesimo trecentesimo quinto.

Fr. Georgius Ateca confessarius Reginæ Angliæ Catherinæ 1525.

¶ *Ex pluribus alijs confessarijs Regum Angliæ, Franciæ, Siciliæ, Neapolis, Hungariæ, sicut nec Lusitaniæ, Aragoniæ, Castellæ, ac Nauarræ, non fit mentio, quia, & si ex nostra familia Reges harum nationũ Confessarios sæpius assumere compertum sit, eorum tamen nomina obliuioni, ex incuria Fratrum nostrorum data sunt.*

Fra. Guillelmus de Tonays confessarius fuit Caroli secundi Regis Siciliæ, circa annum 1280. Annales Ecclesiastici 1283. num. 19.

Fr. Henricus de Sicilia confessarius, fuit Regis Neapolitani Ferdinandi, circa annum millesimum quadringentesimum sexagesimum sextum.

Fr. Ioannes Girbiotus confessarius Regis Neapolitani 1480.

REGUM POLONIÆ CONfessarij Ordinis Prædicatorum histo. Abrahami Bzouij cap. 11.

BEAT. Fra. Vitus Confessarius Regis Poloniç Boleslai Pudici, circa annum 1250. fuit primus Episcopus Lithuanorum.

Fra. Paulus confessarius Regis Poloniæ Præmislai, circa annum 1270.

Fr. Ægydius confessarius Regis Poloniç Lesci Nigri, circa annum millesimum ducentesimum octuagesimum, &c.

Fr. Simon confessarius Henrici Probi Regis Poloniç.

Fr. Helias confessarius Ladislai Loctici Regis Poloniæ, circa annum millesimum ducẽtesimum nonagesimum octauum, &c.

Fr. Petrus de Colomeis Prouincialis Poloniæ Cõfessarius Regis Poloniæ Casimiri magni secundi, circa annum millesimum trecentesimum trigesimũquartum, deindè Episcopus Plocensis.

Fra. Pizeslaus confessarius eiusdem Regis Casimiri magni huius nominis secundi, circa annum 1350.

Fr. Ioannes Opatouicensis Prouincialis Poloniç confessarius Regis Poloniç Ladislai Iagellonis, deindè Episcopus Chelmensis, circa annum 1417. vsque 1440.

F. Nicolaus Vezyk Confessarius item Regis Poloniç Ladislai Iagellonis circa annum 1420.

Fr. Nicolaus Vrsius de Pnieroy Prouincialis Poloniæ Confessarius Ladislai Poloniæ, & Hungariæ Regis, circa annum 1436.

Fr. Stephanus Confessarius Casimiri secundi Regis Poloniæ, circa annum 1450.

Fr. Ioannes Confessarius eiusdem Casimiri secundi Regis Poloniæ, ab alijs tertij vocati, ab alijs vero quarti 1470.

Fra. Gregorius confessarius Ioannis Alberti Regis Poloniç, circa annum millesimum quadringentesimum nonagesimum quartum, deindè Episcopus Vradislauiensis.

Fr. Albertus de Secinie Confessarius eiusdem Regis Ioannis Alberti, circa annum millesimum quadringentesimum nonagesimum octauum.

Fr. Petrus Sochaczouiensis Confessarius Alexandri Regis Poloniæ anno millesimo quingentesimo secundo, &c.

Fr. Adrianus Confessarius Regis Poloniç Sigismundi primi anno 1510, &c.

Fr. Andreas de Parczorue Confessarius eiusdem Regis Poloniç Sigismundi primi, anno millesimo quingentesimo vigesimo, &c.

Fr. Vitus Albanus Confessarius item eiusdem Regis Poloniæ Sigismundi primi, in cuius manibus deuotissime se ad moriendum disposuit, ad singula verba passionis Christi Domini nostri, quã Confessarius recitabat, suspirando, ingemiscendo, ac flebiliter precando, quo Deus ipse peccatorum suorum immemor, beneficio autem Christi, in illum, & in omnes memor, clemens, ac propicius, illum ad beatorum sedes reciperet, ad quas Iesus Christus Dominus noster ante illum præcesserat. *Sic in oratione funebri Sigismundi primi; qui obijt anno millesimo quingentesimo quadragesimo octauo.*

Fr. Hieronymus Cyranus Prouincialis Poloniæ, confessarius Regis Poloniæ Sigismundi Augusti secundi, circa annũ 1560. &c. qui ab hæreticis fuit veneno extinctus anno 1567.

Fr. Melchior Mosticensis Prouincialis Poloniæ, & Inquisitor, confessarius eiusdem Regis Sigismundi Augusti secundi, circa annum millesimum quingẽtesimum sexagesimum septimũ, &c.

Fra. Leonardus confessarius etiam eiusdem Regis Poloniæ Sigismundi Augusti secundi 1570. &c.

ALIQVI FRATRES HISpani, qui Principum, vel Regum Magistri, & præceptores extiterunt in Hispania ex historia Generali Ordinis Prædicatorum.

FRATER Alphonsus Zamorensis Magister Regis Castellæ Alphonsi vndecimi, circa annum millesimum trecentesimum decimum.

F. Ioannes Morales Conuentus Giénensis Magister Regis Castellæ Ioannis secundi, circa annum 1409.

F. Lupus Barrientos Conuentus Metynnensis, Magister Henrici quarti Regis Castellæ filij primogeniti Ioannis secundi, circa annum 1444.

Fr. Didacus Deça Conuentus Taurensis filius, Magister Principis Castellæ & Aragoniæ Ioannis tertij Regum Catholicorum Ferdinandi, & Elisabeth, primogeniti, circâ annum Domini millesimum quadringentesimum octuagesimum sextum.

Fr. Petrus de Fontepudico (Hispanè de Ampudia) Palentini Conuentus filius, Magister Reginæ Principis Elisabeth Regis Lusitaniæ Emanuelis coniugis, & Catholicorum Regum filiæ, circa annum 1487.

Fr. Andreas de Miranda Burgensis Conuentus alumnus, Magister filiarum Infantium, Regum Catholicorum Principis Ioannæ, quæ fuit Castellæ, & Aragoniæ Regina, Mariæ quæ fuit Regina Portugaliæ, & Catherinæ quæ fuit Regina Angliæ, circa annum 1596.

Fr. Aluarus Osorius Magister Infantis Hispaniæ, Ferdinandi postea Regis Hungariæ, & Boemiæ, ac Imperatoris Romanorum, circa annum 1508.

Fra. Ferdinandus Castillo Magister Principis Hispaniarum Ferdinandi filij Regis Catholici Philippi secundi, circa annum 1577.

CONCIONATORES ALIqui Regum, vel Imperatorum, in Hispania ex Ordine Prædicatorum, ex historia Generali eiusdem Ordinis.

FRATER Antonius Ros Cæsaraugustani Conuentus, Regis Catholici Castellæ, & Aragoniæ Ferdinandi quinti, Ecclesiastes, circa annum 1490.

Fr. Garsias Vayon Conuentus Salmãtini filius eiusdem Ferdinandi quinti Regis Catholici concionator, circa annum 1500.

Fr. Antonius à Penna eiusdem Regis circa idem tempus Euangelistes, fuit alumnus cœnobij Petræ fixæ.

F. Antonius de Villegas Caroli quinti Imperatoris, & Regis Hispaniæ Ecclesiastes anno 1518.

Fr. Michael Salmanticensis cœnobij Burgensis eiusdem Imperatoris Augusti, & Regis Hispaniæ concionator anno Domini 1518. &c.

Fr. Alphonsus de Herrera Conuentus Legionensis filius eiusdem Imperatoris, ac Regis Hispaniæ Euangelistes, circa annum 1530. Obijt autem anno 1558. quo & ipse Cæsar.

Fr. Ioannes Salmanticensis eiusdem Imperatoris, ac Regis cõcionator 1530 deindè Episcopus Canariensis.

Fr. Thomas Xuara cœnobij Burgensis alumnus, eiusdẽ Cæsaris Augusti cõcionator, circa annum 1540 Obijt 1560

F. Ioannes Manuel Vallisoletani cœnobij filius, eiusdem Imperatoris Ecclesiastes, circa annum 1550. Obijt 1570

Fra. Didacus à Victoria Conuentus Burgensis filius, eiusdem Imperatoris concionator, circa annum 1540. Obijt sanctè 1550.

F.Thomas ê S Bernardo conuentus Salmantini eiusdem Augusti Caroli V. concionator, anno 1540.

F.Ioannes de Touar ê præclara domo Comitum â Berlanga conuentus Vallisoletani, eiusdem Imperatoris Ecclesiastes. Obijt 1569.

Fr.Ferdinandus Castillo conuentus Vallisoletani, Philippi secundi Hispaniarum Regis Catholici Ecclesiastes. Obijt anno 1593. mense Aprilis (de quo inter scriptores.)

F.Ioannes Gutierrez conuentus Salmantini eius Regis Catholici Philippi secundi concionator. Obijt nonagenario maior, anno 1597. Decembris 29.

F.Alphonsus â Cabrera Cordubensis cœnobij S. Pauli alumnus, eiusdem Regis Catholici Philippi secundi Euangelistes, & etiam Philippi tertij Regis Catholici eiusdem Philippi secundi filij ac successoris. Obijt anno 1598.) de quo inter scriptores.)

F. Augustinus Dauila Mexicani cœnobij alumnus, & ipse Mexici natus Philippi tertij Regis Catholici concionator, deinde Archiepiscopus insulę sancti Dominici, siue Hispaniolę factus. Obijt anno millesimo sexcentesimo quarto.

F.Hieronymus â Tiedra conuentus Salmantini filius, eiusdem Regis Catholici Philippi tertij concionator, circa annum millesimum sexcentesimum secundum. Viuit adhuc Archiepiscopus Charcensis, hoc anno millesimo sexcentesimo decimo septimo.

F.Ioseph Gonçalez conuentus Vallisoletani eiusdem Regis Ecclesiastes, anno millesimo sexcentesimo decimo, & Principis Philippi quarti Confessarius, anno millesimo sexcentesimo duodecimo. Viuit adhuc Episcopus Palentinus.

F.Christophorus â Turribus cœnobij Burgensis alumnus, Regis eiusdem concionator factus, anno millesimo sexcentesimo decimo sexto. Viuit adhuc.

A

PRÆDICATORES REGUM Lusitaniæ Ordinis Prædicatorum.

Ex historia ipsius Prouinciæ Latinâ Romam missa, ad Generalem Ordinis.

FRATER AEgydius Rodericus Valladarius concionator Regum Lusitaniæ Sanctij secundi, & Alphonsi tertij 1245. &c.

F.Ioannes Xirensis Regis Lusitaniç, Ioannis primi Ecclesiastes, anno 1390. &c.

B

F.Vincentius Olisiponensis, concionatore eiusdem Regis Lusitaniæ Ioannis primi, circa annum 1400.

Fr.Laurentius Lampretius, eiusdem Regis Ioannis primi Ecclesiastes, circa annum 1420.

F.Gundisaluus Coimbricensis Regis Portugaliæ Eduardi concionator, circa annum 1434.

Fr. Sebastianus Auerienfis, eiusdem Regis Ecclesiastes eodem tempore.

C

F.Ferdinandus Arrotensis, eiusdem item Regis concionator, 1436

F.Vellasquius Alagoensis concionator Regis Lusitaniç Alphonsi V. circa annum 1440.

F.Rodericus Sousius, eiusdem Regis Ecclesiastes, circa annum 1460.

F.Aluarus Corrigius (Hispane Correa) concionator Regis Lusitaniæ Ioannis secundi, circa annum 1490.

F.Petrus Didaci, eiusdem Regis Euãgelistes, 1492.

D

Fr.Georgius Bogadus Regis Lusitaniæ Emanuelis Ecclesiastes, anno 1500

Fr. Franciscus Vargensis Lemmius eiusdem Regis concionator, circa annũ 1508.

F. Antonius Fonsequius, Regis Lusitaniæ Ioannis tertij concionator, anno 1530.

Fr.Andreas Resendius eiusdem Regis prædicator, circa annum millesimũ quingentesimum quadragesimum.

F.Franciscus Forerius concionator eiusdem Regis, circa annum 1556. (de quo inter scriptores.)

F. Thomas Costa eiusdem Regis Lusitaniæ Ioannis tertij concionator eodem tempore.

F. Vincentius Mesia conuentus Giēnensis eiusdem Regis concionator eodem tempore.

F. Thomas Sousius concionator Regis Lusitanię Sebastiani, circa annum 1570.

Fr. Antonius Sousius eiusdem Regis Ecclesiastes, circa annum 1575. deinde Episcopus Vilensis. Obijt 1594.

F. Emanuel Costa eiusdem Regis cōcionator eodem tempore.

F. Vincentius Fonsequius conuentus Coimbricensis filius, concionator apud Lusitaniā Regis Catholici Philippi secundi, primi huius nominis Lusitaniæ Regis, anno 1581. & ab eodem electus Archiepiscopus Goensis, Indięque Orientalis Primas.

F. Antonius Cerda conuentus Goensis alumnus, eiusdem Lusitaniæ Regis Philippi concionator, anno 1581.

F. Gaspar Leitomus conuentus Benficani alumnus, eiusdem Regis Lusitanię Philippi Catholici, apud Lusitaniā, concionator, anno 1584. &c.

F. Emanuel Coellus conuentus Benficani filius, eiusdem Regis Catholici Philippi primi, & Philippi secundi in Castella tertij, eiusdem filij, apud Lusitaniam Ecclesiastes, deinde hęreticæ prauitatis in Lusitaniæ supremo Senatu Inquisitor in Inquisitione, quam Rex Philippus secūdus Lusitaniæ, anno 1614 perpetuam in illo Senatu ordini nostro concessit. Viuit adhuc.

F. Petrus Caluo conuentus Olisiponensis concionator, apud Lusitaniam eiusdem Regis Catholici Philippi tertij Lusitaniæ secundi, anno 1613. &c.

Nostris autem diebus duo egregij ac sapiētissimi magistri, è congregatione Gallicana sunt Regis Christianissimi Franciæ concionatores videlicet.

F. Nicolaus Coeffetau Regum Galliç Christianissimorum Henrici quarti, & Ludouici decimi tertij Ecclesiastes A acerrimus hęreticorum oppugnator, & indefessi laboris aduersus eorundem praua dogmata scriptor. Viuit adhuc.

F. Natalis de Slandes concionator, etiam eorundem Regum Galliæ. Viuit adhuc.

ALIARVM RELIGIONVM Visitatores, ac Reformatores in Hispania nostris temporibus.

B PRÆTER plures alios nostræ familię Prędicatorię viros religione, ac doctrina conspicuos, qui authoritate Apostolica olim sactas alias religiones reformarūt, inter quos F. Hugo de sancto Theodorico Cardinalis, & F. Guillelmus Episcopus Antacanensis, qui circa annum millesimum ducentesimum quinquagesimum, leges & constitutiones fratribus Carmelitis dederunt, ex commissione Innocentij quarti. *Castillus 1. p. li. 2 ca* 25. his etiam temporibus eadem Apostolica authoritate de Philippi secundi Hispaniarum Regis Catholici mandato ordines C sanctæ Mariæ de monte Carmelo, Sanctissimæ Trinitatis, & B. Marię de Mercede Redemptionis Captiuorum visitarunt.

F. Philippus Menesius conuentus ciuitatis Turris Iuliæ alumnus, visitauit ordinem B. Mariæ de Mercede in Castella, & in regno Galleciæ. Obijt anno 1572.

Eandem in regno Toletano visitauit F. Ferdinandus Castillo Regis Catholici Philippi secundi Ecclesiastes.

D Eandem item in regnis Aragoniæ visitauit F. Guillelmus de Montaña Puicerdani cœnobij alumnus. Obijt annō millesimo quingentesimo septuagesimo quinto.

Ordinem vero fratrum Carmelitarum visitarunt in regnis Castellæ, & Legionis F. Ioannes Cueuas, tunc Prior Talabricensis, postea Episcopus Abulensis, qui obijt 1598. & Frater Petrus Fernandez qui fuit nostræ Prouinciæ Hispaniæ moderator, qui obijt 1581. & in regnis Aragonię, Valētię, & Nauarrę

F. Mi-

A Fr. Michael de Hebrera Conuentus vrbis Calatayud alumnus.

Ordinem autem Sanctissimæ Trinitatis visitarunt, in Regno Castellæ, & Toletano Fr. Didacus Horozco Conuentus Segobiensis filius, qui obijt anno millesimo quingentesimo septuagesimo secundo: & in Bethica Fr. Augustinus Salucius Conuentus Xerecensis egregius Ecclesiastes, in Regnis vero Aragoniæ, Fr. Ioannes Salmanticensis, Conuentus Valentini alumnus, 4. *p. histo. ord. lib. 2. cap* 38.

B ¶ In Italia Fr. Timotheus Bothonus Religionem Fratrum Syluestrinorum iussu, & authoritate Sixti quinti visitauit, & reformauit circa annũ 1587.

F. Ioannes à Pereda Conuentus Burgensis Monasteria Ordinis Cisterciensis, quæ sunt affiliationes Regalis Monasterij Burgensis eiusdem ordinis nuncupati de las Huelgas, visitauit anno 1612. Eodem munere functus est Præsentatus Fr. Thomas Ramirez Conuentus Complutensis alumnus.

Apud Aragoniæ Regnum Fr. Hieronymus Xauierre, qui postea fuit Cardinalis aliqua Monasteria Conuentualia Ordinis B. P. Benedicti authoritate Apostolica demandato Regis Philippi secundi visitauit anno 1598.

Et Fr. Andreas Balaguer, Episcopus nunc Oriholensis aliqua Monasteria eiusdem ordinis, in Aragonia visitauit, circa annum 1607.

Fra. Bonifacius Ferrer confessarius magni Prioris Hierosolymitani Principis Philiberti visitauit anno 1612. Religionem Hierosolymitanam S. Ioannis in Prioratibus Castellæ, ac Legionis.

MAGISTRI ALIQVI ORDINIS PRAEDICATORVM (PLVRIBVS ALIIS OBLIVIOne intermissis) qui in Hispaniarum, & Indiarum nobilioribus Academijs Theologiæ præcipuas Cathedras moderati sunt.

Ex ipsarum Academiarum historijs, monumentis, & archiuis; atque ex Annalibus generalibus eiusdem Ordinis.

IN ACADEMIA SALMANTINA Primariæ Theologiæ Cathedræ Præfecti.

FRATER Lupus Barrientos Conuẽtus Regalis Metinnensis alumnus Cathedraticus Primarius Theologiæ, ab anno 1416. vsque 1436. postea Episcopus Segobiensis Abulensis, & Conchensis. Vsquè ad illud enim tempus, nondum assignata erant stipendia in Academia Salmantina pro regentibus Cathedras Theologiæ, licet ipsa Academia exordium habuerit anno 1200.

Fr. Aluarus Osorius, qui Fr. Lupo in Primaria Cathedra immediate successit, circa annum 1436.

Anno Domini 1463. Iunij 27. successit in Cathedra Primaria Petrus Oxomensis, in Ecclesia Salmantina primò ex portione beneficiarius, deindè Canonicus, è Cathedra proprietatis Philosophiæ moralis, quam regebat, cuius scripta, & Cathedra combusta sunt in

A medio Scholæ, & ipse publice de aliquibus erroribus palinodiam recantauit anno 1479.

Fra. Didacus Deça Taurensis Regij Conuentus alumnus, Petro Oxomensi in Cathedra Primaria successit anno millesimo quadringentesimo octuagesimo mense Maij (nam ipsa vacauit mortuo Oxomensi in Alba Tormensi, quò se receperat, Salmanticæ veritus commorari, propter infamiam quam incurrerat eodem anno mense Aprilis,) & antea, ab anno millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo Decembris 16.

B pro Oxomensi substitutus eam regebat. Postea fuit Magister Principis Ioãnis, Episcopus, Inquisitor Generalis.

Fr. Ioannes de Sancto Dominico successit in Cathedra Primaria, Fr. Didaco Deça, circa annum 1487. qui à Sixto quarto Inquisitor est designatus, cũ alijs septem Inquisitoribus nostri ordinis, ad petitionem Regum Catholicorum.

Fr. Petrus Legionensis, cœnobij Legionensis alumnus, & in Salmantino adoptatus, successit in Cathedra Primaria Fr. Ioanni de Sancto Dominico, circa annum 1507.

Fr. Franciscus de Victoria Conuentus Burgensis alumnus, in eadem Cathedra Primaria successit, Fr. Petro Legionensi anno 1526. quam per viginti fere annos magno Theologorum Hispaniæ incremento, & vtilitate gloriosè moderatus est. Habuit in ea validum oppositorem, & magni nominis doctissimum Cathedraticum Philosophiæ Moralis proprietarium, Magistrum Margallo Lusitanum Eluésem, collegam S. Bartholomæi Maioris Collegij. Obijt Magister Victoria anno 1546.

Fr. Melchior Canus Conuentus Salmantini filius, ex Cathedra Primaria Sãcti Thomæ Complutensi, ad Salmantinam ascitus, in oppositione fortissimum æmulatorem contrarium habuit Magistrum Ioannem Ægydium de Naua Cathedraticum Theologiæ Vespertinum, qui M. Fr. Dominico Soto Imperatoris Caroli quinti tunc confessario successerat: fuit postea Episcopus Canariensis, & obijt anno 1560.

Fr. Dominicus Soto Conuentus Burgensis filius, successit in Primaria Cathedra, Fr. Melchiori Cano, & in ea rude donatus. Nam per sexdecem annos Vespertinam ipse rexerat, & quatuor annos alios in primaria legens iubilationis priuilegio grauisus est. Obijt anno millesimo quingentesimo sexagesimo, Nouembris 15. (de quo inter scriptores) nullum oppositorem, in ea habuit, & in substitutione successerunt Fr. Ambrosius Salazar, & Fr. Ioannes de la Peña.

Fr. Petrus Soto Mayor cœnobij Cordubensis successit in Primaria Cathedra F. Dominico Soto (erat is è nobilissima domo Dominorum Finti Marchionumque Caracenæ) nullo oppositore cõparente, adeò maximum, sibi comparauerat nomen in Cathedra Vespertina proprietaria, quam mortuo Ioãne Ægydio Nauensi anno 1551. consecutus fuerat. Obijt anno millesimo quingentesimo sexagesimo quarto, mense Octobri.

Fr. Mancius de corpore Christi Conuentus Salmantini filius, postquam per quatuordecim annos Primariam Cathedram Complutensem S. Thomæ rexerat successit Fr. Petro Soto Maior, in Primaria Salmantina anno prædicto, 1564. decimo Kalendas Decembris, nullo Magistro contra tantum virum insurgere in oppositione audente, eam per annos vndecim moderatus est. Obijt anno millesimo quingentesimo septuagesimo septimo, septimo Idus Iulij.

F. Bartholomæus Metinnensis cœnobij Salmantini filius, Fr. Mancio, in Cathedra Primaria successit gloriosissime eam suffragijs Scholasticorum adeptus, aduersus doctissimum Magistrum Augustinianum, Fr. Ioannem Gueuara Vespertinum Cathedraticum, quam rexit, vsquè ad annum millesimum quingentesimum octuagesimum, quo tertio Kalendas Ianuarij, diem clausit extremum (de quo latius supra inter scriptores) Obijt anno ætatis 53.

Fr. Dominicus Bañes cœnobij Salmantini filius, Fr. Bartholomæi Metinnensis condiscipulus, & in Cathedra Primaria successor, quam in oppositione tulit eidem M. Gueuara prædicto, & per viginti quatuor annos eius moderator extitit, licet nouissimis annis quinque, eodem rude donato, Fr. Petrus Herrera substitutus, eam rexerit, Obijt anno millesimo sexcentesimo quarto, Octobris 21. ætatis 77.

F. Petrus de Herrera Conuentus Salmantini alumnus, eodem anno vndecimo Kalendas Ianuarij successit F. Dominico Bañes, quam in contentione ardua, & ancipiti oppositione D. Alphonso Curiel Salmantino Canonico Magistro doctissimo Vespertino Theologiæ Cathedratico tulit. Adeò magni nominis erat oppositor, vt non tantum vulgi sententia, sed communi omnium voce, eam adepturus speraretur, potissime, cum plurium religiosarum familiarum, & collegiorum adminiculis subsi-

dio, & negotiatione innixus indubitatum sibi triumphum promittebat, sed â Domino factum est illud mirabile in oculis omnium, Patrum nostrorum Dominici, & Thomæ precibus, & interuentu, ne sui filij hæredes, & discipuli, hac vti dicam, primogenitura, Prima ac suprema Ecclesiæ Academiarum Cathedra, tot ætatibus continuata successione possessa priuarentur. De qua re Summus Pontifex Clemens octauus (qui eximio amore nostram familiam prosequebatur) nuncium tam gratanter accepit, & adeò lætatus est, vt Reuerendissimo Francisco Penna sacræ Rotæ decano iusserit, quod suæ Beatitudinis nomine Magistro Fr. Petro de Herrera quantum gauisus esset, literis ad ipsum directis significaret. Posteà vero Catholicus Rex noster Philippus tertius Primariam Cathedram instituit, & dotauit, ordini nostro perpetuò addictam eadem hora, & eisdem immunitatibus, ac priuilegijs, quibus antiqua gaudebat, ad quam idem M. Fr. Petrus de Herrera ab ipso Rege electus est anno 1607. (Qui & rude donatus est anno 1617. *De hac dotatione institutione, & priuilegijs Regalibus vide in 4. p. hist. ordinis libr. 4. cap. 60. & 61.*

Dux item Lermæ excellentissimus Franciscus è Sandoual, Vespertinam aliam Cathedram ordini etiam nostro perpetuam instituit, authoritate, & priuilegio Regio stabilitam, ad quam electus est Magister Fr. Petrus de Ledesma anno millesimo sexcentesimo octauo.

Fr. Franciscus Araujo Cathedræ Primariæ, in substitutione moderator, anno 1617.

IN CATHEDRA VESPERTINA.

FRATER Aluarus Osorius anno millesimo quadringentesimo trigesimo tertio, de quo supra.

Fr. Dominicus Soto, circa annum millesimum quingentesimum trigesimum, de quo supra.

Fr. Petrus de Soto Mayor (de quo supra) circa annum millesimum quingentesimum quinquagesimum primum.

Fr Ioannes â Penna Conuentus Toletani anno 1560. qui obijt anno 1565.

F. Petrus de Ledesma Conuentus Salmantini filius, Cathedram Vespertinam adeptus est anno millesimo sexcentesimo octauo, quam Dux Lermæ prædictus dotauit, & omni Doctorum schola suffragante (sicuti in Primariæ institutione) authoritate Regia instituit â nostræ familiæ Magistris perpetuo regẽdam, eadem hora, eisdem priuilegijs, & immunitatibus gaudentem, quibus antiqua Vespertina gaudet, sicut in Cathedris Legum, & Iuris Canonici, quæ quidem duplicatæ sunt, duæ Primariæ de Iure Canonico, totidem Vespertinæ: & de Legibus aliæ duæ Primariæ, &c. Eadem hora, & eisdem priuilegijs, &c. Obijt anno millesimo sexcentesimo decimo sexto, mense Septembris, cui successit M. Fr. Didacus Giron Salmanticensis cœnobij alumnus, eruditione scholastica, & ingenij perspicuitate excellens.

Fra. Ioannes Vincentius Conuentus Salmantini, substitutam Vespertinam Cathedram, per aliquot annos est moderatus (de quo inter scriptores latius) tulit eã D. Alphonso Curiel anno 1584. Obijt 1596.

F. Ambrosius Salazar Cõuentus Salmantini, substitutionem Primariæ tulit, quando rude donatus est Fra. Dominicus Soto.

IN CATHEDRA SACRÆ Scripturæ.

FRATER Didacus de Betoño Cathedram Diuinæ scripturæ assecutus est anno 1464. tertio Kalendas Iulij eam vacante Magistro Aluaro Garsia, Archidiacono de Cea, & anno 1483. quinto Idus septembris iubilationis priuilegio gauisus est. Obijt anno 1500. qui anno 1478. Complliti, cum Fr. Petro de Ocania, & alijs magistris condemnauit doctrinã Oxomensis, vt Sixtus 4. refert in Bulla.

F. Alphonsus de Rupe fideli, eandem

Cathe-

Cathedram obtinuit, qui obijt 1513. Eandem adeptus est, Fra. Mathias de Pace cœnobij Salmantini, qui obijt anno 1517.

Fr. Ioannes Gallus Conuentus Burgensis eam in substitutione moderatus est.

IN CATHEDRA DVRANDI.

FRATER Bartholomeus Methynnensis anno millesimo quingentesimo septuagesimo quinto, (de quo supra.)

Fr. Dominicus de Guzman, conuentus Salmantini, è domo Comitum de los Arcos, circa annum 1578.

Fr. Dominicus Bañes, circa annum 1579.

Fr. Ioannes Vincentius anno 1581.

Fr. Alphonsus de Luna, filius Conuentus Salmantini anno Domini 1592.

F. Petrus de Ledesma (de quo supra) anno 1604.

IN CATHEDRA MINORI sancti Thomæ.

FRATER Petrus de Ledesma anno millesimo quingentesimo nonagesimo octauo.

IN CATHEDRA SCOTI.

FRATER Alphonsus de Luna (de quo supra) eam obtinuit, anno millesimo quingentesimo octuagesimo nono. Obijt 1596.

Fr. Petrus de Herrera (de quo supra) anno 1595.

Fr. Ioannes Espila anno 1604. nunc est Archiepiscopus Materanus, in Regno Neapolitano.

IN ACADEMIA VALLISOLETANA Primaria Cathedra Præfecti.

FRATER Ludouicus Vallisoletanus, cœnobij Vallisoletani S. Pauli filius, Regis Castellæ Ioannis secundi Confessarius, instituit, in eadem Academia Theologicæ facultatis Cathedras, fuitque ipse Primus Magister, & Decanus Theologiæ, moderatusque est Primariam Theologiæ Cathedram tempore Martini quinti, circa annum millesimum quadringentesimũ vigesimum quartum, &c.

Fra. Antonius de Nieua Conuentus Sanctæ Mariæ regalis de Nieua filius eandem Cathedram rexit, circa annũ millesimum quingentesimum.

Fr. Alphonsus Loaysa Conuentus Zamorensis.

Fr. Mathias de Pace Conuentus Salmantini circa annum 1507.

F. Alphonsus Bustillo Conuentus Ciuitatensis, circa annum millesimũ quingentesimum duodecimum, &c.

Fr. Franciscus Castillejo Conuentus Salmantini.

Et in Cathedra Primaria S. Thomæ, quam his diebus Dux Lermæ Franciscus Sandoual ordini nostro in eadem Academia, regia etiam authoritate, & priuilegijs dotauit, Fr. Balthasar Nauarrete Conuentus Vallisoletani, de quo supra inter scriptores anno 1611.

Fr. Petrus Aluarez eiusdem cœnobij anno 1612.

Fr. Nicholaus Ricardi, eiusdem item Conuentus anno 1615, &c.

IN COMPLVTENSI ACAdemia, in Primaria sancti Thomæ Cathedra.

FRATER Andreas de Tudela, Conuentus Salmantini filius, circa annum 1539. Obijt, anno 1542.

Fr. Melchior Canus, anno millesimo quingentesimo quadragesimo quarto.

Fr. Mantius de Corpore Christi, circa annum 1550. vsque ad annum millesimum quingentesimum sexagesimum quartum.

In Cathedra Primaria, quã Dux Lermæ excellentissimus D. Franciscus de Sandoual, cum Scholæ Doctorum beneplacito & decreto, authoritate Regia Philippi tertij, & Apostolica Pauli

quin-

quinti roborata, sicut etiam Vespertina, quas ordinis nostri Magistris perpetuo addictas, eadem hora eisdemq; immunitatibus, & priuilegijs quibus Primariæ, & Vespertinæ Vniuersitatis antiquæ potiuntur, fundauit, & instituit, vt videre licet apud Bullam Pontificis, & Regis confirmationem 4. p. historiæ ordinis lib. 4 cap. 62.

Fr. Ioannes Gonçalez, cœnobij Salmantini, eximia eruditione scholastica conspicuus, è regente Collegij Romani Sanctæ Mariæ super Mineruam 1612.

IN CATHEDRA VESPERTINA.

FRATER Hieronymus Almonazirius Conuentus Ciuitatensis filius, anno 1570. (de quo inter scriptores latius.)

Fr. Petrus Portocarrero frater legitimus Marchionis Adradensis, cœnobij Salmantini.

Fr. Laurentius Gutierrez Conuentus Regij Toletani alumnus, ingenij acumine, ac perspicuitate præstans, censor Senatus Inquisitionis, in Cathedra Vespertina, ab Illustrissimo Duce Lermæ fundata anno millesimo sexcentesimo duodecimo.

IN CATHEDRA SACRÆ Scripturæ.

FRATER Hieronymus Almonazirius, in qua rude donatus est anno millesimo quingentesimo nonagesimo secundo.

IN CATHEDRA MINORI sancti Thomæ.

FRATER Dominicus de Sancta Cruce, Conuentus Petræ fixe anno 1535, & fuit Prouincialis Hispaniæ 1548.

Fr. Dominicus Cueuas, cœnobij Victoriensis 1542.

Fr. Philippus Menesius, cœnobij Turris Iuliensis 1555.

Fr. Thomas Guzmanus cœnobij Vallisoletani anno 1580.

Fr. Alphonsus Somontes, cœnobij S. Mariæ Regalis de Atocha Matritensis, anno 1586.

Fr. Franciscus Mendoça filius Comitis Coruniensis Conuentusque Ocaniensis alumnus 1595.

Fr. Franciscus Alderete Conuentus Toletani, ab anno 1605. vsquè 1612. in quo obijt.

IN COIMBRICENSI ACAdemia.

In Primaria Cathedra.

FRATER Martinus Ledesmius cœnobij Salmantini filius, à Ioanne tertio Lusitaniæ Rege electus, & vocatus, vt Theologiam in illa Vniuersitate statueret, & fundaret, per triginta ferme annos Cathedram hanc rexit & Episcopatum Visiensem repudiauit, anno 1544 & obijt sancte anno 1573.

Fr. Antonius de Sancto Dominico successit eidem in eadem Cathedra, quam per viginti annos rexit, & rude donatus est. Obijtque anno 1595.

Fra. Vincentius Pereyra Cathedram Primariam moderatur, ab anno 1616.

IN CATHEDRA VESPERTINA.

FRATER Ioannes Flander.

Fr. Ioannes Pedracius.

Fr. Ioannes Pinarius.

Fr. Didacus Morales.

Fr. Petrus Martyr Conuentus Olisiponensis, iussu Regis Catholici Philippi tertij eam moderatus est anno 1612. & obijt anno 1615.

IN CATHEDRA SACRÆ scriptura.

FRATER Antonius Fonseca circa annum 1550.

Fr. Ludouicus de Soto Maior, qui per viginti annos eam regens, rude donatus est, fuitquè Decanus Vniuersitatis, & in senectute bona sancte obijt 1610.

Fr. Ioannes Arahna, nunc eam moderatur ab anno millesimo sexcentesimo decimo quarto.

IN OSSVNENSI ACADEMIA, IN PRIMARIA CATHEDRA.

FRATER Ioannes Ochoa, in ipsa Vniuersitatis origine, & fundatione, vt Primariam Cathedram regeret à Ioanne Tellez Giron Comite Vreñiẽsi Academiæ fundatore (nondum enim Ducum titulo Ossunæ, Reguli potiebantur) electus eam moderatus est, circa annum millesimum quingentẽsimum trigesimum primũ, &c postea vero Hispali Cõstantini, & Ægydij praua dogmata detexit, & ad sanctæ Inquisitionis tribunal detulit.

Fr. Didacus de Sancta Magdalena, qui per viginti annos Vespertinam, ac Primariam Cathedras rexit, & ideò rude donatus est.

Fr. Martinus à Mendoça substitutionem Primariæ Cathedræ tenuit, quando iubilationis priuilegio, Fr. Didacus prædictus potitus est.

Fr. Vincentius Fernandez.

Fr. Thomas Coello.

Fr. Matthæus Ortega filius cœnobij Almagrensis.

Fr. Dominicus Cano Astigiensis cœnobij, nunc vero Prouincialis Bethicæ.

Fr. Petrus Hidalgo Conuentus Hispalensis Reginæ Angelorum, qui modo Cathedram Primariam regit.

IN CATHEDRA VESPERTINA.

FRATER Didacus de Sancta Magdalena anno 1531. &c.

Fr. Franciscus de Sancta Cruce.

Fr. Angustinus Salucius Conuentus Xereciensis.

IN CATHEDRA SACRÆ SCRIPTURÆ.

FRATER Vincentius Caluo, circa annum millesimum quingẽtesimum trigesimum primum.

At vero notandum est, quod fratres nostri, per plures annos regebant, tres prędictas Vniuersitatis Cathedras ab initio earũ institutionis, & quia cuidã Priori visum est, quod assistentes fratres lectionibus Vespertinæ, & Sacræ scripturæ, non poterant officiũ diuinũ persoluere horis statutis; idcirco Primaria retenta Cathedra, cæteras dimiserunt. Quæ occasio insufficiens valde erat, in nostro potissimum ordine, cuius principale assumptum, & institutum est docere, & prædicare, quare diuina officia, vel antecedere, vel postponere poterant, hora præcedenti, vel subsequenti, vt in alijs grauissimis Conuentibus, & Collegijs nostris, mos est.

IN COMPOSTELLANA Vniuersitate Cathedratici Theologiæ, tam Primarij, quam Vespertini.

IN ista Academia è duabus Cathedraticis antiquior est Primarius, & recentior est Vespertinus: optat enim horam, & Cathedram antiquior.

F. Didacus Chaues Conuentus Turris Iuliensis 1559. postea fuit Confessarius Philippi secundi Regis Catholici.

Fr. Ioannes Gallus Conuentus Burgensis, deindè Cathedraticus Sacrę scripturæ Salmantinus.

Fr. Petrus Porto Carrero germanus frater Marchionis Adra lensis.

Fr. Dominicus de Guzmam, ex domo Comitum de los Arcos.

Fr. Antonius Soto Maior, qui nunc est Confessarius Principis Hispaniæ, & Prouincię Hispanię moderator.

Fr. Ioannes Sanchez cœnobij Salmãtini anno 1600. &c.

Fr. Hieronymus Gonçalez cœnobij Taurensis, qui modo eam regit, ab anno 1608.

IN VNIVERSITATE TOLETANA, IN CATHEDRA PRIMARIA.

FRATER Vincencentius Varron, in eius Academiæ principijs.

A Fr. Thomas de Pedroche, Cœnobij Salmantini.

Fr. Marcus Valladarius Conuentus item Salmantini.

Fr. Petrus Lezcanus Conuentus Salmantini.

Fr. Thomas Gonçalez Conuentus, item Salmantini.

F. Alphonsus Aluaradus, Conuentus Placentini. Obijt 1601.

Omnes isti Magistri continuata successione Primariam Cathedram à fundatione Academiæ moderati sunt.

B *IN OVETENSI ACADEMIA fundata 1608. in Primaria Cathedra.*

FRATER Hieronymus Gamarra cœnobij Salmãtini, ab anno millesimo sexcentesimo decimo vsque 1616.

IN VESPERTINA.

FRATER Petrus de Sancto Thoma, cœnobij Methynnẽsis Riuisicci

C Fr. Hiacintus Tineo Conuentus Ouetensis, anno millesimo sexcentesimo decimo septimo.

IN ACADEMIA GRANATENSI.

FRATER Antonius del Barrio Theologiæ Cathedraticus.

IN ACADEMIA HISPALENSI Roderici de sanctaElla.

D FRATER Christophorus è Salto cœnobij Ciuitatis Regalis, Primarius Cathedraticus.

IN ACADEMIA BIACENSI.

FRATER Ioannes Bilches Conuentus Giennensis.

IN ACADEMIA VALENTINA.

FRATER Ludouicus Istella Cõuentus Valentini Sacræ scripturæ Cathedram rexit, circa annum millesimum quingentesimum octuagesimum, &c. (de quo supra.)

Fr. Didacus Massius cœnobij Salmãtini præcipuam Theologiæ Cathedrã plures annos moderatus est. Eidem successit, Fr. Hieronymus Cucalonius Conuentus Valentini alumnus, qui viuit adhuc.

IN BARCHINONENSI Academia Theologia Cathedras moderantes.

FRATER Petrus Irurozquius Conuentus Pompeiopolitani, 1551. &c.

Fr. Stephanus Encontra.

Fr. Raimundus Paschalis, circa annũ millesimum quingentesimum octuagesimum.

Fr. Thomas Alax.

Fr. Franciscus Loris.

Fra. Raphael Riphoz, nunc Vicarius Generalis Ordinis.

Fr. Paulus Genuensis.

Fr. Antonius Staper, Conuentus Gerundensis filius.

Fr. Ioannes Vincentius, cœnobij S. Onophrij alumnus.

Fr. Saluator Pons, filius cœnobij Barchinonensis, qui modo Sacræ scripturæ Cathedram regit.

IN CAESARAVGVSTANA Academia in Primaria Cathedra.

FRATER Hieronymus Xauierre Primarius præfectus in fundatione Academiæ Conuentus Cæsaraugustani, fuit Cardinalis.

IN CATHEDRA VESPERTINA.

FRATER Petrus Lopez Chalez cœnobij Calatayudensis.

Fr. Petrus Vega eiusdem Conuentus

uentus nunc Episcopus Carthaginensis, apud Americam.

IN CATHEDRA DVRANDI.

FRATER Ludouicus Aliaga, cōuentus Cæsaraugustani Prædicatorum alumnus, Regis Catholici Philippi tertij Confessarius, Inquisitor in Generali senatu Inquisitionis Hispaniarum, & de Consilio supremi status, viuit adhuc.

Fr. Nicolaus Creipus Valentini Conuentus Prædicatorum, filius.

IN CATHEDRA SAcræ Scripturæ.

FRATER Ioannes Granatensis Conuentus Calataiudensis.

Fr. Michael Losilla Conuentus Cæsaraugustani, qui modo eam Cathedram moderatur.

IN ACADEMIA Leridensi.

QVÆ S. P. Dominicum Patronum colit, & conuentui Prædicatorie Leridensi, priuilegia gratias, & immunitates communicat.

THEOLOGIÆ CATHEdras moderantes,

FRATER Michael Ferrer, cœnobij Leridensis filius.

Fr. Ioannes Ginebrosa Conuētus Barchinonensis.

Fr. Ioannes Montaner Cæsaraugustani cœnobij.

Fr. Petrus Lunel ConuētusValētini.

F. Antonius Cabeça Conuentus Barchinonensis.

F. Petrus Vega Conuentus Calatayudensis Sacræ Scripturæ Cathedram moderatus est.

F. Hyacintus Fonseca Conuentus Valētini, qui modo eandem Scripturę Cathedram regit, & Cathedralis Ecclesiæ canonicam lectionem legit.

Fr. Ioannes Mur, cœnobij Leridensis, modo Cathedrā Theologię moderatur.

IN ACADEMIA Oschensi Theologiæ Cathedratici.

FRATER Ioannes de Villa Campa Conuentus Calatayudensis.

F. Michael Ferrer cœnobij Cęsaraugustani.

Fr. Ioannes Bastida, cœnobij Cęsaraugustani.

F. Laurentius Ferrer Conuentus Valentini.

F. Ioannes Biescas, Conuentus Oschensis, qui Cathedram Vespertinam moderatur.

Fr. Ioannes Femenia Conuentus Maioricensis, qui Scripturæ Cathedram Regit.

IN ACADEMIA TARraconensi Theologiæ Cathedratici.

FRATER Franciscus Garcia Cōuentus Valentini alumnus.

F. Franciscus Fernandez Conuentus item Valentini.

Fr. Franciscus Alemanus Conuentus etiam Valentini.

F. Andreas Balaguer Conuentus item Valentini Episcopus Oriholensis.

F. Blasius Verdu, Conuentus item Valentini.

F. Raphael Riphoz Conuentus Barchinonensis Vicarius Generalis totius ordinis.

Fr. Raphael Castellanus Conuentus Barchinonensis.

F. Onophrius Cendra, Cōuentus Barchinonensis.

Fr. Benedictus Torrente Conuentus Barchinonensis.

F. Antonius Estaper Conuentus Gerundensis.

F. Vincentius Blanc Conuentus Tarraconensis.

Fr. Narcisus de Ribas, Conuentus Gerundensis, qui Primariam Cathedram moderatur.

F. Ioannes Vayo Conuentus Tarraconensis, qui Vespertinam Cathedram regit.

Fr. Franciscus Michael Conuentus Tarraconensis, qui aliam Cathedram Theologiæ legit. Et admodum Reuerẽdus P. Magister Fr. Ioseph de Luquian, Conuentus Sancti Onophrij alumnus, sacratissimi Rosarij Beatæ Virginis deuotioni addictissimus, qui per viginti, & octo annorum spatia, Cathedralis Ecclesiæ Tarraconensis lectionem Canonicam prælegit, maxima discipulorum corona, & fructu.

APVD AMERICAM, IN Orbe Occiduo. In Mexicana Academia. In Primaria Cathedra.

FRATER Bartholomeus Ledesmius Conuentus Salmãtini, qui fuit Episcopus Guaxaquensis.

Fr. Petrus à Peña Conuentus Burgẽsis qui fuit Episcopus Quitensis.

Fr. Petrus Prauia Conuentus Ouetensis, qui Episcopatum repudiauit.

IN VESPERTINA CATHEDRA.

FRATER Ferdinandus Baçan Conuentus Mexicani, qui eã regit.

IN LIMENSI ACADEMIA in Regno Pyruano. In Primaria Cathedra.

FRATER Thomas de Argumedo cœnobij Xerecienſis alumnus.

Fr. Ambrosius Guerra Conuẽtus Hispalensis S. Pauli.

A Fr. Michael Adrianus Conuentus Salmantini.

Fr. Ioannes Lorençana Conuentus Salmantini, qui modo eam Cathedram moderatur.

IN ACADEMIIS ANGliæ, Germaniæ, ac Belgij. In Oxoniensi Angliæ Academia.

FRATER Petrus Soto Conuentus Salmantini Primariam Cathedram moderatus est, circa annum 1556.

B

Fr. Ioannes de Villagarcia cœnobij Vallisoletani, Cathedram aliam Theologiæ moderatus est 1556.

IN COLONIENSI, GERMAniæ Academia,

FRATER Cosmas Morrellas conuentus S. Onophrij, præcipuam Theologiæ Cathedram moderatur.

C

IN LOVANIENSI, BELGij Academia.

FRATER Michael Salmanticensis, Conuentus Burgensis filius Caroli V. Ecclesiastes circa annum 1550.

Fr. Thomas à Turribus cœnobij S. Mariæ Regalis de Atocha Matritensis alumnus, qui per octo annos Primariam Cathedram moderatus est vsque ad annum 1615.

FINIS.

INDEX RERVM NOTABILIUM, QUÆ IN CONCERTATIONE PRÆDICATORIA CONTRA HÆRESES CONTINENTUR.

A

B

D

(?)

E

F

G

H

Hono-

Inqui-

Rerum notabilium.

L

M

P

Rerum notabilium.

LAVS DEO.

SALMANTICÆ.
Excudebat Didacus à Cussio.

Anno Domini M.DC.XVIII.